D. IUSTINIANI IMPERATORIS INSTITUTIONUM LIBRI 4. FRANCISCI...

François Baudouin, Accursius, Cornelius Vibulanus, ...

Digitized by Google

M

Digitized by Google

Digitized by Google

D. IVSTINIANI IMPERATORIS INSTITVTIONVM LIBRI IIII.

FRANCISCI ACCVRSII GLOSSIS ILLVSTRATI.

Quæ adiecimus ſequenti pagina declarabuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LVGDVNI,

IN BIBLIOPOLIO VINCENTII.

CIↃ IↃC VII.

Digitized by Google

EORVM QVAE IN HIS Institutionum libris ſecun- [illegible]

I. Varias lectiones margini adiecimus.

II. Romuli, ac XII. Tab. leges, quæ iuris ciuilis ſunt fontes.

III. Appendiculæ gloſſarũ Accurſij magna ex parte doctiſſimorum hominum ingeniis ac diligentia renouatæ: quaru[illegible] index proprius eſt conſtitutus.

IIII. Cornelij Vibulani Caſus (vt vocant) ſiue Themata, reiectus antiquis velut barbaris, & inutilibus.

V. Sylueſtri Aldobrandini Florentini Annotationes in ſingulos paragraphos.

VI. Acceſſerunt præter Æmil. Ferreti, Fr. Duareni, Franc. Balduini &[illegible]liorum annotatiunculas, doctiſſimi cuiu[illegible] & eloquentiſſimi viri, notæ. Earum [illegible]cium marginale eſt: N.A. Quarum [illegible] peculiaris etiam index extat.

Digitized by Google

IVRIS CIVILIS

[illegible]

COGITANTI *mihi iuris ciuilis Inſtitutiones excudere, duæ res curæ in primis fuerunt: primùm, vt eas (quo ad eius facere poſſem) emendatas imprimerem: deinde, vt vetuſtate & elegantia characterum, lectorum oculos oblectarem: eáque ratione lectionis tædium, ſi quando vllum oboriretur, ſubleuarem. Hac ego in vtraque re quantum elaborârim, dicendum neceſſariò videtur. At Inſtitutionum quidem caſtigatio, (quo nomine tum ipſius Iuſtiniani leges, tum Accurſij gloſſæ, tum Appendiculæ quædam gloſſarum vulgo intelliguntur) quoniam ad hæc tria pertinet, triplicem à nobis diligentiam deſiderauit. Primum in ipſo contextu: eum autem nos & cum Pandectis Florentinis, qua ex parte ad illas pertinebat, & cum libro manuſcripto Germani Colladonij Iuriſconſulti doctiſſimi aliiſque multis exemplaribus antiquis comparatum, mendis quamplurimis adhibito doctorum hominum iudicio ita repurgare conati ſumus, vt noſtrum ſtudium facilè doctiſſimo cuique probatum iri confidamus. In Accurſii verò gloſſis hoc præſtitimus, vt illæ tum ab erratis Typographorum vindicarentur, tum ab aliorum quorundam ſcholiis, quæ nunc ferè pro Accurſianis numerabantur, diſtinctæ ac ſepoſitæ facilè internoſcerentur. Iam verò in acceſſiunculis quibuſdam quæ de doctorum commentariis excerptæ, ad hoc volumen adiungi conſueuerunt, huiuſmodi noſtra diligentia perſpicietur. Quoniam verò earum complures partim ab inſtituto alienas, partim inſulſas ac ridiculas, hac præſertim ætate ſummorum ingeniorum feraciſſima iudicari intelligebamus: harum ita partem aliquam reſecauimus, vt earum*

Digitized by Google

tamen in locũ ex Vlpiani Inſtitutionibus, itemq́ ex Æmil. Ferreti. F. Duareni. F. Balduini, Eg. Baronis. F. Hotomani, aliorumq́ Iuriſconſultorum recentiorum commentarijs, notas quaſdã, eaſq́ inſignes ac memorabiles ſubijceremus: quarum notarum, ex eo quem præpoſuerimus, indice perfacilè ratio conſtabit. Et quoniam ad antiquitatis cognitionem, quæ præſertim cum hoc ſtudio coniuncta ſit, adoleſcentes nonnunquam alliciendi ſunt. Romuli primi Romanorũ Regis leges, itemq́ Duodecim Tabularum fragmenta, quæ quidẽ extant, huius in libri aditu, & tanquam veſtibulo præponẽda curauimus. Porrò caſus antiquos (vt vocãt) tanquam barbaros, & à Latini ſermonis elegantia planè abhorrentes, viſum eſt expungere. Verùm eam iacturam (ſi modò iactura dicenda eſt) haud exigua vtilitate penſauimus, ſuffectis in eorũ locum Cor. Vibulani, tum Latinis, tum doctis adiectisq́ in ſingulos paragraphos Aldobrãdini viri longè doctiſſimi adnotatiunculis, nequaquam pœnitendis. Adhuc quantum ſtudij, diligentiæq́ in hiſce Inſtitutionum libris emendandis, ornandis, illuſtrandisq́ poſuerimus, ſatis demonſtratũ eſſe arbitramur. Quibus in rebus ſi diſciplinæ huius amantium ſtudijs ſatis à nobis factum videbitur, haud ſanè vnquã vel ſumptuum, vel laborum, quos eorum cauſa hoc in opere conſumpſimus, nos quidem, ſi Dei voluntas feret, pœnitebit. Valete, & ſtudiorum veſtrorum curſum ad religionis noſtræ cultum, Deiq́ timorem, qui initium ſapientiæ eſt, tanquam ad Cynoſuram (vt dici ſolet) dirigite. IV. Id. Decemb.

M. DCVI.

IVSTI

IVSTINIANI IMPERATORIS VITA.

IVSTINIANVS humili & obſcuro genere ortus eſt. Is à quo adoptatus eſt, Iuſtinus, ipſius auunculus, primùm ſuũ, deinde boum cuſtos fuit. Sed poſteaquã militare cœpit, propter inſignem corporis firmitatem, animíq; virtutẽ, & rei ſtudiũ militaris, ordinũ ductor eſt creatus: tandémq; corruptis largitione militibus, Imperator factus. Ab eo Anicius Iuſtinianus, de quo ſcribere ingreſſi ſumus, Salonæ natus (quæ vrbs Dalmatiæ, poſtea, vt ipſe idem Nou. 131. teſtatur, Iuſtinianæa noua nominata eſt) Conſul eſt cum Valerio creatus: ad extremũ etiã adoptatus, inque imperij ſocietatẽ, quæ menſes quatuor fuit, adſcitus. A.D. Cal. April. anno à Chriſto nato DXXVII. Ex quo quidẽ error intelligitur eorũ, qui Iuſtinianũ, à Iuſtino producto nomine, ex vetere adoptãdi cõſuetudine appellatũ tradunt, quum & tanto antè hoc nomine vteretur, & conſuetudo veterũ in producendis adoptatorũ cognominibus nequaquã huic Iuſtiniani nominis productioni conueniat. Auunculo, quo cùm menſes quatuor imperiũ adminiſtrârat, A.D.K. Auguſti mortuo, ſolus imperiũ, cuius tum Byzantij ſedes erat, adminiſtrare cœpit, quum annum ageret ætatis quartum & quadrageſimum. Qua in adminiſtratione duorũ vſus egregia ſummorũ virorũ opera fuiſſe traditur: militiæ, Belliſarij: domi, Triboniani, natione Pãphylij, quorũ vtroq; dicendũ neceſſariò videtur. Nam Belliſarius quidem homo rei militaris ſcientia clarus, Perſas, qui Meſopotamiæ ac Syriæ bellum intulerant, multis præliis fuſos fugatóſque, ſuos in fines repulit,

omnémq; Orientē,Tigrim vltra, Euphratémq;,quietum pacatúmq; reddidit. Vandalos qui Africā annos XCV. occupârant, eóq; cuncta imperij ornamenta, capta Roma,ſublata trāſtulerāt,variis cladibus belliq; offenſionibus affectos,trium menſium ſpatio deuicit: Libyámq; & Carthaginē, capto eorū rege Gelimere, atque in triumphū,quē ei Iuſtinianus ex populi Rom. cōſuetudine magnificentiſſimū apparauit, ducto,ſub Imperatoris ſui ditionem poteſtatémq; ſubiunxit. Siciliam poſthæc, Italiámq; vniuerſam, quarū vtrâque Gothi,gens bello ferociſſima, multos iā annos occupârant,intra annos quinque,factis cōpluribus præliis recuperauit:eorúmq; regem Vitigidem, magni animi egregiæq; virtutis virū, bello captū,ad Imperatorem ſuū, ipſius cum opibus theſauríſq; omnibus abduxit. quo tēpore mirā eius promiſſi quod Iuſtiniano diſcedens dederat, fidem conſtantiámq; ſeruauit. Quum enim Gothi ſuis necdū magnopere acciſis rebus, ſemel atque iterū regnū illi lubentes ac volentes detuliſſent:quòd Iuſtiniano iuſiurandum dederat, ſeſe illo viuo nunquā Imperatoris Regíſve nomen recepturū, conſtanter ſumma fide vtens recuſauit. Annis autem pòſt paucis,quum iidem Gothi rege Totila duce,viro ad bella gerenda planè nat[illegible] Italiā ducibus qui Belliſario ſucceſſerant,eripuiſſ[illegible]:bellū quod cum, Medis interea gerebat relinquere, ínque Italiam redire coactus eſt. Vſus eſt alio præterea Iuſtinianus egregio belli duce,eunucho tamē, vt fertur:cui Narſeti nomē fuit. Is Belliſario ad Medorum bellū reuocato,Italico bello præfectus, Gothos compluribus præliis fractos, eorum rege Totila interfecto, quum annus eius ageretur belli decimus octauus, ad internecionem redactos,céleritate mirabili planè deleuit. Cuius rei argumento

Digitized by Google

mento etiam nunc vetus inſcriptio eſt,in ponte Salario prope ab vrbe Roma inuẽta, quam ſubſcribemus.

IMPERANTE. DN. PIISSIMO AC TRIVMPHALI SEMPER IVSTINIANO PP. AVG. AN. XXXIX. NARSES VIR GLORIOSISSIMVS EX PRÆPOSITO SACRI PALATII. EXCONSVL ATQVE PATRICIVS. POST VICTORIAM GOTHICAM IPSIS ET EORVM REGIBVS CELERITATE MIRABILI CONFLICTV PVBLICO SVPERATIS ATQVE PROSTRATIS, LIBERTATE VRBIS ROMÆ AC TOTIVS ITALIÆ RESTITVTA, PONTEM VIAE SALARIAE VSQVE AD AQVAM, A NEFANDISSIMO TOTILA TYRANNO DESTRVCTVM, PVRGATO FLVMINIS ALVEO, IN MELIOREM STATVM QVAM QVONDAM FVERAT, RENOVAVIT.

Ita multis maximíſq; rebus vbique terrarũ præclarè geſtis,Iuſtiniani imperiũ propagatũ ac nobilitatum fuit. Quarum tamen in rerum non dico præfuiſſe,ſed tantùm interfuiſſe illum,vel minima,nuſquã reperio. quin contrà, dum per vniuerſum ferè terrarũ orbem Belliſarij ſigna magna & illuſtri cũ gloria inferrẽtur, Byzantij conſediſſe perpetuò Iuſtinianũ, ab omnibus memoratur. Nam inertiæ ſanè illius nõ paruum illud argumentum fuit, ꝙ quum orta illa in ciuitate inter Praſinos & Venetos(qui contrariarũ partium colores atq; inſignia fuêre) ſeditio fuiſſet,in arcẽ ſe ipſe cum vxore mulierculíſque nõnullis celeriter abdidit, ibiq; dum ciuitas tumultu inteſtino tanquã aliquo incẽdio inflammata conflagraret,magiſtratúſq; per vrbis vias

interficerētur, delitescens, ſuámq; ignauiam tenebrarū ac parietū cuſtodiis tegens, Triboniano Quæſtori ſuo, de quo antè cōmemorauimus itémq; Ioāni Præfecto, quorū ille virorū opera, cōſilio induſtriáq; vſus perpetuò fuerat, ad cædē à populo quæſitis, magiſtratum abrogare coactus eſt. quo tēpore quum actū de ipſius imperio, nulláq; cōſternatis ignauia Imperatoris militū animis, ſedādæ illius tempeſtatis iniri poſſe ratio videretur, præclarā orationem Theodora ipſius vxor habuiſſe dicitur, militéſq; priſtinam ad virtutem ac fortitudinē excitādo ſæpenumero prædicaſſe, honeſtè dimicādo mori eſſe ſatius, quàm turpiter fugiēdo viuere. qua quidē oratione ſic excitati milites fuēre, vt Belliſario Mandóq; ducibus, Hippatiū & Pompeium ſeditionis principes, quiq; iā Imperij inſignia occuparāt, tum prælio in vrbe facto ceperint: tum ciuibus amplius triginta millibus eo prælio ipſa in vrbe interfectis, poſtero die in carcere ſecuri percuſſos necarint. Adhuc quæ res eſſent Iuſtiniano Imperatore bello geſtæ memoratu dignæ, ſtrictim cōmemorauimus. Nūc pacis ad ſtudia quod attinet, quapropter ille in ore ſermonéq; hominum verſatur, diſſerendū videtur. Erāt inde vſque ab Romuli regno Populi Rom. leges ſcriptæ cōplures: quas leges Iuriſconſultorum ita copioſi, itaque vberes erāt ſcripti cōmentarij, vt cum ipſorum reſpōſis coniuncti facilè ad librorū duo millia, verſuum autē tricies centena millia cōficerent. Qua ex multitudine, copiáq; immenſa neceſſariò illud acciderat, vt cùm permulti ex iis libri noti perpaucis eſſent, tum eorū in iudiciis vſus eſſet omnino nullus. Artis ſanè huius ea videtur eſſe natura, vt cauſarū infinita perpetuáq; varietate ſcribendi materiam ſuppeditante, ſi hominibus ſcribendi licētia permittatur, ea

neque

Digitized by Google

neque modũ,neque finẽ habitura eſſe videatur. Itaq; longo ante Iuſtinianum tempore, cõmentariorum ac ſcriptionũ quædã quaſi eluuio ius ciuile occuparat,vt cum Iulius Cæſar, tum alij nonnulli poſt eum Imperatores de hac diſciplina cõſtituenda, certíſq; finibus circũſcribenda,ſepænumerò cogitarint. Verùm quod illi & multo paucioribus in libris, & illa ætate ingenioſiſſimorum hominum feraciſſima, quia opus poſt homines natos difficillimũ maximéq; arduũ videbatur, attingere auſi non erant: id Iuſtinianus & longè pluribus in libris, & omniũ bonarũ in artium interitu ac ſæculo infœliciſſimo, Triboniani vnius ſuaſu atq; impulſu aggreſſus eſt: quo ille inſigni ac peraudaci facinore vetus fortaſſe verbũ comprobauit: Ex imperitia audaciã, ex doctrina atque peritia dubitationem diffidentiámq; gigni. Fuiſſe traditur Tribonianus ingenio peracri verſutóque, & magnæ apud Imperatorem ſuũ auctoritatis. Honores aſſequutus apud eum maximos (Conſul enim & Quæſtor, quem Paredrum Græci nominãt,& Magiſter & officiorum fuit) ſic eos adminiſtrauit,vt homo auarus, nulla fide, nulla iuſtitia,ius quotidie nouum variúmq; conſtitueret. Ei,qui auctor huiuſce conſilij fuerat, Princeps totius curam negotij nõ modò cõmiſit, verumetiam permiſit: quapropter conſtitutiones omnium Imperatorũ tribus in libris diſperſas, quos Gregorianũ, Hermogenianum, & Theodoſianũ appellabant, adhibito delectu vnum in librũ coaceruauit,quem Codicem conſtitutionum Latinè inſcripſit. Id autem anno Imperij ſui ſecundo, Decio Cos. Indict.7. confectum fuiſſe Iuſtinianus in ea conſtitutione teſtatur, quæ eſt de Iuſtinianeo codice cõfirmando,ad Menam Præfectũ prætorio XVI. Kal.Maias data,anno DXXIX. Anno inſequẽti,Lam-

padio & Oreſte Cos. Tribonianus Græcis hominibus ſedecim, qui tum Iuriſprudētiæ laude præter cæteros florebant, Imperatoris mādatu ad laboris ſocietatem adſcitis, veterū Iuriſconſultorū ſcripta vniuerſa in Principis palatiū deportata pertractare, negotiúmque capeſſere inſtituit: vt ex Imperaris conſtitutione de vetere iure enucleādo ad Tribonianum ſcripta, & XIIII. Kal.Ian.data, intelligitur, quúmque annū iam in hoc opere cōficiendo tertium elaborarent, ac iam iámque ad exitum perducturi eſſent, ecce aliud ab eodem Imperatore mandatū: vt quum eſſent elementa quædā huius diſciplinæ antiquis ab Iuriſcōſultis tradita, ex iis elementis Triboniano, Theophilo ac Dorotheo ſociis atque adiutoribus adhibitis, Inſtitutiones exprimeret: cui mandato quum ab ipſo ſtudiosè obtemperatum eſſet, eodē ipſo anno XI.Kal.Decemb. Iuſtiniano 3. Cos. anno à Chriſto D.XXXIIII. Iuris ciuilis Inſtitutiones libr.4. expoſitæ in lucem conſpectúmq; hominum peruenerūt, paucíſque itē pòſt dies, hoc eſt XVII.Kal.Ian. quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum nominibus inſcripti libri: in quibus Iuriſcōſultorum ſcripta omnia, qua commodum illis ſedecim viris viſum erat, circunciſa atq; amputata ita in arctū anguſtúmque contracta erāt, vt ex librorum duûm millium numero, quinquaginta tantùm, ex verſuum tricies centenis millibus, centum quinquaginta millia dūtaxat redierint. Ita Tribonianus negotiū hoc quod mira confidentia, illis præſertim vtens ſociis & adminiſtris (quorū nemo, quantum ſanè Latinæ quædam illorum epiſtolæ nobis præbent exiſtimandi copiam, vel Latinis literis eruditus, vel vlla magna ingenij laude præditus fuit) hoc inquam negotiū, quod ita confidenter aggreſſus erat ſanè celeriter ac per-

breui

Digitized by Google

breui admodum tempore confecit.nam triennij duntaxat ſpatium hoc in tanto támq; arduo difficilíque opere conſumptum eſſe,Imperator ipſe non vno loco teſtatur. Hac nimirum ratione cum duodecim Tabularum, aliæque leges innumerabiles,tum edicta Prætorum perpetua, & in vtraque præclari Iuriſconſultorum commentarij, eorum denique reſponſa innumerá, vtpote quibus eſſet nulla relicta in iudiciis auctoritas, ab hominibus Græculis contempta atque abiecta, facilè perbreui ſpatio interciderunt. Anno vertente, qui à Chriſto nato quingenteſimus trigeſimusquintus numerabatur, Imperij verò Iuſtiniani octauus,quo anno quartũ idem Iuſtinianus cum Paulino Conſulatum gerebat, quòd eiuſdem Imperatoris complures extarent variis de rebus conſtitutiones, in his eæ quæ quinquaginta Deciſiones vulgò nominãtur,poſt ſuperiorem illam Codicis editionem promulgatæ, idem Tribonianus ſociis quatuor laboris adhibitis, Imperatoris mandatu Codicem illũ quem diximus conſtitutionum reconcinnandum ſuſcepit: partim vt poſteriores conſtitutiones illum in librum referrentur, partim vt quæ ex ſuperioribus mutatæ atque abrogatæ fuiſſent, eodem ex libro tollerentur. qua de re conſtitutio Imperatoris extat, De emendatione Codicis & ſecunda eius editione, inſcripta, & XVI.Kal.Decemb.data. Itaque tres poſtea Iuſtiniani imperio legum libri vulgò habiti fuêre:Pãdectarum, Inſtitutionum,& Codicis conſtitutionum, qui nunc præciſè Codex nominatur. quibus ad extremũ quartus earum quæ poſtea per omne Iuſtiniani imperium ſcriptæ ſunt,adiectus fuit: quas modò Nouellas,modò Authentica vulgò nominamus. Atque hæc quidem quæ ad Iuſtiniani multo maximum ac memorabile

Digitized by Google

bile in libris Iuriſcóſultorum circuncidendis facinus attinebant, quantum ex ipſius ſcriptis intelligere potuimus, demonſtrata ſunt. Vxorem idem Imperator habuit Theodorã nomine, animo magno mulierem: cuius de virtute ſuperiùs cõmemorauimus. Eam ille maximis quibuſque de rebus in conſilium plurimùm adhibebat, quod ipſe idem quibuſdam in ſuis cõſtitutionibus Nouellis profitetur. videtúrq; ipſius auctoritate ac ſuaſu inductus, multa quæ populi Romani legibus minùs ad mulierũ gratiam accõmodatè cõſtituta erãt, correxiſſe, eíq; ſexui omnibus in iuris ciuilis partibus maiorem in modum gratificatus eſſe. In iureiurando quod iis deferebatur, qui Reipub. procurationem aliquam inibant, hoc præſcriptum erat, vt Theodoræ Imperatoris coniugi ac potentiæ obſequium, fidem, conſcientiámque ſuam probarent. Duxiſſe illam traditur anno imperij ſui ſecundo, habuiſſéque in matrimonio annos vnũ & viginti tres menſes. Religionem Chriſtianam piè ſanctéque coluit, ſi quidem errantium opinionum quibus tum Eccleſia Chriſtiana, tanquam tempeſtatibus quibuſdam agitabatur, vindicem ſe acerrimum, inimiciſſimúmque præbuit. nam & Porphyrij & Eutychetis, Neſtoriíque impias & ſceleratas opinio[illegible]s repudiauit, ac religionis noſtræ de triplici in D[illegible] perſona ſententiam integerrimè conſtantiſſiméque defendit. Poſtremò quæ in Concilio Niceno eadem de religione cõuenerant, arctiſſimè retinuit. Imperauit ann. XXXVIII. M. VII. D. X. vixit circiter octoginta quatuor: mentíſque errore multo antè affectus, Iuſtino ex filia nepote Imperatore deſignato, vita eſt defunctus.

CARMINA RVbricarum primi libri Inſtitutionum, quæ ſunt numero viginti ſex.

Iuſtitiæ, ius naturæ, perſonaq́; ſubſunt.
Ingenuos debent libertini ſociare.
Non omnis dominus ſeruos ſic liberat, vt vult. (tus.
Fuſia lex, iuris alieni, patria vir-
Nubet, adoptauit, ſoluet, tutela, dabitq́;.
Agnatos, capitis, patronos, atque parentes.
Eſt fidus tutor, eſt Attilianus, & author.
Finit curator, teneatur ſatiſdare tutor.

De iuſtitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure perſonarum. De ingenuis. De libertinis. Quibus ex cau. ma. non licet. De lege Fuſia Caninia tol. De iis qui ſui vel alien. iur. ſunt. De patria poteſt. De nuptiis. De adoptionib. Quibus modis ius pat. pa. ſol. De tutelis. Qui teſtamēto tutores dari poſſunt. De legitima agnatorum tutela. De capitis demi. De legiti. patrono. tut. De legiti. parent[...] tute. De fiduciaria tutela. De A[...] tutore, & eo qui ex lege Iulia [...] Titia dabatur. De auctori. tut[...]. Quib. mod. tut. finitur. De curatoribus. De ſatiſdatione tutorum vel cura. De excuſa. tut. vel curat. De ſuſpectis tutoribus vel curatorib.

Rubricæ ſecundi ſunt viginti quinque.

Res, corpus, ſeruit, vſusfructus ſit & vſus.
Eſt vſucapiens, eſt donans, eſt alienans.
Quæro, teſtari, miles, permittere non vult.
Exhæres, hic inſtituit, hic ſubſtituendo.
Infirmat, vel inofficit, hæres qualia, legat.
Hinc adimit, falcat, committit, ſingula, Codex.

De rerum diuiſione, & acquirendo ipſarū dominio. De rebus corporalibus & incorporalibus. De ſeruit. ruſt. præd. & vrba. De vſufr. De vſu & habitatione. De vſucapionibus, & longi temp. præſcript. De donationibus. Quibus alienare licet, vel non. Per quas perſonas nobis acquiritur. De teſtamentis ordinādis. De militari teſtam. Quibus nō eſt permiſſ. facere teſta. De exhæredatione liberorum. De hæredibus inſtituendis. De vulgari ſubſtitu. De pupil. ſubſtitu. Quibus mod. teſt. infirmentur. De inoff. teſtam. De hære. qualit. & diff. de legatis. De ademptione legato. De lege Falcid. De fideicommiſſariis hæred. & ad ſenatuſcōſultum Trebel. De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. De codicillis.

Rubricæ tertii libri viginti.

Fert, inteſtatus, agnatis: Tertyl. & Orfic.
Cognatis, gradibus, ſeruus, libertus inhærent,
Signo libertos, poſſeſſus, & arrogo quærens.
Poſt addicta bona, ſucceſſio dupla receſſit.
Obligo re, verbis, duo cum ſeruis ſtipulantur.

Diuidit,

Digitized by Google

Diuidit, eſt & inutilis, atque fide-iubet omni.
Litera, conſenſus, emit & locati, hinc ſociabit.
Et poſt mandatum, quaſi cõtraho, quærito, tollo.

De hæreditatibus, quæ ab inteſta. deferuntur. De legit. agna. ſucceſſione. De ſenatuſconſulto Tertyliano. De ſenatuſconſulto Orficiano. De ſucceſſione cognatorũ. De gradibus cognationum. De ſeruili cognatione. De ſucceſſione libertorum. De aſſignatione libertorum. De bonor. poſſeſſionibus. De acquiſitione per arrogationẽ. De eo, cui libertatis cauſa bona addicũtur. De ſucceſſionibus, quæ fiebant per bono. venditiones, & ex ſenatuſconſulto Claudia. ſublatis. De obligationibus. Quibus modis re cõtrahitur obligatio. De verb. oblig. De duobus reis ſtipulandi, & promittendi. De ſtipulatione ſeruorum. De diuiſione ſtipulationum. De inutilibus ſtipulatio. De fideiuſſoribus. De literarum obligationibus. De obligatio. ex conſenſu. De emptione & venditione. De locatione & conductione. De ſocietate. De mandato. De obligationib. quæ quaſi ex cõtractu naſcuntur. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. Quibus modis tollitur oblig.

Rubricæ quarti ſunt octodecim.

Delictum rapit, Aquilijs, iniuria ſubſit.
Et quaſi delinquens ago, vel gero noxia, pauper.
Per quos, ſatiſdabo, perpet. & excipiens replicabo.
Sunt interdicta, cum pœnis, officióque.
Publica iudicia reperis in fine locata.

De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. De vi bonor. rapt. De lege Aquil. De iniuriis. De obligationibus, quæ ex quaſi delict. naſcũtur. De actionibus. Quod cum eo, qui in aliena eſt poteſtate negotium geſtum eſſe dicitur. De noxalibus actionibus. Si quadrupes paup. feciſſe dicatur. De iis, per quos agere poſſumus. De ſatiſdationibus. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes trãſeunt. De exceptionibus. De replicationibus. De interdictis. De pœna temerè liti. De officio iud. De publicis iudiciis.

Finis Titulorum Inſtitutionum, qui ſunt numero nonaginta nouem.

DIGESTI VETERIS C I V. Rubricæ continentur L X V. carminibus ſequẽtibus, eo textis artificio, vt præter principale intentũ, aliquid ſententiæ videantur habere, quorum declarationem ſubiunximus.

Ex primo primi libri.

Ius, & origo patent, leges quoque parte priori.
Conſtituit, ſtatus, ac alienus, adoptat, & eſt res.
Datq́; ſenatores, conſul, prætorius, vrbis.
Sunt quæſtor, prætor, vigilum præfectus, habendi.

Officium

Officium pariter proconſulis vtile noſcas.

Vult his Auguſti, præſes, vel Cæſaris addi.

Cenſor Alexandri, ius mandat, & aſſi let inde.

De iuſtitia & iure. De origine iuris ciuilis, & om. magiſt. & ſucceſſione Iuriſprudentium. De legibus & ſenatuſconſ. & long. conſuetudine. De conſtitutionibus princi. De ſtatu hom. De iis qui ſui vel alieni iur. ſunt. De adoptionibus, emancipationibus & aliis modis quibus patr. poteſtas ſol. De rerum diuiſione & qualitate. De ſenatoribus. De offic. conſulis. De offic. præfect. præt. De offic. præfe. vrb. De officio quæſtoris. De officio prætoris. De officio præfecti vigil. De officio proconſul. & lega. De officio præfecti Auguſtalis. De offic. præſidis. De offic. procuratoris Cæſaris, & rationalis. De offic. iuridici Alexandriæ. De offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio. De officio aſſeſſorum.

Secundi libri Rubricæ.

Eſt iuriſdictio, ſtatuens in parte ſecunda.

Si quis ius dicēs, vocat in ius, non ierit tunc.

Iuſſit lex, vt eant, qui ſunt in iura vocati.

Eximat hos nemo, leges quos ſatiſdare cogunt.

Si noxalis agat, per quem ſit, cautio ſiſti.

Feriat, edendo, pactum, ſi tranſigat vllus.

De iuriſdictione omnium iudicum. Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. Si quis ius dicenti non obtemper. De in ius vocan. Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto nō debuit. In ius vocati, vt eant, vel ſatis aut cautum dent. Ne quis eum, qui in ius vocatur, vi eximat. Qui ſatiſdare cog. vel iuramento promittant, vel ſuæ committatur promiſſioni. Si ex noxa cauſa agatur, quemadmodum caueatur. De eo per quem factum erit, quo minus quis iudicio ſiſtat. Si quis cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa fact. non obtemperauerit. De feriis & dilat. & diuerſis temporibus earum: & ex quibus cauſis feriæ non impediuntur. De edēdo. De pactis. De tranſactionibus.

Tertij libri Rubricæ

Poſtulat, infamat, procurat nomine terna.

Geſta negotia ſunt his, atque calumnia iuncta.

De poſtulando. De iis, qui notantur infamia. De procuratoribus & defenſoribus. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine: vel contra eam agetur. De negotiis geſtis. De calumniatoribus.

Quarti libri Rubricæ

Reſtituit quarta, metus, & dolus, & minor hic ſunt.

Diminuit, maior alienat, & arbiter hic eſt.

Nauta, caupones, ſtabularius abdita reddant.

De in integrum reſtitut. Quod metus cauſa geſtum erit. De dolo malo. De minoribus vigintiquinque annis. De capitis deminut. Ex quibus cauſis maiores vigintiquinque annis in integrum reſtituantur. De alienatione mutandi iudicij cauſa facta. De receptis arbi

Digitized by Google

arbitriis:& qui arbitriũ recipiunt, vt ſententiam dicant. Nautæ caupones,ſtabu.vt recepta reſtituant.

Quinti libri Rubricæ.

Iudiciis quinta exhæres quæritur, petit hæres.
Si pars hæredis, ſic poſſeſſoria poſcat.
Iungas hæredem fideicommiſſa petentem.

De iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inoffi-cioſo teſtamento. De petitio.hæredit.Si pars hæred.pet.De poſſeſſoria hæreditatis petitione. De fideicommiſſaria hæreditatis petitione.

Sexti libri Rubricæ.

Vendicat & ſexta, tractãs de Publiciana.
Vectigalis ager,aut emphyteuticus eſt hic.

De rei vendicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager vectigalis, vel emphytenticarius petatur.

Septimi libri Rubricæ.

Dans vſumfructum pars ſeptima, creſcere, ſedit.
Amittatur, res quæ conſumenda petatur.
Dat ſeruus operas, habitatio, ſi cauet vtens.

De vſufructu,& quemadmodum quis vtatur fruatur. De vſufructu accreſcendo. Quando dies vſusfructus legati cedat.Quibus modis vſusfructus, vel vſus amittatur.De vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur. Si vſusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur. De operis ſeruorũ. De vſu,& habitatione, Vſufructuarius quemadmodũ caueat.

Octaui libri Rubricæ.

Vtere ſeruitiis octaua parte locatis.
Prædia dant vrbes & rus communia multis.
Ni mihi ſeruitium bene vendico, perdere poſſum.

De ſeruitutibus. De ſeruitutibus vrbanorũ prædiorum. De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. Communia prædiorum tam vrbanorum, quàm ruſticorum. Si ſeruitus vẽdicetur,vel ad alium pertinere negetur. Quemadmodum ſeruitutes amittantur.

Noni libri Rubricæ.

Quadrupedem non dabit, Aquiliam quoque legem.
Effundunt multi, noxalis vt actio detur.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Ad legem Aquiliam. De iis,qui deiecerunt, vel effuderunt, De noxalibus.

Decimi libri Rubricæ.

In decima fines regis, ac erciſcere poſcis.
Diuiſit tandem communibus exhibeamus.

Finium regundorum. Familiæ erciſcundæ. Communi diuidundo. Ad exhibendum.

Vndecimi libri Rubricæ.

Vndecima iudex interrogat itur ad ipſum.
Seruos corrumpũt, fugitiuos, alea, menſor.

Funt

Funera cum ſumptu, debes inferre ſepulchro.

De interrogationibus in iure faciendis, & interrog. act. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur. De ſeruo corrupto. De ſeruis fugiti. De aleæ luſu, & aleatorib. Si menſor. falſum. mod. dixe. De religio. & ſumpti. fune. De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando.

Duodecimi libri Rubricæ.

Res credit, iurans in litem pars duodena.
Cõdice ob cauſam, cui turpis cauſa ſuperſit.
Ac indebita ſi ſint, condices ſine cauſa.

De rebus creditis, & ſi certum petatur. De iureiurando, ſiue voluntario ſiue neceſſario, ſiue iudiciali. De in litem iurand. De condictione cauſa data cauſa non ſecuta. De condictione ob turpem, vel iniuſtam cauſam. De condictione indebiti. De condictione ſine cauſa.

Tredecimi libri Rubricæ.

Tredecimam furti, & legis condictio tangit.
Tritica dant loca certa, ſtatuta pecunia ſi ſit.
Cõmoda, cum reliquis dabit actio pignoris ampla.

De condictione furtiua. De condictione ex lege. De condict. triticaria. De eo, quod certo loco dari oportet. De conſtituta pecunia. Commodati, vel contra. De pignoratitia actione, vel contra.

Decimiquarti libri Rubricæ.

Exercet, iactum biſſeptima, & inſtitor hic eſt:
Actio, qua tribuit, patet ac aliena poteſtas.
Ne dentur natis, Macedonia lex vetat, æra.

De exercitoria actione. Ad legem Rhodiam de iactu. De inſtitoria actione. De tributoria actione. Quod cum eo, qui in poteſtate aliena eſt, negotium geſtum eſſe dicetur. Ad ſenatuſconſultum Macedonianum.

Decimiquinti libri Rubricæ.

In decimaquinta adſcribo peculium, & annum.
Poſt de in rem verſo, quod iuſſu iungere fas eſt.

De peculio. Quando de peculio actio annalis eſt. De in rem verſo. Quod iuſſu.

Decimiſexti libri Rubricæ.

In ſextadecima mulier lege Velleianum.
Compenſare vetant leges, ſi depoſitum ſit.

Ad ſenatuſconſultum Velleianum. De compenſationibus. Depoſiti, vel econtra.

Decimiſeptimi libri Rubricæ.

Septima poſt decimam mandatam pro ſocio dat.

Mandati, vel contrà. Pro ſocio.

Digitized by Google

Decimi octaui libri Rubricæ.

Octauadecima tibi vendo, diem adijciendo.
Committens, hæres vendit, reſcindo periclum.
His exportandos debet adiungere ſeruos.

De contrahēda emptione & venditione: & de pactis inter emptorem & venditorem: & quæ res vænire poſſint. De in diem addictione. De lege commiſſoria. De hereditate, vel actione vendita. De reſcindenda venditione: & quando liceat ab emptione diſcedere. De periculo, & commodo rei venditæ. De ſeruis exportandis: vel ſi mancipium ita vænierit, vt manumittatur, vel econtra.

Decimi noni libri Rubricæ.

Emptum poſt decimam nona, locat, æſtimat actor.
Res permutatas, præſcriptis addito verbis.

De actionibus empti, & venditi. Locati, & conducti. De æſtimatoria actione. De rerum permutatione. De præſcriptis verbis, & in factum actionibus.

Vigeſimi libri Rubricæ.

Pignora pars vicena tibi dabit ac hypothecas.
Poſt pignus tacitum, ſunt quæ res, qui potiores.
Diſtrahitur pignus, tandem quoque ſoluitur illud.

De pignoribus, & hypothecis: & qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum. In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur. Quæ res pignori, vel hypothecæ obligari poſſunt. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de iis, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. De diſtractione pignorum, vel hypothecarum. Quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur.

Vigeſimi primi libri Rubricæ.

Edictum ædilis tractat vigeſima prima.
Euincam, ſi res, quæ venditur, excipiatur.

De ædilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione. De euictionibus, & duplę ſtipulatione. De exceptione rei venditæ & traditæ.

Vigeſimi ſecundi libri Rubricæ.

Vſuras, fœnúſque probat vicena ſecunda.
Inſtituit, teſtes ſimul ignorantia duplex.

De vſuris, & fruct. & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora. De nautico fœ. De probatio. & præſum. De fide inſtrumento. & amiſſione eorum. De teſtibus. De iuris, & fact. ignoran.

Vigeſimi tertii libri Rubricæ.

De ſponſalibus, & ritu docet ante ſuprema.
Ius, pactum, fundus dotalis iungitur iſtis.

De ſponſalibus. De ritu nupt. De iure dot. De pactis dotalibus. De fundo dotali.

Vigeſi

Digitized by Google

Vigesimi quarti libri Rubricæ.

Vltima coniugibus donat, diuortia tangens.

De donationibus inter virum & vxorem. De diuortiis & repudiis.

Finis titulorum Digeſti veteris.

INFORTIATI ex rubricis verſibus. [illegible]

Quando coniugio dos eſt repetenda ſoluto.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

Terminat hæc rubrica vigeſimum quartum librum Digeſti Veteris.

Primi libri Rubricæ.

Impenſas dotis, res amotas dabo prima.

Agnoſco ventrem, ventris quoque nomine mitto.

Nomine, ſi ventris mulier, de concubinis ſit.

De impenſis in rebus dotalibus factis. De actione rerũ amotarum. De liberis agnoſcendis & alendis à parentibus. De ventre inſpiciendo, cuſtodiendóque partu. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur. Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur. De concubinis.

Secundi libri Rubricæ.

Dat tibi tutelas, etiam teſtando ſecunda.

De confirmando, de legitimis, dare poſſunt.

Tutores videas hîc qui petat, atque miniſtret.

Author, & ex facto, de ſuſceptis ſociabunt.

De tutelis. De teſtamentaria tutela. De confirmando tutore, vel curatore. De legitimis tutoribus. De tutoribus, vel curatoribus, datis ab his, qui ius dandi habent. Qui petant tutores vel curatores: & vbi petantur. De adminiſtratione & periculo tutorum vel curatorum. De auctoritate & conſenſu tutorum vel curatorum. Quãdo ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conueniri poſsũt. De ſuſpect. tutor. & curator.

Tercij libri Rubricæ.

Excuſat terna pars, educat, & rationes.

Vtile, pro tutore gerit, falſus quoque, mandat.

Atque magiſtratus tenet, & de rebus eorum.

Iura dari ſuadent curatorem furioſo.

De excuſationibus tutorum, & temporibus earum. Vbi pupillus educari debeat, vel morari: & de alimentis præſtandis. De tutelis, & rationibus diſtrahendis. De contraria, & vtili actione tutelæ. De eo, qui pro tutore, vel curatore negotia geſſit. Quod falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur. De fideiuſſoribus & mandatoribus tutorum vel curatorum. De magiſtratibus conueniendis, vel hæredibus eorum. De rebus eorum, qui ſub

Digitized by Google

tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienãdis vel ſupponendis. De curatoribus furioſo & prodigo, vel aliis extra minores dandis.

Quarti libri Rubricæ.

In quarta, teſtator, poſthumus, irrita delet,

Hæredes ſtatuo, vulgares ſubſtituendo.

Conditio, inſtituit, & poſt delibero iure.

De teſtamentis, & qui teſtaméta facere poſſunt. De liberis, & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis. De iniuſto rupto & irrito facto teſtamento. De iis, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, & inſcribuntur. De hæredibus inſtituendis. De vulgari, & pupillari ſubſtitutione. De conditionibus inſtitutionum. De iure deliberandi.

Quinti libri Rubricæ.

Teſtatur miles in quinta, acquirit & hæres.

Monſtrat aperire, quis omittens Syllanianum.

Si quis teſtari prohibet, ius Codicis addat.

De militari teſtamento. De acquirenda, vel amittenda hæreditate. Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. Si ex omnia cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hæreditatem. De ſenatuſconſulto Syllaniano & Claudiano. Si quis aliquem teſtari prohibuerit: vel coëgerit. De iure codicillorum.

Sexti libri Rubricæ.

Sextus dat primo legata notanda libellus.

De legatis, & fideicommiſſis primo.

Septimi libri Rubricæ.

Septimus inde liber tractat legata ſecundo.

De legatis, & fideicommiſſis ſecundo.

Octaui libri Rubricæ.

Ter quoque legata notat octauus liber ipſa.

De legatis, & fideicommiſſis tertio.

Noni libri Rubricæ.

Annua nona tenet, vſumfructum quoque legat,

Seruitus, & dos hic legantur, & optio, vinum.

Inſtructus fundus, ſunt & legata peculi.

Additur his legata rubris penus, atque ſupellex.

De annuis, & menſtruis legatis, & fideicommiſſis. De vſu, & vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum, vel fideicommiſſum relictis. De ſeruitute. De dote prælegata. De optione legata. De vino, tritico, & oleo legato. De fundo inſtructo, vel inſtrumento legato. De peculio legato. De ſuppellectile legata.

Decimi libri Rubricæ.

In decima parte legas alimenta, vel aurum.

Liberat, ac adimit, dubijs, quæ nomine pœna.

Norma Catonis habet, pro nõ ſcriptis, quibus aufert.

De alimentis, & cibariis legatis. De auro, & argento mundo, orna

ornamentis, vnguentis, veſtibus vel veſtimentis & ſtatuis legatis. De liberatione legata. De adimendis, vel transferendis legatis. De rebus dubiis. De iis, quæ pœnæ nomine relinquuntur. De regula Catoniana. De iis, quæ pro non ſcriptis habentur. De his quibus, vt indignis hæred. auferuntur.

Vndecimi libri Rubricæ.

Conditio vndecima monſtratur: lex quoque falcans,
Si cui plus fuerit legatum, quàm licitum ſit.

De conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorũ, quæ in teſtamentis ſcribuntur. Ad legem Falcidiã. Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.

Duodecimi libri Rubricæ.

Eſt trebellius, atq; dies cedit duodena.
Vt pro legatis caueat, legatáque ſoluet.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum, quando dies legatorũ, vel fideicommiſſorum cedat. Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur. Vt in poſſeſſionem legatorum, vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa eſſe liceat.

Tredecimi libri Rubricæ.

Terna poſt decimam eſt poſſeſſio parte bonorum.
Si tabulæ extabunt, mutus bona poſſit infans.
Præteritis contra tabulas poſſeſſio datur,
Legatum præſtans, bona, dotem conſcio, veteri,
De coniungendis, edictum Carbo notauit.
Vult bona poſſeſſor tabulas retinere ſecundum,
Quando parens laxat, ex milite, iura patroni.
Obſequium nati debent præſtare parenti.

De bonorum poſſeſſionibus. Si tabulæ teſtamenti extabunt. De bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco, competenti. De bonorum poſſeſſione cõtra tabulas. De legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita. De collatione bonorũ. De collatione dotis. De ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore eius. De cõiungendis cùm emãcipato liberis eorũ. De Carboniano edicto. De bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas. Si à parente quis manumiſſus ſit. De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. De iure patronatus. De obſequiis à liberis, & libertis, parentibus & patronis præſtandis.

Deciniquarti libri Rubricæ.

Libertorum ſunt opera, & bona parte ſuprema,
Vrbis libertos, aſſignas, fraude patroni,
Si nulla extabunt tabulæ, datur, vndeq; liber,
Legitimus, cognatus, adhuc ſuccedo, gradúſque.
Vnde vir ac vxor, miles, non competit omni,

Digitized by Google

Lex dat, & ordo, ſuis, addatur Tertyllianum.

De operis libertorum. De bonis libertorum. De libertis vniuerſitatum. De aſſignãdis libertis. Si quid in fraudem patroni factum ſit. Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. Vnde liberi. Vnde legitimi. Vnde cognati. De ſucceſſorio edicto. De gradibus affinitatis & cognationis, & nominibus eorum. Vnde vir & vxor. De veteranorum, & militum ſuceſſione. Quibus non competit bonorum poſſeſſio. Vt ex legibus ſenatúſveconſultis bonorum poſſeſſio detur. Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. De ſuis & legitimis hæredibus. Ad ſenatuſcõſultum Tertyllianum & Orphicianum.

Finiunt carmina, titulos omnes Infortiati ingenioſa ſerie comprehendentia.

DIGESTI NOVI [illegible]. Rubricæ, verſibus LVI. comprehenſæ.

Primi libri Rubricæ.

Prima nouum dat opus pars, infectum quoque damnum.
Hinc arcetur aqua pluuialis, de publicanis,
Donatis, cauſa mortis donatio ſubſit.

De operis noui nuntiatione. De damno infecto, & de ſuggrũdis & protect. De aqua pluuia arcẽda. De publicanis & vectigalibus & commiſſis. De donationibus. De mortis cauſa donationibus & capionibus.

Secundi libri Rubricæ.

Parte manumiſſi ſunt, & vindicta ſecunda,
Vrbica, mancipia, per teſtamenta relaxas,
Per lege commiſſas, libertates, & ademptas.
Vnde ſtatu liber, veniens, non liberat, aurum.
Natali, cauſa, non proclamare licebit.
Ingenuus, defunctus erit, colluſio tecta.

De manumiſſionibus. De manumiſſis vindictã. De manumiſſionibus, quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur. De manumiſſis teſtamento. De fideicommiſſariis libertatib. De ademptione libertatis. De ſtatulibertis. Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt. De iure aureorum annulorũ. De natalibus reſtituẽdis. De liberali cauſa. Quibus ad libertatem proclamare nõ licet. Si libertus ingenuus eſſe dicatur. Ne de ſtatu defunctorũ poſt quinquennium quæratur. De colluſione detegenda.

Tertii libri Rubricæ.

Tertia res quærit, poſſeſſa, vſucapiendo.
Soluit, mens, hæres tribuit, donata, relicta.
His pro legato, pro dote, ſuo ſuperaddes.

De acquirendo rerum dominio. De acquirenda, vel amittenda poſſeſſione. De vſucapionibus ſeu

vſur

Digitized by Google

vſurpationibus. Pro ſoluto. Pro emptore. Pro hered. Pro dona. Pro derelicto. Pro legato. Pro dote. Pro ſuo.

Quarti libri Rubricæ.

Iudicat & quarta, confeſſis, cedit, eatur,
Iudex eſt auctor, cùm priuilegia credit,
Separo, curator, in fraudem facta reſoluo.

De re iudicata. De confeſſis. De ceſſione bonorum. Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. De bonis auctoritate iudicum poſſidendis. De priuilegiis creditorum. De ſeparationibus. De curatore bonis dando. Quę in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur.

Quinti libri Rubricæ.

Interdicta, bona, legatâque quinta notabit,
Ne vis de tabulis, ſacer, & loca, publicus hic ſunt,
Poſt fruitur, reficit, fluminibus, prior ætas,
Nauigat, & ripa, de vi ſic poſſideatis,
Eſtque ſuperficies, iter actus, quotidiana.
Iſtis de riuis addas, de fonte, cloacis,
Quod vi, clámve, remitto, precaria caditur arbor,
Glans, & liber homo ſatus exhibeatur, vtrobi.
Cùm de migrando, iungatur Saluia dictum.

De interdictis, ſeu extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt, Quorũ bonorum. Quorum legatorũ. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt. De tabulis exhibendis. Ne quid in loco ſacro fiat. De locis & itineribus publicis. Ne quid in loco publico, vel itinere fiat. De loco publico fruendo. De via publica, & itinere publico reficiendo. De fluminibus: & ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo peiùs nauigetur. Ne quid in flumine publico ripave eius fiat, quo aliter aquà fluat quàm priore æſtate fluxit. Vt in flumine publico nauigare liceat. De ripa munienda. De vi, & vi ármata. Vti poſſidetis. De ſuperficiebus. De itinere actúq; priuato. De aqua quotidiana & æſtiua. De riuis. De fonte. De cloacis. Quod vi, aut clàm. De remiſſionibus. De precario. De arboribus cædendis. De glande legenda. De libero homine exhibendo. De liberis exhiben. vel deducen. Vtrobi. De migrando. De Saluiano interdicto.

Sexti libri Rubricæ.

Excipio ſexta: res iudicio, tempora ſcribens.
Sunt dolus, & iurãs, lites, ac actio iuncta.

De exceptionibus ſeu præſcriptionibus & præiudiciis. De exceptióne rei iudica. De diuerſis & tẽporalibus præſcriptionibus: & de acceſſionibus poſſeſſionũ. De doli mali, & metus exceptione. Quarũ rerũ actio non datur. De litigioſis. De actionibus, & obligationibus.

Septimi libri Rubricæ.

Septima verba, duo tradit ſeruo ſtipulanti.

De verborum obligationibus. De duobus reis conſtituendis ſtipulandi, & promittendi. De ſtipulatione ſeruorum.

Digitized by Google

Octaui libri Rubricæ.

Parte fideiuſſor patet octaua, non ſoluo.
Acceptat, Prætor, ſaluam, ſolui, ratam haberi.

De fideiuſſoribus, & mandatoribus. De nouationibus, & delegationibus. De ſolutionibus & liber. De acceptilationibus. De prætoriis ſtipulationibus. Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore. Iudicatum ſolui. Rem ratam haberi, ratihabitione.

Noni libri Rubricæ.

Delictum, furtum, tignum pars nona tenebit,
Liber erit, caupo, ſi furta familia fecit.
Furtim caſa, rapis bona tunc incendo, libellos,
Criminibus violãt, & cõcutiunt, abigei,
Dum præuaricor, atque receptor balnea frangis,
Expilat hæredes, quos crimine ſtellio fallit,
Terminis, illicita collegia dat popularis.

De priuatis delictis. De furtis. De tigno iuncto. Si quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, & poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſubripuiſſe, aut corripuiſſe quid dicatur. Furti aduerſus nautas caupones, ſtabularios. Si familia furtum feciſſe dicatur. Arborum furtim cæſarum. Vi bonorum raptorum. De incendio, ruina, naufragio. De iniuriis & famoſis libellis. De extraordinariis criminibus. De ſepulchro violato. De concuſſionibus. De abigeis. De præuaricatoribus. De receptatoribus. De furibus balneariis. De effractoribus & expilatoribus. De crimine expilatæ hereditatis. De crimine ſtellionatus. De termino moto. De collegiis & corporibus illicitis. De popularibus actionibus.

Decimi libri Rubricæ.

Publica iudicia decima ſunt parte notata,
Accuſans, cuſtos, eſt maieſtatis amator,
Punit adulteriũ, vis publica, priuátaque, ſica,
Pompeia, de falſis, lex Iulia de repetundis.
Carior annona fiet, ſi ſacra peculer.
Ambitus, admittit plagiaria Turpilianum.
Sæpe requiro eos, quos quæſtio, pœnáque mulctant.
Damnabo, mortem, deportatis, dabo paſſos.
His punitorum coniungo cadauera tandem.

De publicis iudiciis. De accuſationibus, & inſcriptionibus. De cuſtodia, & exhibitione reorum. Ad legem Iuliam maieſtatis. Ad legem Iuliam de adulteriis coërcendis & ſtupro. Ad legem Iuliam de vi publica. Ad legem Iuliam de vi priuata. Ad legem Corneliam de ſicariis. Ad legem Põpeiam de parricidiis. Ad legem Corneliam de falſis: & ſenatuſconſulto Liboniano. Ad legem Iuliam repetundarum. Ad legem Iuliam, de annona. Ad legem Iuliam peculatus: & de ſacrilegus, & de reſiduis. Ad legem Iuliam de ambitu. Ad legem Flauiam de Plagiariis. Ad Senatuſconſultum Turpilianum, & de

Digitized by Google

de abolitionibus criminum. De requirendis reis, & abſentibus dãnandis. De quæſtionibus. De pœnis. De bonis damnatorum. De bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt. De interdictis, & relegatis, & deportatis. De ſententiam paſſis, & reſtitutis. De cadaueribus punitorum.

Vndecimi libri Rubricæ.

Vndecima appellat, quod non licet, eſt, quis, & à quo.
Quando, ſuſcipiam, dimittam, nihilq; nouabo,
Reſcindit cauſa tutor, prouincia cogit,
Mors interueniat, de fiſci iure, reuerſis,
Militat in caſtris quæri bona, de veteranis.

De appellationibus & relatio. A quibus appe. non licet. Quis & à quo appelletur. Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora. De appellatio. recipiendis vel non. De libellis dimiſſo. Nihil nouari appellatio. interpoſita. Quæ ſententiæ ſine appellatio reſcind. An per alium cauſæ appella. agn. poſſint. Si tutor, vel curator, vel magiſtratus creatus appellauerit. Eum qui appellauerit in prouincia defendi. Apud eum à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum. Si pendente appella. mors interuene. De iure fiſci. De captiuis & poſtlimi. reuerſis. De re militari. De caſtrenſi peculio. De priuil. veteran.

Duodecimi libri Rubricæ.

Municipales, eſtq; decurio parte ſuprema,
Albis, muneribus, vaco, ius immane tenendo
Legatus, ciuis, decernit, opus populare,
Nundina, pollicita, varias dat cognitiones,
Sunt proxenetæ cauti, de cenſibus aucti,
Significata ſubit verborum, regula iuris.

Ad municipalem: & de incolis. De decurionibus & eorũ filiis. De albo ſcribendo. De muneribus, & honor. De vacatione & excuſatione munerum. De iure immunitatis. De legationibus. De adminiſtratione rerum ad ciui. perti. De decretis ab ordine faciẽdis. De operibus publi. De nundinis. De pollicitationibus. De variis, & extraordina. cognit. De proxenetis. De cenſibus. De verborum & rerum ſignificatio. De regulis iuris.

Finis titulorum ff. Noui.

CODICIS IVSTI.

Rubricæ fermè omnes nouem ſubiectis verſibus comprehendũtur.

Primi libri Rubricæ.

Pars prior officia, leges, & ſacra docebit.

Officia. De offic. præfect. præto-Ori. Officio præfect. Afric. Officio præfect. vrb. Officio magiſtri militum. Officio Quæſtoris. Offi. magiſtri officiorum. Offic. comi. ſacra. largitio. Officio comitis rerũ priuatarum. Officio comi. ſacri pala. Officio proconſu. & lega. Officio comi. ſacr. patrimo. Officio comi. Orient. Officio præfect. Auguſta. Officio vicarij. Officio prætoris.

Digitized by Google

Officio rect. prouinciæ. Offic. præfect. vigilum. Officio ciuilium iudicum. Officio militarium iudic. Officio diuerſo.iudic. Officio eius qui vicem alicuius iudic. vel præſi. obtinet.Officio iudic.Alexand.

De legibus & conſtitu. princ. Manda. princ. Senatuſconſult.Vetere iure enucleando.Iuris, & fact.ignor.&c.Nouo Cod.faciẽd. Iuſtinia. Cod. confir. De emend. Iuſt.Cod.&c.

De ſumma Trinit. & fide cathol.Sacroſanct.eccle. Epiſco.& cler.Epiſcopali audiẽtia. Ne ſanct. baptiſma iteretur. His iungantur illi, qui faciunt contra ſacra, vt eſt titulus, De hæretic. & apoſtatis. Nemini licere ſing. ſal. Iud. &c. Ne Chriſtianum manci. Paga, & ſacrifi. Iis, qui ad eccleſ. confugiunt. Iis, qui in eccleſ. de Statuis & imaginibus.Iis, qui ad ſtat. confug.

Si quos titulos, & hic & in ſequẽtibus omiſerimus:illos pro tuo arbitrio ſub quo voles verbo collocabis:aut alia(ſi manis) contexito carmina,quę tibi huic rei aptiora videantur, neque nos qui tum breuitati,tum vtilitati ſtuduimus, dente canino laceres.

Trãſigo,reſtituo,gero, poſtulo,parte ſecunda.

De trãſactionibus.Pactis. Et quia talia fiunt quandoque mediantibus arbitris: ideo de receptis arbitris, in fine libri ponitur, & de iureiur. propter calum. dando.

De in integ.reſtitu.Filiofa.mino. Fideiuſ.mino.Si tutor, vel curator interuenerit. Si in cõmuni, eadémque cauſa in integrum reſtitutio poſtuletur. Si aduerſus rem.iudic.Si aduerſus vend. Aduerſus dona. Si aduerſus liberta.Si aduerſus tranſactio.Si aduerſus ſolu. Si aduerſus dotem. Si aduerſus delict. Si aduerſus vſuca. Si aduerſus fiſcum. Si aduerſus credi. Si minor ab hæred. ſe abſti. Si vt omiſſam hæredi.vel bonorum poſſeſſio. vel quid aliud acquirat. In quibus cau. reſti. Qui & aduerſus quos. Si minor ſe maio. dix. Si ſæpius integ.reſtitu. Iis, qui veniam æta. imp. Si ma.fact. Vbi, & apud quem cog. in integr. reſti. ag. ſit. Reputatio. quæ fi. Etiam per procur. cauſam reſt. In integ. reſtitu. poſtulat. Reſti.mil. Vxor.mili. Tẽpor.in integ.reſti.Quibus ex cauſis maiores.

De negotiis geſtis. Procurato. Iis quæ vi, metúſve cauſa geſta ſunt. Dolo malo. Edendo. In ius vocando.

id eſt, aduoco. De poſtulan. Aduo.diuer.iudi. Aduoc.fiſci.Errore aduo.Vt quæ deſunt aduoc.Et quia poſtulare non poſſunt, qui infames ſunt: ideo, Ex quibus cau.irrog.infa.

i.conqueritur. i.diuidit.

Tertia ius decens, queritur,ſeruit. petit,occat.

De iudiciis. Sportulis & ſump. in diuerſis iud. faciendis. & de executoribus litium. Peda.iud. Qui pro ſua iuriſdi. iudices dare, daríve poſſunt. Ne quis in ſua cauſa iud. Qui legi. perſo. ſtan. in iud.ha. Vt nemo inui. agere. ordine iudiciorum. Litis conteſt. Plus peti.Dila. Feriis. Iuriſdictione omnium iudicum. Quando Imperator inter pupil. vel vid. cognoſcat, & ne exhibeatur. Vbi de crimine agi oportet. Vbi de poſſeſſione agi oportet. Vbi fideicom.

pe.opor

pe. oportet. Vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit. Vbi in rem actio. Vbi de hæredit. agitur. Vbi de ratiociniis. Vbi cauſa ſtatus agi debeat. Vbi quis de curia. Vbi ſenator. vel clariſſ. In quibus cauſis militantes fori præſcrip. vti non poſſunt. Vbi cauſæ fiſc. Quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindi.

¶ c Et alacri. affectio enim operi tuo nomen imponit, vt vt C. ad l. Cor. de ſica. l. j. ff. de fur. l. qui iniuriæ. in principio.

A D D I T I O. Vnde Ange. ſuprà in procem. ponit hos ver. Si quis fortè velit iuriſconſultus haberi: Continuet ſtudium, velit à quocunque doceri: Inuigilet, nec vincat eum tortura laboris. §. Fortior inſurgat cunctiſque recentior horis.

¶ d Leges noſtras, ſcilicet Inſtitutionum. Accur.

¶ e Oſtendite, id eſt, ita proficite in hoc libro, vel ita moribus informati ſitis. Nam boni mores plus quàm diuitiæ operantur, vt ff. de tu. & cur. da. ab iis, l. ſcire. §. cum reliquis. ff. de verbor. obligat. l. ſi quis ſtipulatus. in fine.

¶ f Vt ſpes. id eſt, hæc ſpes ſit de vobis noſtram rempublicam poſſe gubernari.

¶ g Perlecto. id eſt, lectis aliis libris.

¶ h Noſtram. alias veſtram.

¶ i Eius. Reipublicæ. Accur.

¶ k Vobis, id eſt, à vobis credendis lectis etiam aliis libris, vel ſi habes credendam, id eſt cõmittendã vobis datiuè legitur. & hoc dico legitimo opere perlecto, id eſt cùm quinquennio legeritis. nã tunc opus conſummatur: vt in prooemio. ff. eodem. §. ſed quia ſolitum. Et quòd dicit in partibus eius, ideo eſt: quia multæ ſunt partes eius: vt præfectura, conſulatus, & aliæ multæ: vt patet ex tractatibus de officiis in Dig. & in Cod.

* Perfecto rectius.

¶ l Credendis, id eſt, quia creditur. ſecundùm primam expoſitionem. vel ſi habes, credendum: dic vt in gl. ſuprà. Accur.

A D D I T I O. Hæ porrò notæ D. C. &c. hoc ſignificant, Datum Conſtant. X I. Kalend. Decemb. Iuſtiniano Patre patriæ, tertium conſule.

DE IVSTITIA ET IVRE.

¶ Iuſtinianus tractaturus iura populi Romani, præmittit de Iuſtitia, quæ eſt mater iuris: & ideo ab ea incipit. ſic obligatio mater eſt actionis, vt ff. de proc. l. licet. §. ea obligatio. & ideo præmittitur in tractatu: vt i. de obli. in prin. & de act. in prin.

A D D I T I O. Aduerte hic, inquantum in gloſ. dicitur, quòd iuſtitia eſt mater iuris. dic hoc verum, ſi conſideretur ius prout eſt in actu: ſecus, ſi prout eſt in habitu hominis: quia ius & iuſtitia tunc fuerunt, & ſunt ſimul omni tempore. Iaſon.

¶ a Eg

INSTITVTIONVM, ſeu elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi principis.

Liber I.

TIT. I.

DE IVSTITIA, & iure [a].

¶ Iuſtitiæ & iuriſprudentiæ definitio.

IVſtitia [b] eſt conſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum cuique * tri-

Quæſtio. a Et iure. ſ. quòd ius inſtitiam proſequitur, vt miniſter, vel filius. Sed quare de hoc ponitur in rubr. cùm in textu nihil dicatur definiendo, licet diuidēdo ſic? Reſpondet quidam, ideò non ponit in textu de iure: ne grauet rudes animos, ſecundùm Py. quod nihil eſt. Vel dic, hoc plerūque fieri, vt aliquid ponatur in rubr. quod in textu non ponitur: vt C. de relig. & ſumpt. fu. & de lu. aleæ. nam nihil in textu ibi dicitur de ludo aleæ. vel dic (quod eſt verius) vt definiatur: vt dicemus. infrà eodem titulo. §. iuris præcepta in gloſſa.

IVSTITIA. Totus iſte tit. quinque habet partes. Nam in prima, ponit definitionem iuſtitiæ. In ſecunda, ponit definitionem iuriſprudentiæ. In tertia, declarat quo ordine, & qua via tractandæ ſunt leges. In quarta, deſcribit præcepta iuris, vel definit ius, ſecundùm opinionem, quam teneo. In quinta diuidit ius per mēbra. Secunda ibi, Iuriſprudentia. Tertia ibi. His igitur generaliter cognitis. Quarta ibi, Iuris precepta. Quinta ibi, huius ſtudij. Chriſt. Por.

b Iuſtitia. CASVS. Quæro, quid ſit iuſtitia? Imperator ſic eam definit, vt ſit virtus ius ſuum cuique tribuēs. nam conſtans, & perpetua voluntas ſignificat habitum. habitus autem, qui rectus eſt, & cum virtute conſentiens, vt ille, eſt virtus. Ergo iuſtitia eſt virtus: vt Iuſtitia Ariſtidis, aut I. Caſſij, aut M. Catonis. Nam M. Cato quod cuiuſque erat, id cuique conſtanter, ac perpetuò tribuebat, proptereà iuſtus dicebatur: illéque in eo erat habitus iuſtitiæ. Quid eſt iuriſprudentia? Quia ius nomen generale eſt, quod humanum diuinúmque complectitur, generaliter reſpondet, iuriſprudentiam indefinitè eſſe cognitionem eius, quod tū hominibus, tum Deo debetur: peritiámque eius quod iuſtū, aut iniuſtum ſit. veluti Ius ciuile docet filium eſſe heredem patris inteſtati, non fratrem. Ius Augurū docet nihil eſſe, Ioue tonāte publicè, faciendum. Qui hæc & ſimilia norit, is iuriſprudens meritò dicetur. vt Scæuola, Ser. Sulpit. eiúſque diſciplina iuriſprudentia. Cor. Vib. Nota, definitionem iuſtitiæ. Item, ibi, cuique. quòd non eſt habenda acceptio perſonarum. Item, ibi, conſtans. quòd iudex nō debet moueri paſſionibus. Item, ibi, tribuendi. quòd vera iuſtitia conſiſtit in administratione, nō in cognitione. Item, quòd iuriſprudentia verſatur etiam in cognitione rerum diuinarum, & quòd eſt cognitio iuſti, & iniuſti. Item, quòd enumeratio cōtrariorum non eſt ſuperflua: niſi ſuper vtroque detur doctrina. Syl.

a Iuſtitia. Hæc iuſtitiæ definitio poteſt intelligi de diuina iuſtitia. q. d. Diuina iuſtitia eſt voluntas conſtans, & perpetua, &c. & ſecundū hoc hæc verba in ea poſita ſunt plana. Sed nónne iniuſtum fuit, quòd tantùm datum fuit mercenario ſerò venienti, quantum illi, qui manè venerat? quod tamen Dei iuſtitia laudat, vt ff. de an. le. l. ij. & de verb. ſig. l. ij. §. cuiuſque. Reſpon. illud diuinum vel myſticè, vel allegoricè debet intelligi. q. d. tantum habebit de paradiſo ille, qui decedit in hoc vltimo ſeculo, ſi faciat bonum, quantum ille, qui deceſſerit in primo ſeculo: vt patet in his verſibus, Vinea culta fuit, cultores præmia quærunt: Non labor æqualis, æqualia dona fuerunt. Sic Deus oſtendit, quòd quandocunque venimus, Arripiamus iter, certi de munere ſimus. Vel dic ſecundùm Io. quòd de fragibili hominis iuſtitia loquitur. q. d. iuſtitia humana, vel quæ eſt in homine, eſt voluntas conſtans, &c. & ſecundùm hoc illa duo. verba, conſtans & perpetua, abijciuntur extrà: quia homini non poſſunt conuenire: cùm ſcriptum ſit, quòd ſepties in die cadit iuſtus: & illud, nunquā in eodem ſtatu permanet: vt in auth. de non ali. aut permu. §. vt autē. Itē ꝙ in §. dicit ſuū cuique tribuēs: intellige, quantum ad affectionem: quia ad actum nō poteſt. q. d. habens affectum tribuendi: ſicut §. in tit. proœmij dicitur de Auguſt. ſic & de matrimonio quod eſt individ

* tribuens. c.

Digitized by Google

buendi[a]. Iuriſprudentia eſt diuinarum atque humanarum rerũ notitia[b], iuſti, atq; iniuſti ſcientia.

¶ Leuiora primũ exinde altiora tradẽda ſunt, ne tyrones vel perplexitate & varietate perterriti aut ſtudia deſerant, aut maiori cũ ſudore tardiùs huiuſce diſciplinæ notitiã aſſequantur.

diuiduum: vt j. de pa. po. in prin. licet interdũ diuidatur, vt patet C. de repu. l. cõſenſu. Vel tertiò expone, vt in sũma huius tit. vt voluntas. i. mens conſtans, i. bonum. quaſi habitus mentis bonus. Sed Tullius ſic definit. Iuſtitia eſt habitus animi cõmuni vtilitate ſeruata, ſuam cuilibet tribuẽs dignitatem. ſed ſecundum Pla. Iuſtitia eſt virtus, quæ plurimum poteſt in iis, quæ minimùm poſſunt, vel (prout ego credo) Iuſtitia eſt animi congrua diſpoſitio in ſingulis rebus rectè diiudicans. Accur.

ADDITIO. Per voluntatem perpetuam & conſtantem habitum ſignificat: præſertim cùm pinguius aliquantò, quàm philoſophi definitionibus prudentes vti conſueuerint. A.E.F.

Noua Additio. ✝ Iuſtitia eſt. Iuriſconſulti interdum Iuſtitiam Deam faciunt, & eius ſe Sacerdotes profitentur. l. 1. ff. hoc. tit. Hęc eſt Δίκη, καὶ Ἀστρὰ, Iouis & Themidis filia, ab Heſiod. celebrata. Interdum ea eſt Iuriſconſultorũ propria, quam Græci Δικαιοσύνην vocant, quæ cuique ius ſuum ſiſtit. l. bona fides. 31. ff. depoſ. qua præditus ille eſt, non qui perpetuò ſuum cuique tribuit (quod Dei ſolius eſt) ſed qui perpetuò tribuẽdi firmam & conſtantem habet voluntatem, quam voluntatem Græci προαίρεσιν appellant. Itaque quamuis quis interdum erret ac labatur, vti Caſſianus, aut Proculeianus aliquis, ſi tamen προαίρεσιν, illam habet, iuſtus cenſebitur. Rabula autem & veterator quantumuis Iuriſperitus, hac virtute præditus non cenſebitur. l. 91. §. 2. ff. de verb. oblig.

a Tribuendi. vt honeſtè viuat ſibi, & ſic alterum nõ lędat: imò proficiat. vel dic ius ſuum. i. hominis meritum. [Adde quòd hoc eſt potius effectus iuſtitiæ, quàm ipſa iuſtitia. Augu. lib. 19. de ciuit. Dei. Sylu.

b Notitia. Poteſt rectè legi, vt illa dictio ſcientia, ſic ablatiui caſus: vel econtra ſit nominatiui caſus, & hęc dictio notitia, ſic ablatiui caſus. ſic j. tit. j. in prin. Sed nunquid, ſecundum hoc, oportet, q́ quicunque vult iuris prudens, vel iuriſcon. eſſe, debeat theologiam legere? Reſp. non: nam in corpore iuris hæc omnia inueniuntur: vt C. de ſum. Trin. & fi. ca. & C. de ſacroſan. eccleſ. & de epi. & cl. & in aut. ſub multis tit. vbi ſpecialiter de diuinis tractatur. Item, quæ eſt differẽtia inter iuſtitiã, & ius, & iuriſprudentiam? Reſpon. Iuſtitia eſt virtus: ius eſt virtutis executiuum: iuriſprudentia eſt ſcientia illius iuris. Item, iuſtitia eſt ſummum bonum: ius, medium: iuriſprudentia, infimũ. Item, iuſtitia vult tribuere vnicuique ius ſuum: ius verò coadiuuat: Iuris prudentia docet qualiter illud fiat.

Noua Ad. † Diuinarum. Diuino iuri præerant Pontifices, humano Iuriſconſulti: Illud fas, hoc ius dicebatur: vtrique antiquitus Pontifices præerant. l. 2. §. 2. ff. de orig. iur. Poſtea iura diſtincta ſunt, vt multa de iure Pontificio ad Iuriſconſultos pertinerent: veluti de mortuo inferendo, de religioſis & ſumptibus funerũ. Cicero 1. de legibus. Idem de hæreditate ſacrorum teſtatur. Addere poſſumus ius adoptionis.

His igitur. CASVS. Quæro, quem ordinem Imperator ſequi in his Inſtitutionibus decreuit? Reſp. Ordinem maximè naturalem. Nam quemadmodum natura nos docet, quum puerum ingredi docemus, vt eum leni ac facili planáque via manu ducamus, ne, ſi in aſperam, ac ſalebroſam viam primùm eũ cõiecerimus, læſa tibia claudus fiat, nunquámque, niſi ægrè, ac difficulter, poſſit ingredi. Eodem modo teneris diſcentiũ ingeniis primùm facillima quæque & maximè dilucida præcepta tradimus vel ægrè, vel nẽ ægrè quidem, obſcuris tamen præceptionibus obruti eò, quo deducendi ſunt, perueniant. Eſt enim (vt ait Quintilianus) ſua etiam ſtudiis infantia. & in proœmio libr. viij. Incipientibus (inquit) breuius, ac ſimplicius tradi præcepta magis conuenit. Aut enim difficultate inſtitutionis tam numeroſæ, atque perplexæ deterreri ſolent:

aut

aut eo tempore, quò præcipuè alenda ingenia, atque indulgentia quadam enutrienda ſunt, aſperioru rerum tractatu atteruntur. Via autem opus eſt incipientibus, & ea plana, & cùm ad ingrediendum, tum ad demonſtrandum aptiſſima. Cor. Vib. Nota quod ea quæ ex definitionib⁹ cognoſcuntur, dicuntur cognita generaliter. Itẽ, quòd à facilioribus eſt inchoãdum. Itẽ quòd rudis anim⁹ rerum multitudine onerari non debet. Itẽ quòd non debemus cauſare, quòd iuuenes ſtudia deferant. Item, quòd faciliori via eũdum eſt: quòd doctrina debet procedere à generalibus ad ſpecialia: & quòd ea doceri debent, quæ auditoribus conueniunt, vij. quę j. can. oportet. Item quòd diffidentia plerũque remouet animum à ſtudiis. Item quòd in quacunque re eſt habendus ordo: & quòd multitudo parit confuſionem: & quòd illud eſt ſimplex, cui nihil additur. Syl.

* nunc. Th.

ſic ff. de procur. l. in cauſæ. in princip. & in authen. de mona. §. cogitandum. vnde Salomon, Tria, ait, ſunt mihi incognita, & quartum penitus ignoro, Via colubri ſuper lapidem, Via auis volantis in aëre, Via nauis in medio maris: quartum difficillius, Via iuuenis in adoleſcẽtia ſua. Vnde dantur in inte. reſt. eorum facultatibus, vt j. de hære. qua. & dif. §. extraneis.

ADDITIO. Et iſtã patent his verſibus. Cũ ſit pœna grauis cognoſcere qua via nauis, vel colubri, vel auis, pueri grauior via quauis.

¶ His igitur[a] generaliter cognitis[b] & *incipientibus[c] nobis[d] exponere iura populi Romani, ita videtur poſſe tradi[e] cõmodiſſimè, ſi primò leui,[f] ac ſimplici[g] via. poſt deinde diligẽtiſſima[h], atq; exactiſſima[i] interpretatione[k] ſingula tradãtur. alioqui, ſi ſtatim ab initio rudẽ adhuc, & infirmũ animũ ſtudioſi multitudine, ac varietate rerũ onerauerimus, duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorũ efficiemus, aut cum magno labore eius, ſæpe etiam cum diffidentia (quæ[l] plerunque iuuenes auertit[m]) ſeriùs ad id perducemus, ad quod leuiore via ductus ſine magno labore, & ſine vlla diffidẽtia maturius[n] perduci potuiſſet.

¶ a His igitur. Nunc vult dicere, qualiter leges ſunt docendæ.

¶ b Cognitis. i. viſa definitione iuſtitiæ, & iuris prudentiæ.

¶ c Incipientibus. Datiuè poteſt legi cum verbo. ſ. videntur: vel ablatiuè, vt ſuperius reſpiciant: & hæc verior.

¶ d Nobis. loquuntur compilatores huius libri in perſona Iuſtiniani, qui debet exponere per eos.

¶ e Tradi. ſ. iura populi Romani.

¶ f Leui. quo ad ſubtilia verba.

¶ g Simplici. quo ad ſententiam.

¶ h Diligentiſſima. quo ad ſubtilia verba.

¶ i Exactiſſima. quo ad ſubtilem materiam, & ſententiam.

¶ k Interpretatione. id eſt facili ſententia.

¶ l Quæ. ſcilicet diffidentia.

¶ m Auertit No. contra inconſtantiã:

¶ n Maturius. hic nota prouerbium: Qui vadit planè, vadit ſanè.

ADDITIO. Nam, vt ait Quintilianus, Magiſter qũum adhuc rudia tractabit ingenia, non debet ſtatim onerare infirmitatem diſcentium, ſed tẽperare vires ſuas, & ad intellectum audientis deſcendere. Nam vt vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, vel etiam inſtillãtibus complentur. ſic videndum eſt, quantum accipere poſſint animi puerorum.

¶ Iuris præcepta. CASVS. Quæro, quot ſint iuris præcepta? i. quis ſit finis veſtræ iuriſprudentiæ? permagni enim intereſt ab initio finem alicuius inſtituti oſtentare, vt cùm mercatores inſtituunt longam nauigationem, finem habent propoſitum, quæſtum vberem & copioſum. itaque illam ſtudioſius, atque alacrius inſtituunt atque conficiunt, Imperator victoriam, medicus ſanitatem. Reſp. Tria eſſe, quorum tamen vna eadémque vis ſit, honeſtè viuere, &c. Ius enim id vnũ ſpectat, vt humana ſocietas, eáque cõiunctio, ſine qua homines vnà viuere non poſſunt, commodiſſimè conſeruetur. Quare pręcepta ad eum finem ſpectantia nobis tradit. Nullum eſt autem ſalutarius,

Digitized by Google

lutarius, quàm illud à filio Dei, ac Deo ipſo nobis traditum, quo hæc tria continentur, Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Cor. Vib.

¶ a Iuris præcepta. id eſt, iura præcipientis: præcipiunt enim aliquid quod pertinet ad aliquod illorum triũ. Nã nõ omne ius pręcipit: imò quoddam punit, quoddam vetat, quoddã permittit: vt ff. de legi. & ſe. conſ. l. legis. quoddam conſulit: vt ff. de rei ven. l. is, qui deſtinauit. & quoddam hortatur: vt C. de trãſact. l. age.

¶ Tria ſunt iuris præcepta, ad quę quicquid in iure ſcriptũ eſt, refertur. Publicũ ius publicam vtilitatẽ reſpicit: priuatum verò ſingulorum peculiare commodũ.

¶ Iuris præcepta[a] ſunt hæc, Honeſtè[b] viuere, alterum[c] non lædere, ius ſuum[d] cuique tribuere. Huiꝰ ſtudij[e] duæ ſunt poſitiones[f], publicum, & priuatũ. Publi-

ADDITIO. Theophilus addit Tria, quod falſum puto. nam horum omnium vna & eadem vis eſt.

¶ b Honeſtè. ſ. quantum ad ſe. quæ honeſtas, & circa matrimonia eſt: vt ff. de ri. nup. l. ſemper. & circa mores ſeruatur, vt ff. de tut. & cur. da. ab iis. l. ſcire oportet. §. penul. & vlt.

N. 4. † Honeſtè viuere. Primum præceptũ, ad priuatam Iuriſconſultorum vitam refertur alterum, ad artem: tertium, ad artis profeſsionem, vt ius cuique ſuum tribuat. l. bona fides. ff. depoſit. Hinc Iuriſconſultus bono viro præcepta dat, quandiu arbitrari debeat. l. 36. ff. manda. At memorabile eſt, quod de Caſſellio Valerius tradit. libro 6. nulla conditione, vt earum rerum quas Tyranni decreuerant formulas componeret adduci potuiſſe: quippe cum eorum dominatum deteſtaretur. Sic Papinianus rogatus à Caracalla, fratricidium illius excuſare noluit: cùm diceret, non tam facilè parricidium excuſari poſſe, quàm fieri.

¶ c Alterum non lædere: vnde illud: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: vt in decr. in prin.

¶ d Suum. vt non ſolùm non lædat, ſed etiam adiuuet: nam non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: arg. in deciſ. lxxxvj. di. non ſatis. Sed nonne hæc verba accipiuntur hîc ſicut ſuprà in definitione iuſtitiæ in fi. Reſpon. non: imò ibi hæc tria comprehendit: hic aut illud ſolum, quod extra illa duo prima relinquitur. Et not. quod in hoc reprobo opinio. Py. & aliorum, qui dixerunt, quòd in hoc titulo non definiebatur ius: quòd eſt ars boni & æqui: cuius meritò quis nos ſacerdotes appellet. Nam dico, quòd hæc verba, quæ hic ſunt, tantundem præſtant. nam quod hic dicit, præcepta iuris, per hoc dicit ars, cum ars ſit collectio multorum præceptorum. Itẽ, per hoc quod dicit, honeſtè viuere, alterum non lædere, valet tantum, quantum boni, & æqui. Item, per hoc quod dicit, ius ſuũ cuique tribuere, colligo cuiꝰ merito quis nos ſacerdotes appellet. i. ſacra, vel iura ſua cuilibet miniſtrantes, vt hic & ff. eo. l. j. ij. reſp.

¶ Huius ſtudij. Diuiditur in quatuor partes, ſicut ſunt quatuor dicta. Ang.

CASVS. Iam verò quænam iſtius veſtri ſtudij ac diſciplinæ diuiſio eſt? Duæ inquit, ſunt eius ſpecies, quas Græci θέσεις, nos poſitiones, verbum pro verbo appellare poſſumus. Publicum, & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum Reipubl. pertinet, ſine quo populi Rom. non poteſt maieſtas, atque amplitudo cõſiſtere. veluti nulla Reſpublica poteſt conſiſtere ſine religione & magiſtratibus: quòd eo pertinet ius id, publicum à nobis appellatur. Priuatum verò, quòd nõ maieſtatem amplitudinémque totius populi ſpectat. ſed quod cuiuſque ciuis intereſt. velut vt pecunia data mutuo reddatur, hæredes bona defuncti poſsideant, & quæ ſunt generis eiuſdem. Sed de priuato iure in his inſtitutionibus duntaxat exponemus: at religionis, magiſtratuúmque tractationem ad Pandectarum, & Codicis libros reſeruabimus. Illud autem collectum, concretúmque eſt ex iis quæ & natura præcepit, & gẽtes omnes vno conſenſu comprobarunt, & Romana ciuitas ſibi peculiariter conſtituit. Cor. Vibul.

¶ e Huius ſtudij, id eſt, artis adipiſcendæ per ſtudium.

¶ f Poſitiones. i. ſpecies, ſecundũ Pla.

Sed

Digitized by Google

Sed ſecundum Azo. ſic. i. ſuper duobus generibus, non ſpeciebus, ponitur hæc ars ſtudio legendi diſcenda. Nec enim placet, quod ex multitudine rerum multa dicatur iura. ſic enim diceretur ius aliud equinū, quod ſuper equo tractaret, aliud aſininū & ſic de ſingulis. ſed ego credo, quòd iſte non fuit Py. intellectus, ſed ille, qui eſt præceptoris mei.

cum ius[a] eſt, quod ad ſtatū † rei Romanæ[b] ſpectat[c]. Priuatū eſt, quod ad ſingulorū vtilitatem pertinet[d]. Dicendum eſt igitur de iure priuato[e], quod tripertitum* eſt[f]. Collectū eſt enim ex naturalibus[g] præceptis, aut gētium[h], aut ciuilibus[i].

Azo fuit præceptor Accurſij. ADDITIO. Not. q Azo fuit præceptor Accurſij. Poſitiones autem. i. ſpecies: ſic autem dicere maluit, quia hæc tāquam prima principia eſſe voluit, quæ (vt ait Ariſt.) media vocant. AE.F.

¶ a Publicum ius. Et conſiſtit in ſacris, in ſacerdotibus, & magiſtratibus. ff. eod. l. j. §. publicum, & in authent. vt li. ma. & auiæ. §. fin. verſ. quia verò. & C. de ſum. Tri. & fid. cat. l. inter claras. & ff. de orig. iuris. l. ij. §. poſt originem. glo. in d. §. publicum. i. verſi. in ſacris declarat hanc. AEg. Per.

¶ b Rei Romanæ. i. Romani Imperij. ſic ponitur j. de pat. pot. §. ius autem.

¶ c Spectat. ſ. principaliter. nam & ſingulorum eſt vtilitas Rempublicā ſaluam conſeruari. Accurſius.

N. A. † Ad ſtatum. Id eſt, ad ſummam Rempubl. quæ conſtat religione & imperio. Religio iure Pōtificio, angulari, & feriali deſcripta erat. Imperiū autē, partim ad ſenatum pertinebat, partim ad magiſtratuū iuriſdictionem. Stante Rep. ſummū imperium fuit penes populum: euerſa Rep. penes Principem.

¶ d Pertinet. ſ. principaliter. ſecundariò autem ad publicā vtilitatem pertinet. expedit enim Reipu. & c. vt infrà de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iuris. §. nam Antoninus.

¶ e De iure priuato. Sed quid de publico? Reſpon. non dicet in hoc libro, ſed dicitur. ff. de iu. & ſ. & C. eo. tit. & in aliis tit. ſequētibus: & ferè per omnes tres libros Codicis: vbi de iure publico tractatur. Et nunquid illud eſt tripertitè collectum? Reſp. ſic, vt ſtatim dicam, & ex eiſdem præceptis. Cùm ergo eadem ſint exempla publici, & priuati, quare de priuato tantùm dixit, quod eſt tripertitè collectū? Reſp. quia plura erat de eo priuato dicturus. Item, cùm feciſſet hunc librum cauſa rudium, nolebat eos multum aggrauare: quod feciſſet, ſi tractaſſet de iure pub. in hoc lib.

¶ f Tripertitum eſt. In iure enim priuato. vt in ſuo toto tripertita ſūt pręcepta naturalia: vt hoc, Neminem cum alterius damno fieri locupletem: vt ff. de cōd. inde. l. nam hoc natura. Item gentium: vt quod quiſque ob tutelam ſui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimetur, vt ff. eod. l. j. ij. & iij. Item, ſunt præcepta ciuilia: vt præcepta de vſuc. quia de priuata vtilitate eſt vſucapio: vt j. de vſucap. in princ. ibi, ne rerum dominia, &c. Et ſic publicum eſt ex eiſdem exemplis. & pone eadem exempla: vt ecce à iure naturali: vt non locupletetur cum iactura alterius Reſpubl. A iure gentium, vt liceat Reipu. propulſare iniuriam. Item, à iure ciuili, vt Reſpublica vſucapiat, ſicut priuatus: quæ exempla poſuimus ſuprà ſtatim in verbo, iure priuato.

** tripertito collectum.*

¶ g Naturalibus. i. iuris naturalis.

¶ h Aut gentium. id eſt, præceptis iuris gentium.

¶ i Aut ciuilibus præceptis.

DE IVRE NATVRALI, &c.

¶ Dictum eſt ſ. quod ius priuatum eſt collectum, ex naturalibus præceptis, gentium, & ciuilibus: nunc de eis dicit: & primò de iure naturali. Accurſ.

IVs naturale eſt. Totus iſte tit. diuiditur in quinque partes. Primò, ponit de iure naturali. Secundò, de iure gentium & ciuili. Tertiò, ponit vnam diuiſionem iuris ciuilis. Quartò, rediens ad ius ciuile & naturale ponit vnam differentiā inter ipſa iura. Vltimò, ponit circa quæ verſatur ius ciuile. Secunda ibi, ius autem ciuile. Tertia ibi, Conſtat autem. Quarta ibi, Sed naturalia. Quinta ibi, Omne autem. Et hoc principium etiam diuiditur in tres partes. Primò, ponit definitionem iuris naturalis. Secundò, declarat illam. Tertiò, probat per effectum. Secunda ibi, Nam ius. Tertia ibi, Hinc deſcendit. Ang.

CASVS.

Digitized by Google

TITVL. II. DE IVRE naturali, Gentium, & ciuili.

¶ Quod naturalis inſtinctus omnia animantia docuit, ius naturale dicitur: ideo mares fœminas appetere, liberos procreare procreatóſque educare (quæ etiam cũ brutis communia habemus) hoc iure impellimur.

Ius † naturale eſt, quod natura [a] omnia animalia docuit. Nam ius [b] iſtud nõ humani [c] generis proprium eſt, ſed omniũ animalium, quæ in cœlo [d], quæ in

CASVS. Quoniam tum demum (vt ait Ariſtot.) aliquid cognoſcimus, cum partes eius notas, perſpectáſque habemus: de triplici illo iure, ex quo ius priuatum collectum dixiſti, videamus. Quid eſt ius naturale? Eſt quod cuique animãti natura ſine diſciplina aut arte vlla ingenerauit: veluti mariũ cum fœminis commixtiones. natura enim equus equæ contrectatione gaudet. at Sodomiticę cõmixtiones contra naturã ſint, quoniã (vt Plato ait) belluæ ab iis natura abhorrent. Communis item omniũ animantiũ eſt coniunctionis (vt ait Cice. lib. de off. j. appetitus procreandi cauſa, & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt. Non enim homines tantùm, verum etiam feræ illius iuris, víſque naturæ, cognitione celebrantur, ob eámque notitiam laudantur. Cor. Vibu. Nota quid ſit ius naturale. Item, quòd ius naturale eſt commune omnibus animantibus. Item, quòd coniunctio maris, & fœminæ eſt de iure naturali. Item, liberorum procreatio & educatio. Item, quòd licita maris, & fœminæ coniunctio à iure ciuili matrimonium appellatur. Item, quòd animalia irrationabilia ex inſtinctu naturæ dicuntur habere peritiam iuris naturalis, & eo vti. Item, quòd verbum, videmus, refertur ad oculum intellectus, & ad ea, quæ intellectualiter percipiuntur: quid nota pro dictis teſtium. Item, quòd quamuis animalia ex humo conſtent, vt homines, tamen genus humanum ad homines tantùm refertur. Syl.

¶ a Ius naturale eſt, quod natura. i. Deus, & nominatiuè, & ablatiuè poteſt legi: ſic ſ. tit. j. §. j. Et no. quia quatuor modis ius naturale ponitur. Quãdoque pro iure gentium: vt j. de rer. di. §. ſingulorum. Quandoque pro iure pactorum: & ſic pro iure prætorio: vt ff. de pac. l. j. Quandoque pro eius contrario. ſ. pro eo quod reſcindit pacta: vt in reſt. min. vt ff. de mi. l. j. Quandoque pro inſtinctu naturæ: vt hic, & ff. eo. l. j. §. ius naturale. Sed ſecundum Cano. ius naturale dicitur, quod in lege Moſaica, vel in Euangelio continetur: vt in princ. Decret. Et illud (quod) hic eſt nominatiui caſus, quando hæc dictio (natura) eſt ablatiui caſus, & e contra eſt accuſatiui, quando (natura) eſt nominatiui: & tunc dic, natura. i. Deus.

† Naturale. Naturale ius eſt, quod diuina prouidentia conſtitutum eſt. §. vltimo. Infra hoc tit. Ea vis naturæ, in fœtu, & educationes valuit etiam in beſtias, vt ait Cicero lib. 3. de finibus. Itaque beſtiæ iuris illius peritia cenſentur. Id eſt, æſtimatione aliqua dignentur, peritiam habent hic vſurpatur hoc verbum in l. vlti. D. de ſuis & leg. Nam iure naturæ inſtituta eſt quæuis maris & fœminæ coniunctio: itémque natorum educatio. l. 2. §. 2. D. de iuſt. & iur. Iure gentium, coniugia inter certas perſonas reſtricta ſunt, veluti inter eos qui ſanguine coniuncti ſunt, inter quos inceſtum dicitur. l. vlt. D. de rit. nupt. At iure ciuili inſtitutum eſt, vt certis verbis, certis perſonis, à certa ætate, & ante certam ætatem matrimonia cõtrahantur. Ergo ius naturæ, natura inſitũ eſt, ſine conuentione. Ius gentium, communi nationum conſenſu, & conuentione cõſtitutũ eſt. Veluti, vt bello capta in dominio victorum eſſent, vt homines bello capti, ſeruirent, vt fides hoſti data ſeruaretur, vt legatorum corpora, etiam inter hoſtium tela ſacroſancta eſſent. l. vlt. C. de legib. N. 4.

¶ b Nam ius. benedico omnia animalia. Nam ius iſtud, &c. non ſolùm eſt hominum, ſed & commune omnium animalium. Accur.

¶ c Humani. i. hominum.

¶ d In cœlo. i. in aëre, vt aues, quæ in arborib. & aëre naſcuntur: vt j. de rer. diu. §. apum.

Similis expoſitio eſt in l. æquiſsimum. §. ſi tamen. ff. de vſufr. Sylu.

¶ a In terra. vt feræ beſtiæ, quæ in ſuis luſtris. i. cubilibus naſcuntur: & etiam quædam aues.

¶ b in mari. vt piſces. idem dico & ſi in qualibet alia aqua naſcuntur.

¶ c Hinc. id eſt ab hoc iure naturali, ſcilicet Deo. qui primo Adam Euæ coniunxit: & in paradiſo delitiarum poſuit. Accurſ.

¶ d Maris, id eſt maſculi.

in terra [a], quæ in mari [b] naſcuntur. Hinc [c] deſcendit maris [d] atque fœminæ * cõiunctio [e], quam nos matrimonium [f] appellamus. hinc liberorũ procreatio [g], hinc educatio [h]. Videm⁹ etenim cętera [i] quoque animalia * iſti⁹ iuris [k] peritia cenſeri.

* Coniugatio.

* feras etiam.

ADDITIO. Hinc ita arguẽdo ex contrariis, quod marium commixtiones de quibus Plato dubitat, ſunt contra naturam. Idem tamen concludit, quum beſtiæ ab eo abhorreant, naturæ repugnare.

¶ e Coniunctio. ſ. animorum, non corporum, vt ff. de reg. iur. l. nuptias.

¶ f Matrimonium. i. effectum matrimonij. Et ſic not. quòd matrimonium quo ad originem, eſt de iure naturali, ſ. de Deo: vt hic dicitur de iure gẽtium etiam dici poteſt: quia ab eo receptum eſt. De iure ciuili etiã dici poteſt: quia formam ei adiunxit, & ſolennitatem: ſecundum Azo. vt pa. j. de nup. per totum titulum, cùm dicit, à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: vt ff. de ritu nup. per totum. vnde debet dici de iure ciuili: vt ff. de iuſti. & iur. l. ius ciuile.

¶ g Hinc liberorum procreatio. Nam Deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis inſtinctus.

¶ h Et educatio. Nam hoc iure. ſcilicet naturali monetur parens ad educationẽ filiorum ſuorum potius, quàm alienorum: vt ff. vnde lib. l. ſcripto herede. in fi. & ad hoc etiam tenetur parẽs: niſi ꝑ ſe ſit inſufficiẽs: vt ff. de lib. agn. l. ſi quis. §. ſed ſi fili⁹. & §. denique.

¶ i Cætera. ſcilicet animalia præter homines.

¶ k Iſtius iuris. ſ. naturalis, de quo loquimur. ex eo enim, quòd auis volat, piſcis natat, gallina oua calefacit: mouentur iſto iure naturali.

ADDITIO. Qui reprehendunt Budæum, putant, Peritia, eſſe accuſatiui caſus, vt Expertia. Iuſtinus tamen ſic locutus eſt libr. x. Scythas autem virtute animi, & duritia corporis, non opibus cenſeri. Senſus eſt ergo, Celebrari ob peritiam. nã plus eſt, quam in cẽſum adſcribi, & connumerari.

¶ Quod quæque ciuitas ſibi ius ſtatuit, ius ciuile dicitur, quaſi ipſius ciuitatis peculiare: quod verò rationis iudicio ab omni populo cuſtoditur, ius gentium vocatur.

¶ Ius autem † ciuile à iure * gentium diſtinguitur.

* vel gẽtium, ita diſtinguitur.

¶ Ius autem. Diuiditur in tres partes. Primò, ponit dictũ bimembre. Secundò, ponit exemplũ primi mẽbri. Tertiò, ponit exemplum ſecundi membri. Secũda ibi, nam quod. Tertia ibi, Quod verò. Ang.

CASVS. Quid appellas ius ciuile? Ius quod ſibi quæque ciuitas conſtituit, veluti populus Rom. improborum magiſtratuum iniurias, & crudelitatem non ſuſtinens, legem cõſtituit, ne quis ciuis Rom. ab vllo magiſtratu ſine populi totius permiſſu virgis cæderetur, aut ſecuri percuteretur. Hoc aliæ ciuitates nõ habebunt, ſed poteſtati magiſtratuum, eam vim permittent. Item Romani conſtituerunt, vt ſui ciues togis ad talos demiſsis vterentur: Athenienſes, vt palliis denique ius ciuile (vt Cicero ait) eſt æquitas conſtituta iis, qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas. Cor. Vibal. Nota, quòd omnes populi poſſunt ſibi condere ſtatuta: & quòd talia ſtatuta dicuntur ius ciuile. Item, quòd relatiuum quis, vel qui ſtat reſtrictiuè ſecundùm gl. hic. Item, quòd differunt leges & mores, & ſic conſuetudo. Item, quòd omnes populi partim vtuntur ſuo proprio iure, partim cõmuni. Itẽ, quòd ius commune hic appellatur ius gentium. Item, vnde dicatur ius ciuile, & quare. Item, quòd ius gentium introducitur naturali ratione. Itẽ, quòd ius gentium dicitur, quod apud omnes gentes peræquè obſeruatur, & vnde dicatur. Item quòd pop. Rom. habet ſuas leges partim à iure gentium, partim à ſeipſo. Item, quòd ſingulæ materiæ ſ. ſuis locis ſunt tractandæ, & & non ſunt confundendæ. Syl.

Digitized by Google

tur[a] quòd omnes populi, & qui legibus, & moribus[b] reguntur, partim ſuo proprio, partim communi[c] omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocatúrque ius ciuile[d], quaſi ius propriū ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio[e] inter omnes homines cōſtituit, id apud[f] omnes populos peræquè cuſtoditur: vocatúrque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtantur[g]. Et populus itaque[h] Romanus, partim ſuo[i] proprio, partim communi omnium hominum iure vtitur. Quæ ſingula[k]

¶ a Diuiditur. id eſt vnum ab alterò ſic dignoſcitur. Accur.

¶ Ius autem ciuile. Inter ius gentium & ciuile hæc communio eſt, quòd vtrumque conuentione inſtitutum eſt. Differentia verò, quod illud gentium omnium conſenſu, hoc, vnius ciuitatis cōuentione inſtitutum eſt. Itaque definitur πόλεως σύνθηκη κοινή. l. 2. de legib. ff. veluti, vt matrimonia, vt teſtamenta certo ritu fiant. Vt ciues R. ſemper in pace ſint, legati etiam, cum in exteris nationibus peregrinantur. l. ſed ſi accepto. 32. ff. de iure fiſci.

¶ b Legibus & moribus. Nam quidam ſunt, qui reguntur tantùm moribus: & etiam quidam, qui nec moribus nec legibus: vt homines ſylueſtres: etiam quidam, qui legibus tantùm: & non moribus. Adde, quod hæc gl. communiter reprobatur hic, & in l. omnes populi. ff. eod. quia hic relatiuum ſtat declaratiuè, & competit cuilibet de genere. Syl.

¶ c Communi. id eſt, eo iure, quod eſt in cōmuni apud omnes, ſiue ſcriptum ſit, ſiue non.

¶ d Ius ciuile. Vt ſunt ſtatura terrarū: quæ iura municipalia dicūtur: vt C. de eman. lib. l. j. & ſic dicitur ad differētiā iuris naturalis. i. iur. gentium. & ita accipitur hic. Secundo modo, dicitur ius ciuile lex xij. Tabularum, vt ff. de iuſti. & iure. l. i⁹ ciuil. §. hoc igitur. Tertiò, dicitur ius ciuile omne ius, quod non eſt prætoriū. & ſic accipitur. ff. de iu. & iure. l. ius autem ciuile. in prin. & §. ius prætorium. Quartò, dicitur diſputatio prudentium, quæ fuit facta ſuper. l. xij. Tab. vt ff. de ori. iuris. l. ij. §. hæc diſputatio. ſecundùm Ioā. Quintò, quicquid ſcriptum habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cùm dicitur. Eſt enim ſanctiſſima res ciuilis ſapientia, quæ pretio nūmario non eſt æſtimanda: vt ff. de var. & ex. ord. cog. l. j. §. proinde. Sexto, dicitur quoties adiicitur aliquid iuri naturali, vt in matrimonio modò diximus, vel detrahitur iuri naturali, vt in vſucap. vt j. de vſucapio. in prin. vel additur iuri gentium: vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter. vt infrà, de tut. in principio: vel detrahitur, vt in poteſtate ſeruorum reſtricta: vt j. de iis, qui ſui vel alieni iuris sūt. §. ſed hoc tempore. hoc enim ius ciuile dicitur: vt ff. de iuſt. & iu. l. ius ciuile. j. reſp. & hæc exēpla ſunt ibi notata. Accurſ.

¶ e Naturalis ratio. No. quod i⁹ gentium naturali ratione eſt inductum: vt hic, & j. de rer. di. §. ſingulorum. vnde eſt ius immutabile: vt j. eo. §. ſed naturalia. Accur.

¶ f Id apud. nunc ſoluit. Accur.

¶ g Vtuntur. Vt eſt religio erga Deum, vt parentibus, & patriæ pareamus: vt contra violentiam reſiſtamus: vt ff. de iuſt. & in l. j. iu. fin. & l. ij. Item conuentiones, ſiue pacta, quæ apud omnes gentes valent: vt j. eo. §. ius autem gentium. & ff. de pact. l. iuris gentium in principio.

¶ h Itaque. quia omnis populus vtitur partim iure communi, & partim, & cætera.

¶ i Suo. quod pro ſe tantùm compoſuerunt: aliàs eſſet lex generalis, vt j. eo. §. lex.

¶ k Quæ ſingula. ſcilicet, iura gentium & ciuilia, quibus vtuntur ciues Romani: & effectus eorum iurium dicetur j. de re. diui. §. ſingulorum. vſque ad fi. tit. vbi dicitur qualiter acquiruntur dominia iure gentium. Item, infrà de vſucap. & in ti. ſequentibus, in quibus dicitur qualiter acquiruntur dominia iure ciuili. & ſecundùm hoc refertur ad proximum dictum, & illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. Vel aliter dic, proponemus j. eo. ti. §. pen. vbi dicit alterum de iuribus variabile, vt ciuile: alterum non, vt gē-

tium

qualia ſunt, ſuis locis proponem[a].

¶ Ius ciuile ab ea, in qua conſtituitur ciuitate, vel legiſlatore nomen ſortitur: iuris tamen ciuilis ſimpliciter prolati appellatione, ius Romanorum (tanquā nobilius) ſignificamus.

¶ Sed ius quidē[b] ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur[c]: veluti Athenienſium. Nam ſi quis velit Solonis[d], vel Draconis leges * appellare ius ciuile Athenienſiū nō errauerit[e], Sic enim & ius[f], quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius Quiritū[g], quo Quirites vtuntur. Romani enim à * Romulo, Quirites à Quirino[h] appellantur: Sed quoties non addimus nomen cuius ſit ciuitatis[i] noſtrum[k] ius[l] ſignificamus. ſicuti cùm poëtam dicimus, nec addimus nomen ſubauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.

* quas collegit P. Prateius li. 1. & 2. Veter. iuriſpr.

* Deeſt Th.

tium: & ſecundùm hoc non refertur ad proximum dictum: ſed ad id, quod dicit ſuprà. Nam, &c. & etiam. Quòd verò, &c.

¶ a Proponemus. Sed vbi? Reſpon. fortè j. de rer. di. §. ſingulorum. & refertur non ad proximum dictum, ſed ad id, quod dictū eſt. Nā quod quiſque, &c. & ibi. Quod verò, &c.

¶ Sed ius. Diuiditur in duas partes ſecunda ibi, ſed quoties.

CASVS. Nullúmne ergo cognomentum ius illud ciuitatum habet, vnde ab aliis cognoſci intelligiq. poſſit? maximè. Denominatur enī quodque ius, ex ſue ciuitatis appellatione. Nā quod Romani, ſeu Quirites ſibi cōſtituerunt, Romanum, ſiue Quiritum: quod Athenienſes, Atticum: Lacedæmones, Laconicum: Parthi, Parthicum: Iudæi, Iudaicū appellāt, tametſi vrbs Roma propter ſummā, ac propè incredibilem excellētiam, & quòd caput orbis terrarum meritò vocaretur, propterea commune omnium ciuitatum nomē efficit vulgò ſuum, ſoláque propriè nomen commune poſſidet. vt quemadmodum poëtæ, & oratoris nomine apud Græcos Homerus, & Demoſthenes: apud Latinos Virgilius & Cicero intelliguntur. philoſophi, Plato: Apoſtoli, Paulus: eodem modo iuris ciuilis ſimplici appellatione, ius ciuile Romanorum intelligatur. Cor. Vib. Nota quòd ius ciuile ab vnaquaque ciuitate appellatur. Item vnde ſint dicti Romani, & vnde Quirites. Item, quòd non adiecto alio nomine, iuris ciuilis appellatione intelligitur de Romano & ita intelligas hunc text. quia quamuis à pluribus allegetur hic tex. noſter, quòd appellatione iuris veniat ius Romanorum: tamen qui ita intelligunt, non bene intelligunt deciditur enim hic, non quid veniat appellatione iuris ciuilis. ita enim probat aduerſatiua illa, ſed quæ facit retineri eoſde terminos. Alex. in l. filius à patre. ff. de lib. & poſth. Item text. ibi, ſi non addimus nomen cuius ſit ciuitati. Item, not. quòd verba æquiuoca in dubio, intelliguntur in digniori & potentiori ſignificatu. Syluius.

¶ b Sed ius quidem. Diximus populos commune, aut proprium ius habere: ſed ius, &c.

¶ c Ciuitas appellatur. ſ. i. nomen illius ciuitatis, vbi factum eſt ius ciuile debet ei imponi.

¶ d Solonis. Nomina ſunt compoſitorum ſtatutorum in illis ciuitatibus, ſicut ſi appellaret quis ius ciuile Bonon. ſtatutum à compoſitoribus inuentū, & conſilio confirmatum.

¶ e Non errauerit. Imò bene dixerit.

¶ f Sic enim & ius. Quod pro ſe tantùm cōpoſuerunt: aliter eſſet generalis lex, vt ſ. eo. §. lex eſt. & de hoc. ſ. iure ciuili generali poteſt hic intelligi, vel loqui. Accur.

¶ g Ius Quiritum. Pro eodem, licet nomina mutet.

¶ h A Quirino. Qui fuit eorum rex, dictus à quiris, quod eſt haſta quia magna haſta in bello vtebatur.

¶ i Ciuitatis. Sed ſimpliciter dicitur ius ciuile.

¶ k Noſtrum. ſ. Romanorum per excellentiam.

¶ l Ius. ſ. ciuile Romanorum, ſi eſt proprium: vel generale, ſi eſt factum, vt ſit generale.

ADDITIO. Hoc genus coniecturæ in aliis ambiguis diſtinguendis obſeruatur. l. ſi ſeruus. §. fin. ff. de leg. j.

Digitized by Google

cos egregius Homerus: apud nos. Virgilius a.

¶ Communis vſus, humanaq; neceſſitas iuri gentium originem dedere. Ex hoc itaque iure orta ſunt bella, ſecutæ captiuitates, & ſeruitutes, ac contractus ferè omnes introducti.

¶ Ius autem b gẽtium omni humano c generi commune eſt. Nã, vſu d exigente, & humanis † neceſſitatibus, gentes humanæ iura * quædam ſibi conſtituerunt. Bella e enim orta ſunt, & captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio f liberi naſcebantur. Et ex hoc iure gentium omnes

1 a Virgilius. Idem in Apoſtolo. Nam Paulus in diuina ſcriptura intelligitur. Item vbi dicitur ſapiens, intelligitur Salomon.

¶ Ius autem. Primò ponitur vnum dictum. Secundò, ponitur ratio, quare ius gentium fuit introductum. Tertiò, ponitur effect', ſiue ponuntur inuentiones iuris gentium. Secunda ibi. Nam vſu. Tertia ibi, Bella. Angel.

CASVS. Perge porrò, ac mihi ius gentium quid ſit, & cur ita vocetur, explicato. Gentes dicuntur nationes hominum, quæ ſuis regionibus, veluti ciuitas muris, cõtinentur: veluti, Hiſpanica, Italica, Germanica, Indica, America. Quod igitur omnes aut pleræque gẽtes ita inter ſe terrarum ſpatiis diſiũctæ vno conſenſu natura impellente, comprobarunt, id ius gentium appellatur. veluti, vt legatorum corpora inter ipſa hoſtium tela ſancta ſint: vt quæ iuſto bello parta ſint, ea victoribus acquirantur: vt qui bello capti ſunt, eorum ſint ſerui, à quibus capti fuerint. natura enim omnes homines liberos produxerat: ſed, exortis bellis, victores captis hominibus tanquam pecudibus vti cœperunt, in eóſque ius vitæ, neciſque obtinuerũt. Præterea contractus ferè omnes, & commercia conſenſus ille gentium introduxit. Etenim quæ tandem ſocietatis humanæ conſeruandæ ratio eſt, niſi vt qui abundat certis rebus aliarum verò indiget, cum eo, qui contrario modo eget, abundátque, negotium contrahat? Inde ergo emptio vẽditio exorta eſt: quæ quamuis non continuò excogitata ſit, tamen quia conſenſu omnium gentium comprobata eſt, ad eandem originem neceſſariò refertur. neque hic accipitur pro permutatione non magis, quàm locatio & conductio, quæ ſine pretio ſimiliter non conſiſtit. Non enim primam ætatem, ſed omnium gentium comprobationem, moreſque ſpectamus. Cor. Vib. Nota ius gentium eſſe commune omnibus gentibus: & quòd conſtitutiones iuris gentium, vel ex cõmoditate, vel ex neceſſitate gentium ſint introductæ. Item quo iure bella & ſeruitutes ortæ ſunt: & ſeruitutes naturali iuri eſſe cõtrarias: & quòd de iure naturæ omnes homines liberi naſcebãtur: & quòd omnes ferè cõtractus ſunt de iure gẽtium. Item nota, quòd leges, & ſtatuta debent fieri aut propter cõmoditatẽ, aut propter neceſſitatem hominum. Item quòd ius gentium derogat iuri naturali. Item quòd dictio, ex, denotat participium temporis. Syl.

*Παραπέλλα. Th.

¶ b Ius autem. Autem pro ſed, & repetit de iure gentium, vt aliquid addat.

¶ c Omni humano. Sed nunquid plura humana genera ſunt? Reſpon. non: expono ergo, i. omnibus hominibus.

¶ d Nam vſu. Ab initio enim pauci erãt homines: indiguerunt tamen aliquo communi vſu: & quanto plures fuerũt, tunc magis ſuas conſuetudines habebant, & ſtatuta: puta vt nullus vineam, vel hortum alterius intraret, & hoc ſequitur. & probatur. ff. de iuſt. & iur. l. ex hoc iure.

¶ e Bella. Sed quomodo à iure deſcẽdit bellum, cùm ſit à iure prohibitum: vt ff. de vſufru. l. æquiſſimum? Reſpon. loquitur de eo quòd à populo Rom. eſt indictum hoſtibus, vt ff. de capt. & poſtli. reuer. l. hoſtes. Item propulſare violentiam, quod eſt licitum: vt ff. de de iuſt. & iur. l. vt vim. & ff. de vi, & vi arm. l. j. §. vim vi. cum moderamine tamen, &c. C. vnde vi. l. j.

† Humanis. Cùm ſocietas humani generis conſeruari aliter non poſſit. l. 4. ff. de Iuſt. & iur. N. A.

¶ f Initio. Sed nũquid hodie? Quidam dicunt

dicunt ſic.nos contra : nam ſeruus naſcitur, vt infrà de iure perſo.§.ſerui.& ff.de nata.reſt.l.interdum. Accurſ.

ADDITIO. Ante, ſi captiuitates ac ius gentium,quo iure cœperunt naſci ſerui homines, veluti nati ex ancillis noſtris. §.ſerui.j. de iure perſ. Aemyl. Ferret.

penè [a] † contractus introducti ſunt:[b] vt emptio, venditio, locatio,conductio, ſocietas, depoſitũ, mutuum,& alij innumerabiles.

¶ a Penè. Penè dicit propter quatuor cõtractus:vt propter ſtipulationem : vt j.de act.§.de conſtituta. Item, propter literarum obligationem : vt j. de lit. obli. Item, propter contractum emphyteuticum : vt j. de loca.& condu.§.adeò. Item,propter ſponſalitiam largitionem, id eſt, donationem propter nuptias : vt in auth. vt ſpon.larg. §.j.& ij.Et nota, quòd hic dicitur omnes contractus eſſe de iure gentium: ſed non omnes obligationes.Nam quæ ex maleficio, vel quaſi ſunt, non ſunt de iure gentium,ſed vel à lege xij. Tabul.vel ab alia lege.

ADDITIO. Prout glo.loquitur in quaſi maleficiis, approbatur, quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno:quod ius gentium nõ conſiderat : ſed prout loquitur in maleficiis, reprobatur per l. i. ff.de fur. vt per Angel.& Chriſtoph.hîc.

K.4. † Omnes pene. Addit pene : propter mancipationem & nexum, itémque propter ſtipulationem, quæ iuris ciuilis eſt : neque ab iis qui deportati ſunt, & iura ciuitatis amiſerunt,vſurpatur.l. quotiens.14.in fine. ff. de donat.l. ſi ita. 126. §. penult. ff. de verb. obligat.

¶ b Innumerabiles. id eſt, non facile ad numerandum habiles : vt infrà de rebus corpor. & incorpor.in principio.

ADDITIO. Intellige nomine emptionis & venditionis permutationẽ, cùm emptio non conſiſtat ſine pretio. eóque in numerata pecunia.Numi autem non ſunt inuenti iure gentium, quorum initium refertur ad Aeginetas,longe poſt Liberum patrem. quem Pli.lib.6.tradit inueniſſe emptionem, & vendit.Aemyl.F.

¶ Conſtat.]Diuiditur iſte.§.in tres partes.Primo,ponit dictũ bimembre. Secũdò, ponit exemplum primi membri. Tertiò, exemplum ſecundi membri. Secunda ibi, Scriptum. Tertia ibi, in §.Ex non ſcripto. Item ſecunda ſubdiuiditur in duas partes. Primò ponit, quid eſt ius ſcriptum. Secundò ponit exempla. Secunda ibi, Lex.

¶ Ius ciuile ſcripto conſtat,& non ſcripto. Iuris autem ſcripti partes ſunt ſex, quæ recta ſerie pertractantur.

CASVS. Quoniam mihi Romani iuris fontes indicaſti, quæro, quæ ſint eius ſpecies. Quemadmodum apud Græcos, ita apud Romanos iuris ciuilis duæ ſunt ſpecies. alia literis, ac monimentis continetur : alia moribus & conſuetudine ſine literis conſtat.

¶ Lex eſt.] Quoniam iuris ſcripti ſex partes enumeras, de ſingulis videamus. Quid eſt lex? Ius quod populus Romanus rogante magiſtratu ſenatorio iubet. Nam populi Romani triplex erat poteſtas, quæ ex Romuli Regis legibus intelligitur, vt leges ſciſceret, bella decerneret, magiſtratus crearet. Cùm igitur magiſtratus aliquis maior (his enim ſolis cum populo agere licebat) legem ferre vellet, primum eam trinundino promulgari iubebat, & pro Roſtris proponebat, vt populus eam cognitam, & perpenſam aut reciperet, aut repudiaret. tertiis nundinis in concionem aſcendebat, & populum ita rogabat, Velitis iubeatis Quirites, vt id, vel illud fiat. Singulis autem ciuibus tabellæ binæ dabantur, quarum in altera ſcriptum erat,Vti rogas : in altera, litera A. illa recipere ſe legem, hac antiquare. id eſt, repudiare Quirites ſignificabant. Eum autem magiſtratum ſenatorium, id eſt, ex Senatu eſſe oportebat:veluti Conſulem, aut Prætorem. Nam ſi Tribunus plebis, qui quamuis & ipſe Senator, eo tamen anno in Curiam nõ ingrediebatur,legem ferret, Plebiſcitum erat, vt mox dicemus.

¶ Plebiſcitum.] Quid eſt Plebiſcitum? eſt ius, quod non vniuerſus populus, ſed plebs tantùm, & Tribuno plebis interrogante, Velitis, iubeatis, &c. iubebat. Triplex eſt igitur inter Legem & plebiſcitum differentia: prima, quòd lex comitiis centuriatis fertur. id eſt, quum populus non tributim, hoc eſt, per xxxv. tribus deſcri-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

¶ Conſtat autem ius noſtrum [a] quo vtimur, aut ſcripto [b], aut * ſine ſcripto: vt [c] apud Græcos [d] τῶν νόμων οἳ μὲν ἔγγραφοι, οἳ δὲ ἄγραφοι. Scriptum autē [e] ius, eſt lex, * plebiſcitum, ſenatuſconſultū [f], principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentium.

¶ Lex eſt [g], quod

ptus, neque ex generibus hominum, ſed cēturiatim. i. per centenas turmas, ex cēſu, ordinibus, & ætate diuiſus ſuffragia ferebat. Plebiſcitum verò tributis comitiis, id eſt, cùm plebs ſola per tribus fuſè conuocata ſuffragiū ferebat. Secunda differentia eſt, quod lex à magiſtratu Senatorio fertur: Plebis ſcitum à Tribuno. Tertia, quòd illa ab vniuerſo populo: hoc, à plebe duntaxat. Quid autem inter populum & plebem intereſt? tantundē quātum ſpecies à genere (vel vt rectius, ac verius loquamur) totum à parte. Cùm enim populi Romani duo primùm ordines fuerint, Senatorius & Plebeius: poſteriore omnes reliqui à Patribus Conſcriptis continebantur: poſtea tamēn ad illos ordines Equeſtris adiunctus eſt. Ac primis quidem temporibus Patres non tenebantur legibus à plebe iuſſis, id eſt, Plebis ſcitis. Sed Q. Hortēſius dictator quidam quum plebs Ro. ſeditionem in ianiculum feciſſet, legem tulit, vt omnes Quirites Plebis ſcita non minus quam reliquas leges tenerent: vt ſcribit Plinius lib. xvj. cap. x. Gellius lib. xv. cap. xxvij. Florus in epitome lib. xj.

* ex xē.

¶ Senatuſconſultum. Quid eſt Senatuſconſultum? Eſt ius quod Senatus, Conſule aut Prætore, aut Tribuno plebis ad eū referēte, ſententiáſque rogante, conſtituit. Quod autē ait, Senatū, aucto populo, vice populi conſuli ſolitū: id ego interpretari non poſſum. quia ſati: conſtat Romulū centum Patres cōſtituiſſe, quorū cōſilio in adminiſtranda Repub. vteretur. Ea Senatuſconſulta rata erant, ni Tribunus plebis aliquis intercederet: perſcriptáque olim in ædem Cereris ad Aediles plebis deferebantur, poſtea ad ærarium deferri cepta ſunt, vbi & leges in æs inciſæ aſſeruabantur. Corn. Vib. Nota ius Rom. aut lege ſcripta conſtare, aut conſuetudine. Item, nota partes iuris ſcripti. Item, modum ferendarum legum, plebiſcitorum, & ſenatuſconſultorum. Itē, quòd Conſul dicitur magiſtratus ſenatorius: & tribunus dicitur plebeius. Itē, in quo differat plebs à populo. Item, quid veniat appellatione populi. Itē, quod Patricij & Senatorij veniunt appellatione populi: ſecus appellatione plebis. Item, quid ſit plebs. Item, quod plebis ſcita ex lege Hortenſia ſunt eiuſdem poteſtatis, cuius ſunt leges. Item, quòd difficilè eſt multos adunare. Sylu.

* plebiſcita, ſenatuſconſulta, conjuncta,

¶ a Ius noſtrū, i. ciuile Romanorum, de quo diximus ſ. eo. §. ſed ius. Largè vocatur ius ciuile, quicquid ſcriptum habemus: de iure generali: vt diximus ſ. eo. in gl. vt ſūt ſtatuta terrarum, &c. ibi, quinto, &c. Item quicquid habemus de moribus hic cōprehendit, ſ. generalibus, vt patet ex inferioribus.

¶ b Scripto. De hoc dicit vſque ad §. ex non ſcripto, infrà eo. & de non ſcripto ibi dicet. Accurſ.

ADDITIO. Non tamen eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam legis: ſed ad probationem tantum, ar. l. contrahitur. ff. de pig. ſecundùm doct. hic.

¶ c Vt. pro ſicut.

¶ d Apud Græcos. Nam & Græci vtebantur iure ſcripto, & non ſcripto: vt j. eo. §. & non ineleganter. Accurſ.

ADDITIO. Græca ſic verte, legum aliæ ſcriptæ ſunt, aliæ non ſcriptæ.

¶ e Scriptum autem ius. ſ. ciuile Romanorum: de quo dixit ſ. eo. §. ſed ius. Accurſ.

¶ f Senatuſconſultum. Quare dicti ſunt conſules: not. ff. de origin. iuris. l. ij. §. exactis.

¶ g Lex eſt. Hæc definitio, quo ad ſententiam, concordat cum ea, quæ eſt ff. de legib. & ſenatuſconſ. l. j: licet quo ad verba diſſentiat. Definitur & alio modo, Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria, quæ ſumitur ex lege Græca. ff. de leg. & ſenatuſconſult. lege ſecunda. Item, definitur tertio modo, vt in eadem lege Græca colligitur in eodem titulo, de legibus & ſenatuſcon. l. ij. in principio. Accurſ.

¶ Magiſtratu rogante. Rogatur, ſiue fertur his verbis: *Vel iub. Quir.* &c. Promulgatur, proponitur, proſcribitur per trinundinū. ſi populus probabat, iniecta tabula V. R. lex dicebatur. Si non probabat, iniiciebatur tabula vbi erat. A. N. 4.

¶ a Veluti

populus Romanus, ſenatorio † magiſtratu * interrogante, veluti [a] Conſule [b], conſtituebat.

*rogante.

¶ Plebis ſcitũ eſt, quod plebs, plebeio magiſtratu interrogante, veluti [c] Tribuno conſtituebat. Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies [d] à genere. Nã appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam [e] Patriciis [f], & Senatoribus. plebis autem appellatione ſine Patriciis & Senatoribus cæteri ciues ſignificantur. Sed & plebiſcita [g] lege Hortenſia [h] lata, non min⁹ valere, quàm leges, cœperunt.

¶ Senatuſconſultum eſt, quod Senatus iubet, atque conſtituit [i]. Nam quum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari legis ſanciendæ cauſa [k], æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli [l].

¶ a Veluti. Exemplificatiuè ponitur: vt ſ. §. proxi. nam facta cõuocatione populi Romani, magiſtratus, i. Senatus, nõ totus, ſed qui maior erat omnibus, interrogabat populum. ſ. conſulendo, an ſic placeret, & ſic ad libitum populi fiebat: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. deinde. j.

¶ b Conſule. Nã Cõſul, vice omniũ Senatorũ interrogabat populum: & ſic ipſi Senatores vidẽtur interrogare. nam qui per alium facit, per ſe facere videtur: vt ff. de vi, & vi ar. l. j. §. deiecisse. & ff. de adm. tu. l. ita autẽ. §. geſſiſſe. nã rectè omnia noſtra facim⁹, quibus à nobis auctoritas impertitur: vt Cod. de vet. iur. enu. l. j. §. ſed ſi quid. ver. omni.

¶ c Veluti. Exẽplificatiuè ponitur. vt ſ. §. proxi. erat enim vnus nomine tribunus, qui præerat plebeis & eorum magiſtratui, qui interrogabat plebeios: vt ff. de orig. iu. l. ij. § poſtea. ver. mox cum reuocata. & §. iiſdẽ temporibus. & multas leges habemus de his: vt leg. Aquil. vt j. de leg. Aquil. §. ex hoc tamẽ capite, & ne præſides accipiant niſi eſculẽta: vt ff. de of. Proconſ. l. ſolent. §. fin. & ff. de offic. præf. l. plebiſcito.

¶ d Species à genere. Eſt autẽ gen⁹, quod prædicatur de pluribus differẽtib⁹ ſpecie, vt animaliũ aliud rationale, aliud irrationale, & ſic ſe habet populus (vt ſequitur) ad nobiles & ignobiles. Species autem eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus numero: vt hominum alius Titius, alius Seius, ſic ſe habet plebs. nam minores tantùm comprehendit, vt ſequitur.

ADDITIO. Impropriè & genus & ſpeciem accipit: vt in l. inter donum. ff. de verb. ſign. neque enim populus de plebe prædicatur, vt genus de ſpecie. quare puta dictum totum & partem.

¶ e Etiam. Quaſi dicat, non ſolùm populi appellatione viles connumerantur, ſed etiam Patricij.

¶ f Patriciis. Qui erant quaſi patres principis. vt infrà quibus modis ius pat. pot. ſol. §. filius.

¶ g Sed & plebiſcita. Videbãtur minus valere, quaſi loco & argumẽto ſumpto ab auctoritate: quia maior eſt Patriciorũ & Senatorũ auctoritas: vt C. de leg. l. humanũ. & ff. de eden. l. ſi quis ex argent. §. j. ſed hoc ſublatũ eſt per legem latam ab Hortenſio rege: vt ſequitur. & ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cùm eſſet. ver. mox cùm reuocata.

ADDITIO. Imò ab Hortẽſio dictatore, vt apud Gellium li. xv. cap. xxvij. & Plinium lib. xvj. cap. x. qui mortuus eſt in magiſtratu, vt apud Florum in Epitome xj. & D. Auguſtinum lib. de ciuitate Dei iij. cap. xvij.

¶ h Lege Hortenſia. Sic dicta ab Hortenſio, qui pacem compoſuit inter nobiles, & plebeios: & inter eos ſic ſtatuit, vt valeret plebiſcitum.

¶ i Conſtituit. Nam poterat facere legem, vt hic, & ff. de legi. & ſenatuſconſ. l. non ambigitur.

† Cùm auctus eſſet. Dictum adſentatoriè, vt in lege ſecunda. §. deinde. ff. de offic. iudic. Nam lege Regia lata, Imperatores ſenſim populo Romano ius comitiorum, & libertatem ademerunt, & ad Senatum, in quo dominabantur, iuris conſtituendi poteſtatem tranſtulerunt. Auctores, Tacitus libro primo, & Suetonius in Auguſto. X. A.

¶ k Legis ſanciendæ cauſa. Nam idem eſt, ſi ex alia: quia difficile erat tot homines conuenire. Accurſius.

¶ l Cõſuli. id eſt interrogari. Nã antea

populus interrogabatur: vt s. eod. tit. §. plebiſcitum. & ſicut populus interrogabatur prius: ſic poſtea Senatores, (qui centum erant numero) interrogabantur à Conſule: vt C. de pe. hær. l. fin. in princ. & ff. de origin. iur. l. ij. §. deinde quia difficile.

¶ Sed & quod. Iſte §. diuiditur in quatuor partes. Nam primò ponit dictum. Secundò, eius rationem. Tertiò, ponit illationem. Quartò, dictum modificat & declarat. Secunda ibi, Cùm lege. Tertia ibi, Quodcunque. Quarta ibi, Planè. Ang.

¶ Thema. Quid eſt principū placitum? Amiſſa libertate populi Rom. tyranni, qui Rempub. occupauerunt, quædam pro ſuo imperio conſtituebant, quæ pro iure obſeruabantur. Ea poteſtas eis confirmata eſt à populo lege quadam Regia, quæ ius arbitriúmque omnium rerum illis permiſit. de qua Iuſtinianus in præfatione Pandectarū ſcribit, antiqua lege, quæ Regia nuncupabatur, omne ius, omnémque poteſtatem populi Romani in Imperatores tranſlatam. Ea lex renouata videtur, Auguſto Imperium ineunte. Nam Strabo libro xvij. extremò ſic ait, Patria ei totius imperij principatum permiſit, ipſique belli, ac pacis arbitrium conceſſum eſt. Earum porrò conſtitutionum tres ſunt ſpecies: Epiſtulæ, Decreta, Edicta. Epiſtulæ ſunt, quas vrbanis, aut prouincialibus magiſtratibus de nouo aliquo negotio cum conſulentibus reſcribit: quæ ob eam cauſam reſcripta etiam nominantur, veluti omnes ferè leges, quæ in codice leguntur. Decreta ſunt, quæ cauſa cognita, Princeps conſtituit. Edicta, quæ de ſuis, aut ciuitatis ſuæ commodis cogitans, conſtituit. Harum conſtitutionum duæ rurſus ſunt ſpecies. nam aliæ generales ſunt, quæ omnes ciues æquabiliter obligatos, obſtrictóſq. tenent, aliæ perſonales, quæ de certæ perſonæ, aut præmio, aut pœna conſtituunt, veluti quum Ouidius offenſo Cæſare ob libros de arte amandi in Scythiā relegatus eſt. Cor. Vib. Nota quòd lex eſt quicquid animo condendi legem Princeps diſponit. Itē quòd lege Regia tranſlata eſt in Imperatorem omnis poteſtas populi. Item not. quòd totale Imperium poteſt alteri concedi. Item quod verbum, concedo, importat tranſlationē dominij. Item quòd epiſtola, ſententia, & edictum Principis habēt legis auctoritatem. Item quid ſit conſtitutio. Item quòd perſonale priuilegium perſonam non egreditur. Syl.

¶ Quod princeps animo legis condendæ ſtatuit, legis vim obtinet: & cōſtitutio dicitur, ligatque omnes, modo generalis ſit. quod ſi ob certæ perſonæ meritum, odiumve emanarit, ad exemplum non trahitur. & quum perſonalis ſit, perſonam non egreditur.

¶ Sed & quod principi placuit [a], legis [b] habet vigorem [c]: quum lege Regia* [d], quæ de eius Imperio [e] † lata eſt, popul⁹ ei [f] †,

* Rhemnia. Al.

¶ a Placuit. Cauſa faciēdi communem legem, & generalem: aliàs non eſſet lex communis: vt ſequitur: & C. de ſent. & inter. omn. iud. l. ex ſtipulatione. Nam ibi dicitur, non omnis vox iudicis eſt ſententia. & ſic non omnis vox principis eſt lex.

¶ b Legis. Quam non habemus.

¶ c Habet vigorem. id eſt, Lex eſt, & pro lege ſeruatur.

¶ d Lege Regia. Hac lege cautum fuit, vt poteſtas legis faciendæ tranſiret de populo ad principem, vt hic, & ff. de origin. iuris. l. ij. §. nouiſſimè. & facit ad hoc ff. de conſtitu. princ. lege prima. vbi ſunt eadem verba. Et hanc legem Regiam non habemus. Nam facta fuit ſuper regno, id eſt Imperio transferendo.

¶ e Imperio. Transferendo de populo ad principem.

† Eius. Cōferre alieni, eſt cōmunicare. l. j. & paſſim. ff. de collat. Conferre in aliquem, eſt totum transferre. Vide Dionyſium libro 53. vbi ſcribit Auguſtum legibus omnibus ſolutum fuiſſe. vnde intelligitur. l. Princeps. ff. de legibus. N. A.

¶ f Ei. ſ. principi. quo ad honorem, & in eum, quo ad onus.

ADDITIO. Intellige cum Theophilo, lege Regia principi in populum omnem poteſtatem datam. l. j. ff. de cōſtit. E. B.

† Popul⁹ ei. Populi sūma, & infinita fuit poteſtas triplex legum iubendarū vel abrogandarū, magiſtratuum mandandorum, N. A.

& in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem* contulerit [a]. Quodcunque ergo Imperator per epiſtolā [b] conſtituit, vel cognoſcēs decreuit [c] vel edicto [d] præcepit, legem [e] eſſe conſtat. Hæ ſunt [f], quæ conſtitutiones appellantur. Planè ex his quædam ſunt perſonales [g], quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc princeps vult. Nā quod ob meritum [h] indulſit alicui [i], vel ſi quam pœnam irrogauit [k], vel ſi cui ſine exemplo [l] ſubuenit [m] perſonam nō transgreditur [n]. Aliæ autē (cùm generales ſint) omnes proculdubio tenent [o].

* Conferat. D.

dorum, vel abdicandorum, belli & pacis conſtituendæ.

¶ a Contulerit. id eſt, tranſtulerit. ſicut ipſe populus à modo non habeat hoc ius. ſic. C. de ve. iu. enu. l. ij. §. hoc autē. & de leg. & cōſtit. l. fi. Sed alij dicunt, q̃ adhuc populus poteſt facere legem. & quod dicitur ſolùm principem hoc poſſe, verū eſt, ſolus. i. nullus alius ſolus, ſecundùm Richardum.

¶ b Per epiſtulam. vt j. de his, qui ſui vel alie. iu. ſunt. §. dominorum. &. ff. de cōſtit. princ. l. j.

¶ c Decreuit. Sedens pro tribunali dando ſententiam definitiuam, vt C. de leg. & conſtit. l. fin. Nam interlocutio principis non habet vim legis, niſi hoc expreſſerit à princ. vt ea l. fi. C. de legi. Accur.

¶ d Edicto. vt C. de legib. & conſtitut. l. ſecunda, & de ſecund. nupt. l. hac edictali.

¶ e Legem. Generalem, quam potes cognoſcere quatuor modis: vt C. de leg. & conſt. l. leges. vel ſpecialem: vt ſequitur.

¶ f Hæ ſunt. ſ. quas conſtituit Imperator. Accur.

¶ g Perſonales. Dummodo in iuris corpore non ſint clauſæ: aliàs omnes ſunt generales, vt C. de Iuſti. Cod. confirmando. l. vnica. in §. fi. Accur.

¶ Adde niſi ea intentione clauſa ſint, vt ſint priuilegia: vt declarat Deci. in c. j. in ij. lectura. in ij. col. de conſtitutio. Syl.

¶ h Ob meritum. Quia multum ſeruierat principi: & ideo aliquam pœnam, quam debebat ille pati propter delictum, quod fortè fecerat, ei remiſit. Accur.

¶ i Alicui. Pœnam merenti.

¶ k Irrogauit. ſcilicet, Non merenti: vel merenti, ſed maiorem fortè, quam qua eſſet dignus, vt pœna eius metus ſit multorum. vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fi. Acc.

¶ l Sine exemplo. i. vt alij non caperent exemplum. Accur.

¶ m Subuenit. vt clericis, quibus indulta ſunt ſpecialia: vt in auth. vt cleric. apud Prop. epi. & C. de epi. & cl. l. cum clericis. & l. omnes, qui & curiæ & aliis: vt C. de leg. & conſtit. l. ij. Sed nunquid intelligitur ſine exēplo ſubuenire, ſi cui ſimpliciter reſcribat? Reſpon. ſic: dummodo non ſit ibi aliquod ſignum ex his quatuor, quæ dicuntur. C. de leg. & conſtit. l. iiij.

¶ n Non tranſgreditur. ff. q̃ quiſque iu. l. j. contra. Sed diſtingue, an ad ſui poſtulationem ſit conceſſum: quo caſu tranſgreditur: vt ibi, aliàs nō, vt hic, & ff. quod quiſque iu. l. iij. Et ſic ſoluitur aliud contra. C. de fru. & li. exp. l. fi. vel dic ad vtrumque contra, quod aliud extenditur: hoc eſt dicere, vt alius dabeat priuilegium. Vel dic, quòd illud eſt ſpeciale in illa. l. fi. C. de fru. & lit. expen. propter æqualitatem in iudiciis obſeruandā. ar. C. de poſtul. l. prouidendum. Vel melius licet egrediatur perſonam, non eſt tamen generale ius: nec videtur alius, ſcilicet aduerſarius prorſus: cùm ſit contingens occaſione controuerſiæ.

¶ o Tenent. i. ligant. Accur.

¶ Prætorum quod. THEMA. Quid eſt Prætorum edictum? Prætores Romæ modò minore, modò maiore numero fuerunt. Soli autem vrbani edicta proponebant. Erant autem vrbani Prætores, qui de cauſis priuatis cauſa cognita decernebant, & iudicia priuatis dabant: id eſt, dabant iudices apud quos priuati cauſas agerent, eiſque iudicibus de controuerſiis diſceptandi poteſtatem faciebant. Porrò diu Prætores arbitratu ſuo iura conſtituerunt: veluti ne quis filiam hæredem inſtituat, aut ſimile quidpiam. Quare quum incertum eſſet, quid illis placiturum foret, edicta publicè proponebant, in quibus quemadmodū anno ſuo ius dicturi eſſent populo

Digitized by Google

denuntiabat. Id ius honorarium dicebatur, quòd ſ. arbitris qui honores, id eſt, magiſtratus gerebant, conſtituebatur, ſic enim verba tex. intelligēda sūt, vt Magiſtratus ſit accuſatiui caſus, non recti, quod innumeri ridiculū exiſtimarūt: quaſi per excellentiam Prætores vocarētur magiſtratus. qđ ita ſtultum & ineptum eſt. vt id qui pluribus refellat, ineptus videri poſſit. Sed nónne Cōſules quoque honores, id eſt, magiſtratus gerunt? nulli magis. verùm illi ius non conſtituunt, tantùm ad Senatum referunt, qui decreta facit. quæ S. Conſulta vocantur. Soline ergo ex iis, qui magiſtratus gerunt, Prætores, ius conſtituebant? His addamus licet, Aediles. Et qui ſunt Aediles? Aediles ſunt, qui ædium, annonæ, ludorúmque ſolennium curam habēt. & Aediles ab ædibus, quæ præcipua erat eorum procuratio, dicti ſunt. Proponebant ergo hi quoque arbitrio ſuo edicta, quæ Aedilitia vocabantur: quibus denuntiabant quemadmodum anno ſuo ius dicturi eſſent, veluti de rebus venalibus, de fluminibus, de itineribus. Iuris ergo honorarij duæ ſunt ſpecies: alterum enim Prætorium eſt, alterum Aedilitium. cùm vtrunque, ſcilicet, ab iis qui honores gerunt, ſit cōſtitutum. Cor. Vib. No. quòd edicta Prætorum obtinent vim legis. Item, quòd vocatur ius honorarium. Item, quòd magiſtratus dicuntur honores. Item, quòd ſuis edictis dabant auctoritatem Prætores. & ſic contra Doct. in rubr. C. qui admit. qui voluerunt habere hanc auctoritatem legis condendæ, dummodo approbarentur. Item, quòd edicta Aedilium ſunt habenda vt portio iuris prætorij. Item, vnde dicatur ius honorarium, quamuis alibi ſenſerint aliqui, quia ideo dicerentur, quia honorabantur ex hoc quod eorum edicta pro legibus habebantur. Sylu.

¶ a Edicta. quæ ſcripta erant in albo prætoris: vt ff. de iur. omn. iud. l. ſi id, quod in j. reſpon. Accur.

¶ Prætorum edicta vim legis habet: æditiitiumque edictum pars eſt iuris prætorij.

¶ Prætorum quoque edicta [a] non modicam [b] obtinent iuris auctoritatem. Hoc etiam ius honorariū ſolemus appellare: quòd [c] qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus [d], auctoritatē huic iuri dederunt [e]. Proponebant & Aediles curules [f] edictum de quibuſdam * cauſis [g]: quod & ipſum iuris honorarij [h] portio eſt.

¶ Iuriſconſultorū ſententiæ (quibus à Cæſare iura interpretādi facultas data erat) reſponſa prudentum dicuntur: quæ vſque adeò iuris pondus obtinebāt, vt nec cuiquā iudicum ab his recedere fas eſſet.

¶ Prætorū quoque edicta. Prętor iuridicundo creatus, inito magiſtratu edicebat, id eſt, denūciabat quādiu anno ſuo ius dicturus eſſet. Hoc edictū ſcribebatur in Albo, i. tabula dealbata: Græcè Λεύκωμα. Prætoris iuriſdictio trib⁹ verbis cōtinetur Do, Dico, Addico. N. A.

¶ b Non modicam. ſed magnam.

¶ c Quod. i. ideo quia.

¶ d Magiſtrat⁹. ſcilicet ipſi prętores: vt ff. de iuſt. & iu. l. ius autem. §. ius autem prætorium.

¶ e Dederunt. vt ff. de orig. iur. l. ij. §. eo tempore.

¶ f Aediles curules. A cura dicti. Obſeruabant enim ne ruina vel incendiis ædium deformaretur vrbis aſpectus.

¶ g De quibuſdam cauſis. Vt de morbis, & morboſis, & vitioſis animalibus. vt patet ff. de ædil. edi. l. j.

* capitu. lo. Th.

ADDITIO. De rebus venalibus, de ædilitio edicto, de viis publicis, quæ ad curam ædilium pertinebant, de itineribus, de fluminibus, de ædibus: vt ff. via publ: & ſi quid l. vnic.

¶ h Honorarij. Qualiter? Reſpon. quia Aediles erant ex prætoribus: vt ĵ. de diui. ſtip. §. prætorias. & ff. de verbo. obli. l. v. §. prætoriæ.

¶ Reſponſa prudentum. THEMA. Quid eſt reſponſum prudentium? Prudentes dicuntur per excellentiam Iuris periti, quòd cum dubitantibus ciuibus eos conſulentibus, quaſi noui quidam Apollines reſponſa, tanquam oracula ſua edere ſoleant, ſoli in ciuitate ſapere, & rebus humanis prouidere, atque conſulere videntur. vnde Iuriſconſulti domus oraculum ciuitatis

Digitized by Google

tis à Cicerone appellatur. Ergo reſpõſum prudentium, eſt ius, quod conſulentibus ciuibus prudentes edunt. Ridiculum eſt autem diſtinguere inter ſententiam & opinionē, vt facit Theophilus. Nā quicquid illi dicūt. id quia ita ſentiunt, ſiue opinantur, indifferenter aut ſenſentiam, aut opinionem Latini appellāt. Verùm cur illi iura conſtituebāt? an non alij ſatis multi conſtituendo iuri idonei videbantur? Reſpōdeo, Romæ olim, qa ibi literæ non admodum florebant, quippe omnibus rei militari propagandóque imperio deditis, iudices in cōtrouerſiis priuatorū dabātur à Prætore homines imperiti: at plerunque (vt Quintilianus ait) rure accerſebantur. ob eam cauſam qui ius ciuile dicerent perpauci homines, ab illis iudicibus conſulebantur, vt ſua reſponſa illis ſcripta ederent. deinde Auguſtus Cæſar, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit vt ex ipſius auctoritate reſponderetur. Quare quum ea eſſet illorum reſponſorum auctoritas, vt ab iis non temerè iudices auderent recedere, in numerum iuris formarum vocata ſunt. Cor. Vib. Nota quòd opiniones Iuriſconſultorum non ſunt neceſſariæ, niſi hoc diſponatur. Item, quòd interpretes iuris olim à publico deputabantur: & hi dicebantur Iuriſconſulti. Et quòd iudices ab eorum opinionibus recedere non poterant. Sylu.

N. A. † Reſponſa prudentum. Stante Republica, licuit omnis fiducia doctrinæ ſuæ freto, Iuriſconſultum ſe profiteri, cùm aut tranſuerſo foro inambulans, aut in atrio domus, ſedens in ſolio, id eſt, ſella honorabili, ſui conſulendi poteſtatem faciebat, cùm roganti conſultori reſpondiſſet, Licet conſulere? Licet. Cicero de Oratore. Primus Auguſtus propter nimiam licentiam ſtatuit, vt ex ipſius auctoritate reſponderetur.

a Sententiæ. Sententia eſt firma & indubitata reſponſio, ſecundùm Ioan.

De iure reſpōdere.

¶ Reſponſa prudentum † ſunt ſententiæ [a], & opiniones [b] eorum, quibus permiſſum erat * iura condere. Nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publicè [c] interpretarentur: quibus à Cæſare [d] ius reſpondendi datum eſt: qui Iuriſconſulti appellabantur: quorum omnium ſententiæ, & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt iudici [e] recedere à reſponſo eorum non liceret, vt eſt conſtitutum [f].

b Opiniones. Opinio eſt cum dubitatione reſponſio, ſecundùm Ioann.

¶ c Publice, id eſt, Quorum interpretatio fiebat publica auctoritate conceſſa à principe, vt Vlpian. Papi. & ſimiles, qui fecerunt leges. ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem. & §. iuris ciuilis ſcientiam.

ADDITIO. Hodie tamē ſētent[illegible] doctorū eſt probabilis, & non neceſſaria: vt not. glo. in l. j. circa fi. C. de legi. & legēdi, ſeu interpretandi licētia in doctoratu collata, operatur. vt hæc poſſint publicè fieri quod aliàs non liceret. l. vnic. C. de ſtud. lib. vr. Ro. lib. xj.

¶ d A Cæſare. Auguſto: vt §. in primo tit. ponitur. Accur.

¶ e Vt iudici. ſcilicet nulli.

¶ f Vt eſt conſtitutum. l. Sicut ipſi conſtituerint.

ADDITIO. Hoc ego ad Theodoſij conſtitutionē reſpõſ. prud. in C. Theodoſ. referre ſoleo. Eguinarius Bar.

¶ Ex non ſcripto. CASVS. Hactenus de iure ſcripto, eiúſque formis expoſitum eſt: videóque quibus rebus conſtet. proximum eſt igitur, vt de iure non ſcripto cognoſcam. Quid eſt ius non ſcriptum? quod voluntate omnium, ſine literis, conſuetudo ac vetuſtas comprobauit. Diuturna enim conſuetudo, puta decem annorum, vim habet eandem, acſi hoc aut Conſule, aut tribuno rogante populus ſanxiſſet. Nam quum ipſæ leges nulla alia cauſa nos teneant, quàm quia iudicio populi receptæ ſunt: meritò & ea, quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes. Nā quid intereſt, ſuffragio populus volūtatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Illud autem obſeruabimus in legendis Iuriſconſultis, quæ moribus comprobata dicūtur, ea ferè contra ius ſcriptū recepta ac comprobata eſſe. Cor. Vib.

Nota ibi ſcripto, quòd lex ad ſui eſſentiam exigit ſcripturam. Item quòd vſus diu obſeruatus habetur pro lege. Item quòd diuturnum dicitur, quod conſtat ſpatio decem annorum. Syl.

¶ b Ex

¶ a Ex non ſcripto ius venit. de iure ſcripto vidimus: quod in ſex partes diuiditur. ſequitur de non ſcripto: vt ſ. eodem, conſtat.

N.A. † Ex non ſcripto. Conſuetudo ius eſt, tacita populi conuentione & vſu diuturno conſtitutum: legẽ facit expreſſa conuẽtio, cõſuetudinẽ, tacita. l. 36. ff. de legib. Illa [illegible]nfeſtim per [illegible], ac vi ſua, ius facit, Cõſuetudo plurimorum annorum vſu. l. pen. C. eod. tit. lex legem abrogat: conſuetudo legem non abrogat, neque vincit. l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Deſuetudo tamẽ abrogat. l. 32. ff. de legib.

¶ Cõſuetudo moribus vtẽtiũ comprobata vim iuris ſcripti habet. hoc tamen ab Athenienſibus, illa à Lacedæmoniis ortum habuit.

¶ Ex nõ ſcripto† * ius venit[a], quod vſus approbauit. Nam diuturni[b] mores* cõſenſu[c] vtẽtium comprobati, legem imitantur[d].

*ſen.

*Vlpia. tit. 1. Epit.

¶ b Diuturni. Sed quanto tempore vſus facit mores vel conſuetudinem? Reſpon. x. an. vt ff. qui & à quibus mali. non fi. l. ſi cum fideicom. §. Ariſt. licet ſecundùm quoſdã exigatur tempus cuius non extet memoria, ar. ff. de aqua plu. ar. l. j. in fin. & ff. de aqua quo. & æſti. l. iij. §. ductus. & C. quæ ſit lon. conſuetu. l. conſuetudinis. & C. de ſacroſanct. eccleſ. l. fin. Item quia dicitur longa, vt patet in titu. C. eod. & ff. eodem. Longa autem x. ann. dicitur: vt ĵ. de vſuc. §. j. ſequitur ergo, quod x. ann. ſit robuſta. [Adde quòd hæc opinio communiter approbatur, reprobata illa, quòd requiratur tempus, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat: vt per Iaſ. in l. de quibus. ff. de leg.] Sed nunquid ſemel ſufficit, vt intra decem annos ſecundùm eam iudicetur? Reſpon. non: imò debet ad minùs bis ſecundùm eam iudicari: vt Co. de epiſco. aud. l. iij. in fi. vel querimoniam, vel libellum propoſitum contra conſuetudinem talem ſpernere: vt ff. de legi. & ſe. con. l. cùm de conſuetudine. Nunquid ergo iudicatur exemplis? Reſpon. non: vt C. de ſen. & interlo. om. iu. l. nemo iudex. & facit. ff. de officio præſid. l. ſed licet. Sed ex cõſuetudine, quæ approbatur exemplis, & ſic conceditur aliquid per obliquum, quòd directò non conceditur: ſic & ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l. Ariſto. in fi. ſic econtra peto ex promiſsione, quæ promiſsio probatur ex longo vſu: vt ff. de vſuris. l. cùm de in rem. verſo.

¶ c Conſenſu. Aliàs nõ poteſt eſſe conſuetudo: cùm dicatur conſuetudo, quaſi communis aſſuetudo, & error conſuetudinem impediat: vt ff. de leg. & ſe. con. l. quod non ratione.

ADDITIO. Nota iuris ordinem, vbi ſcriptæ leges non ſunt, ſpectãda eſt lõga conſuetudo. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. præd. ſi non ſit, quod proximũ, & conſequens. ſi ne hoc quidem, cõſuetudo ciuitatis Rom.

¶ d Imitantur. i. tantum valet conſuetudo, vbi lex ſcripta non eſt, quantum lex, vbi ſcripta eſt. Et nota tres virtutes conſuetudinis, imitandi legem, vt hic. Item interpretandi legem, vbi lex eſt dubia: vt ff. eo. l. ſi de interpretatione. in fi. Item corrigendi: vt ff. de legi. & ſe. con. l. de quibus. in fi. & ĵ. eo. §. ea verò. Quod diſtingue: aut eſt generalis conſuetudo per totum mundum: & tũc vincit legem vbique: vt ff. de le. & ſenatuſcõſ. l. de quibus. §. fin. aut ſpecialis: & tunc vincit legem in eo loco, vbi eſt: vt ff. de commu præd. l. venditor. §. ſi conſtat. dummodo poſt legem fuerit inducta: aliàs vincitur à lege ſuperueniente: vt ff. de ſepul. vio. l. iij. §. diuus. in alio autem loco conſuetudo ſpecialis non vincit legem, ſed vincitur à lege: vt Codice quæ ſit long. conſ. l. conſuetudinis. & hoc ſecundùm Ioann. & Py. licet alij aliter diſtinxerint.

¶ Et non ineleganter. THEMA. cepi iſta, didicique duas iuris ſpecies: ſcripti: ſcilicet, & non ſcripti. Sed quare ius Romanum hanc habet diuiſionẽ? Quoniam ait, duo quaſi fontes, & capita fuerunt, ex quibus deriuatum eſt: nimirum ius Athenienſium & Lacedæmoniorum. Anno enim ab vrbe condita cx. tres legati in Græciam miſsi ſunt, vt inde leges Romam deportarẽt. Solon autem Athenienſibus leges ſcriptas dederat: Lycurgus Lacedæmoniis non ſcriptas: cuius vtriuſque ciuitatis laudem ex Ciceronis oratione pro C. Flacco operæpretium eſt cognoſcere. Ab Athenienſibus inquit, humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur: & paulò pòſt, Lacedæmoniorum virtus ſpectata, & nobilitata,

Digitized by Google

¶ Et non [a] ineleganter in duas ſpecies ius ciuile [b] diſtributũ eſſe videtur. Nã origo [c] eius ab inſtitutis [d] duarũ ciuitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedæmoniorum, fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatib. ita agi ſolitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obſeruabant, memoriæ mandarent: Athenienſes verò ea, quæ in legibus ſcripta * compræhendiſſent, cuſtodirent.

¶ Ius naturale apud omnes gentes obſeruatum, & ciuile in hoc diſcrepant: quoniam primum immutabile eſt reliquum verò conſuetudine, aut cõtraria lege mutatur

ſitata, non ſolum natura corroborata, verùm etiam diſciplina putatur: qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos, iam annos & amplius, vnis moribus, & nunquam mutatis legibus viuunt. Hæc Cicero. Quod verò ait Imperator, Non ineleganter: dictum puta ꝑ nõ ſtultiſſimè aut non imperitiſſimè. Certũ eſt enim ius Athenienſiũ literis, ac moribus ſimiliter cõſtitiſſe: quod vel ipſe anteà oſtendit, cum dixit, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Cor. vi. Nota, quòd duæ negationes affirmant. ibi, non ineleganter. Nota, diuiſionem iuris ciuilis factam eſſe ab origine. Item, quòd vna ciuitas poteſt ſolis conſuetudinibus, vel ſolis legibus regi. Syl.

¶ a Et non. Hic §. communis eſt ad duo ſupradicta. ſ. ad ius ſcriptum, & non ſcriptum, ideo bene eſt hic. §.

¶ b Ius ciuile. Largè accipe: vt not. in. §, conſtat. §. eo. in glo. j.

¶ c Origo. i. lex xij. Tab. quæ fuit origo totius iuris ciuilis, & principium.

¶ d Inſtitutis. i. ordinamentis. Nam Romanus populus decem * viros pro iſto iure miſit, qui decẽ tabulas eburneas retulerunt tam de iure ſcripto Athenienſium, quàm non ſcripto Lacedæmoniorum: ſed quia poſtea aliquid deerat, vel emendationem deſiderabat, data fuit poteſtas per vnum annum his decem viris, vt ius & leges corrigerent, addendo & detrahendo: &(ſi opus eſſet) interpretarentur. qui vt ea facerent, duas tabulas addiderũt: & ſic l. xij. Tab. ex accidenti dicta eſt: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. primo.

Imò tres tantum. Liuius. 3. decad. 1.

¶ Sed naturalia. CASVS. Cognoui iam quibus partibus ius Romanorum conſtet. Docuiſti enim conſtare partim ex naturali, partim & gentium, partim ex ciuili. Cognoui prætera quibus modis conſtituatur: nunc quæro, quibus modis diſſoluatur? Quatenus, ait, ex naturæ fontibus hauſtum eſt, ſempiternum eſt, nunquam diſſoluitur. æquitatẽ enim illam Deus hominum mentibus ingenerauit. Quatenus ex iure gentium, eodem modo firmum eſt, atque perpetuũ. Neque enim legatũ exterarum gẽtium poterit interficere, & diu ſtatũ incolumitatẽmque ſuã ciuitas aliqua cõſeruare: vt Corinthus & Carthago docuerũt. Sed qua ex parte legib. ſcriptis aut moribus cõſtat, ea ex parte vel cõtrariis legibus abrogatur, vel contraria conſuetudine aboletur. Etenim, vt Liuius ſcribit, nõ exoletis vetuſtate annalium exemplis, ſed recentiſsimæ cuiuſque conſuetudinis vſu ius ſtare debet. Pernicioſam autem eſſe conſuetudinem leges figendi ac refigendi, cùm multis locis Plato, tum verò Demoſthenes exemplo Locrẽſium iucundiſsima hiſtoria declarat in oratione contra Timocratem: quam, vt vobis faſtidium iſtius lõgæ diſputationis leuem, commemorabo. Quænam, obſecro, illa eſt? Apud Locros, ait, qui nouam legem rogare vult, collo in laqueum inſerto id facere iubetur: quòd ſi ea lex è Republ. eſſe iudicatur, ſolutus liberatur: ſin minus, laqueo conſtricto necatur. qua de cauſa nouas ferre leges non audent: longiſsimóque interuallo hæc lex ab iis perlata eſt. Quum lex eſſet, vt qui oculum alteri effodiſſet, ei itidem oculus effoderetur: neque ea ea pœna vlla ratione, vllo alio ſupplici genere vitari poſſet, quidam qui inimicitias cum luſco quopiam exercebat, minatus eſt ſe illi oculum effoſſurũ. Id cùm luſcus nullo modo ferre poſſet, emorique mallet, quàm cæcus viuere, aiunt legem rogare auſum, Quicumque oculum luſco effoderit, vterque illi effoditor: vt pari vterque calamitate afficiatur. Eam ille legem populo probauit, tulitque

Scriptis. Th.

litque nouam amplius ducentorum annorum interuallo. C. Vib. Not. quòd ius gentium eſt in ſui totalitate immutabile: & quòd hic loquatur de iure gentium, declarat tex. in §. quod verò. §. eod. vbi

*gentiū. Th. ponuntur hæc verba. Itē quòd ius gētium oritur ex diuina prouidentia. Itē quòd ſtatuta & ius ciuile mutantur vel contraria lege, vel conſuetudine. Item quòd eo vinculo quid tollitur, quo introducitur. Syl.

¶ a Sed naturalia. Hic §. poteſt intelligi de iure naturali primæuo, quo mouentur omnia animalia ad aliquid faciendum: vt no. §. eod. tit. in princ. Sed quod dicit eſſe immutabile, eſt contra id quod de ſeruitute dicitur: quæ eſt contra ius naturale: & tamen præualet: vt §. eod. §. Ius autem. Sed dic, non derogatur ob hoc, licet non ſeruetur in illo caſu: nam nihilominus bonū & æquum eſt. Et eodem modo reſpondeo ad illud, quod dicitur j. de cap. dimi. §. quod autem. quod eſt contra. Vel ibi non tollitur cognatio: ſed ius ſuccedendi. Item, eodem modo, vt prius reſpondeo ad illud quod de vſucapione dicitur infrà de vſucap. in prin. quod conſtat eſſe contra ius naturale, vt ff. de condict. indeb. l. nam hoc natura. Vel dic, quòd iſte §. loquitur de iure gentium: quod patet ex illa litera. Quæ apud omnes gentes. & §. eod. §. quod verò naturalis.

ADDITIO. Patet ex verbis §. de iure gentium hîc agi. itaque §. ſingulorum, j. de re. di. Iure, inquit, naturali, quod ſicut diximus, appellatur ius gentium. Aemil. Fer.

¶ b Conſtituit. De conſuetudine ſpeciali, vel lege municipali ſcripta.

¶ c Tacito conſenſu. ſcilicet Contraria cōſuetudine: vt ff. de leg. & ſe. con. l. de quibus. in fine.

¶ d Vel alia. i. Contrario ſtatuto: & ſic redduntur ſingula ſingulis.

¶ Omne autem.

CASVS. Agesſis ergo. Quoniam ac-

¶ Sed* naturalia a quidē iura, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruantur, diuina quadam prouidētia cōſtituta, ſemper firma, atque immutabilia permanent. Ea verò, quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit b, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu c populi, vel alia d poſteà legē lata.

¶ Ius cōmune ad perſonas, res, vel actiones ſpectat: & à dignioribus ſumenda exordium.

¶ Omne * e autem ius, quo vtimur, vel ad perſonas f pertinet, vel ad res g vel ad actiones h. Et priùs

curata definitione, diuiſionéque, quaſi quibuſdam remis nauim noſtram ex portu propuliſti, nunc vela diſputationis noſtræ pandito, vt altum, iam ducente Deo, ingrediamur. Quænam materia eſt in qua ius Romanū verſatur? video enim Theologiam de Dei cultu, medicinam de morbis curandis, dialecticam de argumētatione dicere, hácque illis materiam, in qua verſentur, propoſitam eſſe. Ius ergo ciuile in quibus verſatur? In perſonis, ait, rebus, & actionibus: * Theo. hic incipit sit. de quibus ſingulis ordine videamus, ac principiò de perſonis. Quid ita quæſo? Quoniam, ait, id cuius cauſa aliquid conſtitutum eſt, dignius ac præſtantius eſt eo, quod eſt conſtitutum. De rerum autem dominiis diſputatum eſt hominum cauſa, quibus illa parātur: eodémque modo, quemadmodum cogendi ſint homines improbi ſuum alteri reddere, aut quibus pœnis afficiendi ſint. Quare de perſonis hoc primo libro explicandum eſt. Cornel. Vib. Nota, primo diuiſionem. Item, not. quòd appellatione rerum hic non veniunt actiones, quamuis alibi ſic. l. rei. ff. de verb. ſign. Item, quòd digniora ſunt præferenda. Item quòd cognitio eorum quorum non cognoſcitur finis, eſt ſupernacua, & habetur pro nihilo. Syl.

¶ e Omne. Quid ſit ius, & qualiter diuidatur, dixit: nunc differentiam inter ipſa iura ponit.

¶ f Ad perſonas. De hoc dicitur infrà in toto primo libro vſque ad titul. de rer. diui.

¶ g Ad res. De hoc dicitur j. libr. ij. & iij. vſque ad tit. de oblig.

ADDITIO. Hoc verbo obligationes continentur l. nominis. ff. de verb. ſignif. contractus enim, & obligationes ad res ſunt referendę, vt exceptiones, ſatiſdationes, iudicia, ad actiones. l. j. ff. de ſtat. hom.

¶ h Ad actiones. De his dicitur j. de actio.

¶ a Per

Digitized by Google

*1. Metamorph. *6. Aeneid.

* a Perſonæ. Nam homo eſt digniſsima creaturarum, vt ff. de ædil. edi. l. iuſtiſsimè. in princ. vnde * Ouid. Pronáque cùm ſpectent animalia cætera terram. Os homini ſublime dedit: cælúmque videre Iuſſit: & erectos ad ſydera tollere vultus. Et Virgilius, * Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo Seminibus.

* b Ignorentur. & ſic ſtatim ponit de iure perſonarũ. Et not. hic quod digniora præponenda ſunt. ſic infrà de ſic infrà de bonorum poſſeſſ. §. aliam verò. in gloſſa in verb. altiori. & per hoc facimus multas formationes titulorum.

de perſonis videamus. nam parum eſt ius noſſe, ſi perſonæ [a], quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur [b].

TITVL. III.

DE IVRE perſonarum.

¶ Prima perſonarum diuiſio: exinde libertatis, & ſeruitutis finitio.

SVm-

DE IVRE PERSONARVM.

¶ Quia omne ius aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones pertinet. l. j. ff. de ſtat. hom. ſ. tit. prox. §. fin. & perſonæ quibuſcũque rebus digniores ſunt l. iuſtiſsimè. in princip. ff. de ædilitio edicto. ideo ab eis exordium facturus ſubdit de iure perſonarum. Secundum Porc.

SVmma. Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes. Nam primò, ponit diuiſiones perſonarum. Secundò, definitionem libertatis: ibi, Et libertas. Tertiò, definitionem ſeruitutis: ibi, Seruitus. Quartò, quare dicantur ſerui: ibi, Serui autem. Quintò, quot modis quis efficiatur ſeruus: ibi, Serui autẽ. Sextò, ponit differẽtiam inter ſeruos, & liberos: ibi, In ſeruorum. Aretin.

¶ Summa. CASVS. Quænam perſonarum ſumma, & maximè generalis diuiſio eſt? Omnium, ait, hominum alij ſunt liberi, alij ſerui: neque quiſquam inueniri poteſt, quin alterutro in numero ſit computandus.

¶ Et libertas.] Quos dicis liberos? Liberi, ait, ex libertate intelliguntur. Quare quum quid ſit libertas didiceris, perfacile qui liberi dicentur, ſimul intelliges. Libertas igitur eſt poteſtas à natura data faciendi quod velis: niſi ſi vel potentior aliquis, vel ius ciuile prohibeat. Nam finge Cyrũ, magnum Perſarum regem, velle Scythiæ dominari. Regina Scythiæ Thomyris potentior impedit: quæres an Cyrus ſit liber? ac fortaſſe negabis. Nam cùm liber dicatur, qui facit quod vult: Cyrus autem non facit quod vult: Cyrus igitur liber nõ videtur. Sed huic tuæ obiectioni iam reſpõdimus. Diximus enim nõ eſſe definitionẽ abſolutã, ſi quis dicat, libertas eſt facultas faciẽdi quod velit: addendum enim eſſe, niſi ſi quis potentior impediat. Cyrus ergo ante, quàm à Thomyri caperetur, liber erat. Annibal, Alexander licet ab hoſtibus prohiberentur facere quod volebant, erant tamen liberi. Sed quæro, Cicero videt exitium ſibi à Clodio impẽdere, cupit illum interficere, vt ab illo periculo ſe liberet, non audet tamen, pœnas legum pertimeſcens: eſtne Cicero liber, cui quod vult, & cupit, facere non licet? Reſp. etiam liberum eſſe Ciceronem. Eam enim libertatẽ appellamus, quæ iuſta ſit, & legibus conſentiens: ac propterea ſubiunctum eſt in definitione, Niſi ſi quid iure prohibeatur. Liber igitur eſt Cicero. Is enim liber eſt, cui quod leges permittunt, facere licet: quod ſanè de ſeruis dicere non poſſumus.

¶ Seruitus.] Et qui ſunt ſerui? Serui, ait, ex ſeruitutis definitione cognoſcuntur. Seruitus autem eſt inuentum placitúmque omnium gentium, veluti Indorum, Hiſpanorum, Americorum, in hoc vnũ cõſentiens, vt qui bello ſit captus, ei poteſtas faciẽdi quod antea leges permittebant adimatur: veluti Cæſar vrbem bello cepit, omnes captiuos coronatos ita vẽdet, vt qui eos emerit, poſsit iis pro pecudibus vti: ſub coronis enim bello capti vendebantur. Marius Iugurthã regem, Paulus Aemylius Perſen regem bello ceperunt, eos compedibus vinctos in triumphum ducent: & in carcere ſi volent, quod factũ eſt, tanquam pecudes mactabunt. Cor. Vib. Not. ꝙ homines aut liberi ſunt, aut ſerui. Not. ꝙ dictio omnes, ſtat diſtributiuè. Item, quid ſit libertas, & ꝙ liberi à libertate dicun

Digitized by Google

dicuntur. Item, quid ſit ſerui ius, & q illa à iure gentium procedit contra ius naturæ. Syl.

a Summa. i. prima. quia & aliæ ſequuntur: vt j. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iu. in pr. & j. de tut. in princ. vel dic, ſumma. i. maxima: quia partim eſt de iure naturali: vt libertas, & partim de iure gentium: vt ſeruitus, quorum vtrumque ſ. ius naturale & gentium, antiquius eſt iure ciuili: vt j. de rer. diu. §. ſingulorum. Vel dic, ſumma. i. breuis. ſic. j. de obl. §. j.

b Omnes homines. Sed pone quod hic ſint duo homines: vnus liber, & alius ſeruus: tunc hæc propoſitio eſt falſa. Dic quod pluralis oratio conuertitur in ſingularem: & tunc eſt vera & non falſa: vt ff. de condi. & demonſt. l. falſa. §. fin. & ff. de pe. here. l. diuus. in fin. in gloſ. penult. & de origin. iur. l. ij. §. exactis. & de verb. ſign. l. non eſt. Econtra ſingularis ponitur pro plurali, vt eo. tit. l. in vſu. & ff. de teſt. tu. l. ſi quis ita. §. j. & dic has quæſtiones poſitas ff. de ſtat. homi. l. iij.

N. A. † Aut liberi. Liber eſt, qui in nullius patrimonio eſt, quamuis in poteſtate ſit. l. vt tantùm. 14. ff. de ſeru. corrupt. Item vt pupillus. l. 1. ff. de tutel. Seruus eſt, qui in alicuius patrimonio perpetuas ei operas debet. Nam ſeruitutis duæ ſunt partes Dominium, & operæ l. 4. §. ſtichus. & §. ſeq. ff. de ſtatulib. Notanda hæc ſunt relata. Seruus, dominus. libertus, patronus, id eſt, qui ex ſeruitute manumiſit.

c Aut ſerui. Sed quid de ſtatu libero? videtur liber ff. ſi ex nox. cau. aga. l. fina. Sed contra eſt, ff. de ſtat. lib. l. ſtatuliberum. Item quid de adſcriptitio, vel cenſito? Videtur quòd ſerui ſint: vt C. de agric. & cenſ. l. ne diutius, in fin. & l. fin. lib. xj. & C. in quibus cau. col. do. acc. poſ. cod. lib. xj. l. fina. Sed contrà eſt, ſecundum Ioan. (licet alij aliter diſtinxerunt) cùm poſſint fieri clerici & contra dominorum voluntatem: quod non eſt in verè ſeruis. vt C. de epiſc. & cler. l. iubemus. §. ſeruos. & in auth. de ſan. epiſco. §. adſcriptitios. Item, in dubio pro libertate iudicandum eſt: vt ff. de reg. iur. l. libertas. & quod in contrariis legibus continetur loquitur quo ad ſeruitia, quibus eſt adſtrictus. quare poterunt prædicti & facere teſtamẽtum, & ferre teſtimonium, & alios actus ciuiles exercere, nec alienari poſſũt ſine ſolo: vt C. de agri. & cenſ. l. quemadmodũ. lib. xj. Item, quid de monacho, vel regulari canonico? Reſpõ. liberi ſunt: & ideo poſſunt reddere teſtimonium. quod dic, vt diximus in auth. de mona. §. cogitandum. licet quo ad actus quoſdam fingatur mortui, vt in auth. de mona. §. illud. & §. ſi quis autem. & in auth. de nupt. §. per occaſionem. *ſi quid. D.

Summa a itaque diuiſio de iure perſonarũ hæc eſt, quòd omnes homines b aut liberi † ſunt, aut ſerui c. Et libertas d quidem, ex qua etiam liberi vocantur, eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi * quod vi, aut iure prohibetur. Seruitus autem eſt conſtitutio e iuris gẽ-

d Libertas. Hæc definitio tribus modis poteſt legi. Primò ſecundum Ir. vt definiatur libertas eo iure, quo innẽta eſt. i. naturali. & ſic etiam ſerui ſecundum hoc, ſunt liberi. nã & ipſi poſſunt facere quod volunt, niſi q vi. i. de facto, vel iure. ſ. aliquo prohibentur. & hæc verba, ex qua etiã liberi, &c. poſſunt eſſe de definitione. nam & ipſi liberi vocantur ſecundũ idem ius: vt j. de lib. §. j. Alij dicunt definiri libertatem liberi, nõ libertatẽ ſerui: quia ex prima vocantur, ſ. hodie liberi: non ex ſecunda, ſ. quam habent ſerui. Eſt ergo libertas alia in ſeruo, alia in libero, & ſecũdum eos verbum, vi, exponitur, vt prius. Sed nec prima, nec ſecunda placet, q ſerui ſint aliquo iure liberi: cùm ius gentiũ in hoc derogauerit iuri naturali: vt j. §. ſeruitus. Et expone vi. id eſt iure gentium: q quadã neceſſitate Induxit ſeruiturẽ, ſ. per captiuitatem: vt ſuprà tit. j. §. ius autem. & iure. ſ. ciuili, quando maior xxv. ann. vendit ſe ad pretium particip. vt j. §. ſerui. q. d. liber quilibet eſt, niſi fiat ſeruus iure gentium: vel ciui. & hæc verba, ex qua etiam liberi, &c. non oportet, quòd ſint de definitione, ſed quendam effectum libertatis demonſtrant.

ADDITIO. Cicero in Paradoxis, Quid eſt, inquit, libertas? Poteſtas viuendi vt velis. & ibidem, Seruitutem definit obedientiam fracti animi, & abiecti, arbitrióque carentis ſuo.

e Conſtitutio. i. vnum de ſtatutis iuris gentium: nam & alia multa ſtatuit ius

tium, qua quis dominio [a] alieno cõtra naturam [b] ſubiicitur.

¶ Serui à Seruando dicti ſunt: cùm magis interſit reipublicæ captiuos ſeruos viuere, quã mori ingenuos: mãcipia verò quaſi manucapta dicuntur.

¶ Serui autem ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, * ac per hoc ſeruare [c], nec occidere ſolent: qui etiam mãcipia dicti ſunt, eò quòd ab hoſtibus manu capiuntur [d].

¶ Seruorũ quidem naturaliter ſerui, quidam iure gentium, quidam verò iure ciuili. Et qui ex ancilla naſcitur, ſeruus naſcitur.

ius gentium: vt ſ. tit. j. §. ius autem. ſed hodie dici poteſt ſeruitus de iure ciuili formatione: nam alia olim: & alia hodie eſt hæc poteſtas: vt j. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. §. pen. & fin. quare eſt de iure gentium inuentione: ſed de ciuili formatione: vt ff. de iuſt. & iure. l. ius autem ciuile.

ADDITIO. Et dicit Chriſtophor. ꝙ tunc forma dat eſſe rei, & ab ea fit denominatio, quãdo actus ſine ipſa procedere nõ poteſt, quod non eſt in ſeruitute: & ideo denominatur à iure gentium.

a Dominio. Aliquãdo ſine dominio: vt ff. de rer. di. l. j. §. j. ibi, nam res. & ff. pro derelict. l. fi. ad idem. ff. de ſtipul. ſer. l. quod ſeruus. & ff. de li. cau. l. ſi vſufructum.

b Contra naturam, id eſt, contra ius naturale: cùm eo iure omnes liberi ſint: vt j. de lib. §. j. & ſ. tit. j. §. ius autem.

Serui. THEMA. Vnde ſerui dicti ſunt? Reſp. à ſeruando. Nam Imperatores, quibus populus Rom. belli alicuius mandabat adminiſtrationem, quos bello ceperant, non occidere, ſed ſeruare ſolebant, eóque etiam mancipia dicti ſunt, quòd manu capi ſolerent. Veniebant enim, vt modò diximus, ſub corona. Sed nónne potiùs à ſeruiendo dicti ſunt? Maluerunt Iuriſconſulti à ſeruando hoc nomen deriuatum dicere, quàm à ſeruiendo: opinor, vt tollerent illam ambiguitatem, quæ in addictis eſſe ſolebat, de qua ſcribit Quintilianus libro vij. cap. iij. Serui enim non tantùm dicuntur, qui ſeruitutem ſeruiunt: addenda eſt enim differentia, & manumiſſi liberi fiunt. ſic enim ab addictis diſtinguuntur. Et illis autem apertè intelligitur, noſtro hoc tempore quo ſeruitutes ſublatæ ſunt, non vera bella inter hoſtes geri. Cor. Vib. Nota, quòd ſerui dicuntur à ſeruando, & quòd capti in bello vendi poſſunt per ducem, & vnde dicantur mancipia. Item quod licet argumẽtari à deriuatione vocabuli. Item, ſecundùm aliquos quòd dictio, ſolent, importat neceſſitatem. Syl.

c Seruare. Nota ſeruum dici à ſeruando, & non à ſeruiendo, ſecũdùm Iſidorum: ſed tabellio dicitur ſeru⁹ publicus à ſeruiẽdo, vt ff. de adopt. l. nõ aliter enim. & ff. rem pupilli ſaluã for. l. ij. qui tamen ſeru⁹ nõ poteſt eſſe, vt C. de tab. l. generali. lib. x.

d Capiuntur. ff. de ſtatu hominum l. iiij. in fine.

Serui aut naſcuntur. THEMA. Vtrum igitur vno, ac ſingulari modo ſerui fiunt, an pluribus modis? Duobus modis: nam vt aut iure gentium ſerui fiunt, aut iure ciuili. de illo dictum eſt, nimirum captiuitate ſeruos fieri, ex qua tamen alia ſeruitus manauit, vt ſeruæ bello factæ, ſeruos etiã procrearent. Cuius enim eſt radix, atque arbor, eiuſdem æquum eſt & fructus fieri. Quare quos bello capta pariet, ij matris ſuæ domino meritò ſeruient. Iure ciuili ſerui fiunt hoc modo. Titius omnia bona ſua conſumpſerat, ac præter libertatem nihil reliqui ſibi fecerat: cùm pecunia indigeret, rogauit Mæuium, vt quaſi ipſius ſeruus eſſet, ita ſe alicui venderet: pretiũ perſolutũ eſt. Conſtitutũ tamẽ fuit, vt Mæuius qui illũ vendidit, partẽ aliquã pretij haberet: veluti, ſi vẽdit⁹ eſſet xl. aureis. decẽ habebit Mæui⁹, triginta Titius. Verùm, licetne omnibus ita ſe vendendũ curare? Minimè. Minoribus enim annis xx. nõ licet, ne ſtulti & leues adoleſcentuli pecuniæ cupiditate inducti, temerè libertatẽ, q̃ nullo pretio æſtimari poteſt, vendant. Cor. Vib.

Not. qualiter ſerui fiant, & qualiter naſcantur. Item, quòd ius ciuile introduxit, quòd homo pateretur ſe vendi ad pretium participandum. Et quòd quis eſt dominus ſuæ libertatis, etiam vſque ad venditionem. Syl.

¶ Serui autem aut naſcuntur, aut fiunt [a]. naſcuntur ex ancillis [b] noſtris: fiunt aut iure gentium, id eſt, ex captiuitate [c]: aut iure ciuili [d], cùm homo liber maior [e] viginti annis ad pretiũ participandum † ſeſe venundari [f] paſſus eſt.

¶ a Fiunt. Ex accidenti.

¶ b Ex ancillis. Licèt patrem liberum habeant: vt i. tit. j. & C. de rei vend. l. partũ. Quid, ſi ex adſcriptitio & libera? Reſp. ſequitur ventrem: & in auth. con. quę adſcri. & lib. na. §. j. col. 5.

ADDITIO. Iſtam ſequitur Ang. hic: & ratio diuerſitatis eſt fauor ipſius partus, cui matris cõditio prodeſt vno de tribus temporibus, ſ. conceptionis, natiuitatis, vel medio tempore: patris verò tempore conceptionis tantùm, quando eſt cauſa efficiens: & de cætero nihil habet, ſecundùm eundem Angelum.

¶ c Captiuitate. Quæ occaſione belli contingit: quod eſt de iure gentium, vt §. titul. proxi. §. ius autem.

¶ d Iure ciuili. Et eſt tertius modus: vt C. de aſſer. tol. l. j. §. pen. eſt & quartus: vt per ingratitudinem reuocationis in ſeruitutem: vt in auth. vt liberti de cætero. §. j. in fine. & §. illud verò. col. vj.

¶ e Maior. In quo facto ſunt quatuor neceſſaria, ſcilicet quòd ſit maior xx. ann. vt hic. & C. de libe. cau. l. ſi miniſterium. [Adde, quòd ratio eſt, quia cùm minor ante xx. annum libertatem ſeruo dare non poſſit. §. eadem lege infrà quibus ex cauſ. ma. tanto minus in ſe poteſt ſeruitutem conſtituere. d. l. ſi miniſterium. & quamuis d. §. eadem, corrigatur per §. cùm ergo. eo. tit. tamen non operatur in hoc caſu: quia introducta fauore libertatis redundarent in odium, contra l. quod fauore. C. de leg. Syl.] Item, & vt eo animo pretij accipiat partem: vt hic, & C. de liber. cau. l. non ideo. Itẽ, & quod verè habeat partem. vt ff. qui. ad lib. procla. non licet. l. j. Item, quod vendatur ignoranti conditionem vendditi: vt ff. de liber. cau. l. liberis. §. ſi quis ſciens. Item, & quintum, vt hic ſciat conditionem ſuam: vt ff. ſi liber ingenuus eſſe di. l. ij. & ſi quid horum defuerit, iure communi prouocat in ingenuitatem, aliàs nõn poterat prouocare in ingenuitatem, etiam ſi manumitteretur: vt ff. de ſtat. ho. l. homo liber. & ff. de lib. cau. l. cum pacto. niſi redderet pretium, & dominus ſponte acciperet. [Adde ſextum requiſitum, quòd ſeipſum vẽdat per interpoſitam perſonam: nam ſi ſeipſum venderet, non eſſet emptor in bona fide: quia ſi credit ſeruum, eſt in mala fide: quia debet ſcire eſſe alterius: ſi credit liberum non poteſt. d. §. ſi quis ſciens. Syl.] Nec enim dominus pretium accipere compellitur, licet quidam contradicant: vt ff. ſi liber. inge. eſſe dic. l. ij. j. reſp. & C. quando liceat ab empt. diſ. l. j. & j. tit. j. in fi. Vnde verſus: Annis viginti iuuenem, qui venditur, eſſe vult ius: & pretio, quo vænit participare. Rurſus eum ſeruũ, qui venditur, eſſe putare: Et propriam ſcire qui vænit conditionem. Sed nunquid habet in integrum reſtitutionem, cùm ſit minor xxv. ann. maior tamen xx. Reſp. non: quia non eſt mutanda tanta ſolennitas, quia non eſt locus reſtitutioni, vbi res mutat ſtatum prorſus amittendo: vt ff. de mi. l. ſi ex cau. §. Papinian. & ff. de in integ. reſtit. l. diuus. Sed nũquid patri vel affini permittitur reuocatio: vel per officiũ iudicis. vel per rei vẽdicationẽ vtilem: cùm ad eorum ignominiam reſpiciat: vt ff. de rei ven. l. j. §. j. & de lib. cau. l. j. ij. iij. iiij. & v. Reſp. non: vt ff. de ca. dr. l. tutelas. §. ſi libertate. licèt quidam dixerint contrà, ar. dictarum legum. Sed certè ibi non mutauerat ſtatum, ſed mutare volebat.

† Ad participandum. Qui ſe ſeruum alicuius ſimulans eſſe, vendi ſe ab eo patitur, vt pretij partem ferat, & poſtea proclamando ad libertatem emptorem ludificatur, hac pœna adficitur, vt proclamare ei non liceat, ſed emptoris bonæ fidei ſeruus fiat. l. pacto. 40. ff. de liberal. cauſ. l. bona. §. irritum. ff. de iniuſt. rup. & ir. teſt. N. A.

¶ f Vænundari. Idem, ſi quodlibet alio titulo patiatur ſe transferri in alium: quod verũ eſt, ſi aliquod lucrum ſentiat: vt C. de lib. cau. l. ſi miniſterium. & ff. de lib. cau. l. ſi vſumfructum. §. j.

¶ In ſeruorũ. THEMA. Accepi iſtas videóque & liberi, & ſerui q dicatur: ſed poſt definitionem diuiſio ſequi debet: ſiquidem ex partibus res integra facilius cognoſcitur. Et quænã ſeruorum, & quęnam liberorum eſt diuiſio? Seruorũ, ait, conditio vna, eadémque eſt: quantum, ſ. ad quantitatem, i. vim ipſius

Digitized by Google

ipſius ſeruitutis attinet. Omnes enim ſerui æquabiliter ſerui ſũt, neque alius magis, aut minus ſeruus eſt. ſeruitus enim neque acceſſionẽ recipit, neque deceſſionem. Sed quod ad qualitatem ſpectat varia ſũt eorũ artificia, atque exercitia: nã alij ſunt actores, alij mediaſtini, alij ordinarij, alij vicarij. de quibus ſuo loco explicabimus. Naturã ergo, vtrinque ſeruitutis, & libertatis nũc ſpectas? ſ. num ex liberis aliis magis, quod lubet facere, aliis minus? ex ſeruis, aliis magis ea poteſtas adempta eſt, aliis minus? Sic eſt. Dicimus enim in ſeruis nullã eſſe differentiam: in liberis autem vel maximam. Cor. Vib.

¶ Not. quòd liberorũ alij ingenui ſunt, alij libertini. Syl.

¶ a Nulla eſt diffrentia. Sed videtur cõtrà. nam quidam ſunt in dignitate, quidã non: vt ĩ. de iniur. §. ſed pœna. & ff. de vſufr. l. ſed & ſi quid. §. j. Itẽ, quidam ordinarij, quidam vicarij: vt ĩ. quod cũ eo. §. cùm autem. Item, alij veterani, alij nouicij: vt ff. de ædil. edic. l. fi. §. fi. & ff. de publica. l. interdum. §. quoties. vbi dicitur, qui ſunt nouitij, qui veterani. Sed dic, quòd nullus eſt magis ſeruus, quàm alter: licet quo ad actus & quo ad militias, & ſimilia, ſit differentia: licet olim magis vnus quàm alter eſſet ſeruus: vt C. de nudo iure Quiri. tol. l. vnic. nam olim quidam habebãnt nudum dominium in ſeruos, quidam plenum, quidam ſemiplenum.

ADDITIO. Seruorum quidem vna natura eſt, cùm omnes æquè ſubiiciantur alterius dominio: plura tamen eorum artificia, aut exercitia. vide Alexan. ab Alex. lib. 3. cap. 25.

¶ b Multæ. Quidam ponunt hic falſam notã, vt duo ſint multa: argu. ff. ad Syl. l. j. §. hoc reſcriptum. Sed certè ibi ſunt tria appellata, non duo tantùm. Dic ergo, quòd quatuor ſunt differẽtię liberorũ hominum: vt ingenui, libertini, Latini, & dedititij: vt hîc & ĩ. tit. j. de lib. §. libertinorum. arg. ff. vi bo. rap. l. iiij. §. j. ſecundo reſp. pro prima eſt in auth. de depo. & denuntiationibus. in princ. ibi, cùm & alia multa, col. vj.

¶ Adde text. in §. ſingulorũ. inſtit. de re. diuiſ. Alex. in l. j. ff. de leg. j. Syl.]

¶ Inter ſeruos nõ eſt differentia, vt vnus ſit magis ſeruus quam alius: inter liberos verò differentiæ ſunt multæ.

¶ In ſeruorũ conditione nulla eſt differentia[a]: in liberis autẽ multę[b]. aũt enim ſũt ingenui, aut libertini.

¶ Quilibet naſcitur, ingenuus eſt: quinetiam quantum ad ingenuitatem pertinet, matris conditio ſpectatur. Ad hæc ſufficit matrem, aut conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore liberam fuiſſe, vt quis ingenuus dicatur.

TIT. IIII. DE INGENUIS.

INgenuus eſt is, q ſtatim, vt na-

DE INGENUIS.

¶ Quia suprà dixit de iure perſonarum: quarũ quædã ſunt ſeruæ, quædã ſunt liberæ: liberorũ autem quidam ingenui, quidã libertini: ideo de his tractaturus præmittit de ingenuis, tanquam de dignioribus.

INgenuus. Diuiditur in duas partes. Nã in prima, tractat qualiter quis dicatur ingenuus. In ſecunda, qualiter ingenuitas perditur. Secũda, ibi, Cùm autem. Prima, ſubdiuiditur in quinque. Nam in prima ponitur dictum. In ſecunda, illud declaratur. In tertia, reſpondetur tacitæ quæſtioni. In quarta alteri quæſtioni reſpondetur. In quinta, dicitur incidens quæſtio. Secunda ibi, Siue ex duobus. Tertia ibi, Sed & ſi quis. Quarta ibi, Et econtrario. Quinta ibi, Ex his.

CASUS. Quænam liberorum, tam varia differentia eſt? Alij, ait, ſunt ingenui, alij verò libertini. & qui ſunt ingenui? Filius Ciceronis natus ex M. Cicerone, & Terentia liberis, dicitur ingenuus. Quid autem in Soſia Terentij? Cùm ex ſeruitute manumiſſus eſſet, ipſiúſque ſimul vxor libertate donata, filium ſuſceperunt, eritne is filius ingenuus? Imperator reſpondet, fore. Verùm quia Chryſogonus Syllæ libertus, quia diues erat, ingenuam in matrimonio habuit, ex ea liberos ſuſcepit: quo in ordine cenſebitur? in ordine ingenuorum.

¶ Sed & ſi quis. Dauus ſeruus cum Myſide libera rem habuit, ea peperit, quod partum eſt, vtrum ingenuum, an ſeruum cenſebitur? Ingenuum. Quid verò? Iulia Augusti Cæſaris fi-

ſcitur, liber eſt: ſiue ex duobus [a] ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero [b] libertino, & altero ingenuo, Sed & ſi quis ex matre naſcitur [c] libera, patre verò ſeruo ingenuus nihilominus [d] naſcitur: quemadmodum qui ex matre libera [e], & incerto patre † natus eſt, quoniam vulgò conceptus eſt. † Sufficit [f] au-

lia ſui corporis poteſtatem omnibus faciebat: an quod ex illo confuſo concubitu conceptum, ac natum erit, ingenuum cenſebitur? maximè. Quid autem in hac cauſa reſpondebis? Dauus ſeruus cum Myſide ſerua conſuetudinem habuit, Myſis vterum ferens, & ad pariendũ vicina manumittitur. deinde manumiſſa parit, quæro an natus ſit ingenuus? Reſpõdet. eſſe. Quid autem è cõtrario? Libera concepit, deinde ſerua facta peperit. Reſpondet ingenuum eſſe, quod natum eſt, Humanius enim eſſe, vt ei qui in vtero eſt calamitas matris non noceat. At ſpecies alia exoritur paulò difficilior. Myſis ancilla vterum ferens manumiſſa eſt: deinde rurſus ancilla facta peperit, quæro, vtrum ſeruum, an liberum enixa eſt? Reſpondet ingenuũ enixam. Satis enim eſſe, ſi vel in medio tantùm tempore libera mater fuerit. Fauetur enim quoad fieri poteſt, libertatibus. C. Vib.

¶ Nota quis ſit ingenuus. Item, quòd dictio, Sed etſi, ponit diuerſitatem in facto, & idẽtitatem in iure. Item, quòd ſufficit matrem eſſe liberã, dato quod pater ſit ſeruus, vel incertus, vt natus dicatur ingenuus. Item, quòd ſufficit aliquo tempore liberam fuiſſe, etiam ſi conceperit & pepererit in ſeruitute. Item, quòd materna calamitas non debet nocere filiis non natis. Item, quòd partus, quoad ſtatum, ſequitur ventrem. Item, quòd vulgò conceptus dicitur, cuius pater incertus eſt. Sylu.

Ingenuus. Quandoque aliter: quia per ſententiam: vt ff. de ſtat. hom. l. ingenuum. Item per reſtitutionem natalium: vt ff. de nata. reſt. l. ij. & l. patrono. §. fi.

¶ a Ex duobus. Sic conſtrue, ſiue matrimonio, ſubaudi conſtante ex duobus ingenuis, editus, &c. Et ſic expone omnia ſequentia capitula.

ADDITIO. Quandoque tamen ex duobus ſeruis naſcitur liber: vt in l. cùm inter. C. de fideicom. lib. & ff. eo. titu. l. cùm verò. §. apparet, & l. ſi quis rogatus, ſecundùm Io. Fab. & Ang. hic, Item in alio caſu in l. cùm Syllanianum. C. de iis, qui. vt indignis.

¶ b Ex altero. ſic. C. de ope. lib. l. quod ex liberta.

ADDITIO. Cùm agitur de dominio, partus ventrem ſequitur. l. partum. Cod. de rei vend. in aliis patrem liberi ſequuntur. l. cùm legitimæ. ff. de ſtat. hom.

¶ c Naſcitur. Secundùm ſe. Accurſius.

¶ d Nihilominus. Quia ventris ſtatus ſemper conſideratur, vt hic, & in authen. conſtitutio quæ ex adſcripto. §. 1. & C. de rei vendi. l. partum. niſi in caſu: vt Codice de ſerui. fugi. l. finali. & niſi in murilegulo: vt Codice de murileg. l. qui aut patre, & l. ingenuæ. & lege prima. qui libro vndecimo. & hoc iure Romano: ſecus iure Longobardorum: quia ſemper in deteriorem ſtatum trahitur, vbi ſit matrimonium, aliud, ſi concubinatus: nam tunc ſeruatur ius Romanum, quod ſequatur ventrem.

¶ e Libera. Puta meretrice.

† Incerto patre. Spurii dicebantur ſine patre, & duabus literis notabantur. S. P. Hi vulgò quæſiti dicuntur. l. vulgò. 25. ff. de ſtat. hom. Dicuntur & incerto patre nati, quia is ſolus pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant. Mater autem ſemper certa eſt. l. 5. ff. de in ius voc. Spuriis olim opponebantur Patricij, qui patres ciere poterant. Liuius auctor. N. A.

¶ f Sufficit. Quantum ad conditionem: ſecus quantum ad honores: vt ff. de ſena. l. filiam, & l. liberos. §. fi. & ſecus quo ad patriam: vt ff. ad municip. l. aſſumptio. §. filius. & ff. mandat. lege ſi procuratorem. & ff. pro ſocio. lege ſi id quod. §. ſi filius. & ff. de negot. geſt. lege ſed an vltro.

† Sufficit. Mater quoque tempore libera ingenuum parit. lege quinta. ff. de ſtatu hominis. Tantus eſt libertatis fauor, vt multa contra ius commune pro libertate conſtituantur. lege generaliter. vigeſimo quarto. paragrapho. ſi quis ſeruo. ff. de fid. liber. N. A.

¶ a Calt

Digitized by Google

tem liberam fuiſſe matrē eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla cōceperit. Et è contrario, ſi libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum, qui naſcitur liberū naſci * quia non debet calamitas a matris ei nocere, qui in ventre eſt. Ex his illud quæſitū eſt, ſi ancilla prægnās manumiſſa ſit. deinde, ancilla facta, poſtea pepererit, liberum, an ſeruū pariat? Et Marcianus probat liberū naſci. ſufficit enim ei, qui in vtero eſt, liberam matrem b, vel c medio tempore d habuiſſe [vt liber * naſcatur] quod & verum eſt.

¶ Putatiua ſeruitus natalium ſplendori nō officit: nec de facto ſecuta manumiſſio aliquā ingenuitati detrahit.

¶ Cùm † autē e ingenuus f aliquis natus ſit, non officit f eum in ſeruitute g fuiſſe, & poſteà manumiſſum h eſſe. Sæpiſſimè enim conſtitutum eſt, natalibus i non officere i manumiſſionem.

¶ a Calamitas. Quaſi cadamitas: quia iterum facta fuit ancilla, & ſic quodāmodo rurſus cadit in ſeruitutem.

ADDITIO. Et eſt ratio ſecundùm Chriſtopho. hic, quia partui, iam concepto eſt ius ingenuitatis quæſitum, quod nō debet tolli, &c. per regulam iuris, id quod noſtrū. Et ſic procedit in natis tantùm, vel cōcepti anteà: ſecus, ſi pòſt: niſi adhuc viueret auus: quia tunc parentem macula nō noceret filiis, ſecundùm Ioann. Fab. hic. de quo Ange. ſe remittit.

** vide hic. l. v. §. 4. ff. de ſta. ho.*

¶ b Liberā matrem. Facit ad hoc. C. ſi man. ita fue. ali. vt ma. l. ſi Iu ſa.

¶ c Vel. pro ſaltem.

¶ d Medio tempore. ff. de acquiren. rer. do. l. adeo. §. cùm quis.

¶ Cùm autem. THEMA. Moyſes ex libera iudicatur expoſitus eſt. finge filiam Pharaonis puerum ignotum, expoſitum, deſertum, pro ſeruo habuiſſe: deinde diu ſeruum exiſtimatum, manumiſiſſe. quæro vtrum ingenuus, an libertus ſit habendus? Reſpondet, fruſtrà libertatem ei datam: atque ingenuum ſemper habēdum eſſe. Natalibus enim, id eſt ingenuitati ſuperuacua manumiſſio non officit. Cor. Vib.

¶ Nota quòd manumiſſio de facto facta non nocet ingenuitati. Item quòd non ſufficit aliquid de facto fieri, vt ſequatur effectus iuris. Syl.

¶ e Cùm autē. §. dixit qualiter contingat ingenuitas: nūc qualiter pſeueret.

¶ Cùm autem ingenuus. Aliud eſt ſeruum eſſe, aliud ſeruire, aliud in ſeruitute eſſe. l. cùm heredes. 23. ff. de adq. poſſ. Fab. lib. 7. cap. 3. & lib. 9. cap. 5. Redēptus ab hoſtibus, qui redemptionis pretium nondum exſoluit, in ſeruitute eſt, at ſeruus non eſt. l. 2. Cod. de poſtlim. reuerſ.

N. A.

¶ f Non officit. Niſi poſt manumiſſionem talem quinquennio ita ſteterit: vt ff. ſi liber ingenuus eſſe dicatur. l. ij. ſed illud hodie correctum eſt: vt hic, & Cod. vbi cauſa ſta. agi debeat. l. fin.

De ſuna D. & Th.

¶ g In ſeruitute. i. in ſtatu ſeruili.

¶ h Manumiſſum. ſ. de facto.

¶ i Natalibus. id eſt, ingenuitati, quæ probatur per natales. Erāt autem natales ſcripturæ cum annis Domini, & præconizatæ: quæ dicebant Luciū eſſe natum, & ingenuū. & deinceps ſic erat, niſi tunc cōtradiceretur: vnde & in legendis ſanctorum intitulatur natale ſancti Nicolai, quando moritur, quaſi tunc naſcatur nūquam moriturus: & ſcribuntur geſta in vita. Vel dic, quòd natale appellatur prima natiuitas. quæ eſt de iure naturali, & omnem hominem dicit eſſe liberum. vnde benè dicitur, ſeruus iſte reſtituitur natalibus. i. illi libertati, quam habet de iure naturali. ff. de nat. reſti. l. ij. & ff. de ſtat. hom. l. Imperator.

Scriptura præconizata facit fidē apud omnes.

ADDITIO. Hoc verum eſt, prætter quàm ſi quis ad pretium participandum in ſeruitutem ſe dari paſſus ſit. tunc enim efficitur libertinæ conditionis. l. homo liber. ff. de ſta. ho. A. F.

¶ i Officere. niſi vendiderit ſe: vt ſ. tit. j. §. pen. tunc enim non redit in ſtatum priſtinum: vt ff. de ſta. hom. l. homo liber. quæ eſt contrà.

DE LIBERTINIS.

¶ Hic ponitur ſecunda pars diuiſionis poſitæ in text. ſ. tit. ij. §. fin. & iſta eſt continuatio huius tit. Aret.

TITVL. V. DE LIBERTINIS.

¶ Libertini qui dicantur, quid manumiſſio, & quo iure introducta.

Libertini. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit, qui ſunt libertini. Secundò, quid ſit manumiſſio. Tertiò, quot modis ſerui manumittantur. Quartò, quòd ſerui inuiti poſſunt manumitti. Quintò, qualiter de iure antiquo ſtatus libertinorũ erat tripertitus, & correctiones ſtatus libertinorũ. Secũda ibi, Manumiſſio. Tertia ibi, Multis. Quarta ibi, Serui verò. Vltima ibi, Libertinorum. Aret.

CASVS. Cognoui, quinam ingenui nominentur, proximum eſt, vt qui libertini ſint, nobis demonſtres. Tiro ſeruus fuerat Ciceronis iuſta ſeruitute, id eſt emptus, cùm re vera ſeruus eſſet, non à latronibus captus, & venditus, aut tale aliquid paſſus. Cicero tandem eius probitate inductus, eum manumiſit. Tiro igitur verè libertus, aut libertinus dicitur. nunc enim ſublata eſt differentia quæ olim fuit. Nam (vt Suetonius in Claudio teſtatur) liberti dicebantur manumiſſi, libertini autem qui ex iis procreabantur.

* Manumiſſio.] Quid verò appellas manumiſſionem? Manus, inquit, plerunque ſignificat poteſtatem. vnde Cicero ſæpè, non eſt in manu mea poſitum pro in poteſtate. tralatione ex eo, quòd quæ in manu noſtra ſunt, ea vel maximè noſtræ ſunt poteſtatis. Cùm igitur Mitio Syrum ad ſe iubet accedere, à ſeque dimittit, ex ſua eum manu, id eſt poteſtate, liberare dicitur. Syre, inquit, eho, accede huc ad me, liber eſto. Sed quo ex iure nata eſt hæc manumiſſio? Quum, inquit, natura omnes liberos procreaſſet, manumiſſionem nullam nouerat. Sed ius gentium quod ſeruitutem induxit, liberationem etiam induxit. Itaque iure naturali omnes æquabiliter vocabãtur generali nomine Hominis, poſteà diſcrepare inter ſe nominibus cœperunt. alij námque liberi, alij ſerui, alij liberti ſiue libertini appellati ſunt. Cor. Vi.

¶ Not. qui ſunt libertini. Item, quid ſit manumiſſio. Itẽ, quòd manus idem importat, quod poteſtas: & quòd fuit inuentio iuris gentiũ. Item, quòd priuatio præſupponit habitũ: & quòd nihil poteſt eſſe in priuatione, quòd nõ prius ſit in habitu: & quòd quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Item, quòd ad infirmos opus eſt medela. & quòd quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. Itẽ, quòd iure naturali vnicum erat genus hominũ: iure gẽtiũ tria. Syl.

Libertini * ſũt qui ex iuſta a † ſeruitute b manumiſſi ſunt. Manumiſſio autem eſt de manu * datio c. Nam quãdiu quis in ſeruitute eſt,

* Gaius lib. 1. Inſti. ti. 1.

* Libertas D.

a Ex iuſta. l. vera. [Adde ſecundum doct. hanc eſſe veram expoſitionem: quia ſi non ſit vera, ſeruitus, efficeretur ingenuus. §. fi. ſ. tit. j. Syl.] ſic econtra: vt infrà tit. j. §. ſemel. vel iuſta: qua adeò iuſtè ſeruierunt domino, vt meruerint manumitti. Vel dic iuſta: quia eſt de iure gentium: vt ſuprà ti. ij. §. ſeruitus. & ff. de iuſtit. & iure. l. manumiſſiones.

† Ex iuſta. Iuſta ſeruitus eſt, quæ ſecũdùm ius gentium, aut ciuilè, verè eſt ſeruitus, veluti capti ab hoſtibus, aut eius qui ad pretium participandũ vendi ſe paſſus eſt. Iniuſta, quæ contra ius alterutrum: veluti capti à prædonibus, aut pyratis. l. latrones. ff. de capt. & & poſtl. Sic filiusfam. noxę deditus, debitor creditoribus addictusq́; in ſeruitute eſt, at non iuſta ſeruitute. l. 33. & ſeq. ff. de noxalib. N. A.

b Seruitute. Et huius manumiſſi filius eſt ingenuus, vt ſ. tit. j. in princip. licèt grammatici dicant eum libertinũ, ſed & manumiſſum libertini dicunt.

ADDITIO. Antiquitus libertini dicebantur libertinorũ filij, vt ait Suet. in Claudio. Horatius, Quem rodunt homines libertino patre natum.

c Datio. i. detectio, ſecundùm Irn. ſic ff. de acquir. rer. do. l. adeo. §. cum quis. in fin. ibi, cùm enim grana. Vel dic ſecundùm Pla. Ioan. & Azo. quòd dat libertatem, quàm prius ille ſeruus non habebat: aliàs ſi diceremus dari illam, quàm antè habebat, non diceretur dari: vt j. de act. §. ſic itaque. Sed opponitur: aut quã habebat, ei dabat: & ſic illi quidem nulla remanet, cùm non habeat, niſi vnam: aut quam non habebat, quod eſt abſurdum. Sed dic, quòd dat quam nõ habebat, & hoc plerunque contingit, quòd quis dat quod non habebat, vt infrà quib. ali. lic. §. j. & ff. de vſufr. l. quod noſtrum. & ff. de acqui. re. dom. l. non eſt.

Et-

Digitized by Google

manui, & [a] poteſtati [b] ſuppoſitus eſt: & manumiſſus liberatur poteſtate. Quæ res [c] à iure gentium originem ſumpſit: vtpote cùm iure naturali omnes * homines liberi naſcerentur: nec eſſet nota manumiſſio, cùm ſeruit⁹ eſſet incognita. Sed poſtquam iure gentium ſeruitus ingenuitatē inuaſit, ſecutū eſt beneficium manumiſſionis. Et cùm vno * cōmuni nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera [d] eſſe cœperunt: liberi, & his cōtrarium ſerui, & tertium genus *libertini, id eſt, qui deſiderant eſſe ſerui.

* Deeſt D. & T.

* naturali. D. & Th.

*libertini

¶ Multimodè tā inter viuos, quàm in vltima voluntate manumiſſio exercetur.

¶ Multis autem modis manumiſſio procedit: aut enim ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis † eccleſiis [e] † aut vindicta [f], aut inter amicos [g] aut per epi

¶ a Et. Pro id eſt.

¶ b Poteſtati. ff. de iuſti. & iu. l. manumiſſiones. & l. ex hoc. l. fi. & ff. de iure cod. l. diui.

¶ c Quæ res. i. manumiſſio.

¶ d Tria genera. ſic erat vnū, & addita ſunt tria: ergo ſunt quatuor? Reſp. non ſequitur. nā ſi habes tres filios, & naſcatur hodie vnus: incipis habere quatuor filios, & priùs habebas tres. ergo ſeptem, quod falſum eſt, quia quod primo erat, computatur in ſequentem numerum. ſimile. ff. quemadm. ſer. amitta. l. j.

¶ Multis autē. rvbrica. Quot modis ſeruus manumittitur? Multi, inquit, ſunt modi. ſex autem in præſentia cognoſces. Primus, in templis præſente Chriſtiano populo, qui eò conuocari ſolebat ad verbum Dei audiendum: & ſacramentorum communicationem. Secundus hoc modo: Lictor feſtucam, quæ vindicta dicebatur, manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens verba quædam ſolennia. Tertius eo modo, quo Syrū à Mitione manumiſſum dicebamus, qui appellatur inter amicos, quinque teſtibus præſentibus. Quartus ita: Atticus quum diu Athenis eſſet, intellexit Parmenonem ſeruum ſuum Romæ fidelem ſibi operam nauaſſe. Epiſtulam ad eum miſit, qua liberum illum eſſe iubebat. Parmeno dicitur eſſe manumiſſus per epiſtulam. Quintus per teſtamentum. Nam ſi Atticus in ſuo teſtamento ſic ſcribat, Pamphilo ſeruo, cuius fidelem operam cognoui, libertatem relinquo: Pamphilus liber erit. Sextus, per aliam vltimam voluntatem, veluti per codicillos, de quibus audies ſuo loco: denique nulli ſunt alij modi, qui ſuis locis reſeruantur. Cor. Vib. Not. quòd datio libertatis eſt act⁹ pius: aliàs enim non poſſet fieri in eccleſia. No. modos dandi libertatem, inter quos quæ datur per epiſtulam, & per conſequens per nuntium: quia ſunt parificata aliquid per epiſtulam, & per nuntium dari. l. prima. ff. de contrah. empt. ſecus per procuratorem: rationem aſſignāt hic Doct. Syl.

¶ e Eccleſiis. ſ. Sub aſpectu populi & antiſtitis, & interueniente qualicūque ſcriptura viceſſorū: vt C. de iis q in eccl. manu. l. j. & ij.

† Eccleſiis. Hoc fuit inſtitutum Conſtantini. l. j. & l. ij. C. de his qui in ecc. man. Nā Romę cenſu liberi fiebāt in cōdendo luſtro quinto quoq; anno. Vide Vlp. in frag. N. A.

¶ f Vindicta. i. cauſa cognita corā prætore, qua tātūmodo poterat antiquitus maior xx. ann. manumittere: vt ī. tit. j. §. eadē. quæ ideò dicitur dari vindicta: quia Vindicius quidā ſeruus Vitelliorū primò ſic fuit manumiſſus. ff. de ori. iu. l. ij. §. in initio. & §. & cū placuiſſet. verſ. initiū ſeceſſionis fuiſſe. Vel (vt quidam dicūt) ſecūdū Boëtium in Topic. vindicta erat virga prætoris, qua ter percutiebatur manumiſſ⁹, & dicebat Prætor ter, Aio te liberū eſſe more Quiritum, argu. C. ſi aduer. li. l. ij. ibi, vindictæ, &c.

† Aut vindicta. Virga, feſtuca, quā lictor tenebat, ideò ſeruū producebat, raſo capite ad Prætorē, dicēs; Hūc hominem ex iure Quir. liber. eſſe volo, & emittebat eū manu Prætor, dicēs, Aio te liberum more Quiritum, ſecundùm ſuam cauſam, ſicuti dixi: Ecce tibi vindicta, lictor capiti imponebat. Hæc Feſtus, & Valerius Probus, & lex manumiſſio. 13. de manumiſſ. vindicta. N. A.

¶ g Inter amicos. Et in hoc & ſequen-

ſtolā, aut per teſtamētū † aut per aliā quālibet [a] vltimā volūtatem. Sed & aliis [b] multis modis libertas ſeruo competere poteſt, qui [c] tam ex veteribus [d], quàm ex noſtris * [e] Conſtitutionibus introducti ſunt.

¶ Manumiſſio (cū voluntariæ ſit iuriſdictionis) vbique & quocunque tempore fieri poteſt.

¶ Serui [f] verò à dominis ſemper † manumitti * ſolēt: adeò vt vel in trāſitu [g] manumittantur [h] veluti quum Prętor, aut Pręſes, aut Proconſul in balneum [i], vel in theatrum [k] eunt.

ti caſu neceſſarij ſunt quinque teſtes: vt C.de la.li.tol.l.vnic. §.ſancimus. & §.ſed & ſi quis.

† Per teſtamentum. Ac tunc Orcinus libertus dicebatur: quia teſtatoris ad Orcum demiſſi libertus. l. 3. ff. de legit. tut.

¶ a Quamlibet. vt in codicillis vel in teſtamēto minus ſolenni, quod valet inter patrem & filios: vt Cod. de teſtam. l. hac cōſul. §. ex imperfecto.

ADDITIO. Ac ſi dicat, q̃ manumiſſio facta in teſtamento non ſolenni, valet, vt facta inter viuos, nō vt in teſtamento. per gloſ. in l. vnic. §. j. C. de Lat. lib. tol.

¶ b Sed & aliis. præter ſupradictos.

ADDITIO. Omnes ferè modos vide in l. vnic. Co. de Lat. lib. tol. & l. j. C. qui ex cau. ſer. pro præ. & l. cùm precum. C. de lib. cau.

¶ c Qui. ſcilicet modi.

¶ d Ex veteribus. ſ. ex legibus aliorum Imperatorum: vt C. qui ex cau. ſer. pro præ. li. ac per totum.

¶ e Noſtris. Vt C. commu. de manu. l. fi. & in auth. de man. princi. §. ij. & in authen. de mo. §. ij.

¶ Serui verò. THEMA. Sed quo loco, & quo tempore rectè libertas dari poteſt? vbi libet, inquit, & quando libet libertas rectè datur, modò apud magiſtratum id fiat, veluti Prætorem, Conſulem aut Proconſulem. adeò vt ſi in via illi ſint, dū fortè ad balneum, vel theatrū eunt, lictori præeunti imperari poſsit, vt vindicta ſeruo impoſita eum liberum pronuntiet. C. Vib.

¶. Not. quòd in quocunque loco, & tēpore poteſt exerceri actus voluntariæ iuriſdictionis. Syl.

¶ f Serui. q. d. quandocunque etiam inuiti, vt C. de teſta. ma. l. fin. §. ſi vero quidam. licèt ſecus ſit in filiis: vt in authent. quibus modis natu. effic. ſui. §. generaliter. col. vij.

† Semper. Non tantùm pro tribunali, ſed quouis loco, vbi Prætor ſalua maieſtate imperij, ius dicere poterat.

¶ g Tranſitu. i. dum tranſit, & eſt ratio: quia ſine eo fieri poterat, vnde aliud eſt, quando manumiſſio poterat fieri ſine Prætore: vt j. tit. j. §. eodem. Item, aliud eſt in contentioſa iuriſdictione, quæ ſcilicet redditur in inuitū: vt ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. j. & C. de diia. à procedente.

¶ h Manumittantur. Not. q̃ inſtituere vel liberare, ſi prætermiſit dationem libertatis.

¶ i In balneum. Tunc enim videbatur nō valere: quia præ gaudio cuilibet concederet.

¶ k In theatrū. id eſt, in locum vbi homines ſtant, ad videndum: & dicitur à θεάρμαι, quod eſt videre. & idem multò magis, ſi alio quocunque vadat.

¶ Libertinorum. Iſte §. diuiditur in ſex partes. Primò, tangitur, qualiter ſtatus libertinorum erat tripertitus olim. Secundò, qualiter redactus eſt ad vnum cum correctione facta per eum. Tertiò, id quòd generaliter dixerat, ſpecificat in dedititiis, qui fuerant expulſi. Quartò, de Latinis. Quintò, qualiter omnes libertos reduxit ad vnum ius. Sextò, quòd aliis etiam modis ſerui efficiuntur liberti. Secunda ibi. Sed dedittoriū. Tertia ibi, Et dedititios. Quarta ibi, Latinos. Quinta ibi, Et omnes. Sexta ibi, Multis. Aret.

¶ THEMA. Quot ſunt libertorū genera? Olim tria fuerut. Alij enim ciues Rom. alij Latini Iuniani: alij Dedititij erant. Qui fiebant ciues Rom. Qui vindicta, cenſu, aut teſtamēto manumiſſi erant. Cenſu autem manumittebantur (nam de vindicta & teſtamento dictum eſt) qui iuſſu dominorū Romæ inter ciues Ro. cenſum apud Cenſores profitebantur. Qui fiebant Latini? Qui inter amicos manumiſſi erant: id enim lex à Iulio Norbano lata cauebat. Differebant autem Latini à ciuibus Romanis, quòd hi plenam, iuſtámque libertatem ſtatim conſequebantur, veluti iura patriæ poteſtatis, adoptionis, teſtamenti, &c. Illi iure

eodem

eodem cenſebantur quo populi Latini, vt planè ciues Rom. non eſſent, ſed ſi rurſus a patronis manumitterentur, plenam ciuitatem conſequebantur. Latini enim olim neque ſuffragij ius habebant, neque magiſtratus capere poterant. Qui fiebant Dedititij? Qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia ſcripta fuerunt, qui propter noxam torti, nocentéſque inuēti ſūt, vt ferro, aut cum beſtiis depugnarent: vel in cuſtodiā coniecti fuerūt: deinde quoquomodo manumiſſi ſunt. Atque hæc quidem olim. Quid autem hodie obſeruatur? Ex cōſtitutione Iuſtiniana quocunque modo quis manumittatur, eādem conſequitur libertatem, quam is, qui manumiſit. Nam olim differētia erat ætatis, dominij, & modi: quorum explicationem ſumere ex Theophilo licebit: ne idem ſine cauſa iteremus. Cor. Vib. Nota ſtatum libertinorū antea tripertitum. Item quòd non vſus tollit legem. Item, quòd non frequentatio legis non tollit legem: quia hic fuit neceſſaria derogatio, vt ſequitur. Item, quòd ab initio vna erat libertas. Item, ibi, & omnē. quòd ſublato principali, tollunt acceſſoria. Item, quòd quis verè poteſt fieri ciuis, quamuis non ſit. Sylu.

*ex Gaio libro 1. tit. 1.

¶ Libertinorum. Idem erat de ſeruis: vt C. de no. iur. Quiri. toll. l. vnic. §. j. Accurſ.

N. A. † Tripert. Stante Repub. Ingenuorum alij Latini, quibus ius latij datum erat: alij dedititij, hoc eſt eodem iure quo fuerant, qui armis populi Romani territi, ſeſe in eorum fidem dicarant. Poſtea liberti ſimiliter alij fiebāt Quirites, qui plena, iuſta, ſolida libertate fruebantur. Alij Latini, qui viuebant vt liberi, moriebantur, vt ſeru. §. vlt. inf. de ſucceſſ. libert. Alij dedititiorum numero, qui vt ſerui moriebantur, viuebant vt ſemiliberi. l. vlt. C. de lat. liber. toll. Tandem ſicut Imperator Antoninus omnes ingenuos (qui in ditione Romana erant) ciues eſſe ſtatuit Romanos. l. in orbe. ff. de ſtat. hom. Ita Iuſtinian⁹ libertos omnes ciuitate donauit. l. j. C. de lat. liber. toll.

¶ Libertinorum multiplici ſtatu exploſo, vnica omnium hodie eſt cōditio: quandoquidem omnes ciues Romani efficiuntur.

¶ Libertinorum* autē ſtatus tripertitus † anteà fuerat. Nam qui manumittebātur, modo a maiorē, & iuſtā libertatē cōſequebantur & fiebāt ciues Romani: modò minorem b:

a Modo. ſ. aliquando.

† Iuſtam libertatem. Iuſta libertas, non omnino iniuſtæ opponitur: ſed ea intelligitur quæ plena, integra, perfecta, ſolida eſt: vt apud Senecam libro de vita beata. cap. 24. Iuſtæ libertates an inter amicos datæ. Et apud Plautum in Menech. M. Senio ſeruus inter amicos manumiſſus: Meliore (inquit) op⁹ eſt auſpicio, liber perpetuo vt ſiem. Iniuſta autem ſeruitus dicitur, ſiue quæ iniuſta eſt, quæ verè propriè, & perfectè non eſt ſeruitus. Seruus autem vnicum habet nomen, Tyro, Chryſogonus. Libertus nomen & prænomen patroni adſumit. M. Tull. Tyro. L. Corn. Chryſogonus.

Libertis triplex erat paratum beneficium ius Quiritum, vt ciues Romani fierent: ac tum nihilominus patrono debebant operas, obſequium & reuerentiam. Secundum, ius aureorum annulorum. Nam ferreo depoſito, aureum ſumebant (quod fuit equeſtris ordinis inſigne) ac tum obſequium tantùm & honorem debebant. Viuebant vt ingenui, moriebantur vt liberti. lege tertia de bon. libert. lege ſecunda. lege quarta de iure aureorum annulorum. Id eſt, dimidiam partem ſuorum bonorum, iure antiquo: nouiſsimo verò, tertiam partem patronis relinquebant. Tertium, natalium reſtitutio. Natales, ſunt conditio primorum hominum, apud quos, naturæ iure, ſeruitus fuit incognita. lege ſecunda & lege vltima. ff. de natalium reſtitutione. Hi, ne honorem quidem patrono debebant: patronum denique non agnoſcebant. lege Imperialis. vigeſima tertia. Codice de nuptiis. Nouo tamen Iuſtiniani inſtituto, libertis omnibus vltro tria illa beneficia tributa ſunt, ſaluo tamen patronatus iure. Nouella ſeptuageſima quarta, & Nouella ſeptuageſima octaua.

¶ b Minorem. id eſt, mediam: vt infrà de cap. demi. §. primo. & ff. de auro & argen. lega. l. qui lancem. ſecundum Ioan.

& Latini ex lege Iunia * Norbana fiebant: modò inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sētia * Dedititij [a]. Sed quoniā dedititiorū quidem peſſima conditio iam ex multis tēporibus in deſuetudinem abierat: Latinorum verò nomen non frequentabatur: ideóque noſtra pietas [b] omnia augere, & in meliorem ſtatum reducere deſiderans, duabus conſtitutionibus [c] hoc emendauit, & in priſtinum ſtatum reduxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna, atq; ſimplex libertas competebat [d], id eſt eadem, quam habebat manumiſſor: niſi quòd, ſcilicet, libertinus [e] fit, qui manumittitur: licet manumiſſor ingenuus ſit. Et dedititios [f] quidem per cōſtitutionem noſtrā expulimus: quā promulgauimus inter noſtras deciſiones: per quas ſuggerente nobis Triboniano, viro excelſo, Quæſtore antiqui iuris altercationes [g] placauimus. Latinos autē Iunianos, [h] & omnem, quæ circa eos fuerat obſeruātiā, alia cōſtitutione per eiuſdem Quæſtoris ſuggeſtionē correximus: quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Et omnes [i] libertos nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini * manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine [k]

Lata anno vrbis cōd. 771.

** Dedititiorū numero.*

** dominij Theóﬁlē.*

a Dedititij. i. vocabantur Dedititij: & erant inducti hac lege Aelia Sentia, quę & multa alia induxit. Et erant hi toto tempore vitæ ſuæ ſerui: & tunc fiebant liberi, cùm moriebantur: quod proderat: quia bona (vt peculium) à domino nō occupabantur: ſed in Latinis aliter fiebant: vt colligitur hic ex eo, quod minus habebant Dedititij, quàm Latini: vt j. de ſuc. lib. §. fi. Accurſ.

b Pietas. i. nos, qui ſumus pij.

c Conſtitutionibus. vt Co. de lat. li. tol. l. vni. & Cod. de dedi. lib. tol. l. j.

d Competebat. ſ. manumiſſis, ſecundū hoc nota tria tempora in primo, & vltimo deinceps. ſ. idem iuris eſt: ſed in medio hoc ius peſſimum fuit inductum: vt j. de ſucc. lib. §. vlt.

e Libertinus. Ex quo contingit multiplex effectus. in primis circa obſequiales operas, ſcilicet quæ ſūt in faciendo, vt de aſſurgēdo, & ſeruiendo, ſiue in non faciendo, vt de non vocando in ius ſine venia, quæ ipſa natura patrono debentur etiam ſine impoſitione: vt C. de in ius voc. l. venia. & ff. de cōdic. inde. l. ſi non ſortem. §. libertus. Et ſi vocauerit in ius patronum ſine venia, punitur in quinquaginta aureis. ff. de in ius vocan. l. pen. & vlt. qui aurei accipiuntur quilibet pro vno ſolido: vt j. de pœna te. li. §. fi. Et ex his iuribus ſumitur argum. quòd aureus pro ſolido accipitur in iure noſtro. (Sed ex quo pro eodem delicto tales ſententię promulgantur, eadem intelliguntur eſſe dādæ filio emancipato, ſi ſine venia patrem in ius vocauerit: vt C. de in ius voc. l. fi.) Item contingit reuocatio in ſeruitutem propter offenſam: vt C. de libe. & eorum liberis. lege, ſi manumiſſus. & alia multa. Sed hodie hæc omnia tolluntur, præter ea, quæ ipſa natura debētur: vt in aut. vt liberti de cætero. §. j. quę eſt contrà. Tu dic vt not. in d. l. ſi manumiſſus.

Adde quòd hæc glo. reprobatur per doct. in l. fi. C. de bon. libert. vbi vide gloſ. id verb. ius patronatus. quæ latius enumerat hæc, & alia beneficia patroni, & qualiter amittantur. Syl.

f Et dedititios. Quod dixerat in genere, nunc per ſpecies ponit. Vel quod coniunctim dixerat, nunc diuidit, Accurſ.

g Altercationes. Quas nō habemus. Sed quare non erāt ſerui, ſicut illi, qui penitus ſūt ſerui, cùm toto tēpore vitæ ſuæ ſeruire cogerētur? Reſpon. ſecundùm Ioann. quòd erant liberi, licèt ſeruire cogerentur: vt C. communi. de manumiſſ. l. prima. §. ſin autem proprietarius.

h Iunianos. i. Ex lege Iunia Norbana inductos: vt ſ. eo. §. libertinorum.

i Omnes. Sic conſtrue: & omnes libertos decorauimus. i. honorauimus ciuitate Romana, id eſt, plena libertate: vt ſ. eodem §. libertinorum.

k Diſcrimine. id eſt, nulla differentia habita, nec ætatis manumiſſi: vt etiam infans poſſit manumitti, imò etiam in ventre: cùm quantum ad hoc

habeatur

Digitized by Google

habeatur pro iam nato: vt ff. de ſtatu hom. lege, qui in vtero. nec domini manumittentis: dum tamen habeat viginti annos: vt ꝭ.tit.j.§. eadem. nec in modo manumittendi. ſ. in teſtamento, ſeu inter viuos quoquo modo, vt ſ.eod.§. multis.

a Anteà. ſ. quā veniret iſta praua conditio.

b Ciuitate Romana. i. plena libertate.

c Decorauimus, id eſt, honorauimus.

Serui libertatē conſequuntur nouem modis.

d Additis. ſ. à Nobis eis, quos habuimus, ſ. eo. §. multis autē. & ſunt additi nouem. Primus ſi dominus ægrotantem ſeruum ſuum eiecit. Secundus, ſi ancillam vendiderit, ne proſtituatur: & proſtituta fuerit: vel ſi venditor ſibi retinuerit manus iniectionem, & eam ad ipſum reuertentem proſtituit poſtea. Tertius, ſi ſerui pileati defuncti funus præceſſerunt. Quartus ſi expreſſit eum velle eſſe Latinum. Quintus, ſub conditione relicta libertate, hæres ante conditionem manumiſerit. Sextus, ſi in iudicio liberali à domino ſuperatus ſeru⁹ fuerit: & pretium pro eo domino ſolutum fuerit, & ipſe poſtea receperit. Septimus, ſi ancillam ſuam maritauerit alicui libero. Octauus, ſi coram actis filium nominauerit ſeruum ſuum. Nonus, ſi inſtrumenta ſeruitutis reddiderit coram teſtibus. Et probātur hi modi. C. de la. libertate tollen. l. vnica. §. ſed ſcimus. vſque in finem legis.

e Sola. ſ. libertas plena.

f In præſenti. i. in conſuetudine.

habito (ſicut iam antea[a] obſeruabatur) ciuitate Romana[b] decorauimus[c]: multis modis additis[d], per quos poſſit libertas ſeruis cum ciuitate Romana, quæ ſola[e] eſt in preſenti,[f] preſtari.

TIT. VI. QVIBVS * EX cauſis manumittere non licet.

** qui & ex quib. cauſ. manu. non poſſunt. Th. & vet.*

¶ Manumiſſio facta inter viuos in creditorum fraudem iure non ſubſiſtit. Licet tamen domino quamuis obærato ſeruum ſuum liberū hæredemque facere, modò nemo alius ex teſtamento extiturus ſit hæres.

NOn tamē cuicūque[g] volēti manumittere licet. nam *is, qui in fraudem[h] creditorum manumittit[i],

** Vlpia. tit. 1. Epito.*

QVIBVS EX CAVSIS MAnumittere non licet.

De variis modis manumittendi dixit: ſed quia non omnibus manumittere licet, nec ex omnibus cauſis: ideò de hoc nunc ſubmittit, ſecundùm Por.

NOn tamen. Iſte titulus diuiditur in octo partes. Primò, qualiter quis inter viuos in fraudem creditorum ſeruum proprium manumittere non poteſt. Secundò, qualiter in vltima voluntate cum libertate hæredem inſtituit. Tertiò, qualiter in vltima volūtate inſtituit ſimpliciter. Quartò, qualiter præſumatur, quod manumittat in fraudē creditorū. Quintò, qualiter minor xxv. annis prohibetur manumittere, niſi certis cauſis. Sextò, quæ ſunt cauſæ iuſtæ. Septimò, an cauſa ſemel approbata poſſit improbari. Octauò, ſi quis attigerit decimum, & octauum annū, poteſt in teſtamēto manumittere. Secunda ibi. §. Licet autem. Tertia ibi, Idēque. Quarta ibi, In fraudē. Quinta ibi. §. eadem lege. Sexta ibi, Iuſtæ autem. Septima ibi, In §. ſemel. Octaua ibi, Cum ergo. Ang.

CASVS. Quoniam manumittendi modos expoſuiſti, peruellem mihi quoque manumittendi cauſas explicares. Ecce enim Titius multo ære alieno contracto, intelligebat ſi iudicio premeretur, ſe damnatum iri: cùmque nihil in bonis haberet, præter ſeruos, eos venditum iri, vt creditoribus ſatis fieret. quid machinatur? Vt creditores fraudet, ſeruos manumittit. Quæro an valeat manumiſſio? Reſpondet non valere. Cor. Vibul.

g Non tamen cuicunque. Quanuis ſuprà titulo primo. §. multis. & §. finali. dictum ſit quemlibet manumittere poſſe: non tamen, & cætera. ſic infrà de exhæred. liber. in principio.

h In fraudem. Hoc expone infrà eo. l. §. in fraudem.

i Manumittit. ſcilicet inter viuos. vel in vltima voluntate, ſcilicet,* hæredem non inſtituendo. nam tunc eſſet liber. & hæres, vt ꝭ. proxi. §. & ff. qui, & à quibus. l. ſi mortis.

** legem fe.*

ADDITIO. Et dicit hic Iaſon, quòd ſi in teſtamēto ponatur clauſula

quod

quod valeat iure contractus, erit irreuocabile: quia contractus in eo celebratus, reuocari non poteſt, vt hic, de quo vide Bart. & Ang. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbo obliga.

vltima voluntate, quæ non permittuntur inter viuos. Item, quòd ſeruus inſtitutus eſt hæres neceſſarius. Item, quòd dominus non ſoluendo, poteſt in fraudem creditorum ſibi hæredem inſtituere ſeruum. Quis autē dicitur nō ſoluendo, declarat Deci. in c. ex ratione de appel. Item, quod paria ſunt, quem non eſſe ſcriptū hæredē, vel adire nolle, aut nō poſſe. Itē, quòd quādoque paupertas prodeſt. & quòd pauperi ſubueniendū eſt. Item, quòd ſeruus inſtitutus à domino, non ſoluēdo tenetur ſatisfacere creditorib⁹. Itē, quòd ſi non ſatisfaciat, poſſunt bona hæreditaria, ſub nomine tamen ſerui hæredis, vendi. Item, quòd iniuria eſt defunctis, non habere hæredes.

nihil agit [a]: quia lex Aelia Sentia [b] impedit libertatē.

Licet [c] autē domino, qui ſoluendo non eſt, in teſtamento ſeruū [d] ſuum cū libertate hęredē† inſtituere, vt liber fiat, hęréſque ei ſol⁹ [e], & neceſſari⁹ † [f], ſi modò ei nemo alius ex eo teſtamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres ſcript⁹ ſit: aut, quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa hęres ei nō extiterit [g], ídque eadem lege [h] Aelia Sentia prouiſum eſt, & rectè [i]. Valdè enim

¶ a Nihil agit. ſ. vt noceat creditoribus: vt ff. qui & à quibus. l. ſi mortis, ſibi tamen nocet. ſi velit reuocare, vt C. de ſer. pig. dat. manu. l. ſi creditor.

¶ b Quia lex Aelia Sentia. Similis eſt ratio, qa lex vult, vt infrà de vſucap. §. furtiuæ ibi, & lex Attilia inhibet vſucapionem rei furtiuæ.

ADDITIO. Plerique putāt legem latam eſſe à Coſſ. Sex. Aelio Catulo, & l. Sentio Saturnino, Auguſti temporibus.

¶ Licet autem. Diuiditur iſte §. in quatuor partes: Primò, ponit vnum dictum. Secundò, illud reſtringit. Tertiò, ponit rationem primi dicti modificati. Quartò, rationem rationis. Secunda ibi, ſi modò. Tertia ibi, Valde. Quarta ibi, Ne iniuria. Ang.

CASVS. Herennius, conflato magno ære alieno, ſoluendo non erat. veritus ne bona ſua poſt mortem ſuam ſub præcone cum ſumma ſua ignominia ſubiicerentur, teſtamento ſuo Chryſogonum ſeruum ita inſtituit: Chryſogonus liber, mihique heres vnus eſto. defuncto Herennio, creditores ſeruum rapere, & vendere volūt, quaſi in fraudem creditorum manumiſſum. Imperator reſpondet eum liberum eſſe, neque vendi poſſe. Legem enim permiſiſſe iis, qui ſoluendo non eſſent, ita exiſtimationi ſuæ conſulere, vt ſeruo ſuo libertatem cum hæreditate relinquerent. ſic enim futurum, vt creditoribus ipſis proſpiceretur, quippe qui omnia bona quæ Chryſogonus acquiſiere poterit, vt in ſolutionem accepturi ſint: ſimul vt ciuis Romani exiſtimationi conſuleretur. Nam ſi Chryſogonus nihil acquireret, bona tamen hæreditaria creditores, non tanquam Herennij, ſed tanquam Chryſogoni diuenderent. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd aliqua permittuntur in

¶ c Licet. id eſt, licitum eſt.

¶ d Seruum. ſ. vnum, & non plures, vt ff. de hæred. inſtit. l. qui ſoluendo, j. in fi. cum l. ſequen. etiam in fraudem creditorum: vt Cod. de neceſſ. ſer. l. ij. in princip. niſi ſpecialiter pignori datus fuerit, vt ff. de hæred. inſtitu. l. pignori. qui nō poteſt fieri neceſſarius, niſi dominus creditori ſatisfaciat: vt dicta l. pignori.

† Hæredem inſtituere. Nota, qui nihil habet, atque adeò qui multa debet, poteſt hæredem inſtituere: quia hæreditas, eſt nomen iuris, & cōtinet etiam damnoſam ſucceſſionem. l. hæreditas. 119. ff. de verb. ſignif. N. A.

¶ e Solus. Et in caſu etiam cum alio: vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi is. & l. qui ſoluendo.

¶ f Neceſſarius. Quia ſiue velit, ſiue nolit, cogitur eſſe hæres: vt infrà de hæred. quali. & diffe. §. primo, niſi in tribus caſibus. quos habes. ff. de hære inſtit. l. ſi ſeruo.

† Neceſſarius. Quia velit, nolit, hæres eſſe cogitur. j. de hæred. quali. N. A.

¶ g Non extiterit. Quo vltimo caſu ſeruus inſtitutus eſt hæres.

¶ h Eadem lege. Scilicet, quæ prohibuit: eadem & ex iuſta cauſa cōcedit, vt hic & j. eo. §. ead.

¶ i Et rectè. Scilicet eſt prouiſum.

¶ a Egen

proſpiciendũ erat, vt egentes[a] homines, quibus alius hęres extiturus nõ eſſet, vel[b] ſeruum ſuum neceſſarium hæredem * haberent[c] qui ſatisfacturus eſſet creditoribus: aut, hoc eo[d] non faciente[e], creditores res hæreditarias ſerui[f] nomine vẽdant: ne iniuria[g] defunctus afficiatur.

¶ Seruo ſimpliciter (nulla libertatis mẽtione facta) inſtituto, cenſetur etiam data libertas.

¶ Idémque iuris eſt, & ſi ſine libertate[h] ſeruus hæres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio[i] nõ ſolùm in domino, qui ſoluendo non eſt, ſed generaliter cõſtituit noua humanitatis ratione: vt

¶ a Egentes. Nota, quòd prodeſt paupertas: quia fauetur paupertati. ſic ff. de tranſact. l. cùm hi. §. ſi in annos. & C. de epiſcop. & cleric. l. ſi quis ad declinandam. §. pen. ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. fina. Argu. contra ff. de excu. tutor. & eu. l. ſpadonem. §. fin. & in authent. de teſtib. §. j. & illud. Pauper vbique iacet, licet cõtra
*Lat. al. dicatur. Cantabit vacuus corã latrone viator.

¶ b Vel. Pro ſaltem.

¶ c Haberẽt. Sic ff. de interroga. act. l. & quia in princip. & ff. de bono. poſſeſ. §. quos autem.

¶ d Eo. Seruo, nunc libero facto.

¶ e Non faciente. i. non ſatisfaciente creditoribus. Accurſius.

¶ f Serui. Quondã: ſed modò liber eſt.

¶ g Iniuria. quo ad famã: quæ etiam poſt mortem quandoque damnatur: vt ff. de acc. l. ex iudiciorum.

ADDITIO. Nã vt Cicero pro Quintio ſcribit, Hercule cuius bona ex edicto poſsidentur huius omnis fama & exiſtimatio cũ bonis ſimul poſſidentur.

N.A. ¶ Iniuria. Id eſt, ignominia, dedecore, l. 1. ff. de iniur. Nam ignominioſum eſt alicuius bona propter æs alienum diuendere l. 6. ff. de interrogat.

¶ Idémque iuris eſt. Diuiditur in tres partes. Primò, ampliat §. præcedẽtem. Secũdò, ampliationẽ extendit. Tertiò, rationem ſubdit. Secũda ibi, Quod noſtra. Tertia ibi, Cùm non ſit. Ang.

¶ Idémque iuris eſt. CASVS. Lentulus Menecratem ſeruum hæredem inſtituit, neque adiecit, vt liber eſſet: quæro, an Menacrates ſit liber? Imper. reſpondet eſſe liberum: etenim nullum in teſtamẽto de libertate verbum factum eſt. Obſecro, cùm ſeruus hæres eſſe non poſsit, non vides eum, qui ſeruum hæredem ſuum inſtituit, ſimul eum liberũ eſſe iubere? alioqui enim nemo hæres illi extaret. Vide autem quàm æquum, & naturæ cõſentaneũ hoc ſit. Plinius ſecundus in epiſtula ad Sabinũ ſimillima ratione hãc quæſtionem explicat: cuius tibi verba, corollarij loco, pronuntiabo. Scribis mihi Sabinam, quæ nos reliquit hæredes. Modeſtum ſeruum ſuum nuſquam liberum eſſe iuſſiſſe: eãdem tamen ſic adſcripſiſſe legatũ, Modeſto, quem liberum eſſe iuſsi. Quæris, quid ſentiã. Cõſului cũ prudentibus: cõuenit inter omnes nec libertatem deberi, quia nõ ſit data: nec legatum, quia ſeruo ſuo dederit. Sed mihi manifeſtus error eſſe videtur. Ideo puto nobis, qua ſi ſcripſerit Sabina, faciendum ipſa quod ſcripſiſſe ſe credidit. Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cùm religioſiſsimè ſoleas cuſtodire defunctorum, voluntatem, quam bonis hæredibus intellexiſſe, pro iure eſt. Neque enim minus apud nos honeſtas, quàm apud alios neceſsitas valet: moretur ergo in libertate, ſinentibus nobis: fruatur legato quaſi diligentiſſimè omnia cauerit, cauit enim, quæ heredes bene elegit. Vale. Cor. Vibul.

¶ Nota diuerſitatem caſuum facere diuerſitatem deciſionum. Item quòd qui vult conſequens, vult antecedẽs. Item, quod valet argumentum à veriſimili. Item, ꝙ non eſt præſumptio, ꝙ quis velit facere actum fruſtratorium: & quòd ſemper debet fieri interpretatio, vt potiùs actus valeat, quàm pereat. Item, quòd mens magis, quàm verba attenditur. Syl.

¶ h Sine libertate. non ꝙ dicat, inſtituo te ſine libertate: quia tũc non eſſet hæres: vt ſtatim dicetur in fine huius §. ſed prætermiſit dationem libertatis: vt in fin. §.

¶ Adde, quòd rationem aſsignat gl. in l. quoties §. ſi. ff. de hered. inſt. quia tũc conſtat de cõtraria mẽte teſtãtis. Syl.

¶ i Conſtitutio. Qua ſit liber, & neceſſarius hæres vt C. de neceſſa. ſer. hære. inſtit. l. quidam. in princ.

¶ a Scri

a Scriptura. Sic ex datione tutelæ: vt j. qui teſta. dari tut. poſſ. in princ. de qua prædixit modo: vt C. de neceſſ. ſer. l. quidam.

b Inſtitutionis. Arg. ꝙ aliquo cōceſſo, illud etiā cōceditur, ſine quo illud eſſe nō poteſt, vt ff. de iuriſd. om. iu. l. i.

c Quum non ſit. Hæc eſt noua ratio, de qua prædixit modò: ſed lex ipſa antiquata fuit: vt j. de hære. inſti. §. j. quæ eſt cōtrà.

In fraudem. Diuiditur iſte §. in tres partes. Primò qualiter præſumatur manumiſſio in fraudem. Secūdò quādo propter fraudē impediatur manumiſſio ſiue libertas, cum ratione. Tertiò ex ratione infert. Secūda ibi, Preualuiſſe. Tertia ibi, Itaque.

ad octoginta aureos immunita ſunt. id ille ignorans, Erotem ſeruum, quem ſecum habebat, manu emiſit. quæro, an Eros ſit liber? Damno enim ea libertas eſt creditoribus. Reſpondet eſſe liberū. nō enim conſilium cum euentu concurrere. Cor. Vib.

Nota quòd ſiue antè, ſiue pòſt ſtatim non ſit ſoluendo debitor, non poteſt manumittere. Item quòd animus, & intentio diſtingūt facta. Itē, quòd quo ad libertatem non ſufficit creditores dānificare niſi adſit animus dānificandi. Itē, ꝙ quis veriſsimiliter poteſt ignorare vires ſui patrimonij, Syl.

d In fraudem. Sic ff. eod. tit. §. qui & à qui. ma. li. non fin. l. in fraudem.

ex ipſa ſcriptura [a] inſtitutionis [b] etiā libertas ei competere videatur. Quum nō *ſit [c] veriſimile, eū, quem hæredē ſibi elegit, ſi pretermiſerit libertatis dationē, ſeruū remanere voluiſſe, & neminem ſibi hæredem fore.

* eſt.

¶ In creditorum fraudē manumiſſio facta videtur, ſi manumiſſoris facultates tempore quo manumittit, ære alieno pares non ſint, vel datis libertatibus impares ſunt futuræ.

¶ In fraudē [d] tautem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, ſoluendo [e] non eſt [f]: vel qui, datis libertatibus, deſiturus eſt ſoluendo eſſe.

¶ Non aliter paruerit [?] ſemel data libertas impediri, niſi & decipiendi animo, & ipſo rei euētu fraudati fuerint creditores.

¶ Prçualuiſſe [g] tamē videtur, niſi animū quoque fraudandi manumiſſor habuerit, non impediri libertatē [h]

CASVS. L. Cincius centum aureos debebat. Habebat in bonis (in quibus etiam ſerui computabantur) centum quoque aureos. Seruos in fraudē creditorum manumiſit, ita vt de ipſius bonis viginti deceſſerint. quæro an libertas impediatur? Reſpondet impediri. Quoties enim animus, & euentus concurrunt, tunc libertas impeditur. Quid antē ſi animus tātùm, & conſiliū improbum interueniat? veluti Cincius putabat ſua bona nō eſſe pluris, quàm aureorum centum: quum tamen eſſent centum & viginti. Animo creditores fraudendi, Erotem ſeruum manumittit, qui viginti aureorum erat: quæro, an Eros ſeruus remaneat? Reſpondet non manere, ſed liberum fieri. Euentus enim conſilio non reſpondit. Age, videamus in contraria ſpecie: Cincius Syracuſius negotiabatur, cum oue centum in bonis haberet: totidémque etiam deberet: ſeruus eius Pamphilus, qui viginti aureorum erat, eo abſente, atque inſcio moritur bona iam Cincij

In fraudem. N.A. Hæc fraus nō intelligitur, niſi cū euentus conſilio reſpōdet. d. l. 1. ff. de iniur.

e Soluendo. cùm & ſciat ſe habere creditores, vt ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.

Adde ſi ſit de facto ſuo recenti, aliàs ſecus. arg. l. fin. ff. pro ſuo. ſec. Angel. Sylu.]

f Non eſt. Et nunc erit peius ſoluendo.

g Præualuiſſe. Nam quidam dicebant, quòd ſufficiebat ſolus euentus: & alij dicebant, ꝙ exigebatur vtrumque, ſcilicet, fraus & euentus: & iſta ſententia præualuit. Tamen ex prædictis videbatur ſufficere euentū, ſolum tamen, &c.

h Non impediri libertatem. Hic diligenter attende, quòd ſi directè detur libertas, non ſolum inter viuos, ſed etiam in vltima voluntate, duo neceſſaria, ſcilicet, conſilium, hoc eſt, fraus & euentus, vt hic, & ff. eod. l. In fraudem. & C. eod. l. j. In fideicommiſſaria autem ſufficit ſolus euentus, vt C. qui

Digitized by Google

qui ma. non poſſ. l. fi. Et eſt ratio: quia facilius libertas de facto data ab hærede reuocatur, quam à defuncto (cuius diſpoſitio videbatur lex) vt ff. de fideicom. lib. l. iiij. §. ſi in fraudem. Alia ratio no. C. eod. l. fin. In aliis autem alienationibus, quæ in fraudem creditorum fiunt: dic vt infrà de act. §. item ſi quis in fraudem.

¶ a Sæpè. Reſpõdet tacitæ obiectioni: quomodo poteſt eſſe animus bonus, cùm ipſa veritate fraudet eos? Reſpon. Sæpe enim, &c. Sed arg. contra C. de reſcin. vend. l. quiſquis.

ADDITIO. Solue iſtud contrarium, & dic, quòd hoc procedit in vltimis voluntatibus, niſi cõtrarium aliquã ſuadeat qualitas: vt in auth. ſed cùm teſtator, cum glo. C. ad l. Fal. ibi verò inter viuos in rebus immobilibus, ſeu mobilibus, & præſentibus, quæ peruenerunt ab antiquo: aliàs ſecus, ſecundum. Angel. Arêt. hic.

¶ b Cùm vtroque modo. ſcilicet cùm fraus, & euentus interueniunt, vt ſubiicit. & facit ad hoc ff. qui & à quib. ma. li. non fi. in l. in fraudem.

¶ c Conſilio. Not. quem teneri de cõſilio. Sed contra ff. manda. l. ij. §. fi. ſed hic fuit fraus: ideo fuit tale conſilium obligatorium: quia fuit fraudulentum.

¶ Eadem. Iſte §. cum §. ſeq. diuiditur in tres partes. primò, ponit, qualiter minor xx. ann. non poteſt manumittere, niſi ex cauſa. Secundo, ponit quæ ſunt cauſæ iuſtæ. Tertiò, limitat vnam prædictarum cauſarum. Secunda ibi, Iuſtæ. Tertia ibi, Et ſeruus.

CASVS. Cæcilius quum ætatẽ nondum ad annũ vigeſimum perduxiſſet, Pamphilum ſeruum manumiſit. quæro, an liber ſit Pamphilus? Reſpondet eſſe, non tamen omnino, ac ſimpliciter: ſed ſi hæc duo interuenerint, vt eum vindicta apud magiſtratum manumiſerit, & cauſam conſilio probarit. Et quid eſt Conſilium? Conſeſſus, & in glo. & quicquid. & gloſſ. pen.

quãuis bona eius creditoribus non ſufficiant. Sæpe [a] enim de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperãt homines. Itaq; tunc intelligimus impediri libertatem, quũ vtroque modo [b] fraudãtur creditores, id eſt, & conſilio [c] manumittẽtis, & ipſa re: eò quòd eius bona non ſunt ſuffectura creditoribus.

¶ Minor annis viginti nõ aliter ſeruum manumittere poteſt, quàm cauſa cognita, & iuſta manumiſſionis cauſa: quæ autem ſint iuſtæ cauſæ, hîc traditur.

¶ Eadem * [d] lege Aelia Sentia domino minori [e] viginti annis, nõ aliter manumittere permittitur, quàm ſi vindicta [f] apud conſiliũ [g] iuſta cau

apud Prætorem Romæ, quinque Senatorum & totidem equitum, cum Prætore conſidentium, qui cauſam manumiſſionis cum iis cognoſcit: in prouinciis verò Recuperatorũ, Romanorum ciuium cũ Proconſule conſidẽtium, de cauſa manumiſſionis cognoſcẽte. Et quinam erãt Recuperatores? Equites Ro. negotiatores, qui à rectoribus prouinciarum iudices in priuatis cõtrouerſiis dabantur, atq; etiã in conſiliũ adhibebantur. Ex iis enim Conuentus in prouinciis conſtabant. Recuperatores autem dicebantur, quòd per eos ius quiſque ſuum iudicio conſtituto recuperabat. Et quæ ſunt iuſtæ manumiſſionũ cauſæ? Eas Imperator ita facile enumerat, vt interpretatione locus non egeat. Cor. Vib.

* Vlpia. tit. 1. in prin.

¶ Nota formã manumiſſionis minorum, & quæ ſint iuſtæ cauſæ. Itẽ quòd pedagogus, nutrix & alumnus æquiparantur conſangnineis. Item, quòd procurator eſſe poteſt, qui excedit ann. xvij. Syl.

¶ d Eadem, ſ. de qua habita eſt mentio ſ. eod. in princ.

¶ e Minori. Sufficit ergo, ſi non ſit minor xx. ann. etiam ſi non ſit maior: vt quia tetigit vltimum diem viceſimi anni: vt ff. de man. l. j. ſicut in teſtamento, fauore ſui: vt ff. de teſtam. l. qua ætate.

¶ f Vindicta. Hoc expone, vt ſ. tit. j. §. multis.

¶ g Apud cõſilium. i. apud locũ illum, vbi habetur ſuper hoc conſilium: i. deliberatio. & ſic ponitur id quod ſit pro eo vbi fit: vt ff. de iuſtit. & iur. l. pen. §. fi. vel dic apud eos, qui præſunt conſilio, vt ſunt omnes habẽtes ordinariam iuriſdictionẽ, etiam minimi magiſtratus, cùm hoc ſit de voluntaria iuriſdictione, vt ff. de off. Procon. & Leg. l. ij. & in auth. de defen. ci. §. iuſiurandum. in fi.

ADDI

Digitized by Google

ſa manumiſsionis approbata, fuerint manumiſſi. Iuſtæ autẽ manumiſsionis cauſę [a] hę ſunt: veluti, ſi quis patrẽ [b], aut matrem filiũ, filiámve, aut fratres, * ſororéſve naturales [c], aut pædagogum [d], aut nutricem, aut educatorẽ, aut alumnũ [e], alumnámve, aut collactaneũ [f], manumittat, aut ſeruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonij * habendi cauſa: dum tamen intra ſex mẽſes in vxorem * ducatur [g], niſi iuſta cauſa [h], impediat. Et ſeruus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem, † & ſeptem [i] annis manumittatur.

¶ Semel approbatum, ſiue iuſtũ, ſiue iniuſtum ſit, non poteſt reprobari.

* fratres.

* abeſſe, rectè.

* vxor.

ADDITIO. Conſilium ſic expone vt ſuprà ex titul. j. Epito. Vlpiani, ad §. Libertinorum, proxim. titul., & vide Theoph. hic.

N.A. † Conſilium. Id eſt, apud Prætorem Romæ, cũ quinque Senatoribus, & totidem Equitibus. In prouinciis apud Procõſulem, cũ viginti recuperatoribus.

¶ a Iuſtæ autem manumiſsionis cauſæ. Facit ff. de ma. vin. l. ſi minor. cum. l. ſeq. vſque ad l. apud. vbi iuſtæ cauſæ cõnumerantur: connumeratur enim inter iuſtas cauſas manumittẽdi, ſi dominum à periculo vitæ, vel infamiæ liberauit ſeruus, vt ff. de manumiſſ. vin. l. iuſta.

¶ b Patrem. ſed qualiter poteſt filius habere ſeruum ſuum patrem vel ecõtra: vel frater fratrem ſuum, ſiue ſororem? Rẽſpon. bene poteſt: vt quia inſtituit dominus filiũ ſerui ſui hæredem, vel filium ancillæ, vel è contra: & ſic de aliis quo caſu ſic inſtitutus hæres liber, & dominus eſt omnium bonorum, quorũ dominus fuerat teſtator: vt ſ. eo. §. j. & ff. de acq. poſſ. l. cum hæredes. in pr. Item poteſt eſſe, vt ſi habeat quis filium ex ancilla ſua: nã eſt ſeruus, & filius: vt C. commu. de manu. l. ſi. & è contra, ſi ſeruus habeat filium ex domina: nã filius eſt & liber, & dominus: cum ventrẽ ſequatur quo ad ſtatum: vt C. de rei vend. l. partum. licet poſſint ipſe, & domina accuſari, vt C. de mu. quæ ſer. propr. l. j. & infrà de hæred. inſtit. §. j.

¶ c Naturales. Et legitimos: vel naturales tantùm.

N.A. † Naturalis cognatio dicitur, quæ extra matrimonium quæſita eſt l. 4. ff. de Grad.

Pædagogus. ¶ d Pædagogum. ſ. qui ab initio inſtituit pueros, & dicitur à παῖς, quod eſt puer, & ἀγωγὸς, quod eſt ductor: quaſi ductor, ſiue gubernator puerorum.

ADDITIO: Nam pædagogi ſerui erãt vt patet ex Plauto, & aliis. Notum eſt illud Diogenis, qui, quum in Creta venderetur, iuſsit præconẽ prædicare, ſe vendere ſeruum, qui ſciret imperare liberis: eúque lege eum mercatus eſt Xeniades, cui liberos ſuos cõcredidit.

¶ e Alumnum. Paſsiuè, quẽ vel quam alumnus aluit, vt differt à ſuperiori educatore.

¶ f Collactaneũ. Qui ſimul mecum lactauit: quem fratrem Bononiẽſes appellant.

¶ g Ducatur, Prædito ſuper hoc ſacramẽto, vt ff. de manu. vind. l. ſi collactaneus. in fin.

¶ h Iuſta cauſa. Vt infirmitas, quæ tribuit dilationem: vt ff. ſi quis cau. l. ij. §. iij. & iiij. & ff. de re iud. l. quæſitum. vel alia qualibet iuſta: vt ff. ex quib. cau. ma. l. j. in fin.

¶ i Decem & ſeptem annis. Sed quomodo minor xxv. an. poteſt eſſe procurator, vt C. de procu. l. exigendi. & ff. de procur. l. minor? Reſp. hic ad negotia fuit: non autem in iudicio eſſe poteſt. ſic aliàs eſt differẽtia inter hos procuratores: vt ff. man. l. ſi procuratorem. §. j.

† Minor decem & ſeptem. Puberes anno decimo ſexto exacto, depoſita prætexta toga, puram, ſiue virilem ſumebant, & foro, & Iuriſconſulto nobili operam dabant: tum anno decimo octauo poſtulare iis licuit pro aliis l. 1. ff. de poſtul. N.A.

¶ Semel autem. CASVS. Domitius apud Prætorem eiúſque cõſilium Amphionẽ ſeruum manumittere volens, hanc cauſam attulerat, quòd itineris lõgæque viæ ſibi comes fuiſſet. Sæpe enim & in Hiſpanias, & in Alexandriam, ac in Syriam cum eo profectus erat. Ea cauſa Prætori, eiúſque conſilio probata eſt. quæro, quum ea cauſa nõ iuſta ſit, probata tamen conſilio fuerit, vtrum Amphion ſeruus ſit, an liber? Reſp. liberum eſſe. Nam ſi aliqua

qua

Digitized by Google

qua cauſa pro iuſta habita eſt, quæ tamen iuſta non erat, ea cauſa tanquam iuſta recepta non retractabitur apud Cōſiliū, ſed rata fixáq; manebit. C. Vib.

¶ Nota. quòd non ſufficit cauſam allegare, niſi approbetur. Syluest.

¶ a Cauſa. ſcilicet, manumiſſionis.

* proba-ta.

¶ b Approbata. ſ. apud conſiliū.

¶ c Siue falſa. Quaſi dicat, ſi dixit filiū, licet non ſit, vel patrem, vel ſimilia: licet hęc ita non ſint, ſecundùm quoſdam, quod reprobo, cùm id quod falſum ſit, nihil ſit, nec præſtet cauſam: vt ff. de verb. ſignif. l. Paulus. & C. ſi ex fal. inſtru. per totū. & ff. de except. l. qui agnitis. Vnde dic vera, i. iuſta: falſa, id eſt iniuſta: vt quia dixi eum ſocium meum fuiſſe in armis, vel in ſcholis, quod inducebā pro iuſta cauſa & talis cauſa, vel ſimilis fuit approbata: licèt non debuerit approbari & ſic vera ponitur pro iuſta. ſic ff. de leg. j. l. ſi fideiuſſ. §. j. & ff. de in integ. reſti. l. omne. ſic è contra iuſta pro vera: vt ſuprà tit. j. in princip.

¶ d Non retractetur. ſic ff. de manum. vind. l. iuſta. quia nihil facilè immutādum eſt ex ſolennibus: vt ff. de in integ. reſti. l. diu⁹. Sed cōtra ff. de excuſ. tut. l. ſed & reprobari. j. reſp. ſed hoc fauore libertatis: illud fauore ſanitatis. Acc.

ADDITIO. Diſſimilis eſt ratio ſententiæ ex falſa cauſa latæ: vt in tit. C. Si ex fal. inſtru. & ſi ex fal. alleg.

¶ Quum ergo. Diuiditur iſte §. in quatuor partes. quia primò, ponit vnum dictum. Secundò, contra illud adducit plures rationes. Tertio, pro eo adducit alias rationes. Quartò, ad concordiam reducit mediam eligens viam: & rationem annectit. Secunda ibi, Quod non erat. Tertia ibi, Sed cùm. Quarta ibi, Ideo nos. Angel.

CASVS. Iam verò, quænam eſt ab Imperatore prudentiſſimo, & optimo ætas definita, qua domino liceat manumittere? Video enim legem Aeliam tēpus nimis longum definiuiſſe: annū ſcilicet vigeſimum. Nā ſi annum decimumquartum ad teſtandum idoneum iudicauit de bonis ſuis omnibus, quidni etiā idoneus ad tā honeſtā libertatem exercendam iudicabitur? Contrà tamē pugnare alia ratio videtur, quòd libertas inæſtimabilis res eſt, quò maior prudentia & cōſideratio in ea largienda meritò exquiritur. Reſpondet,

¶ Semel autē cauſa[a] approbata* [b], ſiue vera ſit, ſiue falſa [c], non retractetur [d].

¶ Minori annis viginti, non anteà licet proprijs ſeruis teſtamento libertatem dare, quàm decimumoctauum annum attigerit.

¶ Quum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legē Aeliam Sentiam

Cū ancipiti dubitatione definiretur, viderétque vtrique pignore rationes admodum probabiles, vtrique hoc modo ſatisfecit. Nam quum vtraq; ſex ad ſe annos, qui inter xiiij. & xx. annū interſunt, traheret, eos ſex annos partitus eſt, & tres alteri cōceſſit, totidemq; alteri, conſtituitque vt anno decimoſeptimo perfecto recté minores teſtamento libertates darent. Video. ſed quid rationis habuit Imperator? Meminiſtíne apud veteres Romanos pueros ante annū ætatis decimumſeptimum infirmi iudicij iudicatos, ſempérque vſque ad anni decimiſexti finem eadem veſte indutos fuiſſe, qua pueri annorum binum aut ternūm: at inito anno xvij. togam illā puerilem, quæ purpura prætexta erat, depoſuiſſe, & puram ſumpſiſſe quæ virilis dicebatur? Quum igitur in virorum numero iam tum haberētur, ſumptáque virili toga à parentibus in forum deducerentur, vt eloquentes illos oratores audirent, ſeſeque alicuius illorum lateri adiungerēt: vnóque illo anno emerito, ineunte anno decimooctauo illis quaſi iam viris atque à pueritia longò remotis cauſas agere permitteretur: hūc annum idoneum Imperator cenſuit, quo anno iidem in ordinem virorum relati ſeruō libertatem dare poſſent. Cor. Vibul.

¶ Not. ꝙ argumētum ab inconuenienti valet. Item, ꝙ cui conceditur quod eſt plus, conceditur quod eſt minus. Item, ꝙ vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare. Item, quòd libertas eſt res inæſtimabilis. Item, quòd in dubiis ex æquitate debet eligi media via. Item. ꝙ vbi eſt eadē ratio, idē ius debet conſtitui. Et ꝙ attingens xviij. annū poteſt libertatem ſeruo dare. Item, ꝙ maior annis xiiij. poteſt teſtari, & legare. Itē, ꝙ maior xiiij. annis poteſt poſtulare, allegare & aduocare per alios. Syl.

D

Digitized by Google

constitutus [a] eſſet, eueniebat, vt qui quatuordecim† annos expleuerat, licet teſtamētū [b] facere, & in eo ſibi hęredē inſtituere, legataq; relinquere poſſet: tamen ſi adhuc minor eſſet viginti annis, libertatem ſeruo dare non poſſet. Quod nō erat ferendū *, nam cui totorum† ſuorū bonorum in teſtamēto diſpoſitio data erat, quare non ſimiliter ei, quemadmodum alias res, ita & de ſeruis ſuis in vltima volūtate diſponere, quemadmodum voluerit, permittimus, vt & libertatem eis poſſit præſtare? Sed quū libertas [c] inęſtimabilis† res ſit, & propter hoc ante viceſimū ætatis annū antiquitas libertatē ſeruo dare prohibebat: ideo nos mediā [d] quodammodo viā eligentes, nō aliter minori viginti annis libertatem in teſtamento dare ſeruo ſuo cōcedimus, niſi decimū ſeptimū annū impleuerit [e], & decimum octauú attigerit. Quū enim antiquitas [f] huiuſmodi *ætati, & pro aliis poſtulare [g] conceſſerit, cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam ſeruis ſuis poſſint

a Conſtitutus. Nam cùm dicit ſine cauſa non poſſe manumitti: ergo è cótrà cùm cauſa valet manumiſſio. ſic ff. de eden. l. ſi quis de argen. §. Prætor. & §. prohibet. & ff. de pac. l. iuris gētium. §. prætor. & §. dolo malo.

N. 4. † Quatuordecī. Exacto anno decimo quarto teſtari licuit. l. 4. ff. de teſtam.

b Teſtamentū. Si eſt maſculus: fœmina verò in duodecimo: vt ff. de teſta. l. qua ætate. & ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. Gaius.

N. 4. † Totorum. Teſtamētum enim definitur, volūtas de iure vniuerſo.

* *ſi is, cui totorum bonorū in teſtamento diſpoſitio data erat vni ſeruo libertatē dare nō permittebatur: quare non, &c.*

c Sed cùm libertas. Vſq; huc allegando innuit quòd eodē tempore poſſit manumittere, quo teſtari: nūc è cōtra duas rationes conſiderat: & quia inæſtimabilis eſt libertas, tamen ſi vendat quis ſe, pretium ad venditorē nō trāſit: imò penes emptorem eundem dominium remanet: vnde eſt inæſtimabilis? vt hic, & ff. de regul. iur. l. libertas. & ff. de tab. exhi. l. j. §. fin. & quia antiquitas aliter ſtatuebat, cui eſt deſeruiendum: vt Cod. de teſtam. l. teſtamenta. quare, viſis allegationibus, ſoluit, mediam eligens viam. ſic j. de re. di. §. cùm ex aliena. licèt ſit arg. contrà. ff. de ne. geſt. l. Neſennius. in fin. & ff. de in rem ver. l. ſi pro patre. §. idem quærit.

N. 5. † Ineſtimabilis. Impropriè, pro pretioſa, & non leuiter concedenda. Alioquin ineſtimabilis libertas dicitur, quæ non cadit in æſtimationem. lege, libertas. ff. de reg. iur. Item, vt patria poteſtas. lege, filiusfamilias. 114. ff. de leg. 1.

d Mediam. Nota mediam viam ſectandam. ſic ff. ſi pars hær. pet. l. antiqui. & j. de rer. diui. §. cùm ex alie.

e Impleuerit. Sed hodie ex quo teſtari poſſunt, & libertates relinquere poſſint: vt in authen. vt ſpon. lar. c. lx. §. j. quod exaudi, ſi in vltima voluntate velit quis libertatē relinquere. quod patet ex hoc verbo relinquere. quod in d. authen. ſaltē in ſummario Bart. poſitū eſt, quod ad morientes tantùm ſpectat: vt ff. de tabu. exhib. l. j. §. fin. Sed quid, ſi inter viuos velit quis manumittere? Reſp. non poteſt: niſi habeat xx. annos, vel niſi cauſa cognita ſit, cùm nec liber iſte, nec auth. loquatur, niſi in vltima voluntate. Vnde ſeruatur tenor eiuſdē legis Aelię Sētiæ, cùm nō ſit correctus: vt C. de appel. l. præcipimus in fine.

* *huius ętatis hominibus.*

ADDITIO. Et ſic cùm aliàs, de contractu ad vltimas voluntates bonum ſit argu. l. ſeruum filij. §. eum, qui. ff. de leg. j. Imò ſecundùm Iaſonem æquiparantur in terminis propriis: vt infrà titulo & proxi. Cod. eodem titno. ſecundùm communiter doctores. quòd lex noua corrigens in vno caſu, non trahitur ad alium ſimilem rationem habentem vel æquiparatum.

f Antiquitas. vt ff. de poſt. l. j. §. initium.

g Poſtulare. id eſt, Deſiderium amici ſui vel clientuli ſui coram iudicibus exponere, vt ff. de poſtu. l. j. §. j. non autem pro ſe poterit eſſe in iure: vt C. de auctor. præ. l. clarum. & eſt ratio: quia quando pro alio accedit, ſibi imputet

putet, qui tali cōmittit cauſam ſuam: vt ff. de mino.l.cū mandata. pro ſe vero non:quia ſemper reſtituuntur. Acc.
¶ a Peruenire. interrogatiuè legas, & reſp. non eſt ratio quare ſit diuerſum: eſt ergo idē ius ſtatuendū: vt ff. de verb.obl.l. à Titio in fi. nam vbi eſt eadē ratio, idem ius ſtatuendum eſt: vt ff. ad l. Aquil.l. illud. & C.ad l. Fal.l.vlt.

* Fuſia Vlp. Epi.tit.1.

peruenire a?

TITVL. VII. DE LEGE Fuſia *Caninia tollenda†.

¶ Poteſt quis in teſtamēto omnib⁹ ſeruis libertatem dare ceſſantibus omnibus aliis impedimētis:ſicut inter viuos,nō obſtāte ſtatuto legis Fuſiæ Caniniæ. Ar.

DE LEGE Fuſia, &c.

¶ Viſo ex quibus cauſis manumiſſio fieri poſſit, & quia interdū manumiſſio fieri prohibetur à lege Fuſia Caninia: ideò de ea nunc ſubdit. Porcus.

LEge Fuſia. Diuiditur in duas partes. Primò, facit mentionem legis Fuſiæ Caniniæ. Secundò, eam corrigit. Tertiò, aliam rationem aſſignat. Secunda ibi, Quam quaſi. Tertia ibi, Cùm ſatis. Angel.

CASVS. Manumittēdi ſanè modos, & cauſas apertiſſimè demonſtraſti. velim autē mihi nunc de numero ſeruorum, qui manumitti poſſunt, breuiter explices. Licétne in numeroſa familia ſeruos omnes manumittere? vt ecce C. Cæcilius, quāuis multa ciuili bello perdidiſſet, habuit tamē ſeruorū quatuor millia, centū & ſedecim. Cęcilius omnes illos ſeruos manumiſit. quæro an valeat hæc manumiſſio? Imperator reſpondet olim lege Fuſia Caninia non licuiſſe ex quauis numeroſa familia amplius centū ſeruos teſtamento manumittere. Sed age ſis, legis Caninię cōſtitutionem nobis explica. Ea iubebat teſtamento ex tribus ſeruis non plures, quàm duos manumitti: vſque ad decem, partem dimidiam: vſque ad triginta, tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vſque ad centū, quartam partem, æque vt decem ex priori numero liberari poſſint: à centū vſq; ad quingentos, partē quintam ſimiliter, vt ex antecedenti numero vigintiquinque poſſint fieri liberi.

Eadémq; præcipit ne plures omnino quàm centū, ex cuiuſquam teſtamento liberi fiant. Hæc lex Caninia. Imperatoris autem lex ecquem numerū conſtituit? Imperator inhumanū iudicans, licere morientibus minus quā viuis beneficij conferre, legem ſtatuit, vt morientibus æquè, ac ſanis atque incolumib⁹ vniuerſam ſuā familiam ex vinculis ſeruitutis ſoluere, ac liberare liceat. Cor. Vib.

* Gaius lib.1.Inſtit.ti.2.

LEge*Fuſia Caninia certus b modus c cōſtitutus erat in ſeruis teſtamēto manumittēdis: quam d quaſi libertates impediētem e, & quodāmodo inuidā f, tollendam eſſe cenſuim g, cùm ſatis fuerat inhumanū, viuos quidem licentiam habere totā ſuam familiam g

† Vide ſup hoc titulo Vlpianū in fragmētis. tit. 2. & Paulū ſententiarum lib. 4. tit. 4. N.A.

¶ Nota diſpoſitionem legis Fuſiæ. Not. debere tolli impedimēta libertatis. Itē, quòd inuidia reprobatur. Item, quòd inhumanitas damnatur. Item, quòd valet argumentū ab incōueniēti: & quòd non debet minus cōcedi in vltima voluntate, quàm in contractibus inter viuos. Item, quòd generalis diſpoſitio præſupponit omnia alia habilia. ibi, niſi alia cauſa. Syl.

¶ b Certus. Vt vltra duos vel tres fortè non poſſent manumittere in vltima voluntate: vt j. eod. in fine.

¶ c Modus. i. Numerus.*

* Vide Gaium lib. Inſt. vlt. tit. 1

¶ d Quam. ſcilicet legem Fuſiam Caniniam, fortè à quodam, qui Caninius nominabatur, inductam: vt in Publiciana dicitur: vt infrà de actio. §. namque ſi cui. in fi. nam ſeruabat naturam canis qui ſtat in palea, qui nec ſibi poteſt habere paleam, nec alij permittit accipere: ſic nec ſibi poterat tenere ſeruos, quia moriebatur: vt j. de don. §. j. nec libertatem patiebatur eis dari: vnde meritò Caninia dicitur: vt ſit conueniens nomen rei: vt infrà de donat. §. eſt & aliud.

¶ Vide Alc. in l. verbis legis. ff. de verbor. ſigni. Syl.]

¶ e Impedientem. id eſt, Impedimentum afferentem.

¶ f Inuidā. Nota, contra inuidos, ſic C. de cadu. tollen. l. vnic. in principio.

¶ g Familiam. id eſt, Omnes ſeruos, qui familia dicuntur. vt ff. de verbor.

Digitized by Google

ſignifi.l.pronuntiatio.§.j.

¶ a Cauſa. Vt fraus, vel ætas manumittentis: vt ſuprà titul. primo. in princi. & §.eadem.

¶ b Morientibus. Sed quomodo poteſt aliquid eis adimi, cùm nihil habeãt? nam mors omnia abſtulit: vt in authentic. de nuptiis. §. deinceps. Reſp. dic morientibus, i. ad mortem tendentibus: quia laborabant in extremis, vel quaſi, vel etiam erant ſani, ſed timore mortis hoc faciebant: vt ff. de donat. cau. mort. l. iij. iiij. v. & vj.

libertate donare, (niſi alia cauſa[a] impediat libertatẽ) moriẽtibus [b] autẽ huiuſmodi licentiam adimere[c].

TITV. VIII.

DE IIS, QVI ſui vel alieni iuris ſunt.

¶ Hic ponitur ſecunda diuiſio perſonarum cum ſubdiuiſione alterius membri, & cognito vno de contrariis, cognoſcitur & reliquum: cùm contrariorum ſit eadem diſciplina. Aret.

SEquitur de iure perſonarum alia diuiſio [d]. Nam quædam * perſonæ ſui iuris ſunt [e], quæ-

¶ c Adimere. Nota hic argumentum, quòd ea quæ fiunt inter viuos, trahuntur ad volũtates vltimas: ſic è contra. ff. de pactis. l. pactum. & Cod. de lega. l. fin. ff. de pign. actione. l. non eſt mirum.

Argui poteſt de contractib. ad vltimas volun-tates.

¶ Adde hoc, verum vbi eſt eadem ratio, aliàs ſecus. l. ſeruum. §. eum, qui. ff. de lega. j. In dubio autem vltimæ voluntates plenius interpretantur. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. Syl.

DE IIS, QVI SVI vel alieni iuris ſunt.

SEquitur. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primò, ponit duo genera perſonarũ. Secũdò, qui ſunt in poteſtate dominorum, & quo iure fuit introductum eorum dominium. Tertiò, ponit nouũ ſtatutum, reſtringens poteſtatem circa mortem: & puniens contrà facientes. Quartò, aliam reſtrictionem ponit poteſtatis, etiam circa ſæuitiam de occidendo. Quintò, ponit verba nouę conſtitutionis. Secunda ibi, In poteſtate. Tertia ibi, Sed hoc tempore. Quarta ibi, Sed & maior. Quinta ibi, Cuius. Et diuiditur hoc principiũ. Primò, ponit vnam diuiſionem perſonarum bimembrem. Secundò, ſecundum ſubdiuidit membrum. Tertiò dicit ſe velle tractare de ſecundo membro ſubdiuiſionis. Secunda ibi, Rurſus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Aret.

CASVS. Adhuc expoſuiſti vnã perſonarum diuiſionem. dixiſti enim alios eſſe liberos, alios ſeruos, & liberorum alios eſſe ingenuos, alios libertos. ecquænam alia eſt perſonarum diuiſio? Hæc inquit Imp. quòd aliæ ſui iuris ſunt, aliæ verò alieno iuri ſubiectæ. Dic igitur nunc de vtriſque, mihiq; tum hæc, tũ illa genera breuiter expedi. Quid tum multis verbis opus eſt: inquit. Subiectos ſi noris, vtroſque noueris. Eſt enim (vt Cicero ait) illud perſpicuum, omnium rerum in contrarias partes cognitionem ex iiſdem ſuppeditari locis & in Tuſcula. Contraria cõtrariis ſunt conſequentia. Cor. Vib.

* Gaius 2. lib. Inſtit. tit. 3

¶ Not. quòd ſunt quædam perſonæ ſui iuris, quædam alieni. Item, quòd perſonarum ſubiectarum alieno iuri, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ dominorum. Item, quòd cognito vno de contrariis, cognoſcitur aliud. Syl.

¶ d Alia diuiſio. Quæ eſt de iure ciuili, cùm in ea ius gentium diſtinguatur: vt ff. de iuſtit. & iur. l. ius ciuile. ſuperior autem quam habuimus ſ. de iure perſo. j. reſponſo, eſt de iure gentium: cùm non ſit ſeruitus iure naturali cognita: vt ſ. de lib. §. j.

¶ Adde, quòd communiter concluditur, quòd hæc diuiſio reſpectu poteſtatis dominorum fit de iure gentium. §. primo. j. eod. reſpectu poteſtatis patrum fit de iure ciuili. j. per tot. & alio modo ſaluat glo. Bartol. in l. prima. ff. eod. Syl.]

¶ e Sui iuris ſunt. Hic reſtringitur primum membrum primæ diuiſionis poſitæ ſuprà de iur. perſ. vt non comprehendat quoſdam liberos homines. ſ. filiosfam. Item ſtatim cùm dicit alieno iuri, &c. ampliat ſecundum membrum dictæ diuiſionis: vt comprehendat etiam quoſdam liberos. ſ. filiosfamil. Cùm ergo fiat additio, & detractio dictæ diuiſioni, iam eſt de iure ciuili

hæc

Digitized by Google

hæc diuiſio : vt ff. de iuſtit. & iure. l. ius ciuile. At ſuperior de iure perſonarũ fuit ſecundũ ius naturale. & gentiũ, vt ibi diximus : & ideo immutabile: vt s. de iur. nat. gentiu & ciuil. §. pen.

ADDITIO. Vlpianus in Epit. tit. iiij. Sui iuris ſunt, inquit, familiarũ ſuarum principes. i. paterfamiliæ, itemque materfamiliæ.

dam alieno a iuri ſubiectæ. Rurſus earum quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate b parentum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus† itaque de iis, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, Nam ſi cognouerimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus d quæ ſui iuris ſunt. Ac prius inſpiciam⁹* de iis,

a Quædã alieno. Quædã neutro iure tenentur: vt filij, quorum patres ſunt capti ab hoſtibus, vt j. qui. mod. ius patri. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Nam & aliæ quædam ſunt in pendenti: vt ff. de vſufru. l. ſed & ſi quis. §. interdum. & in auth. de non eligen. §. hoc autẽ. & hoc ſecũdùm quoſdam. Nos cõtrà, nã ſui iuris ſunt, cùm enim pater ſit ſeruus hoſtiũ, & in eorũ poteſtate, vt ff. de iure perſon. §. ſerui. ergo aliũ habere non poteſt in poteſtate, vt ff. de acqui. re. do. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. poſſeſſ. l. cũ hæredes. circa med. & ff. ad legẽ Iuli. de adult. l. ſic eueniet. præterea eorum ratio, vel ſententia eſt abſurda, qui dicunt, quòd hæc diuiſio recipiat medium, vt C. de ſen. paſ. l. ſi. circa princip.

b Poteſtate. Hoc verbũ quinq; modis accipitur. vt ff. de verb. ſigni. l. poteſtas.

Adde, quòd capitur etiam pro ipſis magiſtratibus, quos poteſtates appellamus, Iuuen. Gabiorum eſſe poteſtas, accipitur etiam pro qualibet iuriſdictione. l. iij. §. j. ff. de reb. eo quandoque (vt antiqui accipiebant) pro maioribus magiſtratibus, iuxta illud Pauli ad Romanos, cap. xiij. & c. ſi. de iudi. vt qui merũ imperium haberẽt. l. eum qui. ff. de iuriſd. omn. iud. Dicitur etiã epiſcopum habere in poteſtate bona eccleſiæ, id eſt, in cura. c. j. de reb. eccleſ. & tutorem in caput pupilli, quod pro auctoritate accipimus. j. de tutel. in princ. & ſua poteſtate facere dicitur, in authent. de defenſ. ciuit. §. j. pro ſua, & propria auctoritate, & ſui poteſtatem non facere, pro eo quod eſt, latitare. l. ij. in princip. ff. quib. ex cau. in poſſ. eat. Et in poteſtate conſiſtere, pro eo, quod eſt eſſe in habitu. l. ſi quis rem. ff. de arbitris. Sylueſt.

N. A. † Videamus. Contrariorum eadem vis ac facultas eſt. Contrarij vnius qualitate cognita, ſimul alterius contrarij qualitas contraria intelligitur. l. 8. ff. de accuſ. l. j. ff. de ſtipul. ſer.

c Simul intelligem⁹, Nã (vt dicit Ariſtoteles) contrariorũ eadẽ eſt diſciplina, vt hic. & j. de tute. j. reſpõ. & ff. eo. lege. j. Et eſt hic arg. quòd per notitiam vnius immediatorũ, peruenitur ad alteri⁹ notitiã: & faciũt ad hũc §. ff. de procurator. l. Pomponius. §. ſed & is. ver. nã cùm. & ff. eo. l. j. & ff. & de Prætor. ſti. l. j. §. ſtipulationum iſtarum. j. de tut. circa principium.

ADDITIO. Cicero lib. de Orat. ij. Eſt, inquit, illud perſpicium, omnium rerum in contrarias partes cognitionem ex iiſdem ſuppeditari locis.

* diſpiciamus,

e In poteſtate. Diuiditur in tres partes. Primò, ponit, qui ſũt in poteſtate dominorũ. Secũdò, vnde dicta poteſtas deſcẽdit. Tertiò, duos ei⁹ effect⁹. Sdã ibi, Quę qdẽ. Tertia ibi, Nã apud. An. Aret.

CASVS. Quinam ergo alieno iuri ſubiecti ſunt? Serui, inquit, idq; non ciuili Romanorum iure, ſed omniũ gentium. Et quænã, aut quanta illa poteſtas eſt? Vitæ, inquit, & necis. Seruos enim veteres pro pecudibus habebant. Itaque Homerus affirmabat deos dimidium mentis ſeruis ademiſſe. Præterea quũ ſerui in aliorũ dominio eſſent, ipſi ſibi acquirere nihil poterant: ſed omnia dominis ſuis quærebãt. vnde Craſſus, is qui Diues cognominat⁹ eſt, cùm quingentos ſeruos artis fabrilis peritos haberet, ciuibus ædificare volentibus eorũ operas mercede locabat: aiebátq; eorũ maximã habendam curam, eſſe enim rei familiari animata inſtrumẽta. Durátne adhuc illa tam immenſa dominorum in ſeruos poteſtas, vt eos non minus impune poſſint interficere, quam pecudes? Nequaquã. Diu⁹ enim Antoninus, qui Pius cognominat⁹ eſt, qui, vt opinor, Chriſtianorũ religionem deguſtaſſet (eos enim magno in honore habuit, ac tanquam bonus princeps defendit) Chriſtiani autem ſæuitiam in ſeruos deteſtabantur, vt patet ex epiſtolis Pauli ad Epheſios & Coloſſenſes. Antoninus igitur

Digitized by Google

quæ in poteſtate dominorum ſunt.

¶ Et ſi olim domino ſeruũ occidere impune liceret, hodie tamẽ in eũ nõ (niſi ex legitima cauſa) ſæuire licebit: quininò vſque adeò dominorũ aſperitas coërcetur, vt ſi intolerabilis ſit, ſeruos iuſto pretio venũdare cogãtur: quũ Reipublicæ interſit, ne quis re ſua abutatur.

¶ In* poteſtate itaque dominorũ sũt ſerui. Quæ quidem poteſtas iuris gentiũ [a] eſt. Nam apud omnes perǽquè gẽtes animaduertere [b] poſſum⁹, dominis in ſeruos vitæ, necíſque † poteſtatẽ eſſe [c]: & quodcunq; per ſeruum adquiritur [d], id domino [e] adquiri [f]. Sed hoc tempore nullis hominibus, q sub imperio noſtro ſunt, licèt [g] ſi-

* Gaius vbi ſup.

eum qui ſine cauſa ſuum ſeruum necarit, non minus puniri iuſſit, quàm ſi alienum necaſſet. Cor. Vibul.

* Not. quòd ſerui ſunt in poteſtate dominorum. Item, quòd talis poteſtas dicitur eſſe de iure gentiũ. Item, quòd illud dicitur eſſe de iure gentiũ, quod apud omnes gẽtes peræquè obſeruatur. Item, quòd de iure antiquo domini poterant occidere ſeruos proprios. Item, quòd quicquid acquirit ſeruus, acquirit domino. Item, quòd hodie ſine cauſa non licet dominis in ſeruos ſuprà modum ſæuire. Item, nõ ſufficit cauſam ſubeſſe, niſi probetur. Item, quòd ita punitur occidẽs ſeruum proprium, ſicut alienum. Item ibi, ſub imperio noſtro potes notare quòd leges non ligant extra iuriſdictionem conſtituentis. Syl.

¶ a Iuris gẽtiũ. i. de iure gentiũ introducta: vt s. de iu. perſonarũ. §. ſeruitus.

¶ b Animaduertere. id eſt, In animo vertere & cogitare, vt dicit Ca.

N. A. † Vitæ neciſque. Seruitutis duæ ſunt partes: Dominium, quod definitur poteſtas vitæ & necis. Nã ſerui apud maiores noſtros pecudibus comparabantur. l. 2. ff. ad le. Aquil. Altera pars, operarum præſtatio: vt quæcunque ſuis operis adquirunt, domino adquirant. §. 3. infrà. Per quas perſ. &c. Nam peculium ita concedebatur ſeruo, vt tamen ſola domini voluntate nomen illud extingueretur, & moriente ſeruo, in domini dominio maneret. l. peculium. ff. de pecul.

¶ c Eſſe. Impropriè ponitur pro fuiſſe, vt ſtatim colligitur. & ff. eodem. l. j. & erat eadem patris in filium: vt colligitur ſecundùm vnam literam. ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. & ĩ. de noxa. actio. §. fin. in princip. & in glo. j. C. de patria poteſta. l. fin.

¶ d Adquiritur, ſ. Iuſtè ſecundum quoſdam: vt ff. de acquir. poſ. l. quod ſeruus. in fin. Sed certè hoc eſſe non poteſt. nam ſi acquiritur, ergo domino: quia ſibi non: vt ĩ. per quas perſo. no. acquir. §. item vobis. & ff. de acquir. hæred. l. placet. quare dic quòd ſemper domino quæritur, etiam ſi quid per dolum, vel metum ſeruus acquirat: vt ff. pro empt. l. ij. §. Celſus. & §. Pomponius. & §. ſi ſeruus. Sed hoc ſolo inſpecto, an quæratur: putà ſi ſeru⁹ ſtipuletur operas à libertò, vt ff. de ſtipula. ſeruo. l. antepenul. vel ſi aliud factum ſit in ſtipulatione, vt ĩ. de ſtipula. ſeru. §. ſed cùm factũ. niſi in caſibus q dic, vt ĩ. de ſtip. ſeruo. §. ſed cũ. Nec obſtat dicta. l. quod ſeruus. quia nõ quærit domino, vt ſibi remaneat: nã tenetur reddere. Sed nunquid libertas data à domino, vel à lege (quod fit interdum: vt C. de ſer. qui pro præmio liber. acc. per totum, & in authent. de mona. §. ij.) domino, quæritur? Reſponde non. nã licet quæratur ſeruo liberto tamen non poteſt dari libertas, vt infrà de act. §. ſic itaque. & ff. de fideicommiſſ. liber. l. generaliter. §. ſi homini. tamen eo ipſo momento ſic ſit liber, vt dominum non habeat. Et ſic hæc oppoſitio eſt de puncto, ſic & aliàs: vt hic vadit Romam, & hic facit murum, non eſt tamen verum eum iuiſſe, vel opus feciſſe: licet ſit in vltimo momẽto perficiendi. Similis quæſtio fit. ff. quod metus cau. l. extat.

¶ e Domino. Vel quaſi domino. vt fructuario, & bona fide poſſeſ. quibus quæritur ex duabus cauſis: vt infrà. per quas perſo. nob. acqui. §. de iis.

¶ f Adquiri. Nota hîc duos effectus dominicæ poteſtatis: & eſt tertius, vt non torqueatur in dominum, niſi in caſibus: vt Codice de quæſt. lege prima. & l. ſeruos. Accurſius.

¶ g Licet, id eſt, Licitum eſt.

¶ h Legi

ne cauſa legibus [a] cognita [b], in ſeruos ſuos ſuprà* modum ſæuire. Nam ex conſtitutione [c] diui* Antonini, qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, nõ minus puniri iubetur, quàm qui alienum ſeruum [d] occiderit:

* abſunt D.
* Pij.

¶ Nimia dominorum aſperitas in ſeruos coërcetur. Et ex cauſa cogitur quis rem ſuam vendere, & iuſtè deprecantibus nõ eſt denegandus aſſenſus. Item officialis fraudans legem punitur. Aret.

¶ a Legibus. Quia ſi ſeruus ſciat inſidias domino parari, & ipſi auxilium non tulerit, ſupplicium debet præſtare, quod mortem interpretamur. Sed & ſi accuſauerit eum criminaliter (excep. crimi. læſæ maieſta.) aut ſi dominum viderit periclitantẽ, & non adiuuerit, vel ſe immiſcuerit vxori ſuæ vel aliis modis.

¶ b Cognita. vt quia eum cum vxore ſua inuenerit: vel in ſimili delicto, quo caſu etiam occidere licet: vt ff. de ver.obl. l.qui ſeruum.& ff.de lega. j.l. quid ergo. le.j.§.ſi hæres.& ff. ad l.Iuliam. de adult.l.marito.§.j.Si autem aliàs deliquerit, vel domino non obedierit, legitimè eum corrigere poteſt: non tamen vltra modum boni viri arbitrio cõprehenſum: vt C.de emend. ſeruo. l.j. Sed nunquid ſine cauſa verberare poteſt? Reſpon. ſic modicè, ſecundùm Ioan. vt C.de emen. ſer.l.j. licèt Pla. dixit quòd non: aliter ſi nimis corripiat ſine culpa, tenetur vel vendere, vel dare: vt hic ſequitur, & ff.eo.titu.l.j.

ADDITIO. Hæc gloſ. communiter approbatur, & dicunt doctor. idem in marito erga vxorem, & in magiſtro erga ſcholarem, in patre erga filiũ, in abbate erga monachum: quia poteſtas tributa magiſtro erga ſcholarem, intelligitur tributa marito in vxorem. l.ſed & ſi quemcunque.§.fi.ff. ad legem Aquil. Chriſtopho.

¶ c Conſtitutione. Cuius verba ſunt infrà eodem. §.fin.

¶ d Alienum ſeruum. Sed certè, qui alienum ſeruum occidit, lege Aquilia tenetur: vt ff ad legem Aquiliam. l. ſecunda. in princip. & infrà ad legem Aquil. in princip. quæ actio hic locum habere non poteſt, cùm non domino, imò contra dominum non detur: quod eſſe non debet: vt ff. ad legem Aquil. l.item Mela. §. legis. Sed dic quòd hoc, quod hic dicitur, eſt verum quantum ad criminalem pœnam legis Cornel.de ſicar. vt infrà de public. iud. §. item lex. quæ pœna tã in ſeruis, quàm in liberis locum habet: vt ff. ad legem Cornel.de ſicar. l.j.§.j. Interdum etiam ciuiliter tenetur, ſi alterius intereſt, vt creditoris: vt ff.de pign.l.ſeruum quem quis.vel fructuarij, vt ff. ad legem Aquil.l. ſed & ſi proprietatis. & ff. de dolo. & l. & eleganter.§.ſi ſeruum vſuarium.

¶ Sed &. Diuiditur iſte §. in quinque partes. Primò, ponit dictum in genere. Secundò, illud exemplificat, & rationem reddit. Tertiò, ponit verba reſcripti, de quo fit mentio in princip.§. Quartò, concludit. Quintò, minatur officiali non obſeruanti legem iſtam. Secunda ibi, Nam Antoninus conſultus. Tertia ibi, Cuius reſcripti. Quarta ibi, Ideóq;. Quinta ibi, quòd ſi meæ. Angel.

CASVS. Quid ergo, ſi ſeruũ quidem ſuum aliquis non necarit, ſed vt olim Atronius Maximus, per omnes vrbis vias patibulo cõſtrictum trahi, verberibúſque lacerari iubeat. denique acerbius quàm humanitatis ratio ferat, in ſeruum animaduertat? Idem Antoninus Pius Imperator clementiſſimus illam crudelium dominorum immanitatem puniri iuſſit. Et quomodo id illi renũciatum eſt? Erat autem illis temporibus hæc conſuetudo: Serui crudelitatem dominorum experti, ſi rurſus domini verbera illis minarentur, confugiebant ad ædes ſacras, & Imperatorum ſtatuas ea loca Aſyla dicebantur, quòd inde, quenquam eripere fas non eſſet. Cùm igitur Antoninus intellexiſſet frequentes ſeruos illuc perfugij cauſa ſeſe recipere, legem ſtatuit, vt Præſides prouinciarum de querelis ſeruorum cognoſcerent: & ſi iuſtæ viderentur, cogerent tyrannos illos ſuos ſeruos vendere. Laudabilis ſanè Antoninus ille fuit, & dignus qui Romanis imperaret. nam (vt Plutarchus in Coriolano ſcribit) antiqui Romani non crudeliter ſeruos puniebant, ſed ita duntaxat, vt eos cogerent furcam per vicinam, ignominiæ magis quàm ſupplicij cauſa, geſtare, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum (vt ait Donatus) ſimul-

Digitized by Google

que monere cæteros, ne quid ſimile admitterent. Sed & Macrobius, Maiores noſtri, inquit, omnem dominis inuidiam, omnem ſeruis contumeliam detrahentes, dominum, patremfamiliàs, ſeruos familiares appellauerunt. Corn. Vibul.

Not. quòd nimia ſeueritas dominorum in ſeruos damnatur. Item, quòd confugiens ad ædem ſacrã vel ſtatuam principis, eſt ſecutus. Item, quòd ex cauſa quis cogitur vẽdere rẽ ſuam contra l. nec emere. C. de iur. delib. Item, ꝙ publicè intereſt quẽ re ſua nõ malè vti. Itẽ, ꝙ ius ſuũ nõ eſt alicui auferendum: & quòd iuſtè precantibus non eſt negandus aſſenſus. Item, quòd ſeruus contra dominũ poteſt habere recurſum ad iudices. Item, quòd punitur, qui aduerſus legẽ fraudem facit. Circa quod aduerte: quia aliqui (vt Ang. hic) videntur intelligere hoc in officiali, quaſi iſte Sabinus fuerit officialis: quod eſt falſum. Nam Sabinus erat dominus ſeruorum malè habitorum, vt colligitur ibi, qui ex familia Iulij Sabini, &c. Syl.

ſ Sed & maior [a] aſperitas dominorum eiuſdem principis conſtitutione coërcetur. Nã Antoninus conſultus [b] à quibuſdam Præſidibus prouinciarum de iis ſeruis, qui ad ædem ſacram [c], vel ad ſtatuam † principum confugiũt, præcepit, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur [d] ſeruos ſuos bonis conditionibus [e] † vendere: vt pretium dominis daretur: & rectè [f]: expedit enim Reipublicæ ne ſua re quis malè [g]

¶ a Maior. i. magna, vel maior quàm æquum ſit.

¶ Adde quòd gloſ. hæc eſt not. ad hoc, quòd comparatiuus aliquando ponitur pro poſitiuo. Syl.

¶ b Conſultus. i. Interrogatus. ſic ff. de pac. l. item quia. §. fi. Vnde illud, Conſulo te quærens: tibi cõſulo, conſilium dans.

¶ c Aedem ſacram. ad quæ loca olim & hodie confugiunt: circa quæ diſtingue, vt diximus in authentica de man. prin. §. neque autem. in glo. cogentur.

ADDITIO Et iuuantur ſecundùm Io. Fab. & Ang. quando ſine armis, nullo præcedente delicto, ſed propter domini ſæuitiam, vel etiam ſui criminis grauiorem punitionem confugiunt: vt hîc, aliàs non: vt l. ſi ſeruus. & l. fi. §. adiicientes. verſ. & hoc quidem. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & c. inter alia. extra, de immu. eccl. Sed de iure canonico non iuuatur delinquens in Eccleſia. c. fin. extra, eo. ti. aliàs ſic, niſi eſſet publicus latro: vt dicto c. inter. & idem per omnia intelligas de cœmiterio: vt xvij. quæſt. iiij. cap. ſi quis contumax. Ang.

ſ Statuam principum. Quarum interdum maior fuit religio, quàm ſimulacrorum. Vide Cornelium Tacitum lib. 3. N. 4.

ADDITIO. Apud Corn. Tacitum, lib. iij. c. Seſtius in Senatu diſputat, à Deo non niſi iuſtas ſupplicũ preces exaudiri, neque quenquam in Capitolium, vel alterius vrbis templa perfugere, vt eò ſubſidio ad flagitia vtatur. Liuius autem libr. iij. decad. iij. narrat quendam Decium magnum Campanum, qui à Pœnis vinctus Carthaginem ducebatur, ad ſtatuã Ptolemei Regis, ad Cyrenas, confugiſſe: itaque manus hoſtium euaſiſſe. vide autem Lector, pulchram Impp. conſtitutionem in l. pateant. Cod. Theod. lib. viij. tit. xlv.

¶ d Cogantur. Nota hic, quòd aliquis cogitur vendere rem ſuam.

¶ e Bonis conditionibus. ſ. vt pretium habeat: & ad dominum primum non reuertantur: vt ſ. §. proxim. & ſ. §. ſed hoc. in fin. & ne ſimili pœna anteriorum afficiantur, vel ne exponantur, vel proſtituantur, vel exportentur, vel vendantur amodo: vt infra proxi. §. & §. fin.

† Bonis conditionibus. Hæ conſtitiones exponuntur in l. 4. §. 2. ff. de in di. addict. Ergo etiam iuſto pretio; cùm regulariter qui rem ſuam inuitus vendit, non cogatur iuſto pretio contentus eſſe, ſed pluris eam æſtimàre poteſt. l. 9. ff. de actio. re. amo. l. 70. ff. de rei vindicat. N. 4.

¶ f Rectè. ſcilicet præcepit.

¶ g Malè. Quia intereſt principis locupletes ſub ſe habere ſubiectos: vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. cõſiderauimus. quod non contingeret, ſi cuilibet ſeruos ſuos liceret occidere. Et nota, ꝙ illud idẽ quod intereſt priuati principaliter & Reipubl. ſecundario,

Digitized by Google

dario, vt ſ. dixi de iuſti.& iur.§.fi. Argu.contra.ff.ſol.ma.l.etiam.§.licet. & l.ſi conſtante.§.ſi maritus.

vtatur [a]. Cuius reſcripti ad Aelium Marianum [b] miſſi, verba ſũt hęc: Dominorũ [c] quidẽ poteſtatem in ſeruos ſuos illibatã [d] eſſe oportet: nec cuiq; hominũ ius ſuũ detrahi. ſed dominorũ intereſt [e], ne auxiliũ contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam [f] denegetur [g] his, qui iuſtè deprecantur †. Ideóque cognoſce de querelis eorum qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt & ſi vel durius habitos, quàm æquum eſt, vel infami [h] iniuria adfectos eſſe cognoueris, vænire iube: ita vt in poteſtatem domini non reuertantur. Quòd * ſi meæ cõſtitutioni fraudẽ [i] fecerit: ſciet me hoc admiſſũ ſeuerius exequuturũ.

TITVL. IX. DE PATRIA poteſtate.

IN poteſta-

¶ a Vtatur. Nota, quòd quandoque detrahitur res inuito domino propter odium dominorũ, vt hic: quandoq; fauore religionis: vt ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrũ. quãdoq; fauore libertatis: vt ĩ. de don. in fine. quãdoque fauore vltimæ volũtatis: vt ff. de leg. 3. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. & hoc eſt contra regulam, vt C. de contrahend. empt. l. inuitũ. Accurſ.

¶ b Marianum. Proconſulẽ Aeticæ, aliàs Enticæ ſeu Beticæ vrbis: vt ff. eo. l. ij. in princip.

¶ c Dominorũ. Hinc inde allegat, & primò duas pro dominis rationes, vel dicta ponit.

¶ d Illibatam. id eſt, non diminutam.

¶ e Intereſt. i. eis proderit, vt ſeruos non perdant. & dic, denegetur, ſ. à nobis: vel dic, intereſt. i. ad eos pertinet, ne denegetur, ſcilicet, à dominis: cùm fortè vxor aut filij, vel alij domini familiares inferant hoc: ſed prima verior.

¶ f Iniuriam. Quam patiuntur iure naturali inſpecto, non iure ciuili: vt infrà de iniur. §. ſeruis.

¶ g Denegetur. ſic ff. de off. Præfe. vrb. l. 3. §. quod autem.

N. A. † Iuſtè deprecantur. Duo perfugia ſeruorum erant veteribus temporibus; Ara, & Deprecator. Plautus. Nec hîc tibi aram, nec deprecatorem paraueris. Poſtea inſtitutum eſt, vt ad Præfectum vrbi adirent, & verecundè de dominis expoſtularent. lege prima. ff. de offic. Præfect. vrbi. Iuſtinianus non primus, ſed Conſtantinus conſtituit. Vide Senecam de beneficiis libro tertio. Spart. in Adriano. Denique Conſtantinus in lege prima. Cod. de emend. ſeruo. ſanxit, vt qui ſine cauſa cognita ſeruum ſuum interficeret, puniretur vt homicida. vide legem circundare. ff. ad legem Corn. de ſicar.

¶ h Infami. id eſt, infamata, ſeu magna iniuria.

¶ i Fraudem. Vel euidentem, quia non obedit: vel callidam, dicens non eſſe illum ſeruum, qui fugit.

¶ Adde, quòd hic gloſſa malè intelligit: quia textus intelligitur de fraude commiſſa à domino, non à ſeruo. Syl.] *Qui.D.

DE PATRIA poteſtate.

¶ Quia ſuprà dixit de his, qui ſunt in poteſtate dominorum, ideò ſubiungit de his, qui ſunt in poteſtate parentum: vt promiſerat ſuprà titulo primo. §. primo. Aret.

IN poteſtate. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit dictum in genere, qui liberi ſunt in noſtra poteſtate. Secundò, definitionem nuptiarum vel matrimonij. Tertiò, qui habent filios in poteſtate. Quartò, ex prædictis infert ſpecificando quod primò dixerat. Secunda ibi, Nuptiæ. Tertia ibi, Ius autem. Quarta ibi, Qui igitur.

CASVS. Cognoui ſanè quę fuerit dominorum poteſtas: ſed cupio (niſi moleſtum eſt) patrum etiam quæ fuerit in liberos poteſtas, intelligere. Quinam igitur verè paternæ poteſtati ſubiecti ſunt? Liberi, inquit, ij duntaxat, qui ex iuſtis nuptiis procreati, ac ſuſcepti ſunt. Quoniam duo dixiſti, Ex iuſtis nuptiis: velim mihi vtrumque ſingulatim explices. dicamus de ſubiecto primùm, poſteà de attributo. Quid appellas nuptias? Nuptiæ alio nomine appellantur Matrimonium. Nuptiæ autem ſunt maris & fœminæ coniunctio, diuini

te [a] noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis [b] nuptiis† procreauim⁹. Nuptiæ [c] autem †, ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris coniunctio [d], indiuiduam [e] †vitæ conſuetudinem continens.

& humani iuris tam arctam communionem continens, vt indiuiduam vitę conſuetudinem pariat. Etenim coniunctionum duæ ſunt ſpecies: alia corporum tantùm, alia verò animorum ſimul & corporum. Nam qui concubinas habent, corpore quidem vt belluæ coniungũtur: ſed nihil aliud habent inter ſe commune, ſibi enim vnuſquiſque parat, ſibi quærit, ſua cuique libera voluntas eſt, itaque concubina, inuito eo cui coniuncta eſt, poterit diſcedere, & alteri ſe in matrimonium, aut concubinatũ dare. At qui vxorem ducit, eo animo ducit, vt mors ſola eam coniunctionem diuellat. Cor. Vib.

¶ Nota qui ſint in poteſtate noſtra. Itẽ, quid ſint nuptiæ, & quid matrimoniũ: & dic aliter definiri nuptias in l. j. ff. de rit. nupt. Sylu.

¶ a In poteſtate. Hoc verbum multis modis ſumitur: vt ſuprà proxim. titu. diximus. §. j.

¶ b Ex iuſtis. Quæ ſunt iuſtæ, dicetur ĩ. tit. proxi.

N.A. ¶ Quos ex iuſtis nuptiis. Relatiuum [Quos] reſtringit: nam non omnes liberi ſũt in poteſtate: veluti vulgò quæſiti. Nam vulgò conceptus matrem ſequitur. l. cum legitimæ. 19. l. lex naturæ. 24. ff. de ſtat. hom.

¶ Adde quòd ex hac gl. iũcto tex. not. quòd filij ſpurij, vel aliter legitimi nõ ſunt in poteſtate parentis, niſi poſtea legitimentur. §. ſi. infrà tit. j. Syl.]

¶ c Nuptiæ. Et dicuntur ab obnubendo. id eſt, velando: quia velatæ incedere debent, vt ait Iſido. Sed matrimonium dicitur ideo, quia mulier nubit, vt mater fiat. & hæc duo nomina (licet diuerſis rationibus) idem ſignãt. Item coniugium, & cõnubium, & conſortium: vt ff. de rit. nupt. l. in eo iure. §. hoc caput. licet hoc vltimum quandoque inter ſeruos accipiatur: vt C. de ſer. fug. l. fin. inter quos propriè dicitur contubernium: vt C. de inceſt. nup. l. cum ancillis.

N.A. † Nuptiæ autẽ. Sic interdũ promiſcuè vſurpatur: ſed propriè matrimoniũ eſt cõuentio, nuptiæ verò, celebratio matrimonij. l. pen. ff. de don. int. vir.

¶ d Coniunctio. Animorũ non corporum tantum: vt ff. de reg. iu. l. nuptias. & illa coniunctio animorum ſignificat vnionem, quæ conſiſtit inter Deum, & iuſtã animam. Vnde Apoſtolus, Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Reliquum. ſ. coniunctio corporũ, deſignat cõformitatem, quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum, & ſanctam eccleſiã. i. humanum genus. Vnde Euangeliſta, Verbũ caro factum eſt: & habitauit in nobis.

¶ Adde, quòd ſola coniunctio animi ſufficit cum intentione coniungendi corpus. d. l. nuptias. ff. de regu. iur. & vltima verba gloſ. ſunt verba tex. in c. debitum. de biga. Syl.]

ADDITIO. Connubium autem, vt ſcribit Vlpianus in Epit. tit. v. eſt vxoris iure ducendæ facultas.

¶ e Indiuiduam. Quo ad affectionem: ſic ĩ. de iuſt. & iur. in princ. Actu enim plerunque fit ſeparatio, tam iure veteri, quàm nouo permittente: vt Co. de repud. l. conſenſu. in princ. & in auth. de nup. §. ſi ergo. & in aut. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero. Sed nunquid hanc affectionem habet aliquis ad concubinam quandoque? Certè ſic: & ideo adiicias huic definitioni, diuini & humani iuris communicatio: vt ff. de rit. nupt. l. j. Diuini: quia eiuſdem ſectæ debent eſſe: vt non ſit vnus Chriſtianus, & alter Iudæus: vt Cod. de Iudæ. l. ne quis. Humani: quia forum viri ſequitur vxor: vt ff. ad munic. l. fin. §. ij. ſecùs eſt in cõcubina, vel qualibet minus legitima vxore, vt ff. ad munic. l. de iure. §. fin. licèt concubinatus iure permittente ſit. ff. de concub. l. in concubinatu. in fin. Neque valet oppoſitio de matre ad filium: quia ibi non eſt talis conſuetudo, qualis ad vxorem: vt ĩ. titu. j. §. ergo. & in auth. quomod. opor. epiſc. §. j. & §. volumus autem ibi. Sed aut ſolæ, &c.

† Indiuiduam. Nam & ſi libera diuortia Romæ fuerint, tamen neque per annos DXX. vllum factum docet Gellius libro quarto, cap. 5. Cũm, ſcilicet, matrimonia eo animo contrahantur, vt ſint perpetua. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. Denique quãuis hæc non eſſent, ominis tamen gratia addenda fuit hæc clauſula. N.A.

¶ Ius autem. CASVS. Intelligo, qui paternæ poteſtati ſubiecti ſunt. quæro

nunc

Digitized by Google

nunc quo ex iure profecta ſit, naturali, gentium an ciuili? Ex ciuili Romanorum, inquit. Nã etſi aliæ gentes gen⁹ aliquod poteſtatis in liberos natura retineant, nulla tamen eſt, quę hãc noſtram obſeruet. nobis enim propria & peculiaris eſt. In quo autem verſetur, poſteà cognoſces ex libro II. Nam olim vitę, necisque poteſtatem parentes in liberos habebant. Itaque Caſſius filium, quòd primus in Tribunatu plebis legem Agrariam tuliſſet, depoſita poteſtate propinquorum & amicorum conſilio domi adhibito, affectati crimine regni damnauit, verberibúſque affectũ necari iuſſit. Pręterea parentes fame laborantes, liberos vendere poterant. nunc autem ius patriũ magis in pietate ſitum eſt, quàm in illa priſtina herili poteſtate. Ergo M. Tullius filium quem ex Terentia ſuſcepit, in ſua poteſtate habebat. neq; tantùm filium, ſed qui etiam iuſtis nuptiis ex eodem filio naſcetur, & qui deinceps ex eo nepotem, pronepotem, & abnepotem. Quid autem in filia? Cicero enim filiam habebat chariſſimam, nomine Tulliolam. eã C. Piſoni nupſit, ex quo filium ſuſcepit. is filius nunquid erit in M. Tullij poteſtate? nequaquam, inquit: ſed in C. Piſonis, eodem modo, quo Cicero filius in patris poteſtate manebat. Cor. Vibul.

¶ Patria poteſtas iure Romano inſtituta fuit: ſoliſq; Romanis propria ac peculiaris eſt.

¶ Ius autẽ [a] poteſtatis, quod in liberos habemus, propriũ eſt ciuiũ Romanorũ [b]. Nulli enim alij sũt homines, qui talem in liberos habeãt poteſtatem, qualem nos habemus.

¶ Not. quòd ſoli Rom. ciues habebant filios in poteſtate. Not. quòd verba nõ dicuntur ſuperflua, quæ ad maiorẽ declarationem ponuntur: non enim neceſſaria erat illa clauſula. Nulli autẽ, cùm eſſet dictum, proprium: quod eſt, quod alteri non competit. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & ad hoc allegatur iſte tex. per Dec. in conſil. cclxij. Item, ꝙ dictio ergo, eſt illatiua. Itẽ, quòd eãdem poteſtatem habet auus in nepotem, quam pater in filium. Item, quòd deſcendentes ex filia nõ ſunt in poteſtate aui materni: & ſic quòd deſcendentes ſequuntur patrem, non matrem, quoad patriã poteſtatẽ, & familiã. Sy.

¶ a Ius autẽ. Quod conſiſtit in ſeptem. Primò: quia neceſſitate famis pater filium vendere poteſt, vel obligare: vt C. de pa. qui fil. diſtr. l. ij. Secundò: quia ab eo in ius vocari non poteſt: vt C. de in ius vocan. l. ſi. Tertiò: quia nec cum eis agẽdo, iudicium habere poſſumus: vt ff. de iud. l. lis. Quartò. quia per eum acquirimus: vt j. per quas perſon. no. acq. §. j. Quintò: quia in iudicio contra aliũ ſine licentia noſtra eſſe non poteſt: vt Cod. de bon. quæ libe. l. fin. §. j. Sextò: quia eo inuito ſua bona aduentitia adminiſtramus: vt j. per quas perſo. no. acq. §. j. Quidã tamẽ dixerũt, quòd alimenta adinuicẽ hoc iure pręſtantur: quod falſum eſt: cùm in emancipatis etiã hoc ſit: vt ff. de lib. agna. l. ſi quis à liberis. in prin. Itẽ, ciuilis obligatio inter nos eſſe nõ poteſt, vt j. de inut. ſtip. §. item inutilis. Et vt octauus, vt poſſim petere filiũ in meã poteſtatẽ. Circa quod diſtingue: quia aut à nullo detinetur, aut ab aliquo, volens, an inuitus. Primo caſu, petam eum per officium iudicis. ff. de li. exh. l. iij. §. hoc autem. & præiudiciali actione in rem agam: vt j. de ac. §. præiudiciales, non interdicto, niſi in caſu: vt ſi volo eum adire hæreditatem, in qua factus eſt hæres: vt ff. de acquir. hær. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & de lib. exhi. l. ſi cum. In ſecundo, eadem auxilia locum habent: & plura. ſcilicet rei vendicatio de iure Ro. vt ff. de rei ven. l. prima. In tertio, locum habet interdictum de libe. ho. exhi. Item, actio in rem de iure Quiritium: vt ff. de rei ven l. j. §. j. & de lib. exh. l. j. j. reſpon.

¶ b Romanorum. id eſt, Omnium, qui ſunt de Romano Imperio. aliæ verò gentes quædam, vt ſeruos tenent filios, vt Sclaui: aliæ vt prorſus abſolutos, vt Francigenæ: ideo cautè dicit j. talem, qualem.

ADDITIO. Dum dicit, quòd filij Francigenarum non ſunt in poteſtate parentum: adde quòd hanc gloſ. in hoc reputat vnicam. & ſingul. Bal. in c. j. §. ſi duo fratres. aliàs ille. §. eſt. c. ij. in tit. de fratri. de nono benedic. inueſt. Hanc etiam gloſ. Bald. commendat in cap. j. an maritus ſuccedat vxo. in benefic. & vide totum in l. pen. C. qui teſt. fac. poſſ. & in d. c. j. an mari. ſucc. vxo. in benefi. dicit Bald. quòd iſta gloſſ. eſt ſing. Et eam etiam dicit ſing.

Digitized by Google

¶ Filiis ex leg.timis nuptiis proge-niti, omnesque per feminarum ſtipitem deſcendentes, in patria ſunt pote-ſtate: ex filia verò nati, neq; auiam

¶ Qui igitur ex te, & vxore [a] tua naſcitur, in tua [b] poteſtate eſt. Item, qui ex filio tuo, & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos tuus, & neptis, æquè in tua ſunt poteſtate: & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem * ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non [c] ſunt, ſed in patris eorum.

TITVLVS X.

DE NVPTIIS.

¶ Maſculi decimumquartum annum attingentes: & fœminæ duodecimum, iuſtas contrahunt nuptias: quæ in poteſtate conſtituti, non tamen ſi patre attentiente, contrahere poſſunt: modo talis ſit pater, qui conſenſum præſtare valeat.

IVſtas autem nuptias inter ſe ciues Romani

ſing. Ia. ad hoc, quòd regnum Franciæ non eſt ſub Imperio Romano. Iaſ.

N.A. Qualem habemus. Pater ſi filium ter venundarit, filius à patre liber eſto. Hæc fuit lex X I I. tabul. apud Vlp. tit. 10. Maior igitur patrū in filios, quàm dominorum in ſeruos poteſtas fuit. Vti docet Dionyſi⁹. lib. 12. De iure vitæ & necis in liberos. vide l. in ſuis. 11. ff. de ſuis & leg. Salluſtium in Catilina. Senecam de clementia. libro 1.

a Et vxore. Aliud ſi ex concubina: vt infrà titulo primo. §. fin. vel inceſto coitu natus: vt in authen. quibus mod. nat. ef. ſi. leg. §. fina.

b In tua. ſi tamē tu ſis tui iuris, non aliàs: vt ff. ad l. Iul. de adulter. l. ſic eueniet.

* Hæc. Th. aliſ legunt tamen.

c Non ſunt. qui naſcuntur, patris familiam ſequuntur: vt J. de legit. agn. tut. §. j.

N.A. In poteſtate tua non. Nepos ex filiofam. eſt in aui paterni poteſtate. Nepos ex filiafam. non eſt in aui materni poteſtate. Sed ſi pater ſui iuris eſt, in ipſius poteſtate eſt. Si pater filiusfam. eſt, in aui paterni poteſtate eſt: quia filia, no patri, ſed marito filiumf. parit; & natus non matris, ſed patris familiam ſequitur. l. 196. ff. de verb. ſignif.

DE NVPTIIS.

¶ Suprà tit. proxi. in prin. dictum eſt ꝙ in poteſtate noſtra ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptiis procreauimus. ideo hic ſubiungitur inter quos dictæ iuſtę nuptiæ contrahuntur. Accurſius.

ADDITIO. In quibuſdam exēplaribus titulus eſt, de iuſtis nuptiis. rectè. & probatur ex initio huius tituli.

IVſtas autē. Iſte tit. diuiditur in viij. partes. In prima ponit, qui poſſunt cōtrahere matrimoniū, & qualiter, ſubiiciēdo quæſtionem de filio, & filia furioſi. Secūda ibi, Ergo nō omnes. vbi ponit generaliter & ſpecialiter quaſdā eſſe perſonas, inter quas nō poteſt eſſe matrimoniū, ſ. inter aſcēdētes, & deſcēdētes. Tertia ibi, intereas. vbi ponit inter quas perſonas ex collateralibus etiā cōiūctis ꝑ adoptionē pōt fieri, & nō fieri matrimoniū. Quarta ibi, Affinitatis. vbi ponit inter quas ꝑſonas non poteſt fieri matrimoniū ratione affinitatis. Quīta ibi. Illud certū. vbi ponit qualiter matrimoniū ꝓhibeatur ratione ſeruilis cognatiōis. Sexta ibi, Sūt & aliæ. vbi ponit gēeraliter quaſdā eſt alias ꝑſonas, inter quas nō pōt conſtitui matrimoniū. Septima ibi, ſi aduers⁹. annullat. matrimonia cōtracta cōtra iuris præcepta, & quicqd ſecutū eſt exinde, & punit cōtrà facientes. Octaua ibi, Aliquādo, vbi ponit de fil is naturalib⁹, & quomodo poſſūt legitimari. Itē, prima pars principalis diuiditur in tres partes. Nā in j. ponit dictū generale. In ij. illud declarat. In iij. determinat incidentē queſtionē. Secūda ibi, Maſculi, Tertia ibi, vnde quæſitū. ſecundū Por.

CASVS. Quoniā dixiſti eos in patrū eſſe poteſtate, q ex nuptiis, iiſq; iuſtis ſuſcepti eſſent, & de ſubiecto, i. de nuptiis explicaſti, ſequitur vt de attributo exponas. Quæ sūt iuſtæ nuptiæ? Quas, inquit ciues Romani inter ſe cōtrahunt: veluti C. Cæſar ciuis Rom. Pōpeiā ciuē Rom. Q. Pōpeij ciuis itē Rom. filiā vxorē ducit, hę dicūtur iuſtę nuptię. Sed an ſatis eſt coniuges eſſe ciues Romanos? minimè. deſideratur enim vt leges de nuptiis ſcriptæ in eo cōiugio obſeruatæ ſint: veluti hæ q̄ poſteà enumerat. Quænā illarū prima eſt? Vt mas eius ſit

ætatis

ætatis, qua malæ adoleſcentiū lanugine veſtiri incipiunt. i. ann. xiiij. fœmina, qua poſsit iam concipere, & ſit iam matura viro, ac nubilis. nēpe ann. xij. Quęnam eſt lex ſecunda? Vt qui adhuc filiusfamilias, i. patri ſubiectus, patris conſenſum habeat: veluti Pamphilus amabat vnicè Glyceriū: quoniā tamen in patris erat Simonis poteſtate, eā ſine & Simonis ſui patris & Chremetis Glycerij patris cōſenſu ducere nō poterat. Et quonam ex iure hæc lex enata eſt? Ex naturali & ciuili, inquit. Naturale autē, Gētium hic ſignificat, neq; enim id belluarum etiam cōmune eſt. Ius autem gētium à Deo cōſtitutum eſt, vt Cicero in legibus teſtatur. quare, Canonici (genus animantiū rationis & humanitatis expers) qui nuptias ſine parentum conſenſu furtim contractas confirmarunt, ius diuinū ſuſtulerunt. neq; enim mouet, quod citant, Quos Deus coniunxit, homo nō ſeparet. Deus enim illa clandeſtina matrimonia non coniunxit.

ni [a] cōtrahunt qui ſecundum † præcepta [b] legum coeunt maſculi quidem puberes [c], fœminæ autem viri potentes [d]: ſiue patres * familiatā maſculus pubes, quàm fœmina potens ſit, & vtrique conſentiant, ſi ſui iuris ſunt: aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt. * Familias.

¶ Vnde quæſitū eſt.] Oreſtes, vt notum eſt, ob interfectā Clytemneſtrā matrem furioſus euaſit. Finge filiam eius velle nubere, aut filiū velle vxorem ducere. At nūc dicebas cōſenſum patris exquiri: furioſi autē nullū video eſſe cōſenſum: mētis enim compos non eſt. quid fiet? De filia inquit, facilè conuenit inter Prudentes, vt patris cōſenſum non expectet. opinor, hac de cauſa, ꝙ filios non gignet filia in Oreſtis patris ſui poteſtatem: ſicuti paulò antè dicebamus. itaque ipſi inuito nō augebit familiam. De filio verò dubitabatur, ꝙ fortè qui ex eo naſcerentur, in aui inuiti poteſtatem naſcerentur. itaque inuito illi ab inteſtato ſucceſſores eſſent. Imperator autem filia quoque vxoris ducendæ poteſtatem ſine patris furioſi conſenſu permiſit. Cor. Vib.

¶ Nota quæ ſint iuſtæ nuptiæ. Item, in qua ætate cōtrahere matrimonium liceat, Item, ꝙ filio cōtrahenti matrimonium requiritur cōſenſus paternus ex ciuili & naturali ratione. Item, ꝙ non ſolùm conſenſus, ſed iuſſus requiritur. Itē, ꝙ filij furioſi ſine paterno cōſenſu contrahunt nuptias. Item, ꝙ ſtatutum in filia furioſi nō extēditur ad filium, cōtra hic notata per Angel. aliàs enim non fuiſſet neceſſaria deciſio Imperatoris: nec fuiſſet variatū, vt dicit idem Imperator. Item, quòd matrimonium eſt tantùm inter liberos. Syl.

ADDITIO. Vlpianus in Epit. tit. v. Iuſtū, ait, matrimonium eſt, ſi inter eos qui nuptias cōtrahunt, connubiū ſit: & Connubium autem eſt, vxoris ducendæ facultas. Hæc ille. Porrò Eguina. Ba. ſentit hoc loco Canones requirere non coitum, ſed conſenſum eorum, de quorū coniunctione agitur. inter quos ſunt parentes. c. ſufficit. 27. q. 2. c. noſtra. 30. q. 5. vtcunque gloſſatores aduerſus rationem naturalem abuſum iuuant iudicantium.

¶ a Ciues Romani. i. Liberi homines: vt §. de lib. 5. ff. ſerui ergò non faciunt matrimonium. ſed contubernium: vt hic, & C. de inceſt. nupt. l. cum ancillis. & in auth. de nupt. §. ſi verò decretum. ver. ſi verò ab initio. Sed aliud eſt iure canonicum, quod præualet: vt in auth. de eccl. tit. in prin. & in glo. vbi dicitur, ꝙ canones ſunt ſeruādi ꝓ legibus.

¶ Adde, ꝙ de iure canonico matrimonium eſt inter ſeruos: & poteſt cōtrahi etiam inuitis, & contradicentibus dominis. c. j. de coniug. ſeruor. Syl.

¶ b Præcepta. Quæ ſunt ĩ. eod. tit. per totum. & ff. eod. C. eod. tit. per totum, vt colligemus in magna glo. ĩ. eod. §. ſunt & alij.

† Secundum præcepta. Nuptiæ contra legum præſcripta contractæ, ita iniuſtæ ſunt, vt neque vir, neque vxor, neq; liberi dicantur §. pen. ĩ. hoc tit. N. A.

¶ c Puberes. id eſt, Maiores xiiij. ann. vt j. quib. mod. tu. fi. in princ.

ADDITIO. Hæc gl. non bene loquitur. nam licet quo ad tutelas, & teſtamenta ille appellatur pubes, qui xiiij. annum compleuit, ſi vir ſit, aut xij, ſi mulier fuerit: quò tamen ad matrimonia contrahenda appellantur puberes, quàm primum coire poſſunt: non igitur in matrimonio copulando pubertas cognoſcitur ex annorum numero, ſed ex poteſtate coeundi. c. puberes. extra de deſpon. impu. ſecundum Chryſtoph.

¶ d Viripotentes. i. Maiores xij. annis. ĩ. quib. mod. tut. fi. j. reſpon. ſed in ſponſalibus vij. anni ſufficiunt: vt ff. de ſponſalib. l. in ſponſalibus. Sed nunquid

Digitized by Google

rum [a] ſint, ſiue filij familiarum: dum tamē, ſi filij familiarum ſint, *conſenſū habeant parentum, quorum ſunt in poteſtate†. [b] Nā hoc fieri debere, & ciuilis [c] & naturalis [d] ratio † ſuadet: intantum, vt iuſſus parentis pręcedere debeat. [e] Vnde [f] quæſitum eſt, an furioſi filia† nubere aut furioſi filius vxorē ducere poſſit? [g] Cūque

quid hodie xv. anni ſunt neceſſarij ad matrimonium: vt in authen. de temp. non ſol. pecu. §. nouimus. Reſpon. lex illa conſuetudinem, & frequentiam hominum ponit. aliud de iure, vt hic. Item quid. ſi aliquis antè, quàm iſtud tempus attingat, inueniatur ſit ſufficiens ad matrimonium? Videtur q nubere poſsit: vt ff. quā. dies. le. ce. l. pe. quaſi felici diplomate vſus: vt ff. de verb. obl. l. continuus. §. cùm ita, Sed contradico. imò lege Iulia de adulterio, & ſtupro commiſſo poterit puniri: vt ff. de adul. l. inter liberas. j. reſp. & eſt pro hoc. ff. de concub. l. j. §. fin. Si autem de facto intra dictum tempus vxorem quis acceperit, tunc erit vxor, cùm ad ætatem prædictā peruenerit, vt ff. de ritu nupt. l. minorem.

ADDITIO. Pro notatis in hac gl. vide c. puberes. extra de deſpon. impu. vbi opinio glo. videtur reprobari. Et pro fin. huius glo. vide c. j. de deſpon. imp. lib. vj. An autē mulier poſsit contrahere matrimonium ante xij. an. dic ſecūdum Ioan. de Pla. quòd ſic, vt puta propter pacem: vt ca. ij. de deſpon. impu. Item ſi malitia ſupleat ætatem: vt c. j. de coniu. ſeruo. & c. de illis. de deſpon. impu. quia maius periculum eſt in ea, quam in maſculo, propter calidiorem ſanguinem ad luxuriandum, & fragilitatem ſexus: vt in glo. quæ incipit, Nam de filia ỹ.

¶ a Patres familiarum. ſ. Qui ſunt iuris ſui, cuiuſcunque ætatis ſint: ſic & matresfam. Sed filij, & filiæfa. qui ſunt in poteſtate, cuiuſcunque ætatis ſint: vt ff. de its, qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. nam ciuium.

¶ b In poteſtate. Quid ergo de emācipatis? Videtur idē: vt C. eo. l. viduæ. ſed illud conſiliū eſt, non præceptū. Quòd autē poſsit filius emancipatus, dicitur ff. de contra tab. l. iij. §. ſi emancipatus. & ff. de rit. nupt. l. filius emancipatus.

N.A. † Quorum in poteſtate. Itaque neque patris, neque propinquorum, neque tutoris aut curatoris cōſenſus neceſsitatis cauſa requiritur l. ij. l. viij. C. de nupt. ſed tantùm reuerentiæ, & honeſtatis cauſa; quæ honeſtas in contrahendis matrimoniis dominatur l. ſemper. 197. ff. de reg. iur. l. 42. ff. de rit. nup.

¶ c Et ciuilis. Quia eſt in poteſtate de iure ciuili Ro. vt ſ. tit. j. §. ius.

¶ d Et naturalis. Quia pater: vt ff. de iuſti. & iure. l. ij. vel quia proauus: vt ỹ. de pupil. ſubſt. §. ij.

† Ciuilis & naturalis ratio. Id eſt, ius Quiritū, & gentium omnium, quo iubemur parentibus parere l. iuſtè. ff. de iuſt. & iur. Et apud Euripidem in Andron. vbi Hermione Oreſten ſic alloquitur. Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς

Μέριμναν ἕξει κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε N.A.

¶ e Debeat. Aliàs non valet: vt ff. de ſta. homi. l. Paulus reſpondit. videtur tamen conſentire, niſi contradicat expreſsè: vt ff. de ſpon. l. in ſponſalibus. in fin.

¶ f Vnde. Quia patris conſenſus exigitur.

¶ g Poſsit. Videtur quòd non, cùm pater non poſsit conſentire: vt ff. de iur. cod. l. ij. §. furioſus.

† An furioſi filia. Quibuſdam contendentibus patris vel matris mortem, vel ſanitatem expectanda eſſe, ne ipſi inuito ſuus hæres agnaſcatur. §. & tam filium ỹ. de adopt. Iuſtinianus illud permiſit; ſi modo Curatoris & propinquorum & magiſtratus auctoritas accedat. l. ſi furioſi 25. C. de nupt. N.A.

¶ Diſciplina graduū cognationis enumerandorum quatuor conſtat regulis. Prima, in themate cognationis, nomen ius, de cuius cognatione quæritur, medio loco ponendum eſt; vt in omni quæſtione duæ tantùm perſonæ conſtituantur, quarum alterutra nomen illud ſuſtineat. l. vlt. §. 3. ff. de gradib. cogn. Secunda, In themate cognationis tres ſunt lineæ: ſuperior, quæ ad adſcenſum pertinet inferior, quæ ad deſcenſum, & obliqua, quæ partim adſcenſum, partim deſcenſum præbet l. pen. ff. eo. tit. Tertia regula, Vnaquæque generatio gradum vnum efficit, vt quot generationes ſunt, tot numerentur gradus. §. 6. ỹ. de gradib. Quarta, Limes obliquus, per quē ad propinquos proceditur, primum adſcenſu, dein deſcenſu

ſcenſu conſtat. l. vlt. §. quinto gradu, 9. D. de grad. Sunt autem propinqui omnes à latere. Cognatio eſt (cùm generale nomen ad ius ciuile referimus) ius quoddam inter certas perſonas, quæ vel natura, vel adoptione cognatæ ſunt, legibus inſtitutum. Nam eius tres ſunt ſpecies. Naturalis per ſe, Ciuilis per ſe, & coniuncta. Naturalis cognatio per ſe, eſt communio ſanguinis extra nuptias quæſita, & idcirco iure ciuili improbata. Ciuilis per ſe, quæ etiam legitima dicitur, eſt commentitia ſanguinis communio per adoptionem inſtituta. Coniuncta autem, eſt vera ſanguinis communio per iuſtas nuptias quæſita. Huius autem duæ ſunt partes: Agnatio, quæ per mares contingit: veluti inter duorum fratrum filios; & cognatio, quæ per fœminas conuertitur, veluti inter fratris, & ſororis liberos l. 4. §. vlt. l. vlt. §. 1. ff. de gradib. l. 1. §. 3. ff. vnd. cognat. Frater tribus modis dicitur. Germanus, qui ex eodem patre, & eadem matre natus. Conſanguineus, qui ex eodem patre tantùm, & Vterinus qui ex eadem matre tantùm l. 3. C. de leg. tut. l. 22. C. de inoff. Adfines ſunt viro vxoris cognati; viciſsimque adfines ſunt vxoris viri cognati l. 4. §. 7. ff. de gradib. Adfinitas alia eſt accedens, alia ſtans. Accedens eſt eorum qui per nuptias, ad alienæ cognationis fines acceſſerunt: quo in numero ſunt gener, nurus; vitricus, nouerca, Stans verò, eorum, quorum ad cognationem aliquis per nuptias acceſsit: Quoniam ſtare propriè dicuntur ea, ad quæ fit acceſsio, vt docet Macrob. Veluti ſocer, ſocrus; priuignus, priuigna; glos, leuir; Socer eſt viri aut vxoris pater, & ad generum nurúmq; refertur. Socrus, eſt viri aut vxoris mater, & ad generum, nurúmque refertur. Gener, filiæ maritus, & cum ſocero, ſocrúve cõfertur. Nurus, filij vxor, & cũ ſocero ſocrúve cõfertur. Vitricus, maritus alter matris, & cum priuigno, priuignáve confertur. Nouerca, altera patris vxor, & cum priuigno, priuignáve cõfertur. Priuignus, vxoris filius ex alio marito, itémque mariti filius ex altera vxore natus, & cum vitrico & nouerca confertur. Conſoceri dicuntur inter ſe, quorum vnius filius alterius filiam vxorem duxit. Fratria, fratris vxor; ſororius, ſororis maritus, Leuir, frater mariti; profrater, frater vxoris; Glos, ſoror mariti; Proſoror, ſoror vxoris.

Ad cognitionem tabulæ adfinitatis, tabula cognationis ſemper adhibenda eſt; vt qui quæve cum Titio Titióve matrimonium contraxit, adfinis reliquorum omnium dicatur, viciſsimque hi adfines illi. In adfinitatis tabula duo ſunt neceſſaria nominum genera: quædam expreſſa, & ſuis locis deſcripta; quædam intellecta, quæ ſub Caij, Caiæve perſona latẽt, & cum illis expreſsis reſpectũ & rationem habent. Magna cautio adhibenda eſt, ne genealogiam pro tabula cognationis deſcribamus. Nã in illa, primum & ſummum locum obtinet Genearchus, hoc eſt, auctor & caput familiæ, vt dicitur in l. pronunciatio. ff. de verb. ſign. in fine legis. Reliquæ autem omnes perſonæ ſub hoc ſubiiciuntur, & ad eum vnum referuntur hoc modo.

Thare	
Abraham	Nachor
Iſaac	Bethuel
Iacob	Laban

Pelops	
Pytheus	Lyſidice
Aethra	Alcumena
Theſeus	Hercules.

At in tabula cognationis, cùm hæc verba identidem Iuriſconſulti vſurpãt: Infrà, ſuprà, & à latere; & alios deſcendentes, alios aſcendentes, alios à latere conſtituunt l. vlt. ff. de rit. nupt. neceſſe eſt mediam quãdam perſonam collocari, ſuprà quam, infra quam, & à cuius lateribus aliæ deſcribantur, quæ ad illam vnam referantur l. 1. & paſſ. ff. de gradib. Canoniſtæ tamen genealogiam pro cognatione deſcripſerunt. Vt Alexander Papa oſtendit in c. ad ſedem, 35. q. 5. hoc modo:

Pater,	Mater,
Frater, ſoror.	Frater, ſoror.
Fratris ſororis filius, filia	Fratris ſororis filius, filia
Eorundem nepos neptis	Eorundem nepos, neptis
Eorundem pronepos, proneptis	Eorundem pronepos, proneptis

Fratres (inquit Papa) qui ſecundùm ſeculares leges dicuntur in ſecundo gradu, iuxta canones numerantur in primo gradu. filij fratrum qui numerantur in quarto, hîc computantur in ſecundo. Hæc Alexand. minus appoſitè. Nam frater à fratre vnico gradu diſtare non poteſt, cum inter illos duæ ſint generationes. Fratres autem ad patrem referre abſurdum eſt. Neq; enim

frater

ſuper filio [a] variabatur, noſtra proceſſit deciſio [b]: qua [c] permiſſum eſt, ad exemplũ filiæ furioſi [d], filium quoque furioſi poſſe, & ſine patris interuentu, matrimoniũ ſibi copulare, ſecũdum datũ [e] ex noſtra cõſtitutione modũ.

¶ Adſcendentes cũ deſcendentibus naturali, vel adoptionis vinculo coniuncta nuptias contrahere non poſſunt, idemque iuris eſt, & ſi emancipatione ſoluta ſit adoptio.

frater reſpectu patris dicitur, ſed fratris, aut ſororis.

¶ a Super filio. Nã de filia facilè conſenſum fuit: quia fortè calidior ſanguis eſt in ea: vt in auth. de non èligen. ſ. cùm igitur. vel veriùs propter fragilitatẽ ſexꝰ. Arg. l. qui. alie. licet. in pr. ſed prima non placet.

¶ b Deciſio. id eſt, Sentẽtia vel lex: vt C. eod. l. ſi furioſi.

¶ c Qua deciſione.

¶ d Furioſi. idẽ & ſi captus fuerit, & abſuit pater per triennium, vel ſi neſcitur an viuat, vel non: vt ff. de rit. nupt. l. ſi nepos. §. fin. & l. ſi ita.

¶ e Secundum datum. ſ. Cum auctoritate curatoris patris, & dote, ſecundum quantitatem patrimonij patris data: vt C. eod. le. ſi furioſi. in fin. Sed iure canonum ſufficit conſenſus eorum, de quorum matrimonio agitur. ſed illud fortè in aliis, non in filiisfamilias. intelligitur. vel credo, quòd hoc corrigitur: quia ita honeſta eſt res contrahere matrimonium, ſicut & intrare monaſterium: vt in authent. de ſanct. epiſc. §. ſed & hoc præſenti.

ADDITIO. Aemil. Fer. pro interuentu, legit Interitu. quòd cùm omnes, quos vidi libri, tum ètiam Theophilus refellit. καὶ τὴν τȣ̃ πατρὸς μὴ ἀναμένειν συναίνεσιν. id eſt, & patris non expectare conſenſum. Ergo ſignificat non requiri, non deſiderari, non opus eſſe patris furioſi conſenſu.

¶ Ergo. Diuiditur in quinque partes. Primò, ponit vnum dictum. Secundò, ponit rationem dicti. Tertiò, ſuum dictum ſpecificat. Quartò, ponit, quid reſultet contrahendo cùm aliqua de prohibitis hic. Quintò extendit ad filios adoptiuos. Secunda ibi, nam à quarundã. Tertia ibi, Inter eas. Quarta ibi, Et ſi tales. Quinta ibi, & hæc adeo.

CASVS. Iam duas leges expoſuiſti, è quibus iuſtæ nuptiæ conciliari poſſunt quænam eſt tertia? Ne cognatione coniuncti matrimonium inter ſe contrahant. Et quid eſt cognatio? Cohærentia quædam perſonarum, quæ per generationem cõtracta ex eodem ſanguine conſtat. cuius communione altera alteri cõiuncta eſt. veluti, Adamus fons & quaſi caput eſt ex quo ſanguis in poſteros defluxit: qui vno ſanguine inter ſe coniuncti ſunt, ex quo etiã cognati inter ſe dicẽtur. Et quænam eſt diuiſio cognationis? Alia eſt parẽtum, qui ſupra caput noſtrũ ſunt: alia propinquorum qui ab vtroque latere nobis cõiunguntur. Ex quo intelligis non poſſe deſcribi cognationem in Adami perſona, quippe cuius parentes nulli ſunt: ſed genealogiã dumtaxat: vt ſuo loco docebimus. Quos ergo lex veſtra nuptias contrahere prohibet? Eos primùm qui parẽtum, aut liberorum numerorum. Nam Cicero matrẽ, auiam, proauiam, & quæ ſuprà ſunt, vxores ducere non poterat. non item filiam, aut neptem, aut proneptem, & quæ infrà ſunt. ſemper enim aliquis nominandus eſt, cuius de cognatione quæratur: qui latinè vno verbo Propoſitus, Græcè, Hypotheticus dici poteſt. nam Hypotheſim Cicero Propoſitum conuertit. Video iſta, putóque naturæ admodum eſſe conſentanea. Sed memini alios quoſdam eſſe filios, non re vera, ſed fictione tantùm, quæ adoptio dicitur: vt apud Terentium, Mitio, qui vxorem non duxerat. filium fratris Demeæ Aeſchinum adoptauerat: & Paulus Aemilius, P. Scipionis Africani filium: & Iuſtinus Imper. Iuſtinianum maximum Imper. cuius hæ ſunt leges. Quid ergo? Finge Mitione puellã aliquam adoptaſſe, an non poterit eam vxorem ducere, quòd eam filiæ loco habeat? Non poterit, inquit: ac ne eius quidem filiam: adeò vt etiam diſſoluta adoptione, ea lex permaneat. Corn. Vib.

¶ Not. quòd regula nuptiarũ eſt prohibitoria ceterarum perſonarum, & ideo qui non prohibentur contrahere, intelliguntur permiſſi. Item, quòd inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum, etiam adoptiuos, & ſoluta adoptione nõ ſunt iuſtæ nuptiæ. Item,

quòd

Digitized by Google

quod inceſtus & nefarius coitus dicitur cum conſanguineis. Item, quod ceſſante cauſa, quandoque ceſſat effectus. Syl.

¶ a Ergo, quia ſecundùm præcepta legum fiunt matrimonia, ergo, &c.

ter gradus. Quæro an Catilina ſuã ſororem in matrimonio habere poſſit? Nequaquam. & cùm nefarius ille nebulo rem cum ſorore ſua habuit, contra leges, & religionem fecit. Quid verò ſi non ſint germani, ſed alter ex altero patre, aut matre natus eſt? Reſpõdet, idem iuris eſſe. Quid verò in adoptione? idémne iuris eſt in ſorore, quod dixiſti in filia? veluti, P. Aemylius Scipionem adoptat, licétne Scipioni P. Aemylij filiã habere in matrimonio? Diſtinguo: Dum adoptio manet, non licet: ea diſſoluta, licebit. Licebit præterea & alio modo, ſi P. Aemylius ſuam filiam ex poteſtate ſua emiſerit. quod quomodo fiat, ſuo loco intelliges. Quid ergo conſilij Dario Perſarum regi impartires? Is Alexandro magno Satyram filiam ſuam nuptum collocat. vult autem Alexandrum generum ſuum adoptare: ex quo continget, vt Alexander ſit frater Statyræ adoptiuus. At nunc dicebas nuptias inter ſororem & fratrem adoptiuum non conſiſtere: quid fiet? Remedium inuentum eſt, inquit. Darius emancipet ſuam filiam. dicebamus enim tum poſſe valere nuptias, quum vel adoptio, vel patria poteſtas diſſoluta eſt. Cornelius.

¶ b Non omnes. ſcilicet mulieres.

¶ c Quarũdam. ſcilicet mulierum.

¶ d In infinitũ. Adeò, vt ſi Adã hodie viueret, non poſſet habere vxorem, ſecundùm Ioann. vt ff. de rit. nup. l. nuptiæ conſiſtere.

N.A. † Nefarias. Verba ſunt iuris Põtificij, quæ tamẽ vſurpantur à Iuriſconſultis in l. vlt. ff. de rit. nupt.

ADDITIO. Vlpianus in Epit. tit. v. Inter parentes & liberos infinitè cuiuſcunq; gradus, connubium non eſt.

¶ Ergo [a] non omnes [b] nobis vxores ducere licet. nam quarundã [c] nuptiis abſtinendum eſt. Inter eas enim perſonas quæ parentum, liberorúmve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt: veluti inter patrem, & filiam: vel auum, & neptem: vel matrem, & filium: vel auiam, & nepotem: & vſque in infinitum [d]. Et ſi tales perſonæ inter ſe coierint, nefarias † atque inceſtas nuptias cõtraxiſſe dicũtur. Et hęc adeò *vera ſunt, vt quãnis per adoptionẽ parentum, liberorúmve loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio iungi: intantum, vt, etiam diſſoluta adoptione †, idem iuris [e] maneat. Itaq; eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis eſſe cœperit, non poteris vxorẽ ducere: quãuis eam emancipaueris.

* ita:

N.A. † Adoptione. Iuris Pontificij æquitas poſita eſt in horum nominum ſanctitate: ne qui pater dicitur, filiam habere in matrimonio dicatur. l. quis etiam. ff. de rit. nupt. Adoptio & emancipatio ſunt inuenta iuris ciuilis. Itaque conſentaneum eſt adoptionem emancipatione diſſolui. l. 8. ff. de capit. minut.

¶ e Idem iuris. Vt non poſſint cõiungi.

¶ Inter eas. Diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit dictum in genere in tranſuerſalibus. Secundò, illud ſpecificat in tranſuerſalibus coniunctis per ſanguinem. Tertiò de coniunctis per adoptionem. Quartò, infert ex prædictis vnum caſum. Secunda ibi, Sanè. Tertia ibi, Sed etſi. Quarta ibi, Et ideo.

CASVS. Habeo de recto conſanguinitatis ordine: nũquid autem eſt alius? Sanè verò. Iſque ordo dicitur tranſuerſus, cuius gradus quidam appellantur eo numero, quo ſunt generationes. veluti, Sergius Catilina genitus eſt ex patre Sergio. ecce, vna generatio vnum efficit gradum. Idem Sergius pater Sergiam filiam procreauit: ecce al-

¶ Not. quòd maior eſt prohibitio deſcendẽtium, quàm collateralium: quia illa eſt in infinitum: hæc vſque ad certos gradus. Item, quòd inter fratres, & ſorores non ſunt iuſtæ nuptiæ, ſiue ex vtroque, ſiue ex altero parente ſe contingunt. Item, ꝙ adoptiua durante adoptione, non ducitur in vxorẽ. Itẽ. quòd emãcipatio inter adoptiuos collaterales ſoluit penitus affinitatem. Item, quòd finita cauſa impedimenti, finitur impedimentum.

Digitized by Google

a Sed non tanta. ſ. vſque ad gradum ſeptimum, ſecundùm canones: vt xxv. quæſt. iij. c. progeniem, & c. de conſanguinitate. & c. in copulatione: & c. nulli. Sed ſecundùm leges vſque ad quartum: vt j. eod. §. fratris. Idē hodie iure canonico: vt extra de conſanguinitate & affinitate non debet. & c. vltim. Sed tamē aliter accipitur gradus ſecundū canones, quàm ſecundum nos, vt dices infrà de gra. co.

Adde, quòd hodie de iur. can. prohibitio eſt vſq; ad quartum gradum. c. non debet. §. prohibitio. de conſan. & affin. Syluest.]

b Quandiu. Sic ff. de verb. obli. ſi ſtipuler. §. j. ſic ff. de lib. & poſthu. l. ſi quis poſth. in fin.

c Diſſoluta. Quia ipſa eſt emancipata, vt differat à ſequenti caſu.

¶ Inter fratrem & ſororem ex vtroq;, vel altero parente prognatos, coniugium cōſiſtere nequit, quod ius ad adoptiuos fratres (quàdiu adoptionis vinculum permanet) etiam trahitur: eo verò ſoluto, nihil obſtat nuptiis cōtrahendis.

¶ Inter eas quoque perſonas quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iūguntur, eſt quædā ſimilis obſeruatio: ſed non tanta [a]. Sanè enim inter fratrem, ſororémque nuptię prohibitæ ſunt: ſiue ab eodem patre eadémq; matre nati fuerint, ſiue ex altero [k] eorū. Sed & ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit, quàdiu [b] quidem conſtat adoptio, ſanè inter te & eam nuptiæ cōſiſtere non poſſunt. Cū verò per emancipationē adoptio ſit diſſoluta [c], poteris eā vxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimēto nuptiis. Et ideò conſtat, ſi quis generum [d] adoptare velit, debere eum [e] antea [f] filiam [g] ſuam emancipare, & ſi quis velit nurum [h] adoptare, debe-

h Nurum. id eſt, vxorem filij, vt probatur infrà eod. § affinitatis.

Fratris. Diuiditur in tres partes. Primò, ponit dictū. Secundò, illud extendit. Tertiò, rationem reddit. Secunda ibi. Sed nec. Tertia ibi, Cuius enim.

Fratris. CASVS. M. Cicero fratrē habet Q. Ciceronem, qui ex Pomponia vxore filiā habet: Licétne Marco eam vxorē ducere? non licet. Quid eius neptē? nihilo magis. quid proneptē, aut deinceps? ne has quidē. Præceptū enim generale tenendū eſt, Cuius filiam non licet ducere, eius nec neptē licebit. Quid autē in ſororis adoptiuæ filia? Eam, inquit, licet. Quia quum matres iure ciuili non habeāt in poteſtate liberos (vt alibi diſces) per adoptionē nō tranſferunt eos in poteſtatem patris adoptiui: quamobrem tibi iure ciuili cognatione nulla coniuncti ſunt. Cognatio enim, quæ natura contingit, tāquam nulla eſt in adoptionibus. Cor. Vibul.

* alterutrò. D.

d Generum. i. Maritum filiæ.

e Eum. ſ. patrem.

f Antea. id eſt, primò.

g Filiam. Hoc ideo: quia emancipatione facta, deſinit eſſe agnata patri: ergo per patrem non poteſt fieri agnata tali filio adoptiuo, vt ff. de adopt. l. qui in adoptione. hodie verò non deſinit, vt j. de leg. agn. ſuc. §. fin. & ita hoc cōſilium hodie non valet.

ADDITIO. Sed hæc gl. communiter reprehenditur: quia & ſi non quo ad facultatem ſuccedendi, deſinit tamen quo ad familiæ nomen. & ad cōtrariū. §. ſed hodie. j. tit. j. reſpon. ſecundùm Chriſtophorum, quòd quamuis in poteſtatem non tranſeat, iura tamen adoptionis conſequitur, vt C. de in ius vocan. l. fin. & l. adoptiuum. ff. eo. Vel ſecundùm Iaſonem tranſit, ſed habetur pro non tranſeunte, vt d. l. fin. Iaſon.

Not. quòd inter patruū, & neptem ex fratre, vel etiā inter patruum magnum non licet contrahere nuptias. Item, ꝙ de iure ciuili neptes fratris, vel ſororis ſunt in quarto gradu. Itē, ꝙ cuius filiā prohibeor vxorem ducere, ita & eius neptē. Itē, quòd filia ſororis adoptiuæ nō cōiungitur nec ciuili, nec naturali iure mecum. Item, quòd fortius eſt naturale vinculum, quàm ciuile. Item, quòd vinculum legale tantum eſt inter adoptantem & adoptatum. Syl.

† Quàuis quarto gradu. Nimirū à Protheo, qui reſpectu neptis, fratris patruus magnus dicitur; reſpectu neptis ſororis, eſt auunculus magnus, reſpectu fratris, N. A.

Digitized by Google

tris, filiæ patruus; reſpectu ſororis, filiæ auunculus, & gradu tertio.

¶ a Cuius. Sed opponitur filiam aui vel auiæ non poſſum ducere: tamen neptem poſſum, quæ eſt mihi cōſobrina: vt j. eod. tit. §. duorū? Reſpō. hanc reg. ſtrictè intellige in eo caſu, in quo loquitur, & in omni ſimili. ſ. quādo ego & ille, cuius filiā ducere non poſſum, ſumus in gradu primo ad ſtipitem, & in poteſtate eiuſdem: & ſic cuius, ſcilicet fratris vel ſororis meæ filiam, &c. & hoc in naturalibus. ſecus in adoptiuis, vt j. §. proximo.

ADDITIO. Intellige iſtud verum, quando per adoptionē non contrahitur cognatio: vt ibi, ſecundùm Ang. & Iaſ. aliàs ſecus.

re eum anteà filiū ſuum emancipare.

¶ Filiam, vel neptem fratris, vel ſororis ſuæ nō poteſt quis ducere in vxorem.

¶ Fratris verò, vel ſororis filiam, vxorem ducere non licet. Sed nec neptem fratris, vel ſororis quis ducere poteſt, quamuis quarto gradu † ſint. Cuius [a] enim filiā † vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

Secundò, de amita. Tertiò, de matertera. Secunda ibi, Item amitam. Tertia ibi, Item nec materteram.

¶ Duorum autem.

THEM. Cicero Marci filius Quinti patrui ſui filiā amat, licétne inter patrueles, aut verò inter cōſobrinos matrimonium cōtrahere? Licet. C. Vib.

¶ Not. ꝙ filij duorum fratrū iure inter ſe nubunt. Syl.]

¶ d Duorū. hoc ſecūdùm leges: vt hic. C. eod. l. celebrandis. ſecus iure canon. Vel dic hunc. §. loqui de adoptiuis: ſecus in naturalibus.

ADDITIO. Coniūngi poſſūt. Theophil⁹, Coniungi non poſſunt. ꝙ tamē ei⁹ interpres negationē tenere ſuſtulit. Primū. n. Gaius Inſtit. li. j. tit. iiij. Fratres, inquit, amitinos, vel cōſobrinos in matrimoniū iūgi nulla ratione ꝑmittitur. deinde in l. iij. de inceſt. nupt. li. C. Theo. iij. Poſthac qui cōſobrinæ ſuæ ſeſe nuptiis funeſtarit, neq; vxorem, neq; filios ex ea editos habere credatur. Itē, Harmenopulus lib. vj. tit. iiij. Similiter, inquit, filiam amitæ, vel materteræ auūculi, vel patrui, hoc eſt, conſobrinā meā prohibeor vxorē ducere: ſed neq; filius meus eorū neptē, qui ſobrini inter ſe appellātur. & lib. vj. tit. iiij. Qui matrimoniū coëūt cōſobrini, præter id, quod ſit inter eos faciēda ſeparatio, etiā verberib⁹ afficiuntur. Quæ cū ita ſint, dicendū videtur, quòd l. celebrādis. C. de nup. aut mendoſè ſcripta eſt, aut abrogata, cùm præſertim Inſtitutiones factæ ſint poſt Codicē: vt patet in proœ. §. cūmq; hoc. Variā autē fuiſſe huius rei prohibitionem oſtendit Vlpi. in titulis, tit. v. Inter cognatos, inquit, ex tranſuerſo gradu olim quidem vſque ad quartum gradū matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio gradu licèt vxorem ducere.

¶ Filiam ſororis adoptiuæ poteſt quis ducere in vxorem. Aretinus.

¶ Eius [b] verò mulieris † quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure [c] tibi coniungitur.

¶ Filij duorum fratrum vel ſororum poſſunt ſimul contrahere matrimonium inter ſe. Angelus.

¶ Duorū [d] autem

N.A. † Cuius enim filiā. Quia patruus auunculus, amita matertera, quaſi parentes adpellantur. Iſti ergo quaſi liberi. l. nuptiæ. & l. ſororis. ff. de rit. nupt.

¶ b Eius. Sic conſtrue: non videris impediri ducere vxorem filiam eius mulieris, quam pater, &c.

N.A. † Eius verò mulieris. Nā per adoptionem cognatio tantùm contrahitur, nō agnatio: qua de cauſa, neque auunculus, neque matertera per adoptionem fiunt. l. 4. §. j. ff. de gradib. l. xij. §. vlt. ff. de rit. nupt.

¶ c Ciuili iure. De naturali cōſtat. De ciuili ſic probo, illa filia ſororis adoptiuæ non eſt in poteſtate matris: vt j. de hæred. qua. & diff. §. qua de cauſa. ergo nō tranſit in poteſtatē illius, qui adoptat matrē, licet mater trāſeat: quia illi tranſeunt cum aliis, qui ſunt in poteſtate, vt j. tit. j. §. illud. & ff. de adopt. l. ſi pater. ac ipſa mater adoptata eſt mihi coniuncta per agnationem per patrem. in cuius poteſtate eſt. ff. de adopt. l: qui in adoptionem. Acc.

¶ Duorum. Diuiditur in tres partes. Primò, ponit de duobus conſobrinis.

Digitized by Google

¶ Coniungi poſſunt. Variauit hoc ius, vt patet, ex l. j. C. Theod. ſi nup. ex reſc. pet. Ad extremum permiſſæ ſunt. l. celebrandis. Cod. de nupt. Moſis quidem lege permiſſæ ſunt. Diuus tamen Auguſtinus improbauit.

¶ Licétne patris, aut matris ſororem ducere? non licet. quid aui, aut auiæ? ne illas quidẽ, propter regulam iã traditam, Cuius filiam, &c. Ego enim illis filij loco ſum: illæ mihi parentum. Quid autem, ſi adoptiuæ tantùm ſint? non licebit. Parentum enim habentur loco. Cor. Vibul.

* non Th. & veſtim.

fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis coniungi * poſſunt †.

¶ Nepos eùm amita etiã adoptiua vel matertera matrimonium non contrahit, nec etiã cum magna amita & magna matertera. Ar.

¶ Item amitam [a], licèt adoptiuam [b], ducere vxorẽ non licet. item nec materteram [c]: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum eſt, magnam quoque amitam, & materteram magnam [d] prohiberi vxorem ducere.

¶ Not. quòd amitã, & materterã etiam magnam ducere in vxorem, etiam ſi adoptiuæ ſint, non poſſumus. Item, quòd amita & matertera ſunt loco parentum. Syl.

¶ a Amitam, quæ eſt ſoror patris.

¶ b Adoptiuam. Ab auo paterno.

¶ c Materteram. Nota cautè, quia non repetit adoptiuam materteram, &c. quia matertera vel auunculus non fit adoptione: vt hic, & ſ. eo. §. eius, & ff. eo. l. ſi qua. §. fin. ſed contrà videtur. ff. de ritu nupt. l. per adoptionem. §. pen. Reſp. illud intelligitur, quando adopto in nepotem, quaſi ex filia natũ, vel in pronepotem quaſi ex nepote nato ex filia: quod poſſum, ſicut ſi nullũ haberem filium: vt ʃ. titul. j. §. licet. tunc enim ſoror, & frater eius loco cuius filij facta eſt adoptio, eſt matertera & auunculus: alij mihi filij ſunt: vt patet: & ſic non imitatur naturam: quia aliter nepos ex filia naturali & legitima non eſt in poteſtate: hic autem cum ſuis concordantiis loquitur, quãdo aliquam adopto in filiam, hæc quidem non erit matertera filiis natis ex alia mea filia naturali & legitima. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Reſp. quia altero caſu, ſcilicet, quando adopto in nepotem ex filio, eſt commodum materteræ & auunculo: quia maiores quidem parentes imperant minoribus: quod ſecus eſt in aduerſo caſu: ex hac dependet alia, vt naturales & legitimi ſint adoptiuo ſubiecti: & eſt ridiculum. econtrario caſu eſſet æquum. ADDITIO. Hanc rationem reprobant Chriſtopho. & Iaſ. hic: tum, quia inter collaterales non eſt huiuſmodi reuerentia: vt nos in §. inter eas. ſ. eo. tum etiam, quia idẽ videretur dicẽdum in patruo, & amita. Item, quia eſſet contra ver. eius verò. ſ. eo. Et aſſignant aliam rationem: quia in dicto §. ſi. adoptatus agnaſcitur exiſtenti in agnatione adoptantis, putà filiæ: hic autem non exiſtentibus, putà filiis filiæ. quod fieri non poteſt: vt ff. de adoptio. l. qui adoptionem.

¶ d Materteram magnam. Magna matertera ſoror auiæ paternæ eſt: amita magna ſoror aui materni eſt: vt ʃ. de grad. co. §. quarto. Sed quid de fratre aui materni? Reſpon. eſt patruus magnus, vt Cod. de ſucc. edic. l. j. licet Pla. contrà: vt ibi notat. Sed cùm ſint in quarto gradu, quare prohibentur, vt ſ. eod. §. fratris? Reſpon. quia hæ perſonæ ſunt de ſuperioribus tranſuerſalibus, quæ habentur loco parentum, vt in hoc §. & quia ipſa eſt in primo gradu ſtipitis: vt not. ſ. eod. §. ſed nec neptem. Et ſic not. cautè, quòd ordo tranſuerſaliũ ſubdiuiditur in tres partes, ſuprà, infrà, & ex latere: vt infrà de grad. §. iij. iiij. v. vj. & maior eſt abſtinentia verſus ſuperiores, vt hic: & inferiores, vt ſuprà eodem §. fratris. quàm tranſuerſales: vt ſuprà eodem §. duorum.

¶ Affinitatis. Diuiditur in ſeptem partes. Nam primò, ponit quandam prohibitionem in genere. Secundò, illam prohibitionem exemplificat in nuru, & priuigna. Tertiò, rationem prohibitionis factæ de nuru & priuigna aſſignat. Quartò, dictam prohibitionem de nuru factam modificat. Quintò, rationem dictæ modificationis aſſignat. Sextò, modificat prohibitionem circa priuignam. Septimò, rationem dictę modificationis aſſignat. Secunda pars incipit ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Quia

vtræque.

Digitized by Google

vtræque. Quarta ibi, Quod ita, ſcilicet. Quinta ibi, Quia eadem. Sexta ibi, Itē ſi. Septima ibi, Quia duas.

CASVS. Habeo iam duas leges, è quibus iuſtas nuptias non licet contrahere. Quæ eſt tertia? Propter affinitatē. Et quid eſt Affinitas? Coniunctio quædam, per matrimonium cōtracta, ex eo dicta, ꝙ alter ad alterius fines acceſſit. Glicerium nubit Pāphilo, Simonis filio, ea acceſſit ad Simonis fines: qua de cauſa affinis Simoni erit, nurúſque dicetur. Quæro iā, Pamphilo mortuo, licebítne Simoni eam in vxorem ducere? nequaquam. quòd idem etiam in priuigna obſeruatur: & verò etiam ex conuerſo in ſocru: ac nouerca. non enim Craſſipedi licebit Terentiam vxoris ſuæ matrem vxorem ducere. Cor. Vibul.

¶ Affinitatis veneratione, eā quæ olim mihi priuigna, nurus, ſocrus, vel nouerca extitit, vxorem ducere non licet: multoq; min⁹ licebit, ſi adhuc mihi ſit priuigna nurus, &c.

¶ Affinitatis † quoque veneratione * quarundam [a] nuptiis abſtinere neceſſe eſt. Vt ecce priuignam [b], aut nurum vxorē ducere nō licet: quia vtræque filiæ loco ſunt [c].

* ratione.

¶ Quod ita, ſcilicet, accipi debet [d], ſi fuit nurus, aut priuigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt [e], id eſt, ſi adhuc nupta eſt [f] filio tuo, alia ratione [g] vxorē eam ducere non poteris: quia eadem duob⁹ † nupta eſſe nō poteſt. Item, ſi adhuc priuigna tua eſt, id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt, ideo eam vxorem ducere non poteris: quia duas vxores eodem tēpore habere non licet [h].

¶ Not. quòd ratione affinitatis prohibentur etiam nuptiæ. Item, quòd nurus & priuigna filiæ loco ſunt. Not. quòd vbi ſunt duæ rationes finales: vna ceſſante, alia non, non ceſſat diſpoſitio. Item, quòd lex in dubio debet interpretari in caſu probabiliter dubio. Item, quòd non licet eodem tempore habere duas vxores. Item, quòd dictio, quoque, eſt implicatiua. Item, quòd nomina affinitatis durant, ea ſoluta: & verba præteriti temporis ſunt abnegatiua præſentis temporis. Not. quòd diſſoluta affinitate, non licet ſocrum, aut nouercam vxorem ducere. Item, quòd hæ matris loco ſunt. Item, quòd ceſſante vna ex cauſis, alia remanente, non ceſſat effectus. Syl.

¶ Affinitatis. Eſt autem affinitas, regularitas * perſonarū ex nuptiis coniunctarū, omni carens parentela. ſ. ſanguinis: vt ff. de grad. affin. l. non facilè. §. affines. & §. ſciendū eſt. ideo autē dicitur ex nuptiis: quia ſine nuptiis contrahi non poteſt, ſed ſecundū canones etiam ſine nuptiis. Sed cùm vxor videatur affinis viro, quare permittitur matrimonio vti? Reſp. non eſt affinis, ſed cauſa affinitatis. ſicut vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri. Accur.

* proximitas. A. Clarus.

ADDITIO. Dic, quòd Affinitas eſt neceſſitudo per matrimonium contracta, quæ ex eo nomen inuenit, quòd alter ad alterius fines acceſſit. l. non facilè. ff. de gra.

† Adfinitatis. In adfinitatis tabula, qui in directa linea ſunt, quaſi parentes, & quaſi liberi appellātur. Itaque vt in cognationis tabula nuptiæ in infinitum interdictæ ſunt inter parentes & liberos: Sic in hac tabula inter quaſi parentes, & quaſi liberos. d. l. 12. §. vlt. ff. de rit. nup. & l. 14. ff. eod. tit. N. A.

¶ a Quarundam. ſ. mulierum.

¶ b Priuignam. Hæc nomina exponuntur ſtatim proxi. in verſi. quod ita, &c.

¶ c Loco ſunt. Facit ad hoc ff. ſol. mat. l. quia. & l. rei iudicatæ. §. fin.

¶ d Accipi debet. ſ. hæc prohibitio.

¶ e Nurus tua eſt. Quæ contineantur appellatione iſtarum, dic, vt ff. de rit. nup. l. adoptiuus. §. nunc videamus.

¶ f Nupta eſt. arg. ſumitur hic, & ex ꝓxim. §. quod ſi quis habet generale auxilium, non debet petere ſpeciale, vt ff. de mi. l. in cauſæ. j. reſp. & de verbor. obligat. l. doli. & ff. de ed. l. quædam ſunt.

¶ g Alia ratione. Non ſolū ſupradicta.

† Eadem duobus. Non modo ciuili iure, verumetiam Prætorio, quo infamia duarum vxorum marito irrogatur, tanquam adultero. l. vxor. Cod. de repud. N. A.

¶ h Non licet. Imò efficitur infamis: vt C. ad leg. Iul. de adul. l. eum, qui.

Digitized by Google

¶ Cum ſocru, vel nouerca præſenti, vel præterita matrimonium contrahi non poteſt. Aretin.

¶ Socrũ a quoque, & nouercã prohibitum [b] eſt vxorẽ ducere: quia matris loco ſũt. Quod & ipſum, diſſoluta demũ affinitate [c], procedit. Alioqui ſi adhuc nouerca [d] eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi iure impeditur tibi nubere: qui eadẽ duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt, ideo impediuntur tibi nuptiæ: quia duas vxores habere non potes [e].

¶ Filius ex vxore præmortua cõtrahere poteſt matrimonium cum filia vxoris ex marito præmortuo.

¶ Mariti [f] tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel cõtrà [g], matrimonium rectè cõtrahũt: licèt habeãt [h] fratrem, ſororemve [i] ex matrimonio poſtea [k] contracto natos.

¶ Socrũ. diuiditur in quatuor partes: quia primò ponit vnũ dictum prohibitiuum, cum ratione. Secũdò, illud modificat. Tertiò, modificatum declarat circa nouercam, cum ratione. Quartò, declarat circa ſocrum cum ratione. Secunda ibi, Quod & ipſum. Tertia ibi, alioquin. Quarta ibi, Item ſi.

¶ a Socrũ. quæ ſint hę perſonę, dic: vt ff. eo. tit. de rit. nupt. l. adoptiuus. §. nũc videamus.

b Prohibitum. Iure affinitatis. & ad hoc refertur illud, Quod & ipſum, &c.

¶ c Affinitate. Hæc litera contraria videtur: nam ſi diſſoluta eſt affinitas, non ergo debent nuptiæ ratione affinitatis impediri. Sed dic diſſoluta, &c. id eſt diſſoluto matrimonio. propter quod contingit affinitas: ſed ipſa affinitas non eſt diſſoluta.

ADDITIO. Concordat cum hac gl. c. fraternitatis. §. porrò. & ibi gloſſ. xxxv. q. x. quo ad matrimonium: ſecus quo ad alia: vt iij. q. vij. §. affinitatis. Angel.

¶ d Nouerca. Sic dicta, quaſi nocẽs arcus. vel quia noua eſt arca, quaſi ſine fructu. & facit. ff. de inoffi. teſt. l. iij. in fi. & l. iiij.

ADDITIO. Imò quaſi noua dom⁹ princeps à patre ſuperinducta, quaſi νέαρχος ad accerſendam familiam.

¶ e Non potes. Aliàs non poſſis. ſcilicet eodem tempore, ſubaudi: vt ſuprà proxi. §.

¶ Mariti. CASVS. Corn. viduus Antiſtiam viduam quoque vxorem duxit. Habebat autem ille filiũ ex priore matrimonio, hæc filiam. Quæro an huius filius cũ illius filia matrimonio cõiungi poſſit? Reſp. poſſe. Quid verò ſi Cornelius ex Antiſtia filios habuerit, licebítne eorum ex priore matrimonio liberis inter ſe iungi? Licebit. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ dictio rectè, idem importat quod iuſtè & legitimè. & in hoc differt à dictione rite, quæ importat. i. ſeruatis ſolennitatibus. l. iuſtæ. & ibi notat. ff. de acqui. poſſeſ. Syl.

¶ f Mariti. licet inter ſe frater, & ſoror prohibeãtur: vt §. eo. §. inter eas tamen, &c.

¶ Mariti. Vt cõfinium confines inter ſe cõfines non ſunt, ſic nec vtriuſque cõiugis cognati, inter ſe adfines ſunt. l. generali. 34. ff. de rit. nupt. N. A.

¶ g Vel contrà. id eſt, è contrario.

¶ h Habeant. Illi minores.

¶ i Ex matrimonio. Maiorum.

¶ k Poſtea. ſcilicet poſt natiuitatem iſtorũ. & ſic aduerbium, poſteà, determinat dictionem contracto. Vel dic, quòd determinat verbum, habeant: & dic contracto, ſcilicet priùs. Nam qui ex eo matrimonio. ſ. maiorum, naſcũtur, fratres ſunt: ex parte matris illi, qui natus eſt, vel nata priùs ex fœmina. Idem dicas econtrà, ꝙ erit frater, vel ſoror ex parte patris illi, qui fuerat ex illo patre natus: & tamen iſti nullo iure ſibi adinuicem coniungitur. viro enim cognati vxoris iunguntur, & nõ aliis cognatis viri. Itẽ, ecõtra, quia cognati viri vxori iũguntur, nõ autẽ aliis cognatis vxoris. Vnde reprobatur quorundã opinio, qui dixerunt, quòd nullus de arbore ducit alium. Nam in ea continentur cognati viri, & vxoris: & tamen iunguntur, vt hic dicitur. Nec inter ſe ante matrimonium inter duos cognatos viri, & vxoris contractum ſuccedunt: vt C. commu. de ſucceſ. l. amitæ. nec poſtea, niſi ſicut facit vir vxori deficiente omni parentela, & excluſo

fiſco:

fiſco: vt C. vnde vir, & vxor. l. j. & in authen. ibi aſſignata.

¶ Si vxor. CASVS. Iulius Cæſar cum vxore Pompeia diuortium fecit, quòd adulterata eſſet à P. Clodio. Ea nubit Cornelio, ex eó que filiá habuit. quæro an Cæſar eam filiam vxorem ducere poſſit? non enim eſt priuigna. Vult tamen Imp. ab aliis nuptiis ꝓpter honeſtatis rationē abſtineri. Quid autem hoc caſu? Filius me⁹ ſpopondit nuptias Aemiliæ, eáque viciſſim illi: nuptiæ tamen certa de cauſa non ſunt ſecutæ, licétne mihi puellam illam vxorem ducere? Honeſtas, inquit, id vetat. Cor. Vib.

¶ Etiam ob publicam honeſtatem, à quibuſdam nuptiis abſtinetur: quamuis nullum cognationis, vel affinitatis obſtaculum adſit.

¶ Si vxor tua poſt diuortium ex alio filiā procreauerit, hæc non eſt quidē priuigna [a] tua: ſed Iulianus * † ab huiuſmodi nuptiis abſtinere debere ait. Nam conſtat †, nec ſponſam filij, nurum eſſe [b] nec patris ſponſam, nouercam eſſe: rectiùs [c] tamen, & iure facturos [d] eos, qui ab huiuſmodi nuptiis abſtinuerint.

¶ Inter ſeruos etiā manumiſſos cognatio impedit matrimonium contrahendum.

¶ Illud certum eſt, ſeruiles [e] † quoque cognationes [f]

* Vlpianus.

non eſt filij nouerca: vt hîc, & ff. de ritu nupt. l. ſi qua. §. j. & tamen licet nulla ſit affinitas, eſt abſtinendum: vt ſubiicit. Rectiùs, &c.

† Nam conſtat. Affinitas per ſponſalia non contrahitur, ſed quaſi adfinitas. d. l. vj. de rit. nupt. ff. & l. vj. l. viij. ff. de grad. N. A.

¶ c Rectius. A ſimili concludit in caſu propoſito primo in hoc §.

¶ d Facturos. ſ. Scimus, vel cōſtat.

¶ Illud certum eſt. CASVS. Dau⁹ ſeruus ſororem habet: licétne illis nuptias contrahere? licet. Licétne cum filia? licet. quid, ſi ambo manumiſſi ſunt? tum, inquit, non licebit. Naturalis enim cognatio, id eſt, in ſeruitute contracta, poſt manumiſſionem vim ſuam priſtinam, & naturalem recuperat. Corn. Vibul.

¶ Not. ſummarium. Item, quod publica honeſtas ſeruatur in matrimoniis. Item, quód appellatione nurus nō venit ſponſa filij: nec appellatione nouerc e, ſpōſa patris. Item, quòd ex hoc text. videtur quaſi quod ſi contractum ſit matrimonium, non dirimatur: quod hodie ſecus eſt, c. ſponſam. de ſponſal. Item, quod valet argumentum à ſimili. Syl.

¶ a Priuigna. Quia illa eſt priuigna mea, quæ ex mea vxore eſt nata antèquā eſſet vxor: & fœminæ ille eſt priuignus, qui ex marito natus fuit antequam ſuus eſſet maritus, vt ſ. eo. §. affinitatis. & §. ſocrum. ſed hæc poſtea fuit nata. Tamē dicit Iulianus abſtinendum ratione honeſtatis, vt ſubiicit, & ff. de rit. nupt. l. ſi qua. §. ſi vxor. & l. ſēper. & ad hoc inducit duo argumēta. Nā, &c.

† Iulianus. Quia ſicuti nata ex muliere, antequam mea vxor eſſet, adfinis mea eſt, nimirum priuigna, & quaſi filia; Ita nata ex ea quæ vxor mea eſſe deſiit, quaſi priuigna, & quodammodo eſſe filia videtur. l. ſi qua. 12. ff. de ritu nup. N. A.

¶ b Nurum eſſe. licèt ſit ſponſa, tamen non nurus ante, quàm eius fiat vxor. & econtra, licet ſit ſponſa patris: quia tamen non eſt vxor patris adhuc, ideo

¶ Not. quòd ſeruilis cognatio eſt impeditiua matrimonij. Item, quòd ſufficit allegare librum abſque eo quod allegetur lex. Item quòd iura ſanguinis manent in ſeruis. Syl.

¶ e Seruiles. id eſt, dum durant ſerui.

† Seruiles. Serui, iuris quidem ciuilis ſunt expertes. lege, quod attinet. 32. ff. de reg. iur. ſed cognatio quæ iuſtas nuptias impedit, ad pudorem naturalem refertur. lege, adoptiuus. 14. ff. de ritu nupt. & ad ius naturale cuius ſerui ſunt participes. d. l. 32. ff. de reg. iur. N. A.

¶ f Cognationes. id eſt, Conſanguinitates, quæ ſunt inter ſeruos, & impediunt nuptias inter eos. Item, affinitates: vt hîc, & ff. de ritu nuptiarum. lege, adoptiuus. ſeruilas. Sed quomodo hoc. cùm nulla cognatio ſit inter eos: vt infrà de capi. demi. §. quod autem? ſed illud in iure ſuccedendi. & in tutela, vel hæreditate dicitur: hoc autē in iure ſanguinis. quod nullo iure ciuili tolli poteſt, vt hîc,

Digitized by Google

impedimento nuptiis eſſe: ſi fortè pater, & filia aut frater, & ſoror manumiſſi fuerint[a].

¶ Ponit generaliter quaſdam eſſe perſonas, inter quas nō poteſt cōſtitui matrimoniũ. Ang.

¶ Sunt & aliç perſonæ, quæ propter diuerſas rationes nuptias cōtrahere prohibentur: quas in libris Digeſtorú, ſeu Pandectarú ex veteri iure collectarum enumerari[b] permiſimus.

¶ Vbi nuptiæ cōtra legum interdicta celebratæ fuerunt, ibi neq; nuptiarum, neque viri, neque vxoris, neque dotis vllum ius erit, vel appellatio: ad hæc contrahentes, pœnas hìc traditas, aliaſque plures incurrunt.

& ff. de reg. iur. l. iura ſanguinis. & per conſequens etiam in prohibitione matrimonij. Sed nónne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur, quia ſunt ſerui, vt ſ. eo. tit. j. reſpon. & C. de ince. nup. l. cum ancillis? Reſpō. Durante ſeruitute, hæc ſunt duo impedimēta: &, eis manumiſſis, durat hoc vnum, vt ſequitur.

¶ Adde hoc de iure canonico eſſe correctum. c. j. de coniug. ſer. quod præponitur etiam in foro ciuili quo ad matrimonia. Syl.

¶ a Manumiſſi fuerint. Vel ambo: & tunc tantùm eſt impedimentũ ſanguinis, vel vnus tantum: & tunc duo ſunt, quæ impediunt, vt modò diximus.

¶ b Enumerari. Poſſunt autem enumerari quatuordecim modi cũ his, quos in hoc tit. habem⁹. Primus eſt ratione ſeruitutis: vt ſ. eo. j. reſpon. & C. de inceſt. nu. l. cũ ancillis. Secũdus eſt ratione ætatis, vt mares minores quatuordecim an. fœminæ minores duodecim, vt ſ. eo. ij. reſpon. Tertius, eſt ratione ſanguinis: quod in tria diuiditur, aſcẽdentes, deſcendentes, & collaterales: vt ſ. eo. §. ergo. & §. inter eas. & §. fratris. & §. eius. & §. duorum. Quartus, ratione adoptionis, vt ſ. eo. §. ergo. & §. inter eas. in fine vtriuſque. Quintus, ratione affinitatis præſentis, præteritę, & futuræ, vt ſ. eo. §. affinitatis. & §. ſocrũ. & §. ſi vxor. Sextus, ratione matrimonij. Nam ſi habet vnam, non debet habere alteram eodem tempore, aliàs eſt infamis: vt ſ. eo. §. ſocrum. in fi. & §. affinitatis. in fi. C. ad leg. Iul. de adult. l. eum. Septimus, per ſenatuſconſultum, quod vetat fieri matrimonium inter tutorem & curatorem, & filios eorũ ad quandam pupillam, & adultam ſuã vel patris: vt C. de interdict. matri. inter tut. l. j.

¶ [Adde, quòd hoc corrigitur de iure canonico. c. fi. de ſecun. nupt. & ibi. Abbas. Syl.]

¶ Octauus, per legem Papiam, & Iuliã, ſcilicet inter ſenatores & eorum liberos & libertas, vel alias vilis conditionis fœminas: vt ff. de ri. nup. l. lege Papia, & C. de nup. l. libertum. quod capitulum hodie correctũ eſt, vt in authen. vt liber. decæ. §. ſi quis autem. collatio vj.

¶ Adde, quòd & hoc corrigitur. d. c. fi. Syl.]

¶ Nonus eſt, vt inter præſidem, & ſibi ſubiectam ratione iuriſdictionis, vt C. de nupt. l. & ſi contra. & C. ſi quacunq; prę͂d. pot. l. j. Decimus eſt, per conſtitutionem principis, vt cùm ea, quã quis de ſacro fonte leuauit, vt C. de nupt. l. ſi quis alumnam. in fin. Idem ſeruatur de ipſa commatre: licèt noſtro iure cautum non reperiatur. Vndecimus eſt, ratione honeſtatis, vt ſ. eo. §. ſi vxor. & ff. eodem. l. ſi qua. Eſt & duodecimus, ratione ordinis annexi: vt cùm clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: vt in auth. quomo. opor. epiſc. §. neque autem. & in authen. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi quis. Eſt & tertiuſdecimus: vt in monialibus, & conuerſis monachis, licèt non ſint in ſacris ordinibus conſtituti. vt in auth. de monachis. §. antepen. & in authen. de nupt. §. diſtrahuntur. verſic. per occaſionem. Eſt & decimuſquartus, in muliere rapta, quæ proprio nubit raptori: quod prohibetur: vt in auth. de rapt. mul. quæ ra. nubunt. §. j.

ADDITIO. Iſti autẽ modi poſſunt comprehendi his verſ. Aetas, conditio, numerus, monachatus, & ordo: Optio, nobilitas, ſanguis, tutela, poteſtas: Pons ſacer, affinitas, raptus repugnat honeſtas. Irrita quæ faciunt connubia legibus, hæc ſunt. Angel.

¶ Si aduerſus. Iſte §. cum §. ſe. diuiditur in ſex partes. Primò, ponit dictũ ſuum annullans. Secundò, infert. Tertiò, rationem aſſignat. Quartò, infert alium effectum quo ad nomen. Quintò, infert alium effectum quo ad exactionẽ

dotis

dotis & donationis propter nuptias. Sextò, addit alias pœnas. Secunda pars ibi, Itaque. Tertia ibi, Nam nec. Quarta ibi, Vnde ſolent. Quinta ibi. Sequitur ergo. Sexta ibi, Qui autem.

¶ Si aduerſus.

¶ Si aduerſus ea, quæ diximus [a], aliqui coierint, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque [b] hi, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris nõ ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad patriam poteſtatem [c] pertinet) quales ſunt hi, quos mater vulgò [d] concepit. Nã nec hi [e] patrẽ habere intelliguntur: quum & his * pater incertus ſit [f] * vnde ſolet ſpurij † * iu. * ei.

THEMA. Quid verò, ſi quis eas leges contempſerit, & nuptiàs veritas coierit, quid ei legum illa contemptio nocebit? Nihil egerit, inquit, non magis, quã ſi cum meretrice turpiter rem habuerit. neque enim ipſe vir dicetur, neque ipſa vxor, non beluina illa copulatio nuptię dicentur, non quod miſera mulier attulerit, dotis nomine appellabitur. Sed nónne liberi inde nati patris poteſtati ſubiecti erũt? minimè. Patria enim poteſtas (vt diximus) valet in eos, qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt. Hi verò ex beluino contubernio nati ſũt. Quid? quod ne filiorum quidem nomine honeſtiſſimo dignabuntur. imò verò eodem nomine vocabuntur, quo ij qui ex quamuis vulgato, & infami ſcorto naſcũtur. Ex quo nomine ij appellãtur? Veteres Romani prænomina notis ſcribebãt. Sex. pro Sextus: M. pro Marcus: Cn. pro Cneus: Sp. pro Spurius. Iã verò qui ſic vulgò concepti ſunt ab impudicis mulieribus, olim ita deſignabantur, vt ſine patre vocarentur. Quum autem hoc quoque nomen nota ſcriberetur S. P. qua ſignificabatur Sine patre: alterum pro altero accipi cœpit: ac Spurij, adulterini quoque vocari cœperunt. Ergo (vt ad propoſitum reuertamur) qui ex nuptiis patris, fratris, patrui, & cæterorũ ſimilium nati erunt, non honeſtiſſimo filiorum, ſed turpiſſimo ſpuriorũ nomine deſignabũtur. Nullæ ne aliæ pœnæ conſtitutæ ſunt? imò verò ſed eas quum maturior eris, ſuo loco cognoſces. Cor. Vib.

¶ Not. quòd appellatione viri, vxoris, nuptiarum, matrimonij, venit legitimum: & ſic quòd diſpoſitio loquens de aliquo, intelligitur de legitimo. Itẽ, quòd filij ex coitu illegitimo nõ ſunt in poteſtate: quia non ſunt ex iuſtis nuptiis procreati. Item, not. quòd ſpurij æquiparantur vulgò conceptis, & vulgò concepti intelliguntur non habere patrem. Item, vnde dicantur ſpurij. Item, quod vbi non eſt matrimonium legitimum, ibi nec eſt dos: & diſſoluto tali matrimonio, non eſt locus exactioni alicuius dotis. Itẽ, quòd coitus contra leges punitur alijs pœnis. Itẽ, quòd actus cõtra leges caret non ſolum effectu: ſed etiam nomine. Item, ibi, nec hi patrem. not. quòd idem operatur fictio quod veritas, quo ad iuris effectum. Item, quòd verbum intelligitur, denotat fictionem. Syl.

¶ a Diximus. Vt ſ. eod. per totum. & etiam adiecimus in proxi. §.

¶ b Itaque. Bene infertur: vt ſ. titul. j. in princip.

¶ c Ad patriam poteſtatem. propter hunc caſum poſuit de nuptiis poſt titulum de patria poteſtate.

¶ d Vulgò. ſ. Qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel illicitum: vt ff. de ſta. ho. l. vulgò.

¶ e Nec hi. ſ. Vulgò concepti: vel dic, hi, de quibus loquitur, ſcilicet illicitè concepti.

¶ f Incertus ſit. Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnis: Cui pater eſt populus, non habet ille patrem. & ſecundùm hoc dic his. ſ. vulgò conceptis. Vel dic his, ſcilicet inceſtuoſis, & tunc dic iuris fictione eſt incertus.

ADDITIO. Plutarchus in Proble. Qui veteres, inquit, prænomina notis ſcriberent, vt Sex. pro Sextus: Ser. pro Seruius: Sp. pro Spurius: eos autem qui vulgò concepti erant, ita notarent, S.P. id eſt, ſine patre, errore factum eſt, vt qui ſine patre dici deberent, Spurij appellati ſint.

¶ Adde, quòd hoc vocabulum latè declarat Bud. in ſuis adnot. in l. vulgò. ff. de ſta. hom. Syl.

† Spurij. Spurij, & vulgò quæſiti generali nomine appellantur, qui vel patrem nullum habent, vel eum habent, qui iure ciuili pro iuſto patre non cenſetur. l. 5. l. vulgò. 23. ff. de ſtat. N.A.

Digitized by Google

hom.§.vulgo.ī.de ſucceſ. cognat.l.iij.§.j.l.vj.ff.de gener.l. Dim.25.ff.de capt. vbi ſpurij iuſti filiis opponuntur, & illo nomine dicuntur, qui ex adulterio, ſtupro, inceſto, ſcortóve, vel qui ex non ciue procreati sũt. Adpellantur generali nomine naturales. l.iiij. §.j. ff. de gradib. Sed tamen plerumque naturalium filiorũ nomen ſpecialiter, & propriè ad eos restringitur, qui patrem naturalem haben, non tamen iuſtum. Nã iuſtus pater eſt quẽ iuſtæ nuptiæ demonſtrant. l. j. ff de in ius voc. Ergo ſuſcepti ex concubina, aut ancilla generale naturalium nomen ſuũ faciunt, & legitimis filiis opponuntur. l. Lucius. 45. ff. de vulg. ſubſt. l.j. & paſſ. C. de nat. reſt. & his certus pater tribuitur. l. Lucius. 78. §. ij. ff. ad Trebell.

Vel à Græca voce quaſi σπορά-δην. concepti. Th.

a Sine patre. Iure ciuili inſpecto.

b Sequitur. Bene infert: cùm enim ſine matrimonio eſſe non poteſt. ſ. dos: & vbi non eſt dos, actio dotis non eſt: vt C. de do. ante nupt. l. fin. ibi. Sicut enim, &c.

c Exactioni. ſ. per actionem ex ſtipulatu, quæ datur pro dote, vt i. de action. §. fuerat. Sed nunqnid per condictionem ſine cauſa, vel ob cauſam, quaſi ob cauſam datũ fuerit, nec cauſa fuit ſecuta? Reſpondet Placenti. quod ſic, ſiue ignorans ſiue ſciens dederit: vt ff. de condict. ſine cauſa. l. fin. ſed Ioan. dat talem conditionem, ignoranter, non ſcienter danti: vt C. de condi. ob cauda. l. j. & ff. de condi. cau-da. l. j. §. ſi. & l. ij. nec immeritò: cùm turpiter danti nulla ſit repetitio, vt ff. de condict. ob turp. cauſam. l. ſi ob turpem. & hæc omnia locum habent, quando non fuit ſcriptum matrimonium.

d Prohibitas. per aliquẽ de quatuordecim modis. licet Ir. has pœnas impoſuit tantùm eis, qui inceſtas nuptias faciunt, vel nefarias: non qui alias inutiles: vt in auth. de inceſt. nupt. §. j.

e Alias pœnas. Vt eſt amiſſio bonorum, & incurſus infamiæ: vt C. de inceſt. nupt. l. qui contra. & l. ſi quis inceſti. hodie verò & confiſcatio bonorum, & exilium, & cinguli, ſiue dignitatis depoſitio, & verberatio, ſimul eis imponitur: vt in aut. de inceſt. nupt. §. ſancimus.

appellari * σπὰ ἀπὸ τῆν σπορὰν, & ἀπάτορες, quaſi ſine patre a filij. Sequitur b ergo, vt, diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni c locus ſit. Qui autẽ prohibitas d nuptias contrahunt & aliás, pœnas e patiũtur, quæ ſacris cõſtitutionibus continentur.

¶ Naturales liberi curiæ oblati legitimi fiunt, & patris poteſtatẽ ſubintrant. Item, ex ei nati, cum qua iuſtas contrahere nuptias licebat cõnubio ſubſecuto, dotalibuſq; inſtrumentis confectis, æquè legitimi cẽſentur, atque qui ex matrimonio nati ſunt.

¶ Aliquando autem euenit, vt liberi, qui ſtatim vt nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt f poſtea redigantur in poteſtatem patris. qualis eſt is, qui dum naturalis g fuerat, poſtea curiæ h † datus, poteſtati patris ſubiit.

Aliquando. CASVS. C. Veteres conſuetudinem habebat cùm Chelidone impudica muliere. Ex ea puer natus eſt, quem Verres in filij legitimi loco habere cupit: nullâne ratione id aſſequi poterit? Imò verò duplici, inquit, primũ. Si eũ Curię dederit, i. à principe impetrarit, vt in ordinẽ decurionũ allegeretur, poteſtatẽ in eum patriã conſequetur. Erant autẽ Decuriones in municipiis, qui Romæ Senatores. Præterea ſi eam impudicam mulierẽ vxorẽ duxerit, & dotalia inſtrumenta confecerit. Quod etiam de aliis liberis, qui ex nouo illo matrimonio procreati erunt, valere Iuſ. voluit. Cor. Vib.

Nota quod ius ciuile alios modos inuenit reducendi filios in poteſtatem, quam ex iuſtis nuptiis, ſcilicet per oblationem Curiæ, & per ſubſequens matrimonium: & ita naturales efficiuntur legitimi. Syl.

f Parentum non ſunt. Hoc mirabile per duo probat exempla.

g Naturalis. ſ. tantum.

h Curiæ. Cùm enim vult aliquis naturalem filium tantùm qui in poteſtate patris non eſt (vt hic, & ſ. titul. j. in princip.) facere in poteſtate, detur in ſeruitium imperatoris, vel Præſidis prouinciæ. Nam in poteſtate efficitur

loco

Digitized by Google

loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij: vt in auth. quib. mo.na.effi.ſui.§.ſi quis igitur.

ADDITIO. Curia nō ſignificat ſeruitium Imp. ſed Senatum alicuius ciuitatis, quæ ordinē habet Decurionum, tanquam Senatus municipales. q̄obrem dati Curiæ ſunt, qui in ordinem allecti decurionum in patris tranſeunt poteſtatē, & iura aſſequuntur legitimorum. l. ſi quis.C.de nat. lib. Aemi. Fer.

N.A. † Curiæ. Curia in municipiis & coloniis dicitur, qui Romæ Senatores. Propter penuriā Decurionū cōceſſum eſt ſpuriis adlegi in curias, & fieri Decuriones, ac proinde filij legitimi. l.ix.C.de natal.reſt.

¶ a Necnō is. nūc pōitur aliud exēplū.

¶ b Interdictum. Nam aliam vxorem non habuit tempore concubinatus: aliàs contrà, vt C.de con.l.j.

ADDITIO. Et tunc, qui ſi cū ea per diſpenſationem matrimonium contraxerit: Vide Chriſtoph. Iaſ. hic.

¶ c Cōſtitutiōe. vt C.de nat.lib.l.cū qs.

¶ d Inſtrumentis. Sed nunquid ſine inſtrumētis eſt matrimoniū tale? Dicunt quidā q̄ nō: vt Pla. Azo. quādo decorati maximis dignitatibꝰ faciunt matrimoniū: vt in auth. vt lic. ma. & aui. & §. quia verò legē dudū. meliꝰ in auth. q. mo.na.effi.legi.§.illud quoq;.ver. hæc ergo caſta. Sed dic, q̄ matrimoniū nudo conſenſu perficitur ſine ſcriptura. vt in auth. de nup.§.nuptias. & ff.de re. iur.l.nuptias. Sed filij primogeniti nō ſunt legitimi, ſi dotalia inſtrumenta nō ſunt facta: vt hic. & facit ad hoc Cod.de na.lib.l.cùm quis. & l. nuper. & l.fi. & in authen.de fi.ante do. inſt. na. circa med. & in authen.de inceſt.nupt.§.fi. & de trien. & ſemiſ.§.fi.

¶ Adde, q̄ hoc hodie in vtroque foro corrigitur de iure canonico: ſecundùm quod talia inſtrumēta non requirūtur. c.tanta: qui fil.ſint legit. & ibi communiter doct. vt per Abb. in j.no.Syl.]

N.A. † Sed quia ſub finē huius tituli agitur de liberis è concubino conceptis, legitimandis, videamus, quid de concubinis ſtatuerint leges. Cōcubina iure antiquo digeſtorum dicebatur mulier ſiue ſerua, ſiue libera innupta, quā quis, non vxoris loco, ſed concubinatus tātùm cauſa, ſine ſtupri crimine habebat. l. j. & paſ. ff. de cōcub. Earum aliæ dicebantur honeſtæ, veluti ingenuæ, quæ teſtatione interpoſita ſeſe alicui in concubinatū dabant. l. iij. ff. de concub. aut erāt libertæ, quæ ſuis ſe patronis iungebant. lege, probrum. 41. ff. de rit. nupt. Aliæ probroſę, & turpes; veluti libertæ, quæ ſeſe alteri quàm patrono in concubinatū dabāt. d.l.probrum. At Iuſtiniani iure. Concubina, eſt mulier libera, innupta, quā vir cœlebs concubinatus cauſa ſolam habet. l. j. Cod. de concub. & Nouel. 18. 78. 89. vbi conſtituit, vt nuptialibus inſtrumentis factis, naturales liberi, iuſti, & legitimi fiant, iure Chriſtiano. Scitum eſt illud Tertulliani. Chriſtianus vxori ſuæ ſoli maſculus naſcitur.

¶ e Conſtitutio. vt Co. de na.li.nuper. ſed ſi non fecerit eam ſibi vxorem, adhuc tamen huiuſmodi naturales ſunt alendi à patre. Item, ſuccedunt ex teſtamento in totum, ſi pater vult, legitimis non exiſtentibus, vel parentibus iam defunctis: aliàs liberi in vnam vnciam tātum permittunt naturales ſuccedere. ſuperiores: quando ipſi tantum ſuperſunt, non impediunt eos: niſi in ſua legitima, quæ ſuperioribus debetur. ab inte. verò duas habent vncias paternæ ſubſtantiæ cum matre eorum viriliter diuidendas, quando non ſunt aſcendentes, nec deſcendentes. Alunt & ipſi patrem. & hoc in licitè natis. ſed non, ſi illicitè nati ſunt: imò ab omni beneficio ſunt excluſi, vt in authent. quib.mod.na.effi.ſui.§.diſcretis. vſque in fin.conſtit.

---

citur. Necnō is, [a] q̄ à muliere libera p̄creatus, cuius matrimoniū minimè legibꝰ interdictū [b] fuerat, ſed ad quā* pater cōſuetudinē habuerat: poſtea ex noſtra cōſtitutione [c] dotalibꝰ inſtrumētis [d] cōpoſitis in poteſtate patris efficitur. Qđ & aliis liberis, q̄ ex eodē matrimonio poſteà fuerint procreati, ſimiliter noſtra cōſtitutio [e] præbuit.

* aliàs quam & ſolam.

TIT. XI.
DE ADOPTIONIBUS.

¶ Poteſtas patria etiā adoptione cōſtituitur, cuius duę ſunt ſpecies: altera arrogatio dicitur, altera adoptio:

DE ADOPTIONIBVS.

¶ Quia ſ. dixit de nuptiis, ex quibus acquiruntur filij legitimi & naturales: ideo

ideo nunc de adoptionibus, ex quibus acquiruntur filij legitimi tantum. Vel ſic. Suprà qualiter filij noſtri ſunt in noſtra poteſtate, dixit: nūc autem qualiter alieni efficiuntur poteſtatis noſtræ. Ang. Aret.

Cæcilius item ſummus ille fœnerator, T. Pomponium ſororis filium, qui dictus eſt Atticus. Vnde Romæ filij adoptiui patrum adoptiuorum nomine vocabantur: hic enim dictus poſteà eſt Q. Cæcilius Pōponian⁹. & Pauli Aemilii fili⁹. P. Scipio Aemilianus: quòd à P. Scipione adoptatus eſſet. Cor. Vibul.

illa principis auctoritate eos qui ſunt ſui iuris arrogamus: hac verò in alterius poteſtate exiſtētes imperio magiſtratus adoptamus.

NOn * ſolùm autem naturales a † liberi ſecūdum ea quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt b verumetiam ij, quos adoptamus c.

* Ex Vlpia. Epito. 8.

¶ Auctoritate principis arrogantur qui ſui iuris ſunt, ſed magiſtratus imperio, qui ſunt ſub poteſtate alterius. Arc.

¶ Nota filios adoptiuos in poteſtate noſtra eſſe. Syl.

NOn ſolū. Iste titul. diuiditur in nouem partes principaliter. Primò ponit quòd adoptiui sūt in poteſtate adoptātis. Secūdò, qualiter fiat adoptio, & arrogatio. Tertiò, primum dictum limitat, & declarat. Quartò, de impubere, qui ſe arrogandum dedit. Quartò, quod adoptans debet ſaltem adoptatū præcedere xviij. an. Sextò, quando aliquis, vt nepos vel pronepos adoptetur. Septimò, in quibus adoptatus æquiparatur naturali. Octauò, in quibus conueniunt, & in quibus non, adoptio & arrogatio. Nonò, quòd ſerui adoptati à dominis ſunt liberi. Secunda ibi, Adoptio. Tertia ibi, Sed hodie. Quarta ibi, Quum autem. Quinta ibi, Minorem. Sexta ibi, Licet autem. Septima ibi, In plurimis. Octaua ibi, Illud. Nona ibi, Apud Catonem.

ADDITIO. Reiectis nugis Aretij exhibemus tibi, lector, Gellij verba huc valde pertinentia, ex lib. v. c. xix. Quum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei ſumuntur, aut per Prætorem fit, aut per populū. quod per Prætorem fit, Adoptio dicitur: quod per populum, Arrogatio. Adoptantur autem cùm à parente, cuius in poteſtate ſunt, tertia mancipatione in iure cedūtur: atq; ab eo, qui adoptat, apud eū apud quē legis actio eſt, vindicantur. arrogātur ij, qui cum ſui iuris ſint, in alienā ſeſe poteſtatem tradunt, eiúſque rei ipſi auctores fiunt. vide præterea Vlpia. in Epito. titulo ſeptimo.

¶ Non ſolùm. CASVS. Satis multa de veris liberis: ſed nullíne alij patriæ poteſtati ſubiecti ſunt? Etiam, adoptiui, inquit, veluti, Mitio ille Terētianus, qui vxorem non duxit, neq; filios procreare voluit, Aeſchinū fratris ſui filium adoptauit, cū in ſua poteſtate habebit.

¶ a Naturales. Sub. & legitimi: quare diſtingue, quia filiorū alij ſunt naturales, & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati: vt hic, & ſ. de pa. po. in pr. Alij naturales tantùm: vt nati ex cōcubina: vt ſ. tit. j. §. fi. Alij legitimi tātùm: vt adoptiui, de quibus hic tit. loquitur. Alij nec naturales, nec legitimi iuris præſumptione: vt inceſtuoſi, vel aliàs illicitè nati: vt in aut. quibus mod. nat. effi. ſui. §. fi. Alij ſunt, qui priùs nō fuerunt legitimi, ſed nūc ſunt. i. efficiūtur duobus modis: vt in authen. quib. mod. nat. effi. ſui. §. j. & ſ. tit. j. in fine.

† Naturales. Naturales liberi, interdū ſimpliciter dicuntur ſpurij, & legitimis opponuntur: interdum coniunctè, & naturales & legitimi, & adoptiuis opponuntur. l. 4. §. j. ff. de gradib. N. A.

¶ b Adoptamus. ſ. in poteſtate noſtra ſunt: & hoc iure veteri: vt hic, & ff. eod. l. j. ſed hodie diſtinguitur: vt j. eodem. §. ſed hodie.

¶ Adoptio. Diuiditur iſte §. in tres partes. Primò, ponit in genere dictum bimembre. Secundò, exemplificat, & ponit exemplum primi membri. Tertiò, exemplum ſecundi membri. Secunda ibi, Imperatoris. Tertia ibi, Imperio.

CASVS. Quid adoptio, vtrū nomen generale eſt, an ſpeciale? Generale. Quot ſunt eius ſpecies? Duæ. Cedo, quę? vna quæ Arrogatio vocatur: altera quę generis ſui nomen retinet. Quid eſt arrogatio? Suſceptio alicuius, qui ſui iuris eſt, in filij locum ac numerū, quę per principis reſcriptū facta eſt. Quid eſt adoptio? Suſceptio alicuius, qui ſui iuris non eſt, in filij locum ac numerum, quæ per imperium magiſtratus

facta

¶ Adoptio [a] † autē duobus modis fit, aut principali reſcripto [b] *, aut imperio magiſtratus [c]. Imperatoris auctoritate adoptare quis poteſt eos, eaſve, qui, quæve ſui iuris ſunt: quæ ſpecies adoptionis dicitur Arrogatio † [d]. Imperio magiſtratus adoptam[9] eos, eaſve, qui, quæve in poteſtate * parentum ſunt: ſiue primum gradū liberorum obtinēt, qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorē [e], qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

¶ Filiusfamilias extraneo in adoptionē datus, extranei poteſtatem minimè ſubintrat, quāuis illi inteſtato ſuccedat. Datus verò cuiuis aſcendentiū, eius poteſtati ſubiicitur.

¶ Adnotato, Duo vincula vno fortiora eſſe.

f acta eſt. Illa autem ideo fit per principem, quòd olim per populū fiebat: populi autem imperio princeps ſucceſſit: dicitúrque arrogatio, quòd (vt ait Gellius) genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fiebat, his verbis, Veliris iubeatis Quirites, vti I. Valerius L. Titio, tam iure legéque filius ſibi ſiet, quàm ſi ex eo patre matréque familiàs natus eſſet: vtique ei vitæ neciſq; poteſtas in eum fiet, vti pariendo filio eſt. Hoc ita vt dixi, ita vos Quirites, rogo. Cor. Vibul.

* auctoritate D.

* parentis.

¶ Not. ꝙ adoptio ſumitur vt genus, & compræhēdit etiam arrogationē: vt ſpecies. & eſt illa quæ fit eorū, qui erāt in alterius poteſtate imperio magiſtratus. Item, ꝙ arrogatio eſt de reſeruatis principi. Item, ꝙ difficilius liberi & ſui iuris tranſeunt in poteſtatem alterius, quàm hi, qui in alterius poteſtate erāt. Ex quo notare potes, quòd in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. Syl.

¶ a Adoptio. Eſt autem adoptio ſecundum Pla. & Io. legalis actio ad ſolatium eorum qui liberos non habent: penè. i. ferè naturam imitans. Sed certè & ab iis qui liberos habēt, fit adoptio: vt ff. eo. l. nec ei. §. præterea. & ĩ. eod. §. licet quare ſic poteſt ſimpliciter adfiniri, Adoptio, eſt legitimus actus, per quem fit quis filius, qui non eſt, penè naturam imitans. & hæc eſt veritas: vt ff. eod. l. j. & ĩ. eod. §. minorem.

N.A. † Adoptio. Adoptio, eſt actus legitimus, per quem vnius filiusfam. patre auctore, eúmque alienante, alterius filiusfam. efficitur.

¶ b Reſcripto. hoc eſt, vel ante ipſum principem, vel ante alium magiſtratum delegatione facta per reſcriptum à principe: vt C. eo. l. ij. in fin. & l. arrogatione. Sed quid, ſi Imperator non eſt? Reſp. non poteſt fieri, licet imperium ſemper ſit: vt in authent. quomo. oportet. epiſcop. §. fin.

¶ Adde hoc verum de iure ciuili: ſed de iure canonico ſuccedit vacante Imperio Pontif. vel iudex eccleſiaſticus, ſecundum quod habetur in c. licet. de foro cō pet. Syl.]

¶ c Magiſtratus. ſ. Cuiuſcunque ordinarij etiam defenſoris ciuitatis: qui minimus eſt: vt in authent. de defen. ciuit. §. nulli. Nec mirum, cùm ſit de voluntaria iuriſdictione: vt ff. de offi. Procon. & leg. l. ij.

¶ d Arrogatio. Quia adoptator interrogatur, an velit eum quem adoptat ſibi iuſtū filiū eſſe, & adoptatus an id fieri patiatur: vt ff. eo. l. ij. vnde verſus,

Arrogo qui ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe.
Patris adopto ſuum, ſed patris permanet idem. Accurſ.

† Adrogatio. Adrogatio, eſt actus legitimus, per quem paterfam. ſe auctore, & quodammodo alienante, alterius filiusfam. efficitur l. 2. D. eod. tit. Sic dicta eſt, quia ita rogabatur lex curiata, in comitiis curiatis, his verbis. Vel. iub. Quirites, vt l. Valerius l. Titio tam iure legéque filius fiet, quàm ſi ex patre, matréque familias eius natus eſſet; vtique vitæ & necis in reum poteſtas ſiet, vti patriendo fillo eſt. Hæc ita (vt dixi) ita nos Quir. rogo. Gellius. lib. 5. cap. 9. N.A.

¶ e Inferiorem. id eſt ſequentem.

¶ Sed hodie. Diuiditur in duas partes. Primò, ponit quando pater dat filium in adoptionem extraneo. Secundò, quando dat auo materno, vel paterno. Secunda ibi, Si verò pater.

CASVS. Pharaonis filia Moyſem adoptat. quid habet in eum iuris? Modò dictum eſt, veteri iure Romanorum idem ius patres adoptiuos habuiſſe, quod naturales, ſiue illi parentum in numero eſſent, vt ſi maternus auus aliquem

¶ Sed hodie ex noſtra cōſtitutione [a], quum filiuſfamilias à patre naturali [b] extraneæ perſonæ in adoptionem† datur, iura * patris naturalis minimè diſſoluūtur, nec quicquam ad patrem adoptiuum tranſit, nec in poteſtate eius eſt: licet ab inteſtato iura ſucceſſionis ei à nobis tributa [c] ſint. Si verò pater naturalis [d] non extraneo, ſed auo filij ſui materno [e], vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emācipatus [f] etiam auo paterno, vel proauo, ſimili modo [g] paterno vel materno, filium ſuum dederit in adoptionē: in hoc caſu, quia concurrunt [h] in vnā perſonā, & naturalia, & adoptionis iura [i], manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatū, & legitimo adoptionis* modo cōſtitutum vt & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.

** poteſtatis.*

** modo conſtrictum.*

quem adoptaret, ſiue extraneus. i. alienus à cognatione, vt à Pharaonis filia. Sed Imp. ſtatuit, vt ſi extraneus eſt pater, nihil iuris habeat, extrà quàm ſucceſsionē ab inteſtato: ſi verò auo materno nō emancipatus filius ſuum filium in adoptionem dederit, aut emancipatus, auo paterno, transfert illum in patris adoptiui integram poteſtaté. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ extraneus adoptans filium, non habet eum in poteſtate. Item, ꝙ per adoptioné ab extraneo factam, iura patris naturalis non diſſoluuntur. Item, quòd filius adoptiuus ſuccedit patri extraneo ab inteſtato. Item, ꝙ aſcendētes adoptantes habent adoptiuos filios in poteſtate. Item, quòd duo vincula magis ligant. Item, quòd adoptiuus dicitur de familia patris adoptantis. Item, quòd in vna perſona naturalia & ciuilia iura concurrere poſſunt. Syl.

¶ a Conſtitutione: vt C. de ado. cum in adoptiuis.

¶ b Naturali. Et legitimo.

N.A. † In adoptionem datur. Adoptionis ius fuit triplex; nominis, ſacrorum, & hæreditatis. C. Octauius adoptatus à Julio Cæſare, dictus eſt C. Iulius Ceſar Octauianus. De tranſitione in ſacra. Vide orat. Ciceronis pro domo. De hæreditate ius hoc fuit. Adoptatus fiebat extraneus ſuæ cognationi, & eorum hæreditatis ſpem amittebat, hæréſque ſuo patri adoptiuo fiebat. Iuſtiniani lege, ab alio quàm aut, auo proauo patri naturali neceſſariò ſuccedit: Adoptiuo verò, vel inteſtato, vel volenti l. pen. C. eod. §. ſed ea omnia ī. de hæred. quæ ab inteſt.

¶ c Tributa. id eſt. In prædicta conſtitutione. & facit ad hunc §. infrà de hęred. quæ ab inteſtat. defe. §. ſed ea omnia. ver. inuenimus. & infrà de exhæred. lib. §. circa adoptiuos. & infrà de inoffic. teſtam. §. ij.

¶ d Pater naturalis. Et legitimus.

¶ e Materno. In cuius poteſtate priùs nō erat, ſed modò efficitur, vt ſubiicitur: vt ſ. de pat. pot. in fin. Accur.

¶ f Emācipatus. Aliàs cùm eſſet in poteſtate aui, quomodo adoptaret eū, quem habet? Certè nō poteſt plus eſſe, quàm filius, vel nepos, vt hic, & ff. eo. l. ſi pater. §. ſi duos. & intellige emancipationis tēpore filium non eſſe conceptum, qui nunc datur in adoptionē, aliàs in poteſtate aui remāſiſſet: vt ī. tit. j. §. fina.

¶ g Simili modo. i. ſimilē facias diſtinctionem. nam materno proauo indiſtinctè, paterno verò ſecundum quod modò diſtinxit in auo, datur in adoptionem.

¶ h Concurrunt. Sed ſi ego adoptem filium fratris mei, nunquid poteſtati meæ ſubiicitur? Reſpond. ſecundum Ioan. quòd non: & quod hic dicitur naturalia, expone, id eſt, naturalia: & ab eo auo contrahit natiuitatē, & originem: quod non eſt in filio fratris mei.

¶ i Iura. Vnde præferendus eſt ei, in quem vnum ius tantùm concurrit. & ſic duæ rationes, vel plures præualent vni: vt in authen. de conſang. & vter. fra. §. quia igitur, verſi. vult autem. in gloſſ. meliores. & C. de edi. diui Adria. tol. l. fin. niſi vna ſit melior duabus: vt colligitur. ff. de inoff. teſt. l. nam & ſi. & ff. vnde lib. l. ſcripto.

¶ Quum autem. Diuiditur in quinque partes. Primò, quòd arrogatio fiat cauſa cognita. Secundò, quòd ſit iuſta cauſa. Tertiò, ponit caſum ſub quo fiat. Quartò, quòd non poteſt arrogator ipſum emancipare ſine cauſa.

Quintò,

Quintò, quòd quartam partem bonorum ſuorum eidem ſiue in vltima voluntate, ſiue inter viuos relinquat. Secunda ibi. Et Exquiritur. Tertia ibi, Et cum. Quarta ibi, Item non aliter. Quinta ibi, Sed & ſi. Aret.

¶ Impuberis arrogatio, cauſa cognita, celebratur: cauetque arrogator ſe bona arrogati (ſi intra pubertatem obierit) illis reſtituturum, ad quos peruentura erant, adoptione non facta.

¶ Quum auté impubes per principale reſcriptum [a] arrogatur, cauſa cognita [b]. † arrogatio [c] fieri * permittitur: & exquiritur cauſa arrogationis, an honeſta [d] ſit expediátque pupillo. Et cum quibuſdã cõditionibus arrogatio ſit, id eſt, vt caueat [e] arrogator perſonæ publicæ [f], † ſi intra pubertatẽ pupillus deceſſerit, reſtituturũ ſe bona illis, qui, ſi adoptio facta non eſ-

CASVS. Quæro, num paterfamiliàs impubes, ac tutorum poteſtati ſubiectus, arrogari poſſit? Sanè olim nõ licuiſſe, tutoribus caput liberum alienæ ditioni ſubiicere, teſtis eſt Gellius lib. 5. c. xix. Poſteà tamen id permiſſum eſt, his conditionibus, primùm ſi honeſta cauſa eſt, ac non ob turpem amorem. deinde ſi pupillo id expediat, veluti, ſi ille inops eſt. tertiò vt arrogator ſatiſdet tabellioni, qui olim ſeruus erat, & ſeruus publicus dicebatur, ſi pupillus ante xiiij. obierit, ſe bona illis reſtiturum, qui hæredes eius fuiſſent, ſi arrogatio facta non fuiſſet. Quid verò? arrogator poteſtne illũ quoties ei commodum erit, emancipare, itaque efficere, vt ſuus hæres nõ ſit? nequaquam, niſi cauſa cognita, & probata: veluti, ſi patris vite inſidiatus ſit, quo caſu etiã ſua bona ei reſtituet. Quid autem, ſi cum nulla iuſtà cauſa emancipauit, aut exhæredauit? Iubetur quartam partem ſuorum bonorum ei relinquere, quæ, dum moreretur, habuit, omniáque bona & commoda quæ ab eo arrogato habuerat. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd arrogatio impuberis requirit cauſæ cognitionem, vtrùm vtilis, vel honeſta ſit filio arrogato. Item, quod princeps ſibi regulam imponit: vt niſi quid ab eo, cauſa cognita, fiat, reſcriptum eius non valeat. Item, not. ex ordine literæ, quòd prius attendenda eſt honeſtas, quàm vtilitas. Item, not. cautionem requiri de reſtituendis bonis venientibus ab inteſtato, eo mortuo impubere. Item, quòd tabellio dicitur perſona publica: & quòd per eum nobis quæritur. Item, quòd arrogatus non poteſt emancipari, cauſa non cognita. Item, quòd arrogatus quicquid quærit, quærit patri arroganti. Item, quòd actus legitimi recipiunt conditiones tacitas, & intrinſecas. Item, quòd dictio, præter, includit. Syl.

* abeſſ.

¶ a Reſcriptũ. Vt quaſi ſui iuris eſt. vt §. eod. in princ.

¶ b Cognita. quæ autem in cauſæ cognitione vertãtur, per ordinem ſcripta ſunt. ff. eod. l. ſi pater. §. in arrogationib. & l. ſeq. & ſeq. vſque ad §. fin. Et quædam etiam hic dicuntur in perſonam impuberis, quæ & ibi dicuntur.

ADDITIO. De quibus vide Angel. hic, qui dicit, quòd ſi fuerint quęſite, vel per delegatum à principe: vt l. ij. C. eod. vel etiam per ordinariũ ipſius impuberis: quamuis non bene pronuntiauerit, actus tamen tenebit, vt not. glo. in l. cum hi. §. ſi Prætor. ff. de tran. Ang. Aret.

† Cauſa cognita. In cauſæ cognitione quinque verſabantur: facultates, vita, ætas, numerus liberorum, cõditio perſonæ l. 15. & ſeqq. D. eod. tit. N. A.

¶ c Arrogatio. Vt quia ſui iuris eſt: vt §. eod. in princ.

¶ d An honeſta. id eſt, non eo propoſito, vt eius res deuoret: vt ff. eod. l. nec ei. §. eorum. aliàs incip. iis.

¶ e Vt caueat. i. vt cautionem promittat, ſine fideiuſſore tamen. C. de verſignif. l. ſancimus.

¶ f Perſonæ publicæ. Hoc eſt, tabellioni, qui ſeruus publicus dicitur: vt C. eod. l. ij. aliàs enim ſeruus purus tabellio eſſe non poteſt: vt C. de tabul. l. generali. lib. x. Sed certè ideo ſic dicitur, quia publicè ſeruit. Notarius non poteſt eſſe ſeruus.

† Perſonæ publicæ. Id eſt, tabulario, eſt autem tabularius, qui conficit inſtrumẽta publica; Tabellio, qui priuato. De Tabul. lib. 10. C. & Nou. 44. N. A.

ADDITIO. Dic, quòd olim ciuitates ſolebant tabulas ſeruis committere, quod abrogatum eſt per l. generali.

C. de

ſet, ad ſucceſſionem eius venturi a eſſent.

¶ Arrogatus non niſi cauſa cognita emancipatur: cui propria bona reſtitui debent, iubetúrque arrogator quartā bonorum ſuorum illi relinquere.

¶ Item non * aliter emancipare cū poteſt arrogator, niſi, cauſa b cognita, dignus emancipatione fuerit:& tunc ſua bona † ei reddat. Sed & ſi decedens pater eū exhæredauerit c, vel viuus ſine iuſta cauſa emancipauerit, iubetur d quartam e partem bonorum ſuorum ei relinquere, videlicet, præter bona quæ ad patrem adoptiuum trāſtulit, & quorū com-

** aliàs.*

C.de tab. l.non aliter ff. de adoptioni. vnde olim ſerui publici dicebantur. & ſerui ciuitatis.l.ſi quod cuiuſque. vniuer. Hic Imper. vocat perſonam publicā. Vlpianus in titulis,tit.xx.Seruus publicus, Prætoríſve parte dimidia teſtamēti faciendi ius habet.

a Venturi. Vel iure ſucceſſionis ex teſtamēto, vel ab inteſtato. vel dic tit. vniuerſali, vel ſingulari, vt legatarius. omnibus enim conſulitur hac ratione pupillo decedēte in pupillari ætate: aliàs ſi poſteà, pupillaris ſubſtitutio euaneſcit: vt hic. & ff.eod. tit.non aliter.& l.his verbis. & j. de pu. ſubſt.§.j. Sed nónne ſine hac cautione facta admittuntur ſupradictæ perſonæ ex teſtamento. Reſpon.non, cùm teſtamentum ſit ruptū minima capi. demin. ſ. arrogatione. ſ. quib.mo.teſt.infir.§.non tamen. Item, nunquid legitimi ſine hac cautione admitterentur? Reſpon.non quia poteſt arrogator omnia iure peculij occupare: vt ff. de caſt. pec.l.ij. Hæc tamē cautio omiſſa, pro facta habetur, vt ff.eod.l. his verbis. in fin. vt aliàs.C. de rei vxo.ac.l.vnica.§.j. Sed quare legitimi non ſtipulantur, etiam vltra pupillarem ætatem: cùm & poſteà erant admittendi ad ſucceſſionem, ſi adoptio facta non eſſet? Reſp. illud eſt de fortuna,& aduentitium erat, vnde non fuit conſiderandum, vt ff. qui & á qui. l. Iuli. potuiſſent enim poſt pubertatem teſtamentum feciſſe: vt ſ. quib.ex cau.§. cum ergo.

Satiſdatio arrogatoris quiòm prodeſt.

b Niſi cauſa. Veluti ſi ita hæres inſtituitur iſte adoptatus, ſi emancipatus fuerit: & tunc quartam perdit, quam tunc deberet habere de bonis arrogantis: vt j. proxi. reſpon. & ff.ſi quid in frau.pat.l.ſi. ſecundum quoſdam. Vel dic, quòd tunc non perdit quartam: vt j.proxi. reſpon. probatur: quod cum iſto continuatur:& quod in dicta lege continetur, intelligitur, quando erat iuſta cauſa contra filium: vt quia prouocabat patrem ad iram:& in tantum, vt etiam exhæredari potuerit:& beneficium collatum, vel conferendum reuocari: vt C.de reuo.do.l.fi.& in auth. vt li.de cætero. §.illud. ver.qui etiam, & ſecundum hoc intellige proxi.reſp. quod ſequitur.

† Sua bona. Nā ciuili iure omnia adrogati bona adrogatoris fiebant. l. ſi pater.15. D.eo.tit. Potuit autē adrogatus, etiam dū in adoptione eſſet, adquirere; vt ſi quid ei teſtamēto cognati, vel amici legatū eſſet: Verùm id ipſo momēto patri adoptiuo quærebatur l. placet. D.de adquir.hæred. *N.A.*

Adde quòd quando filius emancipatur ex cauſa proueniente ex defectu ipſius perdit quartam, aliter non: ſiue ſine cauſa emancipetur, ſiue cauſa aliunde proueniat: ita reſident hic docto. Syl.

c Exheredauerit. Vel præterierit: vt ff.eod.l.ſi arrogator.

d Iubetur. Nota, non cauet ſic ſe relicturum. tunc enim non valeret: vt C.de inut.ſti.l.ex.eo.& C.de inoff.teſt. l.ſi quādo.§.j.ſed ei iubetur per legem vt ſic faciat.

e Quartā partem. Quid ergo, ſi alios filios ſex, vel plures habeat: nunquid hic plus quam alij hābet? Reſp.ſic, ſecundum Bul. quaſi debeat imputari ei quare arrogauerit. Vel dic (vt puto) quartam ſuæ partis per conditionem ex lege diui Pij: vt hic: & ff.eo.l.ſi arrogator. ff. de inoff. teſt. l. Papin. §.ſi quis impub. & hoc ad inſtar naturalium,& legitimorum: vt ff.de inoff. teſta.l.Papin. §. quoniam & C. de inoff. teſt.l.cum quæri. & l.parentibus. Abſurdum eſt enim hunc legitimum plus iuris habere, quàm naturalem & legitimum vt ſ.eod.§.ſed hodie in fin.

ADDITIO. Et hāc approbāt communiter doctor. & an ſit hodie aucta hæc quarta per authent. nouiſsima.C. de

modum[a] ei poſtea acquiſiuit.

¶ Quod natura fieri non poteſt, nec arte poterit: ars enim naturæ eſt imitatrix.

¶ Minorem natu[b] maiorē *non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturā imitatur[c], & pro mōſtro eſt[d], vt maior[e] ſit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filiū per adoptionē, vel arrogationē facit, plena pubertate † id eſt, octodecim annis[f] præcedere.

¶ Parens filio poteſt alium adoptare in locum nepotis, vel pronepotis. h.d.Aret.

¶ Licet autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium † quis non habeat[g].

¶ Poteſt quis filium alienis in nepotem ſuum, & nepotem alienum in filium ſuum adoptare.

¶ Et tā filiū alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quā nepo-

*nō poſſe maiorem.

de inof.teſt.vide gloſſ. in §. hoc obſeruandum.in authen.de trien.& ſemiſ.

¶ a Commodum. Repete, & præterea bona, ſcilicet aduentitia: quorum commodū filius arrogatus poſt arrogationem acquiſiuit patri.ſ.vſumfructum. nā & hæc acquiſita reſtituit: non dico vſumfructū ipſū quem debet lucrari pater: vt Cod.de bo.quæ lib.l.cùm oportet.§.ſi quis.itaque ad inſtar mariti in rebus dotalibus: vt ff. fami. erc.l. ſi filia.§.j.& ſic hoc verbum, præter, non excludit: vt hic, & ff.de pig. act.l.j.in fi.& ff. de procu. l. ſed & hæ.§. pen. & facit ff. de vulga. ſub. l. ſe ſi plures. §.in arrogato.

¶ Minorē natu. CASVS. M. Fonteius annos viginti natus P. Clodium ſenatorem annos amplius triginta natum adoptauit. quæro an valeat adoptio? Minimè. nam adoptio ſe naturæ imitatricem profitetur. natura autem non nouit filios patrib⁹ natu grandiores: quare nec adoptio. Vnde Cicero in oratione pro domo ſua, Factus es, inquit, eius filius, cuius per ætatē pater eſſe potuiſti. dico apud Pontifices: nego iſtam adoptionē Pōtificio iure eſſe factā. Primū quòd eæ veſtræ ſunt ætates, vt is qui te adoptauit, vel tibi loco filij per ętatem eſſe potuerit, &c. Quot ergo annis grandior ætas in adoptante: requiritur? decem & octo: quæ plena pubertas eſſet ſolet. Duo proximi §§. facilè per ſe intelliguntur. Cor.Vib.

¶ Not. quòd minor natu maiorē adoptare non poteſt. Item, quòd ars, & ius imitatur naturam in quantum poteſt. Item, quòd plena pubertas eſt in decimo octauo anno. Item, quòd datur fictio fictionis in adoptione loco nepotis. Syl.

¶ b Natu. id eſt, Natiuitate. ſic. ff. de mino.l.j.§.j.

¶ c Imitatur. Plerunque. quandoque tamen non: vt infrà, eo.§.ſed & illud.& §.in plurimis.

¶ d Pro monſtro eſt. i. Non ſecundùm naturam, ſed contra naturam: vt & aliàs. ff. de ſta. homin. l. non ſunt lib.

¶ e Maior. ſ. tēpore, non perſona.

¶ f Octodecim annis. i. Tot annos debet habere plus adoptās, quam adoptat⁹, qui faciunt vnā plenam pubertatem tanti tēporis. Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus vicib⁹ præcedere in tāto tēpore? Reſp. non (vt puto) cū ſecundū naturā etiā in vno anno ex diuerſis fœminis. vel etiam vna poſſit habere filios plures. & in hoc adoptio imitatur naturam, vt hic. Et no. pluribus modis dici plenam pubertatem. nam interdum xiiij.an.vt j.quib.mo.tut.fini.§.j.& ſ.titul.j.j.reſ. aliàs xv.an.vt in auth.de temp.non ſo. pec.ſuper do.§. generaliter. aliàs xvij. an.vt ſ.qui.manu.non poſ.§.ſi. & ff. de poſtu. l. j. §. pueritia. interdum xviij. ann.vt ff.de ali.& cib.leg.l.Mela.

† Plena pubertate. Pubertas decē annos durat, incipit poſt decimum quartum. Plena dicitur anno xviij. l. adrogato.40.ff.hoc tit.l.Mela. 14. ff.de alimen.lega. Quià plerumque etiam qui ſerius pubeſcunt, ea ætate pubeſcunt, vt ait Paulus lib.3.Sent.cap. 4. Deſinit autem pubertas anno xxv. ſecundùm veterem legem Lætoriam, & Prætoris edictum.l.j.& paſſ.ff.de minoribus. N.A.

¶ g Non habeat. Vel licet vxorem non habeat: quo caſu tamen eſt contra naturam: vt ff.eo.l.& qui vxores. Accur.

† Quāuis filiū. Diuerſū filij & nepotis ius fuit: filius, non niſi ter emancipatus N.A.

tē in locum filij [a].

¶ Quando quis adoptat aliquem, vt nepotem ex filio ſuo legitimo, & naturali, vel legitimo tantùm debet interuenire conſenſus filij: ſed non è contra, quando au⁹ dat in adoptionem nepotē ſuum ex filio, Aretin,

¶ Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex eo * filio, quem habet iam adoptatū, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet, eo caſu & filius cōſentire debet [b]: ne ei inuito† ſuus hæres adnaſcatur. Sed ex contrario, ſi auus ex filio nepotem det in adoptionem, non eſt neceſſe filium cōſentire [c].

* abeſt.

¶ Adoptiuus pater adoptatum filium in poteſtate ſua conſtitutū, vel arrogatum, alteri in adoptionem dare poteſt haud ſecus, quam naturalis pater poſſit.

ſui iuris fiebat: nepos ſemel: filius præteritus, teſtamentum faciebat iniuſtum, nepos ſcriptis adhærefcebat. Vlpianus tit. 22. Adoptatur ergo in nepotis locū, cui idem ius tribuitur, quod nepotibus naturalibus cōpeteret. l. 37. l. 43. ff. hoc. tit.

¶ a In locum filij. Item nepotē ex vno, quaſi ex altero natū: vt ff. eo. l. ſi pater. §. qui duos. non autem loco fratris: vt C. de hære. inſt. l. nec apud.

¶ Sed ſi quis. CASVS. Octaulus filium habet aut naturalem, aut adoptiuū. Vult tamen etiā in nepotis locū Herenniū, quaſi ex altero illorū natū, adoptare. licebitne id legib⁹ facere? Licebit, modò cōſenſu, & voluntate filij. qua de cauſa? ne cui inuito ſuus hæres adnaſcatur, & exoriatur. Sequens §. per ſe intelligitur, Cor. Vibul.

¶ Not. quòd ille de cuius præiudicio tractatur, eſt requirendus. Item, quòd nullus inuito poteſt adnaſci. Itē, quòd auus dat nepotem in adoptionem abſque conſenſu filij. Item, quòd in plurimis filij legitimi tantùm æquiparantur legitimis & naturalibus. Item, quòd adoptatus poteſt dari in adoptionem. Syl.

¶ b Conſentire debet. quod non eſt in aliis cognatis, qui poſſent ſperare ſucceſſionem: vt ff. eo. l. cùm adoptio. Et ſi quidem filius conſentiat, bene eſt: & recidet nepos adoptiuus in poteſtatem ſuam. ſ. filij, mortuo patre: vt ff. eo. l. ſi quis nepotem. Si autem non conſentiat filius, tunc agnaſcitur, i. appropinquatur, ſeu agnatus ſit ei: id eſt, auo hic nepos, & ſuus efficitur hæres, etiam filio inuito: nec recedit in poteſtatem eius: ſiue dicas eum ſuccedere vt filium, licèt non ſit filius, ſiue vt nepotem, quaſi ex altero filio præmortuo auo: quo caſu æqualiter cum patruō admittatur, vt j. de here. quæ ab inteſt. §. cùm autem. Alij dicunt hoc totū, ei inuito. i. filio inuito: & agnaſcatur. i. iuxta eum quaſi naſcatur quo ad ſucceſſionem, quod ſatis in idē redit. Alij hoc totum, ei inuito. i. auo inuito: q voluntate filij propoſuerat adoptare: nūc autem cōtra propoſitū ſuum facit: & hic dicitur inuitus ratione ꝓpoſiti primi. Et ſecūdū iſtos, hic nepos, inuito auo filio, adoptatus nō ſuccedit vnà cū filio: ſed demum eo mortuo. prima verior eſt. Sed quare hic filius impediret matrimoniū ſui filij, etiā auo volente, & nō impedit hunc ciuilē actū: vt ff. de rit. nupt. l. oratione. §. j. Reſpon. quia matrimonium eſt vinculum magis indiuiduum: vt s. de pat. pot. j. reſpon.

ADDITIO. Et ſic iſta glo. intelligit hunc tex. tripliciter: ibi, ei inuito: Primo, diuiſim, vt exponatur ei. ſ. auo, inuito. ſ. filio. Secūdò & tertiò, coniunctim, vt illa verba in totum referantur, vel ad filium, vel ad auum: contra quæ facit. d. l. ſi quis nepotem. Iaſon.

¶ c Conſentire. Sed videtur, quòd ſic nam læditur filius in duobus, & in hæreditate ſiue in bonis, quæ ad filium ſuum proponebat ex voto tranſmittere: vt ff. vnde libe. l. ſcripto hærede. quod non facit: vt j. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. a hi. & quia in poteſtatem illius tranſit, quare in patris ſui naturalis poteſtatem non recidit iure iſto veteri, vt s. eo j. reſpon. Ad primum reſpondeo: quia alio modo poteſt euitare inſtituendo eum. Ad ſecundum dico, quòd non poteſt æſtimari patria poteſtas: vt ff. de legat. j. l. filiusfamilias. §. ſecundùm vulgarem.

Digitized by Google

garem. Sed hodie vterq; timor ceſſat. nam & ſuccedet. & in ſuam poteſtatem recidet. vt C. de adopt. l. cùm in adoptiuis. §. ſcimus. & ſ. eo. §. ſed hodie.

N.A. † Ne inuito. Hæc eſt vis illius legis XII. tabularum,

¶ In plurimis [a] autem cauſis aſſimilaturis, qui adoptatus vel arrogatus eſt ei, qui ex legitimo matrimonio natus eſt. & ideo ſi quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præſidem prouinciæ non extraneū [b] † adoptauerit, poteſt eundem in adoptionem alij dare.

vt quod paterfam. pubes rei ſuæ legaſſet, ita ius eſſet. l. his verbis. ff. de ver. ſign. Ac proinde libera, atque integra teſtamenti factio reliqueretur, nec ei inuito hæres aſſignaretur. Vnde etiam ius illud fluxit, vt filiof. dari vxor materfam. non poſſit. l. 2. ff. de rit. nup. quippe quæ ſua hæres ei futura erat. Moribus tamen receptum eſt, vt patres ſuis filiis vſque ad pubertatem hæredem aſſignarent. l. ſecunda. ff. de vulg. ſubſ. Patet autem, cùm conſenſus filij & auctoritas requiratur. l. 6. l. 11. ff. hoc tit. primùm de eo hæc dici, qui iam pubes eſt, deinde filiorumfa. aliquam auctoritatem fuiſſe, in his ſcilicet, quę iuris publici fuerunt, in quibus nulla patriæ poteſtatis vis fuit. l. quinta. l. ſexta. ff. de cap. mi. velut in magiſtratibus, & tutelis. l. 3. ff. hoc tit. l. 9. ff. de his qui ſunt ſui. l. 14. ff. ad Trebell. & apud Gellium libro ſecundo, cap. ſecundo.

a In plurimis. Quandoque enim eſt contra: vt infrà de hær. quæ ab inteſt. §. minùs. ſecundùm Azo. Item in eo, quod adoptiuus pater non tenetur eū inſtituere, vt ĩ. de hær. quæ ab inteſta. §. ſed ea omnia. ver. cùm nec neceſſitas.

b Extraneum. vt ſic tranſeat in ſuam poteſtatem: vt ſuprà eodem §. ſed hodie.

N.A. † Non extraneum. Id eſt, nepotē. Quia Iuſtiniani lege plus auus nepotem ex filia, vel filio emancipato verè adoptare intelligitur. lege penult. Cod. hoc tit. Iuſtiniani inſtituto nulla eſt adoptio, præterquàm nepotis ex filia, vel filio emancipato.

CASVS. Quero, an ſpado adoptare poſſit? Diſtinguo. Spadonum enim nomen generale eſt, quod duas ſpecies complectitur. Alij enim ſunt, quibus virilium membrorum vitio ſpes generandi prorſus adempta eſt, vt antiqui Perſarum reges, qui Bagou vocabantur,

¶ Qui ſecundùm naturam liberos generare nequeūt, nec ſecundùm artem ſibi parare queunt.

¶ Sed & illud vtriuſque [c] adoptionis commune eſt: quod & hi, qui generare non poſſunt [d] (quales ſūt ſpadones [e] adoptare poſſunt: * caſtrati autem non poſſunt.

vt Dorus apud Terentium: alij, quibus ſublato vitio ſpes eſt generare poſſe: quales ſunt qui vocantur ὑποσπαδιαῖοι, q ſemē habēt fœcundū, ſed quia meatus contortos vinculū occupat, generare non poſſunt. Illi ergo, qui Caſtrati vocantur, neque adoptare, neque arrogare poſſunt. Hi verò poſſunt. Sequens §. noſtræ non indiget explicationis. Corn. Vib. (* abſunt D.)

Not. quòd adoptio non poteſt fieri ab his, qui non habent poteſtatem generandi de facto, ſecùs à natura. Item, quòd impoſſibilitas de facto magis impedit, quàm naturalis. Item, quòd fœmina non adoptat, nec habet filios in poteſtate. Syl.

c Vtriuſque. Quarum vna hodie vocatur arrogatio, alia adoptio: vt ĩ. eo. §. Imperatoris.

d Non poſſunt. Qui omnes eunuchi vocantur: ſed ab hoc genere detrahit caſtratos, qui generare non poſſunt, id eſt, caſtè ſic natos, vt nunquam potuerint generare.

e Spadones. Quibus teſticuli, vel genitalia abſciſſa ſūt cultello vel ſpathа, & eſt ratio: quia fortius aſt impedimentum naturæ, quàm accidentis: vt hic, & ff. de lib. & poſthu. l. ſed eſt quæſitum. §. j. & ij. & no. quòd vulgariter promiſcui appellantur.

ADDITIO. Spadonū tres ſunt ſpecies. Primi ſunt, eunuchi, quibus aut virile membrum totum, aut ſoli teſtes adempti ſunt. Secundi, qui Thlibię Thlaſiæque dicuntur, qui attritos fractóſve teſtes habēt. Tertij, q quãuis generare nō poſſint, non eſt tamē illis ſpes adēta ſublato vitio. Primi & ſecundi Caſtratorum nomine hoc §. intelliguntur, reliqui generis nomine, Spado-

nes. vide l. ſi ſeruus. ff. de iur. dot. l. adigere. §. quamuis. de iur. pat. & Anton. Auguſt. lib. iij. cap. v.

N. A. † Spadones. Spadonis vitium ſanabile eſt, caſtrati, inſanabile. l. ſpadones. 128. ff. de verb. ſig. l. ſi ſerua. 39. ff. de jur. dot.

¶ a Nō poſſunt. Sed ipſæ arrogari poſſunt: vt ff. eo. l. nam fœminæ.

N. A. † Fœminæ quoque. Patria poteſtas ſolis patrib⁹ tributa eſt: mulieres in perpetua tutela erant: Itaq; naturales liberos in ſua poteſtate non habebāt, ſolius Principis beneficio adrogari, & adrogare poterant. l. nā & fœminæ. 21. ff. hoc tit. Præterea, comitiorum ius nō habebant, vt ait Gellius libro 5. cap. 9. ſolatium autē intelligit, trium liberorum amiſſorum. l. mulierem. C. hoc titulo.

ralis, ſed adoptiuus erat Lucius? veluti, Auguſtus adoptat Tiberium. is Germanicum Druſi fratris ſui filium adoptauerat. eritne Germanicus in Auguſti poteſtate nepotis numero? erit. Cor. V.

¶ Fœmina nō poteſt adoptare, niſi eidem propter amiſſos liberos ex principis indulgētia concedatur.

Adnota, fœminas filios in poteſtate non habere: quo fit, vt iuribus poteſtatis patriæ minimè fruantur.

¶ Fœminæ quoque † adoptare non poſſunt [a]: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habēt [b]: ſed ex indulgentia [c] Principis ad ſolatiū liberorum admiſſorum [d] adoptare poſſunt.

¶ Arrogatus non ſolum in arrogantis conuolat poteſtatem: ſed etiam liberi quos in poteſtate habet.

¶ Illud propriū † eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum [e] fit, quòd is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe arrogandum dederit, non ſolùm ipſe poteſtate arrogatoris ſubiicitur, ſed etiam liberi [f] eius in eiuſdem fiunt poteſtate, tāquam nepotes. Sic etenim diuus Auguſtus [g] non antea

¶ No. quòd adoptione trāſeunt etiā filij in poteſtatem adoptantis. Syl.

N. A. † Illud propriū eſt. Nota hanc differentiā. Per adoptionem, ſolus adoptatus in adoptatoris familiam tranſit; liberi eius in aui naturalis familia permanent. Per adrogationem non tantùm adrogatus, ſed etiam omnes eius liberi, in adrogatoris familiam tranſeunt. l. iiij. ff. de adopt. De Auguſto. Vide Sueton. & Cor. Tacitum. lib. 4.

¶ e Oraculum. i. Per Principē, vt de eo, qui ſui iuris eſt, & ideo tranſit etiam hodie in poteſtatem arrogatoris: vt ſuprà eodem, in princip. ideo ſic dictum quia oramus, ſiue deprecamur eum, vt in tabulis præſtet hoſtibus auctoritatem. Accurſ.

¶ b Habent. Nota fœminas non habere filios in poteſtate, & facit ad hoc. ff. de ſuis, & legi. l. nulla. & j. de hære. qual. & diffe. §. cæteri. & ff. de contra. tab. l. illud. §. ad teſtamenta.

¶ c Sed ex indulgentia. De nouo iure concedenda: vt C. eo. l. mulierem.

¶ d Amiſſorum. In acie principis: vt hic innuit. & j. de excu. tut. §. ſed & ſi in bello. ff. de inoffi. teſt. l. ſi ſuſpecta. §. fin. Sed nunquid & tunc habebit in poteſtate? Videtur quòd ſic, cùm beneficia Principum ſint extendenda: vt in authentic. conſt. quæ de digni. §. pen. & ff. de conſtit. princ. l. pen. Sed tamē cōtrà dico ad inſtar. ſcilicet naturalium. nam naturam imitatur adoptio: vt ſ. eo. in §. minorem. & facit ad hoc. Co. eo. l. mulierem.

¶ Illud proprium. CASVS. Mitio Aeſchinum adoptat, Aeſchinus filium habebat Lucium. Eritne Lucius in Mitionis poteſtate? erit. Quid ſi non natu-

¶ f Liberi. Omnes nati & naſcituri, & etiam reuerſuri ab hoſtibus: vt ff. eo. l. ſi paterfamilias. in princi. fallit hoc. ff. de oper. liber. l. operæ.

¶ Adde, quòd intelligitur ſec. Iaſ. ſi nati ſunt: ſecùs, ſi in vtero eſſent. l. fin. ff. de collat. bonor. Syl.

¶ g Diuus Auguſtus: Hic Imperator volebat adoptare quendam nomine Germanicū, & hic Germanicus noluit conſentire: vnde non poterat procedere adoptio. vt infrà titulo primo. §. ſi pater. & ff. eod. l. ij. in prin. vnde Auguſtus callidè ſuaſit cuidam nomine Tiberio, vt illum Germanicum adoptaret. quod fecit: & hunc Tiberium poſtea arrogauit princeps: quare & per conſequens habuit Germanicum loco nepotis.

ADDI

Tiberium adoptauit, quàm is a Germanicum adoptaſſet: vt protinus [b] adoptione facta [c], inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

¶ Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem nanciſcitur.

¶ Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos *, ſi à domino adoptati [d] ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari †. Vnde & nos eruditi, in noſtra cõſtitutione [e] etiam eum ſeruũ, quem dominus, actis [f] interuenientibus, filium ſuum nominauerit, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum non ſufficiat.

TITVL. XII.

QVIBVS MOdis ius * patriæ poteſtatis ſoluitur.

¶ Mortuo patre, mox ſui iuris filius efficitur: mortuo verò auo, ita demũ nepos ſui iuris euadit, ſi non ſuperſit ei pater, in cui⁹ recidat poteſtatem.

Videamus nũc quibus modis

ADDITIO. Verba Suetonij in Tiberio hæc ſunt: Adoptatur ab Auguſto, coactus ipſe prius Germanicũ fratris ſui filium adoptare: nec quicquam poſtea pro patrefam. egit, aut ius, quod adoptatione amiſerat, ex vlla parte retinuit. nã neq; donauit, neq; manumiſit ne hæreditatem quidem aut legata percepit vlla aliter, quàm vt peculio refert accepta.

a Is. Tiberius.

b Protinus. i. ſtatim.

c Adoptione facta à Principe.

Apud Catonẽ. CASVS. Põpeius Demetriũ ſeruum adoptat. Quid conſequitur Demetrius? Libertatem, non enim filij ius, item vt qui liber adoptatur. Quid ſi non apertè adoptauit, ſed tantùm apud magiſtratum eum filium ſuũ appellarit, eámque rem perſcribi conſignariq; voluerit, & inter acta iudicialia eius diei referri? Etiam libertatem, ſed ius filij, minimè. Corn. Vib. Not. quòd per adoptionem ſerui efficiuntur liberi. Item, quòd libertas non ſolùm expreſſè, ſed tacitè dari poteſt. Item, quòd ſeruus filius nominatus, fit liber, ſi nominetur in actis, licèt non acquirat iura filiorũ. Item, quòd verba blanda, & adulatoria in iudicio emiſſa fauore libertatis operantur. Item, quòd ſi non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere poteſt. Item, quòd ex ſola nominatione quæritur ius. Sylueſt.

* ſerui.

d Adoptati. ſ. à domino: ab extraneo autem non poteſt etiam libertus: vt ff. eo. l. ſi pater. in fine.

N.A. † Liberari. Vt hæc legis actio tantũ pro parte valeat; hoc eſt, non ad effectum adoptionis, ſed ad libertatis tantùm, cũ nec libertus quidem ius conſequatur filij. l. vlt. ff. hoc ti. & apud Gel. lib. 2. ca. 19. Ergo ius iſtud libertatis fauore. contra iuris rigorẽ introductũ eſt. l. generaliter. 14. §. ſi qs ſerui. ff. de fid. libert.

e Conſtitutione. Vt Cod. de lat. lib. tol. l. vnica. §. ſimili quoq; modo.

f Actis. id eſt, coram iudice: dicẽdo hęc verba, veni huc, fili, ſecundũ AZO. vel, vt puro, coram iudice agebatur, vt filius fieret adoptiu⁹, & inde facta fuit ſcriptura, nõ tamen res peruenit ad perfectionem: vt differat à proximo caſu ſuperiori. Aliud ſi extra iudiciũ talia fierent. vel agerentur. vt C. de libe. cauſ. l. pen. & ſic collige ex hoc & ſuperiori reſponſo, q. ſi id quod ago, nõ valet vt ago, valet tamẽ vt valere poteſt ſic C. de lat. lib. tol. l. vnic. §. ſimili quoq; modo. Arg. contrà. ff. de iur. codic. lege prima. & ff. de pact. lege, ſi vnus. §. ſi acceptilatio.

* abeſt.

ADDITIO. Reſpondent doctores, quòd ibi conſtabat teſtantem nolle codicillari.

QVIBVS MODIS IVS patriæ poteſtatis ſoluitur.

Suprà viſum eſt, quomodo dominica poteſtas conſtituatur, & conſtituta tollatur: ſubſequenter viſum eſt qualiter patria poteſtas cauſetur. Sequitur de iure videre, quibus modis diſſoluatur, ſecundùm Porcum.

Videamus. Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes. Primò, qualiter diſſoluatur patria poteſtas morte naturali. Secũdò, qualiter morte ciuili

ex delicto proueniente. Tertiò, qualiter propter dignitatem à filio acquiſitam. Quartò, qualiter propter captiuitatem patris vel filij. Quintò, qualiter emancipatione. Sextò, qualiter per dationem in adoptionẽ auo paterno, vel materno. Secunda ibi, Quum autem. Tertia ibi, Fili⁹. Quarta ibi, Si ab hoſtib⁹. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & ſi pater. Itẽ, hoc principium ſubdiuiditur in quatuor: quia primò ponit de quo eſt tractaturus. Secundo, qualiter: aliàs ſ. dixit de ſeruis. Tertiò, qualiter filij liberentur a patria poteſtate, generaliter reſpon. Quartò, dictam reſponſionẽ diuidit. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Hi verò. Quarta ibi, Sed hoc.

ex Gaij inſt. tit. 6.

CASVS. Didici quemadmodum poteſtas in homines comparari, acquiríque poſſet, tum herilis, tum patria. Quæro nunc quibus ea modis diſſoluatur? Herilis quidem manumiſſione: vt dictum eſt. Patria autem, morte. Nam Alexander, Philippo mortuo, ſui ſui iuris efficitur. An verò etiam aui ſui Amyntæ morte? Etiam, modò antè Philippus eſſet mortuus, aut emancipatus. Nam emancipato Philippo, Alexander in ſolius erat Amyntæ poteſtate. Eo igitur mortuo liber eſt. Cor. Vib.

¶ Not. quòd verbum, videamus, refertur ad oculũ intellectus. Item, quòd cognito quomodo aliquid concipiatur, vel acquiratur, cognoſcendum eſt quomodo diſſoluatur, vel amittatur. Item, quòd morte patris vel aui filij, vel nepotes ſui iuris efficiuntur. Item, quòd licet dictio, omnimodo, habeat naturam præciſam, recipit tamen congruum intellectum ſecundùm alia iura: vt hic, & cap. j. de deſponſat. impuber. Syl.

¶ a Et quidem. q.d. quid ſit circa ſeruos de abſolutione poteſtatis eorum, diximus ſuprà de lib. §. primo. & §. multis.

hi, qui alieno iuri ſunt ſubiecti, eo iure liberentur. Et quidem [a] quemadmodũ liberentur ſerui à poteſtate [b] dominorum, ex iis intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittẽdis ſuperi⁹ expoſuimus. Hi* verò, qui in poteſtate parentis [c] ſunt, mortuo eo [d] †, ſui iuris fiũt. Sed hoc [e] diſtinctionem recipit. Nam mortuo patre [f], ſanè omnimodo filij, filiæve ſui iuris efficiũtur. Mortuo verò auo, nõ omnimodo [g] nepotes*, neptéſque ſui iuris fiunt: ſed ita [h], ſi poſt mortẽ aui in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. Itaque ſi moriente auo, pater eorum [i] viuit, & in poteſtate patris ſui eſt, tunc poſt obitum aui in poteſtate [k] patris ſui fiunt. Si verò is [l], quo tempore

¶ b A poteſtate. Subaudi dominica.

¶ c Parentis. Strictè accipe pro his tantùm, qui ſunt ſuperiores ex linea maſculina. Nã fœminæ nõ habent in poteſtate filios, vt ſ. titu. j. §. fœminæ. generalius accipitur ſ. tit. ij. §. j.

Mortuo eo. Patrefam. mortuo, ſi quidem ſolus filius, aut ſolus nepos exſtet, quamuis impubes, tamen paterfam. efficitur. Quòd ſi, & filius, & nepos exſtent; ille paterfa. hic filiusfamilias efficitur. lege quarta, quita, ſexta, ff. qui ſunt ſui, vel al. lege, pronuntiatio. 195. ff. de verborum ſignificatione. N. 4.

¶ d Eo. ſcilicet Parente.

¶ e Hoc. Scilicet, quod dixi morte ſuperioris inferiores effici ſui iuris.

¶ f Patre. ſcilicet familiâs. ſubaudi ſupra quem nullus eſt ratione poteſtatis.

¶ g Non omni modo. id eſt, generaliter.

¶ h Sed ita. ſ. fiunt ſui iuris.

¶ i Eorum. ſcilicet nepotum.

¶ k In poteſtate. Et non exiuit. nam ſi exiuit, & poſt ea redit, quia eſt arrogatus, non recideret filius in poteſtatem eius: vt ff. de adopt. lege, ſi pater filium. & eſt ratio, vt ibi notatur.

ADDITIO. Scilicet, quòd ius ſemel quæſitum, nepoti non debet tolli per arrogationem: per regulam iuris. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Alia enim ratio ibi poſita reprobatur. quod facit, vt poſt impetrationem vacaturę nubens nõ obtineat: etiam ſi vxor moriatur. Angel.

¶ l Is. ſ. filius prædictus.

¶ a Mor

auus moritur, aut iam mortuus eſt [a], aut emācipatione exiit de poteſtate patris, tunc ij, qui in poteſtatem eius cadere nō poſſunt, ſui iuris [b] fiunt.

¶ Deportatio patris aut filij, patriæ poteſtatis vinculum ſoluit, reſtitutio verò principis, id in priſtinū ſtatum reponit.

¶ Quum autem is†, qui ob aliquod maleficiū in inſulam deportatur [c], ciuitatem amittit: ſequitur

¶ a Mortuus eſt. ſ. Filius prædictus.

¶ b Sui iuris. Niſi in caſu: vt quando per dignitatem filius ſui iuris factus fuiſſet: vt in auth. con.tit. quæ de dign. §. illud.

¶ Quū autē. Diuiditur in quinque partes. Primò, de deportatione patris. Secūdò, de deportatione filij. Tertiò, de indulgētia principis. Quartò, de relegatis. Quintò, de ſeruis pœnę. Secūda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed ſi ex indulgentia. Quarta ibi, Relegati. Quinta ibi, Pœnæ. Aretin.

CASVS. Ouidius ab vrbe abeſſe iuſſus eſt, & maris Euxini poſitos ad læua Tomitas, quærere. Quæro, retinétne patriam in liberos poteſtatem? Diſtinguo. Si deportatus eſt, quia ciuitatem Rom. amittit, non retinet. Patria enim poteſtas (vt iam antè didiciſti) ciuium eſt Rom. propria. ſimiliter filius deportatur, & exul, à patria poteſtate migrat. Sin autem duntaxat relegatus, eſt (vt ipſe de ſe teſtatur) retinet. ſic autem de Auguſto loquitur: Ipſe relegati: non exulis vtitur in me nomine, tuta ſuo iudice cauſa mea eſt. ſimiliter igitur relegati liberi patris in poteſtate remanent. Nunquámne deportatus poteſtatem illam recuperat? Imò verò, principis beneficio & ciuitatem, & poteſtatem poteſt recipere.

• Pœnæ ſerui. Quis præterea patriam poteſtatem amittit? Seruus pœnæ. Qui ſunt ſerui pœnæ? Qui pœnæ, ac ſupplicio mancipati ſunt. veluti, qui ad effodiendum metallum damnantur. aut calcem, aut ſulphur. Item qui in cibū dantur beſtiis, vt Daniel vir ſanctus: aut ſpectaculi gratia cum beſtiis pugnaturi cōmittuntur, vt ille Androdus (ſi liber fuiſſet) qui à leone agnitus eſt Romæ in circo maximo: de quib9 ſcribit Gellius lib. v. cap. xiiij. Cor. Vib.

• Not. quòd deportatus perdit ciuitatem. Item, quòd qui deſinit eſſe ciuis Rom. non habet filios in poteſtate. Item, quòd dictio, perinde, denotat ſimilitudinē, licet non per omnia. Item, quòd mors ciuilis æquiparatur naturali. Item, quòd deportatione filij ſoluitur patria poteſtas: ex quo notatur, quòd patria poteſtas eſt ciuium Roma. actiuè & paſſiuè. Exigit enim in patre, & filio ciuilitatē. Item, quòd reſtitutio reponit omnia in priſtinū ſtatum. Item, quòd relegatio non tollit patriam poteſtatem, ſecus in ſeruitute pœnæ. Itē, quis dicatur ſeruus pœnæ. Syl.

¶ Cùm autem. Dictum eſt ſ. qualiter ſoluitur patria poteſtas morte naturali: nūc ponit, quando morte ciuili. Acc.

† Cùm autem is. Legibus Porcia, & Sempronia, ciues Romani nullo ſupplicio damnabantur: aqua tamen, & igni interdicebantur: id eſt, vſu earum rerum, quibus vita continetur. In eius locum ſucceſſit deportatio in inſulam, lege ſecunda. ff. de pœn. quæ ciuitatē, familiam, bona omnia damnato adimebat: Qua de cauſa, non modò pœnæ ſeruus, ſed etiam deportatus habetur pro mortuo. l. ij. §. penult. ff. de bono. poſſeſſ. l. verum. 63. §. ſocietas. ff. pro ſoc. Relegatio eſt, cùm alicui certa inſula pœnæ cauſa ſic adſignatur, vt eius quaſi vinculo ſic contineretur. ſaluo reliquo omni ſuo iure. lege 4. l. 7. §. hæc eſt. ff. de interd. & rel. Pœnæ ſeruus eſt, qui in perpetuum pœnæ alicui addictus eſt. lege, qui in vltimo. 29. ff. de pœn. Qui ad beſtias damnabantur, illico conſumebantur: qui ad gladium, intra annum: qui in ludum, vel venatorium, vel gladiatorium, hi cruentis populi ſpectaculis, & voluptati reſeruabantur. l. aut damnum. §. quicunque. ff. hoc ti. N. A.

¶ c Deportatur. Hic not. quòd hæc ſententia deportationis vt valeat. j. vt ſtatum, & ciuitatem perdat, non poteſt dari niſi à quatuor iudicibus. ſcilicet ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat, & à præfect. præto. & à præfect. vrb. ff. de pœn. lege ſecunda. §. primo. & de legat. iij. in l. prima §. à præfecto & ff. de inter. & releg. l. inter pœnas. §. j. Idem credo in ſenatoribus qui parem ſententiam. i.

Deportare poſſunt quatuor iudices.

vt qui eo modo [a] ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde * quaſi eo mortuo [b], deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari [c] ratione & ſi is, qui in poteſtate patris ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parētis. Sed ſi ex indulgentia * principis [d] reſtituti fuerint per omnia priſtinum ſtatum [e] recipiunt. Relegati autem patres in inſulam in poteſtate ſua liberos retinent [f]. Et ex contrario, liberi relegati in poteſtate parentum

parem habent effectum principi, vel maiorē quàm prædicti: vt ff. à qui.appell. non licet. l. j. §.j. Si autem alius iudex talem ſententiam det, non valet: nec mādatur executioni, niſi princeps approbet eā, vel inſulam ſiue locum aſſignet, vt ff. de leg. iij. l. j. §. ij. & §. deportatos. & ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. l. ſi quis. §. eius. in gl. j. Quæ autem ſint delicta pro quibus in inſulam debent deportari, dicemus infrà de publi. iudi. per totum titulum. Sed relegare poteſt quilibet, qui habet merum imperium, vt ff. de inter. & releg. l. relegatorum. j. reſp. Et not. quòd primò de media, ſecundò de relegatione, tertiò de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam poteſtatem: ſed relegatio nō ſic. cùm ſtatus non ſit mutatio, nec capi. deminutio.

a Eo modo. i. Per iſtam deportationem in inſulam.

b Mortuo. Non deportatum mortuū. ſ. ciuiliter. ſic ff. de contra. tab. l. j. §. quidam filium. & ff. pro ſoc. l. verū. §. ſocietas. ver. intereunt.

c Pari. Hic not. vbi eſt eadem, vel ſimilis ratio, idem ius conſtituatur. ſic ff. de verb. oblig. l. à Titio. circa fi. & j. quod cum eo, qui in alie. po. §. ſi igitur. in fi. & ff. de eden. l. quidam. §. nūmularios. in glo. quia. & ff. ad leg. Aquil. l. illud. Arg. cōtra. ff. de colla. bon. l. ſi quis. in fin. j. reſpon. ibi, hæc in patre.

ADDITIO. Solue ſecundùm Ioan. Fab. & Angel. hic, quòd ibi non erat eadem ratio per omnia.

d Principis. Aliàs principali. Sed nūquid per alium poterit reſtitui? Reſp. non: niſi fortè per ſenatorem qui poteſt reſtituere ad ſtatū: vt ff. de poſtul. l. prima. §. eum, qui. ver. de qua. & §. an autem.

Adde reſtitutionem fieri per omnem, qui auctoritatem ſupremam principis habet, ſiue ſit ſenatus, ſiue ciuitas. l. fin. & ibi gloſ. & doctor. Co. de præſcript. long. temp. Syl.

e Statum. ſcilicet quantùm ad honores, vel ordines, & ſimilia: vt Co. de ſen. paſſ. l. j. ergo & patria poteſtatem: & hoc vult dicere. Sed contrà dicitur. Cod. de ſent. pa. l. inſulam. & l. ſi pater. Solu. hic ſpecialiter ad omnia fuit reſtitutus, ſecundùm M. & ſic facias punctum ibi, per omnia. hanc reprobo: quia ſemper intelligitur ad omnia reſtitui, niſi contradixerit expreſſim: nam verbum. ſcilicet reſtituo, generale eſt, vt ff. de vſur. l. videam⁹. ij. §. in Fauiana. Alij hoc intelligunt ad patrem reuertētem tantum referendum, cui debet reſtitui filius in poteſtatem: ſed filio reſtituto non ſic: quia ſic noceret ei reſtitutio. ar. C. de legi. & con. l. quod fauore. Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus, & reſtitutus in libertinitatem, recidit, vt ff. de iu. pat. l. ſiue libertus. Dic ergo intereſſe, vtrum princeps dicat hæc verba, reſtituo te: & tunc ad omnia reſtitutus videtur, vt hic. an hæc, indulgeo tibi: quo caſu de pœna tantùm remittenda cogitaſſe videtur: vt in contrariis argumen. C. de ſent. paſſ. l. generalis. & l. tutor. & l. cum indulgentia. & C. de gener. abo. l. fina. Accurſius.

f Retinent. Nota differentiam inter deportatū, & relegatum quo ad familiam: vt hic, & ſ. proxi. §. Item hic bona retinet, ille non: vt ff. de interd. & relegatis. l. j. Item, hic ciuitatem retinet, ille non: vt ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. ſiue ad tempus. & §. ad tempus. Item, quod hic ad tempus, vel in perpetuum: ille autem tantum in perpetuum deportatur: vt ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. hæc eſt differentia. ſed in libertate non eſt differentia. nam vterque liber remanet: vt ff. de bonis dam. l. ſed ſi alia. §. j. Sed bannitos noſtri temporis quibus comparabimus? Reſp. ſi tantum eſt maleficiū, vt etiam cum ciuitate bona ſua publicentur, vel de iure, vel de conſuetudine ciuitatū: tunc

* aſſ.

* aliàs, principali.

Deportatus, & relegatus differunt.

tunc

Digitized by Google

tunc deportato comparabo. aliàs re-legato, vt argu. ff. de bonis damna. l. j. non autem dico, quòd poſſit deportari à præſide de iure: vt s. §. proxi. diximus. nec relegari aliquis poteſt à defenſore ciuitatis: cùm ſit de imperio mero relegatio: vt in auth. de defen. ciui. §. nulla. in fine §. Vnde verſus. Qui deportantur ſemper pœna cruciantur. Pœna relegatis eſt temporis, éſtque perennis.

remanent.

¶ Seruitus pœnæ patriam poteſtatem tollit. Angel.

¶ Pœnæ [a] ſeruus effectus filios in poteſtate habere deſinit. Serui autẽ pœna efficiuntur, qui in metallũ [b] * damnantur: & qui beſtiis [c] ſubiiciũtur.

¶ Sola patriciat* dignitas filium à patria poteſtate exhibit.

¶ Filiusfamiliâs ſi militauerit [d] †, vel ſi Senator *, vel ſi Conſul factus fuerit: remanet * in poteſtate patris. Militia enim, vel conſularis dignitas de patris poteſtate filium non liberat [e]. Sed ex conſtitutio-

a Pœnæ. id eſt, Supplicij. ſupplicij enim ſuus domin⁹ eſt, non fiſcus: vnde ei nihil quæritur, vt ff. de iis, quæ pro non ſcrip. ha. l. iij. Sed nouo iure nemo ingenuus fit ſeruus ex ſupplicio: vt in authent. de nupt. §. quod autem. & §. ſi verò.

** Alias dantur. Ingenuus ex ſupplicio non fit ſeruus.*

b In metallum. i. in opus metalli, ad fodiendũ metallum, vel etiam deportandum, & hi, ne fugerent, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur, vt ferro vel alio modo. Alij verò erant, qui dicebantur damnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur: & qui hinc fugiebant, in metallo ponebantur. Alij verò erant qui in miniſteriũ, vel in ſeruitium metallicorum tantùm ponebantur. ex hoc, ſi perpetuò fieret erant ſerui: aliàs contrà: vt ff. de pœn. l. aut damnum. §. inter eos. & §. quiſquis. & §. in miniſterium. Sed quid, ſi prouincia non habeat metalla aliqua vel ferri, vel alicuius ſimilis conditionis? Reſpon. in vicinam prouinciam mittebantur, vt ff. de pœ. l. aut damnum. §. eſt pœna. Alij ſunt in opus publicum perpetuò dari, vel ad tempus, qui ſunt ſimiles relegatis: vt ff. de pœn. l. quidam. ſed huiuſmodi pœnæ non ſunt in vſu hodie. Accurſ.

c Beſtiis. Deducendis fortè. vel etiam vt comederet cum eis, vel alia beſtialia faceret. de hac pœna dic vt not. ff. de pœn. l. qui vltimo.

ADDITIO. Qui in cibum dantur beſtiis, ſubiecti beſtiis dicuntur: qui verò ad pugnam beſtiarum introducuntur, obiici beſtiis magis dicuntur: cuius rei exemplum vide apud Gellium lib. 5. cap. 14. E. B.

Filiusfamiliâs. CASVS. Torquatus in militiã pficiſcitur, ac p patria nullũ periculũ refugit: liberatúrne à patria poteſtate? minimè. Quid, ſi ſit Patricius, i. Senator? nã ſub Conſtãtino magno, ac deinceps Senatores, Patricij dicti ſunt. Olim ne conſulatus quidẽ, de patris iure quẽquã liberabat. Iuſtiniani verò lege, & conſules, & Patricij omnes liberantur. Cor. Vibul.

** extiterit. * maneat.*

Nota, quòd hoc iure filiusfamiliâs miles non liberatur à patria poteſtate. Item, not. Patriciatum liberare à patria poteſtate. Item, quòd argum. ab inconuenienti valet. Item, quòd argumentum de minori ad maius valet affirmatiuè. Item, quòd dignitas patriciatus eſt ſumma & maxima. Item, vnde Patricij dicantur. Syl.

d Militauerit. id eſt, Miles factus fuerit: ad quod multa ſunt neceſſaria: vt in auth. de mand. princi. §. fi. verſi. ſi quidem. in gloſ. j. diximus etiam in l. penultima. ff. ex quibus cauſis maio. vbi ſex requiruntur ad hoc quòd quis ſit miles. Vel dic militauerit, id eſt, in exercitio militiæ fuerit.

† Militauerit. Dubitatur contra, partim propter ſacramentum militare, partim quia ſi filiofam. Imperium, & exercitus mandetur, ius vitæ & necis in milites habebit. Sed cùm patria poteſtas ius priuatum ſit familiæ, etiam ſi filius, vel militiæ, vel domi cũ imperio, vel in poteſtate ſit, tamen in patris poteſtate retinetur. l. vij. ff. de hoc tit. l. tertia. ff. de adopt. l. 14. ff. ad Trebell. l. nona. ff. de his qui ſunt ſui vel al. *N. A.*

e Non liberat. Hoc eſt iure iſto: nam nulla dignitas, præter patriciatum releuat filium à poteſtate patris, vt ſub-

iicit: ſed hodie xij. ſunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem: curialem à curiali conditione: vt C. de decur. l.fin. lib. x. & illæ eædem liberant à patria poteſtate: vt in authen. conſti. quæ de dig.§. j. & §.generaliter. vnde cùm ſit ibi conſul, corrigitur quod de eo hic dicitur.

¶ a Conſtitutione. vt C.de conſulibus.l.finali, lib.12.

† Sed ex conſtitutione. Summa quidem poteſtas, penes præfectum vrbi fuit. Sed ſumma dignitas, penes patricios, tum etiam penes conſules, conſulares, præfectos prætorio, magiſtros militum: & hæ omnes dignitates patria poteſtate liberabant, etiam ſine capitis minùtione. l. vltim. Cod. de conſulibus. & nouella 81.

ne[a] † noſtra ſumma Patriciatus[b] digniras ilico[c], Imperialibus codicillis præſtitis filium à patria poteſtate liberat[d]. Quis enim[e] patiatur, patrem quidē poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare: * Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit[f], aliena eximere poteſtate.

¶ b Patriciatus. Erat enim patricius quaſi principis pater. vnde Saluſtius, O patres conſcripti. nam ſcripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel alias.

ADDITIO. Miſerum ſeculum: Accurſij, Patricij primi dicti ſunt qui ex centum patribus à Romulo lectis deſcenderunt, auctor Liuius libro primo. Sed ſub Conſtantino magno, & deinceps nomen eſſe cœpit ſupremi conſilii, dictique ſunt patricij, quaſi patres communis Reipublicæ, auctore Suida.

¶ Vide Bud. in ſuis annotat. in l. fin. ff. de Senato. Syl.

¶ c Ilico. Hoc eſt ſpeciale in Patricio, & Cōſule, etiā hodie vt ſola collatione. id eſt, datione codicillorum. id eſt, dignitatis ſcriptæ, vel per aliquod priuilegium fiant ſui iuris, etiam ſine adminiſtratione: in aliis decem, tunc demum cùm cœperint adminiſtrare: vt in auth. conſti. quæ de digni. §. j. in gl. codicillos. quæ eſt C.epi. & cle. auth. ſed dignitas. & C. de decu. l. fi. libro x. Item in tertio caſu cùm ordinatur epiſcopus, qui eſt etiam vltra ſupradictos caſus: vt in auth. conſtit. quæ digni. §. palam.

ADDITIO. Et not. ꝙ vbi electio eſt neceſſaria ex parte vtriuſq;, vt quia eligentes coguntur eligere: & electus conſentire: quæritur ius ex ſola electione etiam abſenti, & ignoranti. l. illud. ff. de tut. & cur. da. ab his. Sed ſi non ſit neceſſaria ex parte electi, vt in epiſcopo: quæritur ius ante acceptationem. c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. vj. Item, vbi ſit electio per viā facultatis, vt à populo vel domino. Sed & ſpeciale in Patricio, & Conſule, vt hic Angel.

¶ d Liberat. ſcilicet dignitas.

¶ e Quis enim. quaſi dicat, ſi quilibet pater etiā viliſſimus filiū ſuum emancipat quando vult. vt j. e. §. admonendi. & §. præterea. quare hoc Imperator non poterit facere? vel dic in caſu electi Patricij: quaſi dicat, cùm ipſe pater patricij poſſit emancipare, & ad hoc cōpellatur cum alapis, & verberibus; vt in auth. conſti. quæ de digni. j. reſp. quare & ipſe Imperator, &c.

¶ f Elegit. Quod rarò fit: vt C. de conſulibus. l. fin. lib. xii. ſecundum M.

¶ Si ab hoſtibus. Diuiditur in tres partes principales. Primò loquitur, quando pater fuit captus. Secundò quando filius. Tertiò, declarat quid ſit poſtliminium. Secūda ibi, Ipſe quoque. Tertia ibi, dictum eſt. Are.

CASVS. Pone C. Hoſtilium ab hoſtibus captum eſſe. Quæro, nunquid eius filius ſui iuris euadat? Diſtinguo. Aut apud hoſtes moritur Hoſtilius: quo caſu, etiam ex captiuitatis tempore liberatus eſt filius: aut poſtliminio rediit, ac tum liberatus nunquam fuiſſe dicitur. Quid eſt redire Poſtliminio? Eſt poſtlimina, ſiue fines imperij emigratos, in eadem rurſus limina, finéſque reuerti. fines enim ditionis: limina veteres appellarunt. Seruium tamen aliter exiſtimaſſe Cicero in Topicis teſtatur. Quid autem ſi filius captus eſt? Idem quod in patre conſtitutum eſt. Caſus autem, ſiue propoſitum in hoc §. vt vim huius legis intelligamus, fingi ſic poteſt: Titius cùm duos haberet filios, in bonis autem aureos ducentos, ab hoſtibus captus eſt. alter filiorum ex centum aureis negotiatus tantundem queſtus fecit: alter ignauus

ac

*relaxatur.

*Patrem i. ſenatorem, inquit Nebriſſ. in lexico ſuo iuris ciuilis in verb. pater.

Digitized by Google

¶ Captiuitate patris, aut filij pēdet magis quam intereat ius patrię poteſtatis propter poſtliminij ius. Retrò enim fingitur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus regreſſus eſt.

¶ Si ab hoſtibus [a] captus fuerit parens, quamuis ſeruus hoſtium fiat, tamen pendet [b] ius liberorum propter ius * poſtliminij [c]. Quia ij, qui ab hoſtibus capti sūt, ſi reuerſi fuerint, omnia priſtina iura recipiunt. idcirco [d] reuerſus etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminium fingit eū, qui captus [e] eſt, in ciuitate ſemper fuiſſe. Si verò ibi deceſſerit, exinde, ex quo captus [f] eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur.

ac diſſolutus otioſè tradidit. Poſtea nuntiatum eſt patrem apud hoſtes deceſſiſſe. Filij de diuidenda hæreditate agunt inter ſe. Iners ille filius vult omnia partiri ex æquo, quaſi quæſtus ille ſit ex bonis paternis quoniā quæ filiusfamiliàs quęrit, parenti acquirit. Alter contrà gnauus atque induſtrius ex quo tempore pater captus eſt, eum mortuum eſſe contendit, quare quæ ſuo labore quæſiuit, ſibi non patri qſita eſſe. Quod Imperator hoc §. confirmauit. Cor. Vibul.

¶ Nota, quòd captus ab hoſtibus, etſi ciuis Roman. efficitur ſeruus hoſtium. Item, quòd ſi pater capiatur ab hoſtibus, pendet ius liberorum. Item, quòd reuerſi ab hoſtibus omnia iura recuperant. Item not. quid ſit poſtliminium, vnde dicatur, & eius effectus: & quòd licet arguere ab etimologia vocabuli, & quid ſit limes. Syl.

*ſpē. T.

ADDITIO. De poſtliminij vocabulo Cicero ita diſputat in Topicis: In quo, inquit, Seruus noſter, vt opinor, nihil putat eſſe notandum, niſi poſt & liminium illud productionem eſſe verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo non plus ineſſe Timum, quam in Meditullio tullium. Scæuola autem P. M. iunctum putat eſſe verbū, vt ſit in eo & poſt, & limen: vt quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, deinde cùm redierint, poſt ad idem limen, poſtliminio videantur rediiſſe.

Hoſtes qui dicantur. ¶ a Ab hoſtibus. Hoſtes ſunt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi pop. Rom. vt ff. de cap. & poſtl. re. l. hoſtes.

¶ b Pendet. Hic colligitur quoddam hominum genus eſſe in pendenti: vt diximus ſuprà §. de iis qui ſunt ſui, vel alie. iur. §. primo. Sed certè quod hîc dicit, pendet, verum eſt propter iuris fictionem. nam quo ad veritatem ſui iuris eſt filius: vt ff. de teſtam. l. lege Cornelia. in fine. & ff. de lib. & poſt. l. pen. & Co. de ſent. paſ. l. fin. ibi, quod eſt maximè, &c. & ff. ad Mace. l. j. §. j. nam pater ſeruus eſt hoſtiū, vt §. de iure per ſona. §. ſerui. ergo alium in poteſtate habere non poteſt, vt ff. ad leg. Iuliā. de adulte. l. ſic eueniet. Dic ergo, quòd nulla præterita, vel præſentia pendent inſpecto ſtatu præſenti, ſed futura ſic: vt infrà de verb. obligatio. §. conditiones.

Filius captus ab hoſtibus in veritate eſt ſui iuris.

¶ Adde meliorem text. cum gl. in l. qui rec. §. j. ff. de ſol. l. cùm hæredes. §. j. de acquir. poſſ. l. pe. ff. de ſuis & legit. l. in bello. §. ſi quis capiatur. ff. de capt. & poſtlim. reuer. l. bona. §. quod ſi filius. eodem titulo. Syluester.

ADDITIO. Etiā quo ad teſtamentum, vel contractus filij ſuper aduentitiis acquiſitis ante captiuitatem, nec in alium tranſlatis quouis titulo præterquam hæreditario. aliàs ſecùs, ſecundùm Angelum Aretin. ſed ſecundùm Iaſonem non pendet contractus filij, niſi patris præiudicium concernant.

* c Poſtliminij. Eſt autem poſtliminiū ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus, & legibus conſtitutum: vt colligitur ff. de cap. & poſtli. reuer. l. poſtliminium. j. reſpon. Accur.

¶ Poſtliminij. Fictio poſtliminij duplex eſt. ſ. in patre, & in filio. Nā ſi pater apud hoſtes moritur, filius, ex ipſo captiuitatis momento paterfam. fuiſſe fingitur. Si verò redeat numquam abfuiſſe fingitur. l. 12. l. 26. §. j. l. 5. l. 22. ff. de capt. & poſtl. l. duodecima. Cod. eod. tit. de poſtliminij notatione. Vide Cicer. in Topic. *N. A.*

¶ d Idcirco. Quia reuerſi omnia iura recuperant. ** excepta poſſeſſione.*

¶ e Capt. Et reuerſus, vt ff de cap. retro

¶ f Captus. Intra fines noſtros, nec

vltra

verũ ſua verſũ. l. denique, & l. nec vtilẽ. ff. ex quib. cau. mã. l. 1. ° *Quia fuit recuperatus ante quã excederet fines. An. Po.*

vltra deductus. * ita impropriè reuerſus dicitur poſtliminio. Vel dic captus fuerat vltra fines: & tunc dicitur etiã rediiſſe ante quã ad limina redeat: quia ſic recuperat ſtatum, licèt impropriè. & facit ad hunc §. ff. de capti. l. in bello. §. j. item ad idem. ff. de vi, & vi arma. l. qui poſſeſſionem.

° Præterea. Diuiditur in ſex partes. Primò, qualiter per emancipationem liberetur filius à patria poteſtate. Secũdò, qualiter fiebat emãcipatio de iure antiquo. Tertiò qualiter fiat hodie. Quartò, ꝙ pater habet legitimam in bonis emancipati, ſicut patronus in bonis liberti. Quintò, quod pater legitimus eſt tutor filij impuberis emancipati. Sextò, ꝙ nepotem poteſt emancipare, retẽto filio in poteſtate, & è contra. Secunda ibi, Sed emancipatio. Tertia ibi, Noſtra. Quarta ibi, & tũc. Quinta ibi, Et præterea. Sexta ibi, Admonendi. Aret.

° abſunt in quibuſdam.

° domibus.

° limes. T.

Ipſe quoque filius, nepóſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit, ſimiliter dicimus propter ius poſtliminij, ius quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe. Dictum eſt autẽ poſtliminiũ, à limine, & poſt. Vnde eum, qui ab hoſtib⁹ [captus * eſt, &] in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Nã limina ſicut in domo * finẽ quendã faciunt: ſic & imperij finẽ eſſe limen, veteres voluerũt. Hinc & * limẽ dictũ eſt, quaſi finis quidã, & terminus. Ab eo poſtliminiũ dictũ eſt: quia ad idẽ limen reuertebatur, ꝙ amiſerat. Sed & qui captus, victis hoſtib⁹ recuperatur, poſtliminio rediiſſe exiſtimatur.

¶ Emancipatio apud quemuis magiſtratum (etiã citra antiquã ſolennitatem) facta, patriæ poteſtatis vincula ſoluit. verum pater ex emancipati bonis ſibi iure debitam portionẽ conſequitur, illiuſque (ſi impubes ſit) legitimam tutelam.

¶ Præterea [a] emãcipatione quoque deſinunt liberi [b] in poteſtate parẽtum eſſe: ſed emãcipatio antea quidem, vel per antiquam legis* obſeruationẽ procedebat [c], quæ per imaginarias [d] † vẽditiones,

mitteret. Nunc verò quid eſt Emancipatio? Sublata formula, nomen, eiúſque vis tota remãſit. Eſt ergo nunc ſimplex liberatio filij, quam pater apud magiſtratus facit, filium ſua poteſtate ſolutum declarans. Atq; ex eo tempore pater eadẽ habet iura in emancipati filij bonis, quæ patronus in bonis liberti: de quibus ſuo loco cognoſces. Cor. V.

° Not. modum emancipãdi de iure antiquo. Itẽ, ꝙ hodie emancipatione ſoluitur patria poteſtas, & ꝙ idẽ iuris habet pater, qđ patron⁹. Itẽ nota circuit⁹ & fictiones reprobari. Syl.

ADDITIO.

Quomodo autẽ fiebat emãcipatio, docet Vlp. i tutul. tit. x. Liberi ait, parẽtũ poteſtate liberãtur emãcipatiõe. i. ſi poſteaq̃ mãcipati fuerit, manumiſſi ſit. Sed fili⁹ qđ ter mãcipat⁹, ter manu miſſus ſui iuris fit. id. n. lex xij. tabul. iubet his verbis, Si pater filiũ ter venũdauit, fili⁹ à patre liber eſto. Cęteri aũt liberi pręter filiũ tã maſculi, q̃ fœminę, vna mãcipatiõe manumiſſioneq; ſui iuris fiũt. Vide etiã (ſi iubet) Ca. l. inſ. j. & ĩ hũc §. Pet. Nã. mi. l. x.

° xij. Tabul.

CASVS. Num quiſnam eſt alius pręterea modus? Per emancipationem. Et quid eſt emancipatio? erat olim quædã ſimilitudo venditionis, in qua præter verum patrem alter pater exhibebatur, cui filium pater naturalis emancipabat, id eſt in manum tradebat: ab eo viciſſim vnum aut duos numos in ſimilitudinem pretij accipiens. quod iterum, ac tertiò fiebat, itaque de patris poteſtate exibat. vnde fictus pater dicebatur Fiduciarius. quod pater verus fiducia probitatis eius adductus, ſuum illi filium quaſi venditum com-

° a Præterea. nõ ſolum ſupradictis modis, ſed præterea, &c.

° b Liberi. Generale nomen eſt ad omnes inferiores, vt infrà tit. ij. §. fin.

° c Procedebat. id eſt, ea demum ad effectum perducebantur. Accurſ.

° d Per imaginarias. i. fictitias. ſic & ff. de reg. iur. l. imaginaria. nam pater vẽdebat filium pro vno nummo fortè: & emptor eum manumittebat, vt hic & ff. de cap. demi. l. liberos. §. j. & C. eod. l. fi.

Digitized by Google

& intercedentes manumiſſiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto [a]. Noſtra autem prouidentia, etiam* hoc in melius per conſtitutionem [b] reformauit, vt, fictione [c] priſtina exploſa [d], recta via [e] ad * cõpetentes iudices, vel magiſtratus [f] parẽtes intrent [g] *, & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps à ſua manu [h] dimittant. Et tunc [i] ex edicto [k] Prætoris in bonis [l] huiuſmodi filij, vel filiæ, nepotis, vel neptis, qui, quæve à parẽte manumiſſus [m] vel manumiſſa fuerit, eadem iura præſtãtur parẽti, quæ tribuuntur patrono [n] in bonis liberti. Et præterea, ſi impubes ſit filius, vel filia, vel cæteri, ipſe parens ex ma-

N. A. · *&.* · *apud.* · ** Sic Th, aliàs &.*

l. fi. j. reſp. & facit ad hoc ĩ. de teſta. §. j. & propter hoc dicebatur filius capite minui. Sed cum hodie talia non fiant, vt ſequitur, nũquid dicitur capite minui? Reſp. ſic: quia ſtatum ſuum mutat ad minus: vt ĩ. de ca. demi. j. reſp. & §. minima.

† Imaginarias. Lex fuit in xij. tabulis. Si pater filium ter vænũdarit, filius à patre liber eſto. Hãc legis acerbitatem conſuetudo molliuit: Iuriſcõſulti vẽditiones imaginarias cõmenti ſunt, vt pater alicui fiduciario ter venderet; is eum ter manumitteret. Addebãtur ἐκπίσμαξ, & cõtumelioſa frontis pulſatio quaſi abdicati, & domo eiecti l. vlt. C. de emãcip. liberor. & Nouel. 81. Sicuti in manumiſsione ſerui, ſeruo alapa impingebatur. Itaque manumiſsionis nomen, æquè filiorumfamil. vt ſeruorum commune finiti & quod ius fuit patroni in liberto, idem fuit patri in emancipato l. j. D. ſi à par. quis man. Notanda eſt autem differentia, inter mortem patris, & emancipationem filij. Per hanc, filiusfamiliàs capite minuitur, id eſt, perdit ius agnationis in patris naturalis familia, & extraneus efficitur. §. 3. ĩ. de exhæred. liber. & in imaginariã ſeruitutis cauſam deducitur l. 3. D. de cap. minut. Per mortem, liberi non minuuntur capite; ſed in familia, & agnatione naturali permanent. l. 3. §. vlt. D. ad Macedo.

¶ a Ex imperiali reſcripto. Et hoc modo etiam ſine venditione fiebat: vt puto.

ADDITIO. Et erat ratio, ſecundum Ang. hic: quia fruſtra precibus imploratur, quod datur à iure. l. j. in gloſſ. fi. ff. ad municip.

¶ b Per coſtitutionem. vt C. de emancip. lib. l. fin.

¶ c Fictione. Aliàs functione. id eſt, vſu. aliàs factione.

ADDITIO. Quæ fictio non debet deduci in genere: putà quòd contractus ſit ſimulatus. ſed in ſpecie & qualiter præſumatur, vel probetur per teſtes. vide per Ang. hic.

¶ d Exploſa. id eſt, expulſa. ſic ĩ. de fideic. hæred. §. ſed quia ſtipulationes.

¶ e Recta via. Vel indirecta: nõ curo. vel dic i. recto iure.

¶ f Vel magiſtratus. Quoſlibet, etiam ſi non habent merum imperium, vel miſtum: vt in auth. de defen. ci. §. iuſiurãdũ. ver. & quicquid aliud. & ibi glo. & etiã extraordinarios: vt duo Bononien. corã iudice Mutin. vt ff. de manu. vindi. l. etiã. §. fi. & C. de iud. l. pen.

¶ g Intrẽt. Si iudex eſt in domo. idem vbicumque ſit, dummodo non ſit in loco turpi, vt ff. de iuſti. & iu. l. pen. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. penult.

¶ h Sua manu, id eſt, debet capere eum per manum, & relaxare eum per verba ad hoc idonea. vel dic manu, i. poteſtate. nam quãdoque & non capta manu emancipantur, vt C. de emanc. lib. l. penult. Accurſ.

¶ i Et tunc. id eſt, Ex tunc. nam prius occuparet pater omnia iure peculij, vt ĩ. quib. non eſt permiſ. face. teſta. §. j. & eſt ſimile tũc. ff. de cond. & demon. l. iiij. in fin. & ff. ſi cert. pet. l. lecta. circa princ. ibi tunc eo amplius, & in glo. tunc. & ff. de vul. ſubſt. l. in pupillari. §. j.

¶ k Ex edicto. ſ. Poſito. ff. ſi à pa. quis ſuc. ma. l. j. in fin. j. reſpon.

¶ l In bonis. Acquirendis, vel acquiſitis: vel à patre ſibi nunc collatis.

¶ m Manumiſſus, id eſt, emancipatus. Impropriè enim ponitur, vt ff. quando act. de pecun. eſt anna. l. j. §. alienatio.

¶ n Patrono. Patronus autem ſuccedit liberto in totum ab inteſtato, filiis non extantibus: ex teſtamento, in tertia parte bonorum liberti: liberis exiſtentibus, in nihilum: licet olim eſſet aliter,

Patronus qualiter ſuccedit liberto.

aliter, vt j. de ſucceſſ. lib. §. j. & ij. & §. ſed noſtra. Sic erit hic in patre. Sed hæc ſimilitudo interdum fallit: nam interdum habet totum * pater, vt ſi filius turpem perſonam inſtituit hæredem: vt ff. ſi à paré. quis fuer. manumiſſ. l. Pãtonius. in prin. Interdum nihil ex ſucceſſione, vel alio modo: vt in ſex caſibus, ſ. quando pretium emancipationis accepit pater à filio. Item, quando filius eſt miles, & habet caſtrenſia: vt ff. ſi à pa. quis fuer. manum. l. j. §. ſi parens. & §. eſt & alius. & ff. de milit. teſt. l. ſi à milite. §. ſi. & l. ſeq. Item, filiis aliis patris licet hæredibus, non datur: vt ff. ſi à pa. quis fuer. manu. l. j. §. fin. ſecus eſt in filiis patroni. Item, quando emancipauit coactus, vt ff. ſi à pa. quis fuer. manu. l. j. §. fin. Item, Caluiſiana non ita patri, vt patrono datur: vt ff. ſi à patr. quis fuer. ma. l. j. §. ſi parens. & l. non vſque. Item, nec operas à filio, vt à liberto patronus habet, vel poteſt habere: vt ff. ſi à pa. quis fuer. ma. l. penult. licet hæc prædicta ſpecialia in patrono vera non ſint: vt colligitur ex generali capite illius tituli ſi à pa. quis fue. ma. l. j. j. reſp. & ij. & in ſpecialibus caſibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictum eſt. Sed ſecundum hoc ſemper videtur pater amittere: cùm ſemper præmium emancipationis habeat hodie, vt j. per quas perſ. no. acquir. §. hoc quoque. & C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. penult. Sed dic iſtud legale, non conuentionale præmium eſſe: & ideo licitum nec puniendum, vt C. de admin. tut. l. ſancimus. l. j. ibi, non enim debet. & C. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus. verſ. quòd legitime.

** Pater quibus caſibus ſuccedit filio, & quibus non. Vide Decium conſil. 530. par. 4. dub. 7*

** habet.*

Actio Caluiſiana.

ADDITIO. Dic quòd de conſuetudine aliter obſeruatur: quia pater in emancipatione donat aliquid filio, ſecundum Angel. & Ia. hic.

numiſſione [a] tutelam eius nanciſcitur [b].

¶ Habens filium, & ex eo nepotem in poteſtate, poteſt vnum ex eis vel ambos emancipare. Aret.

¶ Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe [c] ei, qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate habebit; * [d] filium quidem de poteſtate dimittere: nepotem verò, vel neptem retinere. & è conuerſo,* filium quidem in poteſtate retinere: nepotem verò vel neptem manumittere [e] vel omnes [f] ſui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta eſſe intelligantur *.

¶ Adoptatus ab aſcendente (ſi preſens adoptioni nõ cõtradicat) à patris naturalis ſoluitur poteſtate, & in adoptantis poteſtatem tranſit.

¶ a Ex manumiſſione. id eſt, emancipatione.

¶ b Nanciſcitur. Concordat huic verbo, infrà de legi. pat. tut. & infrà de fid. tu. in princ.

¶ Amonendi. CASVS. Herennius filium habet, atque ex eo nepoté. quæro an filium emancipare poſſet, & nepotem in poteſtate retinere, vel contrà, nepote liberato retinere filium? poteſt. quod etiam in pronepote, atq; abnepote locũ habet. Cornel. Vibul.

** ex τῶ ἐναντίας. T.*

¶ c Liberum arbitriũ eſſe. Niſi in caſibus: vt j. eod. in fin. dicemus. & facit ad hunc §. ff. de adopt. l. liberum.

** intelligamus.*

¶ d Habet. Vt ſuprà de pat. pot. §. qui igitur.

¶ e Manumittere. i. emancipare.

ADDITIO. Manumittere hic dixit, generali verbo vtens non proprio, quod eſt emancipare. E.B.

¶ f Vel omnes. Repete, liberum eſſe.

¶ Sed & ſi pater. CASVS. Nunquiſnam eſt alius amittendæ poteſtatis paternæ modus? Eſt verò, inquit, veluti, ſi Philippus Alexandrũ filium ſuum auo ſuo Amynthæ in adoptionem dederit, Philippus patriam poteſtatem amittit, eáque Amynthæ acquiritur. Adoptandi autem formulam ſuprà ſuo titulo explicauimus: vbi de acquirenda poteſtate quærebas, quum hic de ſoluenda interrogaris. Corn. Vibul.

¶ Not. quòd dictio, ſed etſi, ponit diuerſitatem facti, & identitatem iuris. Item, quòd adoptio exigit ſcripturam. Item, quòd præſentia & taciturnitas habetur pro conſenſu. Item, quòd vno & eodem tempore quis tranſit de poteſtate vnius in poteſtatem alterius, omnibus viuentibus. Item, not. quòd hæc

hæc adoptio non poteſt fieri cum abſentibus. Item, quòd non inconuenit, quòd vna deciſio reſpectu diuerſorum titulorum, & ſic diuerſæ materiæ, replicetur: nec per hoc dicitur ſuperflua. Syl.

Iulianus. in princ. & l. vltim.

¶ e Diximus. Vt ſ. tit. j. §. ſi verò.

¶ Illud autem. Diuiditur in tres partes. Primò, dicit de filiis ante emancipationem patris conceptis. Secundò, de conceptis poſteà. Tertiò, quòd filius non poteſt cogere patrem ad emancipandum eum. Secunda ibi, quòd ſi poſt. Tertia ibi, Et quidem. Aret.

¶ Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, auo, vel proauo naturali ſecundum noſtras cõſtitutiones [a] ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum, actis interuenientibus, apud competẽtem iudicẽ manifeſtauerit, præſente eo [b], qui adoptatur, & nõ cõtradicente [c]: necnon eo pręſente* qui adoptat: ſoluitur† quidem ius poteſtatis patris naturalis; tranſit [d] autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius perſona, & adoptionẽ eſſe pleniſſimam anteà diximus [e].

¶ Conceptus priùs quàm pater emanciparetur, aut cuipiã adſcendẽtium in adoptionem daretur, in auita remanet poteſtate: non ita ſi poſteà conceptus ſit.

¶ Illud autem ſcire oportet, quòd ſi nurus tua ex filio [f] tuo conceperit, & filium poſtea emancipaueris, vel in adoptionem

¶ a Conſtitutiones: Vt C. de adopt. l. cùm in adoptiuis. & ſ. de ado. §. ſed hodie. & §. ſi verò.

¶ b Pręſente eo. Niſi ſit infans: vt C. de eman. lib. l. pen.

¶ c Non cõtradicente. No. patientiam conſenſui comparari. ſic qui tacet affirmat. ſic ff. pigno. l. fideiuſſor. ij. §. pater. in fin. & ff. ſol. mat. l. ij. §. ſi. Arg. cõtra. ff. de adopt. l. ij. §. j. & de procura. l. filiusfam. §. j.

Tacens affirmat

** abeſt.*

ADDITIO. Sed ibi erubeſcentia tacuit, quo caſu non videtur cõſentire ſecundum Iaſ. per text. in l. penult. ff. de fur. vel pro ſolutione diſtingue: vt per Aretin. hic.

¶ Adde, quòd hæc eſt materia l. quæ dotis. ff. ſolut. matri. vbi Iaſ. ponit xvij. caſus, in quibus præſens, ſciens, & tacens habetur pro conſentiente: & ſeptem caſus contrarios, ex quibus omnia iura ſoluuntur. Syl.

N. A. † Soluitur quidẽ. Patria poteſtas non aliter per adoptionem ſoluitur, quàm ſi auus nepotem, vel ex filia, vel ex filio emancipato adoptauerit. l. pen. C. de adopt. §. 2. ſup. eod. tit.

¶ d Tranſit. Ergo non tollitur patria poteſtas, ſed transfertur. Ad quid ergo hic caſus in hoc titulo ponitur? Reſp. quia & ſi non tollitur incommutabiliter, tollitur tamen quo ad primum. idem dico in eo, qui iudicatur in poteſtate mea non eſſe. nam non efficitur ſui iuris, cùm ſententia non faciat ius, imò remanet in poteſtate: licet quo ad me pro emancipato habeatur: vt ff. de condictione inde. l.

CASVS. Simo Pamphilum filiũ in poteſtate habebat: cuius vxor grauida erat. Is Pamphilũ vel emancipat, vel dat in adoptionẽ. Nepos cuius erit in poteſtate, Simonis an Pamphili, an patris adoptiui? Simonis. Quid verò hoc modo? Simo Pamphilum emancipарat, vel in adoptionẽ dederat. Pamphili vxor concepit, ac peperit: natus in cuius erit poteſtate? Pãphili, ſi emancipatus erat: patris adoptiui, ſi adoptatus. Atque hęc quidẽ aliò pertinebant, ſed proximæ diſputationi coniuncta ſunt.

¶ Et quidem. THEMA. Potéſtne filius patrem ſuum aut naturalem, aut adoptiuum cogere, vt ſe nexu patriæ poteſtatis liberet? non poteſt extra certos caſus, de quibus ſuo loco cognoſces. Corn. Vib.

¶ Illud. Hic §. tradit duo præcepta: vt ſuprà de adoptione. §. ſed hodie.

¶ f Ex filio. Scilicet, naturali, & legitimo. ſecùs in legitimo tantùm, vt in adoptiuo. nam tunc filio emancipato, etiam nepos ex eo emancipatus videtur, ſecundum quoſdam: vt ff. de capitis deminutione l. liberos. §. emãcipatio: & ff. de adoptionibus l. ſed etiã nepos. Vel meliùs dic in eo idem, quod in naturali: vt in fine huius tituli. & ff. de adopt. l. liberum. & ff. de capti. & poſtli. reu. l. ſi me tibi. Accurſ.

† Præ

dederis, prægnātem† nuru tua: nihilominus, quod ex ea naſcitur [a], in poteſtate tua naſcitur. Quòd ſi poſt emancipationem, vel adoptionē cōceptus fuerit, patris ſui emancipati, vel aui adoptiui poteſtate ſubiicitur.

¶ Pater non cogitur inuitus emancipare filium, niſi ex cauſa. Aret.

¶ Et quidem [b] † neque naturales [c] liberi, neque adoptiui vllo penè [d] modo poſſunt cogere parentes de poteſtate ſua eos dimittere.

TIT. XIII.

DE TVTELIS.

¶ Ponit triplicem ſpeciem perſonarum. Et, cognito vno de contrariis, cognoſcitur & reliquum hoc dicit Aretinus.

TRanſeamus nunc ad a-

N.A. † Pregnante. Qui in vtero eſt, cum de ipſius commodis agitur, habetur iam pro nato l.7.& l.penul.D.de ſta.hom. Quare conceptus ex filiofamil. natus, & natus ex emancipato, in emancipati poteſtate eſt. l. 14. D. de adoptio.

¶ a Ex ea naſcitur. Secus in ancilla prægnante manumiſſa, vel alienata: vt ſ. de inge. §. ſufficit. ff. de acquir. rerum domin. l. fin. & C. de proba. l. matrem.

¶ b Et quidem. Hoc eſt ſecundum præceptū, & repete, ſcire oportet, quod neque, &c.

N.A. † Et quidem. Inuitus pater non emācipat. l.31. ff. de adop. l. ſi cui 92. ff. de condi. & demonſt. niſi fortè propter nimia ſæuitiam l. vlt. ff. ſi à par. quis man. Triplex autem fuit emancipatio legitima; per imaginarias venditiones: Anaſtaſiana, quæ Anaſtaſij inſtituto per Principis reſcriptum conficitur. l. v. C. de emancip. liber. Iuſtiniana, quæ per ſolam teſtationem apud magiſtratum expeditur. l. vltim. C. eod. Ius emancipationis fuit, vt emancipatus ſui iuris fieret l. pronunciatio. 195. ff. de verbor. ſignif. quódque deinceps adquireret, ſibi adquireret. l. j. ff. ſi à par. quis man. Qua de cauſa beneficium emācipationis adpellari ſolet d. l. j. cuius remunerandi cauſa, pater paciſci poterat cum filio proœmium aliquod emancipationis l. verum 107. ff. de verb. obl. Plerumque autem patres ſuis emancipatis peculium donabant l. donationem. 31. §. 1. ff. de donat.

¶ c Naturales. ſubaudi, & legitimi. nam naturales tantùm non ſunt in poteſtate: vt ſ. de nupt. §. fin.

¶ d Penè. Hic not. talem regulam, quòd nullus filius poteſt compellere patrem, vt emancipet eum: quod fallit in quatuor caſibus. & ideo dicit, penè: vt ſi pater agnouerit legatum ſibi relictum hac contemplatione, vt liberos emanciparet nam tūc compellitur extra ordinem emancipare: vt ff. de condi. & demonſt. l. ſi cui legatum. Item, ſi Titius adoptauit priuignū ſuum; compellitur emancipare eum, eo pubere facto. ſi probauerit ſibi non expedire eſſe in poteſtate: vt ff. de adopt. l. nonnunquam. & l. ſeq. Item, in quolibet adoptiuo: vt ff. de minor. l. iij. §. ſi quis minor. Item, ſi filiæ peccādi neceſsitatem imponat: vt C. de epi. aud. l. ſi lenones. Item, ſi filium malè & cōtra pietatem affecerit: vt ff. ſi à pa. quis fuer. ma. l. fin. Item, è cōtra filius non poteſt compelli, vt emancipetur: vt in auth. quib. modis natu. effic. ſui. §. generaliter.

DE TVTELIS.

¶ Imperator. intermiſſum diuiſionis membrum reſumit, & diſpertitum perſequitur ad finem huius libri.

TRanſeamus nunc. Iſte titul. diuiditur in quatuor partes. Primò, ſubdiuidit primum membrū perſonarum poſitum ſ. tit. de iis qui ſunt ſui, vel alieni iur. Secundò, definit, quid ſit tutela. Tertiò, qui ſunt tutores, & vnde dicantur. Quartò, qui ſunt illi, qui poſſunt tutores ex teſtamento dare. Secunda ibi, Eſt autem. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permiſſum Aretinus.

CASVS. Accepi iſta, didicique quinam alieno iuri ſubiecti ſint: quare nunc, quod mihi pollicitus es, præſtato: ac de iis, qui ſui iuris ſunt, explicato. Quænam eſt illorum diuiſio? Triplex. Alij ſiquidem in tutela ſunt: alij in curatione, alij neutro iure tenentur. Corn. Vibul.

¶ Nota, quòd cognito vno contrariorum,

liam [a] diuiſionem perſonarum. Nam ex iis [b] perſonis quæ in poteſtate non ſunt [c], quædã vel in tutela ſunt, vel in curatione: quædam neutro [d] iure tenentur. Videamus ergo de iis, quæ in tutela, vel in curatione ſunt. ita enim [e] intelligemus cæteras perſonas, quę neutro iure tenentur. Ac priùs diſpiciamus de iis, quæ in tutela ſunt [f].

¶ Illud ex tutelæ finitione nota, tutorem primario, perſonæ tuẽdæ cauſa datum, ſecundariò bonorum.

¶ Eſt autem tutela (vt Seruius [g] definiuit) vis* ac poteſtas [h] in capite

* ius T. & Har.

rum, cognoſcitur & aliud. Syl.

a Ad aliam. Nam diximus duas: vt ſuprà de iur. perſona. in princip. & ſ. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt, in principio.

¶ b Ex his. Nota ergo, quòd hic ſubdiuidit illud mẽbrum: quædam perſonæ ſui iuris ſũt: quod eſt oppoſitum illi, quædã alieno iuri ſubiectæ ſunt: vt ſuprà, de iis, qui ſui. vel alieni iuris ſunt.

¶ c Non ſunt. Qui ergo in tutela, vel cura ſunt, ſui iuris ſunt. Filiusfamilias ergo nõ poteſt habere tutorem, vel curatorem: vt hic, & Codice de cura. furio. l. fina. in princip. Sed contrà. Codice de ſentent. paſ. l. fina. §. primo. quia filius eius, qui eſt apud hoſtes, eſt in tutela: & tamen non eſt ſui iuris: vt ſuprà titulo primo. §. ſi ab hoſtibus. ſed ibi verè non erat in poteſtate, cùm pater deportatus eſſet: vt diximus ſ. tit. j. §. cùm autem.

¶ d Neutro. Nec tutela, nec cura.

¶ e Ita enim. Quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt hic, & ſuprà de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. in princip.

¶ f In tutela ſunt. De aliis dicetur. vt j. de cura.

¶ Eſt autem. CASVS. Quid eſt tutela, Gubernatio bonorum eius, qui per ætatem ea regere non poteſt, nam puerorum (vt ait Auſonius) dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes. Liberóſne, an ſeruos intelligis? Cùm de iis loquamur, qui ſui iuris ſunt, de liberis nos loqui manifeſtum eſt. Quo iure hæc moderatio pueritiæ inuenta eſt? Ciuili Romanorum. Ariſtoteles datus eſt magiſter Alexandro puero. Erátne ipſius tutor? minime, vt nunc quidem loquimur. Gubernationem bonorum & fortunarum intelligimus: cùm illa ſit animi & morum. Quod enim ait: Tuendum eum, ſignificat tuenda, & adminiſtranda bona, & facultates.

¶ Tutores autem. THEMA. Et qui ſunt tutores? Ij ſunt, quibus ea gubernatio commiſſa eſt, vt pupillorum bona ita tueantur integra, & illæſa, quemadmodum Aeditui ędes ſacras ſibi cõmiſſas ſarctas tectáſq; tueri debent. vnde etiã nomen vtrique inuenerunt. nã & tutores & Aeditui, à tuendo dicti ſunt. Cor. Vib.

¶ Not. definitionem tutelæ, Item, quòd tutela datur principaliter perſonæ. ſecundariò rebus. gloſ. in §. certæ. j. tit. Itẽ, quòd tutela eſt de iure ciuili. Item, quòd tutor eſt cui definitio tutelæ competit. Item, quod propria deriuatio vocabuli ſumitur ex definitione. Item, quòd valet argumentum ab etymologia: & quòd tutores dicuntur defenſores pupillorum. Syl.

¶ g Seruius. Nomen eſt Iuriſconſulti. & facit ad hunc §. ff. eodem. lege prima.

¶ h Vis, ac poteſtas. id eſt, Violenta poteſtas: nam datur tutor inuitus: cùm enim ſit munus publicum: vt j. de excu. tuto. & curato. in principio. ibi, exemplo cæterorũ munerum ergo inuitus datur: vt Co. de decur. l. nullus. libro x. Item inuito datur: vt ff. de tuto. & curato. da. ab iis. l. necnon. & ff. de tutel. l. ij. Vnde patet, quòd hic eſt alia poteſtas, quàm patris in filium, & domini in ſeruum: cùm illa ad commodum ſit: vt infrà per quas perſon. nob. acquir. §. j. & ſ. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. §. ij. hæc verò ad onus. tenetur enim de dolo & lata culpa: vt C. arbi. tut. l. ij. Item, per hoc quod datur inuito, differt à curatore, qui volenti datur: vt j. de curato. §. item inuiti. ff. eo. l. ij. §. ſi pupillus. Vel dic, vis ad cogendum poteſtas ad imperandum.

ADDITIO. Dic quòd Vis poſitum eſt pro Ius: vt Theop. oſtẽdit, qui vertit, τὸ δίκαιον.

N. A. † Eſt autē. In pupillis igitur poteſtatis verbū preſidiū, & defēſionē ſignificat. & addi pōt ad l. poteſtatis. 123. ff. de ver. ſi.

N. A. † In capite libero. In pupillo, qui vel morte patris, vel emancipatione liber factus eſt. l. pupillus. 139. ff. de ver. ſig. Eſt enim paterfa. & liber. Itaq; appellatur in l. pater. 182. ff. eo. Verus autem locutio, in capite libero, pro, in caput liberū. vt in XII. tabulis. ſi furioſus exiſtat, agnatorum, gentiliū in eo poteſtas eſto.

datiua; cùm pater teſtamento tutorem dedit: alia legitima, quæ proximis agnatis lege, & ipſo iure defertur: alia honoraria, quæ à Magiſtratu datur: qua de cauſa, etiam interdum nominatur.

libero † [a], ad tuendū [b] eum, qui propter ætatem † * [c] ſe defendere nequit, iure * ciuili [d] data [e] ac permiſſa.

¶ Ille eſt tutor in quem cadit definitio tutelæ. Aret.

¶ Tutores autem ſunt, qui eā vim [f] ac poteſtatem habent: exq; re ipſa [g] * nomē accepērūt. Itaque appellātur Tutores, quaſi tuitores, atq; defenſores [h] ſicut Aeditui dicuntur, qui ædes [i] tuentur.

¶ Conceſſu eſt patri, impuberibus filiis, quos in poteſtate habet, teſtamēto tutores dare. Itē nepotibus, modò eo mortuo non ſint in eorum patris recaſuri poteſtatem.

* ſponte. D.

* i. xij. tab.

* ex quare ipſ.

Tutor, quandoque ſeruo datur.

¶ a Libero. Nā niſi ſit liber pupillus, nō poteſt habere tutorē, cū ſi ſeruus ſit, nō ſit ſui iuris: quod eſt neceſſe: vt ſ. eod. in prin. Item, & ſi dubius eſt, poteſt habere tutorē: vt ff. de tut. & cur. da. ab ii. l. ei qui. Eſt tamē caſus vbi ſeruo datur tutor: vt ff. de tu. & cu. da ab ii. l. ſi impuberi. j. reſ. cui tamē legi ſignatur cōtra ff. ad Tre. l. ſi res aliena. ſ. ſi ſeruus, & l. cog. ſ. fin. & his duabus eſt alia contra. ff. eo. ti. l. mulier. ſ. non eſt. Quæ legum contrarietas ita ſoluitur, cùm libertas fideicommiſſaria, & hæreditas relinquitur ab eodem preſtanda, poterit ſeruus cogere, vt inſtitutus hereditatem adeat, & tunc detur etiam ſeruo tutor: vbi verò ab vno hereditas, & ab alio libertas relicta eſt: non poteſt niſi prius præſtita ei libertate. tunc enim coget alium hæredem hæreditatem adire, & ſibi reſtituere, ſecundùm Ioan.

¶ b Ad tuendum. Per hoc etiam remouet patriam poteſtatem, quæ non eſt ad tuendum, ſed ad gubernandum prout vult, & ſibi acquirendum.

¶ c Propter ætatem. Ad differentiam curatorū, qui dantur furioſis, & mente captis, qui propter morbū ſe defendere non poſſunt. vt j. de cur. ſ. furioſi.

¶ Adde, quòd talis curator furioſi datur principaliter perſonæ, prout declarat Saly. in l. in copulandis. C. de nup. Syl.

N. A. † Per ætatem. Itaque qui pubes factus eſt, veniſſe in ſuam poteſtatem dicitur. l. cum filio. 50. ff. de lega. 3. Tutela triplex eſt; alia teſtamentaria, ſiue

¶ d Iure ciuili. Nota tutelā eſſe de iure ciuili, licèt omnes ferè cōtract⁹ ſint de iure gētium: vt ſ. de iure. na. ſ. ius autem.

¶ e Data. ſcilicet à lege, vel iudice, permiſſa verò à teſtatore dicitur: vt infrà eod. ſ. permiſſum. Vel dic, data perſonæ principaliter permiſſa, ſecundariò rebus: vt infrà titul. primo. ſ. certæ. & j. de excu. tuto. ſ. datus.

¶ f Eā vim. Quæ eſt dicta ſ. proxi. ſ.

¶ g Exq; re ipſa. id eſt, vi & poteſtate.

¶ h Defenſores. Et ſecundum hoc etiā curatores ſunt tutores: ſecundùm Ioan. & plerumque ſic appellantur: vt ff. de le. iij. l. cū filio. ſ. j. & ff. de min. l. j. ſ. ij.

ADDITIO. Hanc glo. reprobat Iaſ. quia licet alluſio vocabuli conueniat, non tamen procedit: quia repugnat definitio: vt notat Bartol. in lege prima de teſta. ff.

¶ i Qui ædes. Vt eſt præfectus vigilū, & qui cum eo de nocte vadunt, vt ff. de off. præfect. vigil. lege quarta. ſ. ſciendum.

ADDITIO. Imò, dic, quòd iis demandata erat cura ædium ſacrarum, quas tuebātur. lege tertia. ff. de tab. exh.

¶ Permiſſum eſt. Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò illud modificat. Tertiò modificationem exemplificat. Secunda, ibi. Nepotibus. Tertia ibi, Itaque. Aretinus.

CASVS. A quibus igitur illi tutores dantur? A patribus in teſtamēto. Quid? nónne etiam ab auis aut proauis tutores dari poſſunt? Diſtinguo. Aut pueri in patris ſui poteſtatem recaſuri ſunt, aut non ſunt. (quibus autem modis id fiat, iam didiciſti.) Si lapſuri ſunt, fruſtrà darentur, quum bonum habeant tutorem, patrem. ſi non ſunt dati, licebit. Cor. Vibul.

¶ Not.

Digitized by Google

¶ Not. quòd quilibet aſcendens in infinitum, qui habet liberos in poteſtate, poteſt teſtamento de tutore prouidere: intellige tamen concurrentibus requiſitis in hoc tex. Item, quòd dictio omnimodo, importat idem quod generaliter. Syl.

¶ a Permiſſum eſt itaque. Quia quædam generaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela eſt vel teſtamentaria, vel legitima, vel datiua: itaque priùs de teſtamētaria, vtpote, de digniore, videamus in hoc titulo, & ſequenti. De legitima autē dicetur j. de leg. agna. tu. vſq; ad tit. de Atti. tut. de datiua dicetur j. de Atti. tu. per totum.

¶ b Impuberib. Etiam inuitis: vt ff. de tu. l. muto. hoc etiam prætori, & præſidi licet vt ff. de tu. & cu. dat. ab iis. l. necnon. & l. nec mandante. §. fin.

¶ c In poteſtate. Naturalibus etiam dari poſſunt in iis, quæ ſibi relinquuntur? vt C. de confir. tu. l. fina.

¶ Adde, quòd poteſt intelligi de naturalibus dupliciter: vel quia ſolutum ſit vinculum ciuile, vel quia nati ſint ex concubina. & vtroque caſu dic non eſſe vim in poteſtate dandi tutorē: quia vtriſque dare poteſt, & in bonis per eum relictis, & in aliis: ſed in hoc vis eſt, quòd in vno caſu confirmatur ſine inquiſitione, in alio cum inquiſitione: ita eſt doct. Bar. in l. naturali. §. j. ff. de confir. tut. vbi vid. Syl.]

N.A. † Quos in poteſtate. Non igitur emancipatis, vt in fine huius tituli traditur. Et notandum, quod vis patriæ poteſtatis durat etiam poſt mortem, vſque ad pubertatem. Nam teſtamentaria tutela, patriæ poteſtatis pars eſt. l. impuberi. 40. ff. de adminiſt. tuto.

¶ d Teſtamento. Vel codicillis teſtamento confirmatis: vt ff. de teſt. tute. l. tertia.

¶ e Tutores. Sed non curatores: vt j. de cura. in principio.

¶ Permiſſum * eſt itaque a parentibus, liberis impuberibus b, quos in poteſtate c † habēt, teſtamento d tutores e dare: & hoc in filios, filiáſque procedit omnimodo. Nepotibus verò, * neptibuſq; ita demum parētes poſſunt teſtamēto tutores dare, ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit f, nepotes ex eo nō poterunt g teſtamento tuo tutores h habere: quãuis in poteſtate tua fuerint, ſcilicet, quia mortuo te, in patris ſui poteſtatem recaſuri ſunt.

* lege xij. tab.

*tamen.

¶ Poſthumis quoque (qui ſi viuo patre natus eſſet, in eius poteſtate futurus fuiſſet,) teſtamēto tutor dari poteſt.

¶ Cùm autem in compluribus i aliis cauſis * poſthumi pro iam natis habeantur: & in hac cauſa* placuit, nōn minùs poſthumis, quàm iã natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modò in ea cauſa ſint, vt ſi viuis parentibus naſcerentur, ſui† heredes*, & in po-

*caſibus

* caſu.

* abeſt Th.

¶ f Tua ſit. Et nunquam exiuit: alioquin nō recidit: vt ff. de adopt. l. ſi pater filium. & de hoc dixi. ſ. titulo j. §. primo.

¶ g Non poterunt. Licet miles ſit teſtator. vt ff. de teſta. tu. l. ij.

¶ h Tutores. Si autem filius, vel emancipat⁹ eſt, vel mortu⁹, tūc nepotes ex eo ſunt ſui iuris, mortuo auo: vt ſ. titu. j. §. j. in fi. vnde ex teſtamento aui poſſunt habere tutorem, vt hic innuitur.

CASVS. C. Caius moriens vxorem relinquit pręgnantē. quęro an ei, qui in vtero eſt, & poſthumus erit, tutorem poſſit relinquere? Diſtinguo. Aut enim poſthumus eiuſmodi eſt, vt ſi viuo patre, naſceretur, in eius poteſtate, ipſique hæres (vt ſuus, ac filius) eſſet: ac tunc poſthumus pro nato haberetur. Aut non eſſet in poteſtate patris, veluti ſi poſtea, quam iam eſſet conceptus, pater ipſius emancipatus fuiſſet, vt ex me audiſti. §. pen. ſ. quib. mo. ius patr. pot. ſol. quo caſu dari ei tutor à patre non poteſt. Cor. Vibul.

¶ i In compluribus. Vt quoties de cōmodo eorum quæritur: vt ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. non ſi de commodo aliorum: vt ff. de verb. ſignifi. l. quod dicimus. vel ſi de incommodo matris: vt ff. de ſta. ho. l. Imperator. ij. quo caſu nō habetur pro iam nato.

† Sui. Poſthumus ſuus dicitur, qui ſi patre viuo natus fuiſſet, in eius N.A.

Digitized by Google

familia proximum ab eo locum obtinuiſſet; veluti filius, aut eo de familia ſublato, nepos. §. 3. j. de hæred. quæ ab inteſt. At enim non eſt pupillus qui in vtero eſt. l. non eſt. 161. ff. de verb. ſign.

vt j. tit. ij. in prin. an datiuus? quod poteſt admitti. & facit pro hoc. ff. de verb. ſig. l. lege. & in authen. de defen. ci. §. de cætero. ita legitimus tutor huic præfertur: vt j. de Atti. tu. in prin.

Tutor confirmatus eſt datiuus & non teſtamentarius.

teſtate eorum fierent [a].

¶ Emancipato tutor inutiliter teſtamẽto datur: datus tamen etiam ſine inquiſitione à iudice confirmandus eſt.

¶ Sed & * ſi † emãcipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamento confirmandus [b] eſt ex ſententia præſidis omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione [c].

** abeſt T. rectè.*

TIT. XIIII.

QVI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT.

¶ Filiusfamiliâs etiam tutor teſtamẽto rectè datur. Item proprius ſeruus cum libertate expreſſim adſcripta, aut tacitè pupillorum fauore.

DAri autem tutor poteſt teſtamento, non ſolùm pater-

quippe cùm ne rectè quidẽ homo dicatur. l. 9. ff. ad leg. falcid. Matris enim portio eſt, vel viſcerum. l. j. §. j. ff. de ventr. inſp. nec dum animal, ſed ſpes animantis. l. ij. ff. de mor. infer. Sed vbi de ipſius commodis agitur, in rerũ natura eſſe intelligitur. l. pen. ff. de ſtat. hom. l. 153. ff. de verbor. ſign.

¶ a Fierent. Vt quia ex vxore naſciturus erat, vel nuru: aliud ſi ex concubina, niſi in his quæ ſibi dimitteret: vt Codice de confirm. tu. l. fin. tales enim tunc non naſcerentur in poteſtate. ſ. de nupt. §. fi.

¶ Sed & ſi emancipato. CASVS Titius filium emancipauit, quæro, an ei moriens tutorem dare poſſit? minimè. dictum eſt enim in §. permiſſum. dari tutores iis, qui in poteſtate ſunt. Quamuis autem hi tutores per ſe, ac iure ciuili non valeant: confirmantur tamen à magiſtratu: idque etiam ſine inquiſitione, hoc eſt, non exquiritur, vtrùm locupletes ſint, an egentes. quid ita? quoniam defuncti patris teſtimonium ſatis eos idoneos eſſe declarat: ſatiſque magnam illis tribuit auctoritatem. Cor. Vibul.

N.A. † Sed & ſi. Prætor duritiẽ iuris ciuilis, quo emancipati pro extraneis habẽtur emendauit, propter parentis iudicium, & vltimam voluntatem. l. 6. de confir. tuto.

¶ b Confirmandus. Non ergo valebat datio per ſe: cùm nõ eſſet in poteſtate: vt ſ. eo. §. permiſſum. Sed nunquid hic tutor confirmatus dicitur teſtamentarius? quod ſi eſſet, præferretur legitimo:

¶ Adde, quòd hæc glo. communiter reprobatur: eam tamẽ ſaluat præp. Senen. in j. caſu, quæſt. iiij. per totum. Sylu.] Et ideo gloſſauit, i. ſine inquiſitione: non quòd vellet eum confirmari, ſi alius eſſet legitimus: ſed quia non quæritur an ſit locuples, vel non. Sed ar. contra. ff. de cur. fu. l. ſi furioſo puberi.

¶ c Sine inquiſitione. i. Quia non ſatiſdat. ſ. rem pupilli ſaluam fore. Item, locuples ſit, vel non hoc enim nõ quæritur: vt ff. de confir. tut. l. j. Sed aliud in matre dante tutorem filio. ibi enim & ſi non ſatiſdetur, tamen cum inquiſitione datur: vt d. l. dicitur. & C. de confir. tut. l. j. Sed quare diuerſum in matre dante tutorem filiæ? Reſpon. in memoriam præcedentis poteſtatis: vt ff. de quæſt. l. vnius. §. ſeruus primò. & ff. qui pe. tuto. l. fi. facit ad hoc j. de ſatiſd. tuto. & curat. in princ. & ff. de libe. agno. l. j. §. Iulianus. & C. de epiſco. audien. l. de creationibus. Sed argumentum contrà ff. de in lit. iuran. l. videamus.

QVI TESTAMENTO tutores dari poſſunt.

¶ Dictum eſt ſuprà in §. permiſſum. tit. j. quibus dantur tutores. Reſtat videre, qui poſſunt dari tutores. ideo ad hoc videndum ponitur hic titulus. Are.

DAri autem. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primò, qui poſſunt tutores dari. Secũdò, quomodo ſeruus alienus poteſt in teſtamento tutor dari. Tertiò, quãdo furioſus, vel minor tutor datur. Quartò, quando

quando ad certum tempus, vel ſub cõditione, vel certæ rei datur. Quintò, quando filiis, vel filiabus datur: quibus datus videatur. Secunda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, Furioſus. Quarta ibi, Ad certum tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principium ſubdiuiditur in quatuor partes. Primò, quòd paterfamiliâs, & filiuſfamiliâs poteſt tutor dari. Secundò, quando ſeruus proprius datur cum libertate. Tertiò quòd ſi ſine libertate, tũc tacitè videtur ſibi data libertas. Quartò, quãdo credebatur liber. partes de ſe patẽt.

CASVS. Poteſtne etiã Sex. Roſcius, dum in patris poteſtate eſt, neq; dum emãcipatus eſt, tutor teſtamento dari? poteſt, nam filiusfamiliâs in publicis cauſis pro patreſamilias habetur. Quid autem de ſuo ſeruo? veluti, Simo ita ſcripſit, Dauus liber, & tutor liberis meis eſto. Valet. Quid, ſi hoc tantùm? Dau⁹ liberis meis tutor eſto. Valet. Libertas enim directa ei tacitè data eſt. Quid eſt hoc, directa? Cùm dicit teſtator, Liber eſto: neq; hæredem rogat, vt liberũ eſſe ſinat, rectà beneficio teſtatoris liber eſt, neque circuitu quodam hæredẽ interuenire oportet. Quid autem ſi Dauum liberum putabat, quum dixit, Tutor eſto? Error teſtatoris efficit, vt voluntatem habuiſſe manumittendi non videatur. Cor. Vib.

Not. quòd filiusfamilias poteſt eſſe tutor. Item, quòd ſeruus proprius cum libertate, vel ſimpliciter rectè tutor datur. Item, quòd dando eum tutorem. cenſetur liberi: & ſic quòd qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens: & qui vult vnum, vult omne id, per quod ad illud perueniri poteſt. Item, quòd quandoque error in re propria toleratur: & vitiat, etiam ſi ſit in qualitate. Item, quòd libertas tacitè dari poteſt. Syl.

ADDITIO. Vlpianus in titulo vndecimo: Teſtamento inquit, nominatim tutores dati confirmantur. l. xij. Tab. his verbis, Vti legaſſit ſuper pecunia, tuteláve ſuæ rei, ita ius eſto, qui tutores datiui appellantur.

a Paterfamilias. niſi ſit mutus, vel ſurdus: quia tutor & loqui & audire debet: vt ff. de tut. l. j. §. pen. & §. fin.

ADDITIO. Et ideò taciturnitas ſeu patientia tutoris nõ haberetur pro auctoritate: vt not. glo. in l. iij. ff. de auctor. tu. poſſet tamen eſſe procurator ad negotia, ſed non curator: vt per Angel. & alios hic.

Adde, ſecus in minus audiẽtes vt declarat text. in l. penult. & fin. ff. de legit. tutor. Syl.

familiâs [a] ſed etiã filiusfamiliâs [b] †. Sed & ſeruus proprius teſtamento [c] cum libertate rectè tutor dari poteſt. Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate [d] tutorem datũ, tacitè libertatem directam [e] accepiſſe videri: & per hoc rectè tutorem eſſe. Planè, ſi per errorẽ, quaſi liber tutor datus

b Filiusfamiliâs. Cùm enim tutela ſit iuris publici: vt j. de excu. tut. in princ. non curatur ius pat. po. vt ff. ad Treb. l. nã quòd j. reſp. ff. de his, qui ſui vel alien. iur. ſunt. l. filiusfamiliâs. quo caſu pater de peculio tenetur, niſi agnoſcat: tunc enim, ſcilicet quando agnouit in ſolidum: vt ff. de tut. l. ſi filius. & ff. de admi. tut. l. Lucius Titius.

Adde, quòd non obſtat teſtamentum eſſe publici iuris, & tamen impediri à patria poteſtate. l. iij. ff. de teſta. quia in eo non agit filiusfamiliâs, vt publica perſona, vt in tutela, & magiſtratu, ſed vt priuatus. Syl.

† Filiusfamilias. Hoc ait, quia filiusfamiliâs in cauſis publicis (qualis eſt tutela) pro patrefamiliâs habetur. l. 9. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni. N. A.

c Teſtamento. Sed à Præſide tutor dari non poteſt ſeruus, vt C. qui dari tut. poſ. l. in ſeruili.

d Et ſine libertate. Non expreſſo. hoc quòd ſine libertate de t, ſed omiſit libertatis dationem: vt ſ. qui manu. non poſſ. §. licet in fin. & C. de neceſ. ſer. l. quidam. §. illo. Accurſ.

e Directam. Imò videtur ꝙ fideicõmiſſariã: vt C. de fideic. lib. l. & ſi non adſcripta. contrà. Sed certè hic teſtamento hoc fit: ibi alia voluntate, puta codicillis, vel per epiſtolam. Vel dic, ꝙ ibi alienũ credebat, hic ſuũ ſciebat. Itẽ, alia ratione non videtur valere datio: quia ille ſol⁹ datur tutor, qui teſtamẽti habet factionẽ: vt ff. de teſt. tut. l. teſtamẽto, tutores. Reſ. illud intellige in paſſiua ſignificatione: in qua etiã ſerui⁹ dicitur habere teſtamẽti factionem: vt j. de hæred. qual. & diff. §. teſtament.

Adde, ꝙ adiecta libertate tacitè vel expreſſe, ſeruus habet teſtamenti factionem. l. ſeruus legatus. ff. de legat. j. vt per Io. Fabrum hic. Item, an ſeruus

Digitized by Google

proprius ſub conditione, ſi liber erit datus, tutor à domino putante alienū, detur vtiliter, vj. Præpoſ. Senen. j. caſu. quæſtio. vj. per totum. Sylueſt.]

cùm liber erit.

d Datur. Quia directò non erit liber, ſed per fideicommiſſum: vt ff. de teſtam. tute. l. ſi hæreditas. §. fin. & de fideicommi. lib. l. & ſi non adſcripta.

ſit a, aliud dicendum eſt b.

¶ Alienus ſeruus ſub conditione libertatis futurę tutor in teſtamento creari poteſt: proprius autem ſub conditione prædicta tutor inutiliter datur

¶ Seruus autem † alienus purè inutiliter c teſtamento datur d tutor: ſed ita, CVM LIBER ERIT, vtiliter datur. Proprius autē ſeruus inutiliter eo modo e tutor datur.

¶ Tutor inhabilis, ceſſante impedimento, tutor efficaciter erit.

¶ Furioſus, vel minor vigintiquinq; annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cùm cōpos f mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.

¶ Ad certum tempus vel ex certo tempore, vel ſub conditione, & ante hæredis inſtitutionem, tutor dari poteſt g: ſecus autem ad rem certam, vel cauſam. Areti.

N. A. Directam. Directa libertas eſt, quæ à teſtamento directè datur, & per eam Orcinus fit libertus. l. iij. ff. de legit. tut. fideicommiſſaria, q̃ per interpoſitã hæredis perſonã. Rogo te, hæres, vt Phãphilum manumittas. l. j. ff. de fideicō. libert. Sed Imperatori ſuffragatur. l. 32. In fine. ff. hoc tit. aduerſatur. l. 10. §. vltimo. ff. eo. tit. & l. 9. de fideicom. liberta.

a Datus ſit. Proprius ſeruus. licet hoc nō ſit veriſimile, vt C. de reſcind. vendi. l. quiſquis. ſed fortè ex cauſa hæreditaria nouiter habebat: vt ff. de regul. iur. l. qui in alterius. & j. de vſu. §. quod autem.

b Dicendū eſt. ſ. vt neq; liber neq; tutor ſit. idē multò magis in alieno: vt ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. ſi quis tutorem & ff. de teſta. tu. l. ſi quis tutorē.

¶ Seruus autē CASVS. Chremes in teſtamēto ſic ſcripſit, Dauus meis liberis tutor eſto. valétne hæc tutoris datio? minimè. Seruus enim alienus purè inutiliter teſtamento relinquitur. Dauus autem nō Chremetis, ſed Simonis erat ſeruus. Quid verò ſi ſub conditione? veluti, Dauus quū liber erit, tutor ſit. valet. Age, quid ſi ſic: Simo ſuū Dauum reliquerit: nō valet. quid ita? quia illa conditio arguit teſtatorem nō habuiſſe voluntatē dandi ſeruo libertatem. Alioqui enim dediſſet. Cor. Vib.

Nota qualiter ſeruus tutor dari poſſet. Syluest.

N. A. † Seruus autem. In proprio ſeruo valent hæ formulæ. Phamphilus liber, & tutor eſto.

c Inutiliter. ſcilicet, vt ſtatim ſit: ſed

e Eo modo. ſ. Cùm liber erit. nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiam ſtipulatio propter inutilē adiectionem: vt ff. de ſtip. ſer. l. ſed ſi ſibi. vel aliter inutiliter: quia pro nō adiecta habetur: & erit tutor, ac ſi nō eſſet adiecta: vt & alias j. de hęre. inſti. §. impoſſibilis. vel dic tertio, ſecundū. P. non erit tutor nunc, ſed conditione extãte. Hæc nō placet: quia ſic non eſſet differētia inter ſuū & alienum: ſed prima verior: vt ff. de reg. iur. l. actus.

ADDITIO. Quæ lex procedit etiã in teſtamētaria tutela, quãdo ſ. cōditio eſt prohibita. vt hic. aliàs ſecus: vt j. proxi. §. ſecundùm Io. Fab. & alios hic.

Furioſus. CASVS. Oreſtes ex dolore furioſus, atque inſanus euaſit poteſtne tutor relinqui, quum ipſe neq; ſe, neque ſua tueri poſſit? Reſpondet poſſe: conditionem enim ſubeſſe, cùm compos mentis erit. Quid minor annis XXV. num poteſt, quum ætas illa ſuis bonis adminiſtrandis nequaquam idonea ſit? Poteſt. ineſt enim hęc conditio, Cùm maior erit. Cor. Vibul.

Not. quòd inhabilitas in tutela durante ea vitiat, ſed non omnino. Syl.

f Compos. Siue hoc dictum fuerit à teſtatore, ſiue non: vt ff. eo. l. ſi hæreditas. §. ſi furioſus. & facit ad hoc. ff. de iudi. l. cùm furioſus. j. reſpon.

Ad certū. CASVS. Hęc tutoris datio Bibulus vſq; ad annos quatuor tutor eſto, valétne? Valet. quid illa, Bibulus poſtquam conſulatu abierit, ex eo tempore tutor eſto: valet. Quid illa,

Pompe

Pompeius ſi piratas profligarit, vel ſi nauis ex Aſia venerit? valet. Quid, ſi tutorem prius in meo teſtamento ſcripſerim, quàm hæredem, veluti, Pomponius tutor eſto. Tullius autem mihi hæres eſto. valet. Quid ſi certæ rei, vel cauſæ tutorem reliquerim ac nō rebus vniuerſis? Veluti, Tullius ad emendū, vel elocandum, vel colendū agrum Tuſculanū tutor eſto. Titius eſto filio meo rerū mobilium vel immobiliū tutor. Non valet. Qua de cauſa? quia perſonæ, non rei datur tutor. Cor. Vib.

¶ Ad certū tempus [a]†, vel ex certo [b] tempore, vel ſub cōditione, vel ante hæredis [c] inſtitutionem poſſe dari [d] tutorem nō dubitatur. Certæ autem rei [e]†, vel cauſæ [f] tutor dari non poteſt: quia perſonæ [g], non cauſæ, vel rei tutor datur.

¶ Filiorum appellatione, poſthumi quoque primi gradus continentur, non etiam vlterioris: liberorum autem appellatione etiam nepotes, cęteróſque deſcendentes includit: poſthumi vero nomen, quoſcunque liberorum gradus complectitur.

¶ Si quis filiabus† ſuis, vel filiis tutores dederit, etiam poſthumæ, vel *

¶ Not. ex die, ad diem, ſub conditione, & ante hæredis inſtitutionem rectè tutorem dari: certę autem cauſæ, vel rei non rectè. Item, quòd tutor perſonæ non rei, aut cauſę datur: & quòd non valet argumentum de re ad tempus, vbi non eſt eadem ratio. Syl.

¶ a Ad certum tempus. putà, Vſque ad Paſcha.

N.A. † Ad certum tempus. Tutela teſtamentaria, eſt quidē actus legitimus, ſed ex eorum numero, qui diem & conditionem recipiunt. l. 8. & 9. ff. hoc tit.

¶ b Ex certo. i. à Paſchate in antea, vt ff. de action. & oblig. l. obligationum. §. j.

¶ c Vel ante hæredis. Contrà videbatur J. de leg. §. ante hæredis. Accur.

¶ d Poſſe dari. A teſtatore, non à iudice: vt ff. de reg. iur. l. actus. Accur.

¶ e Certæ autem rei. ſ. Africanæ, vel Syriacæ vtiliter datur: vt ff. de teſtamen. tut. l. ſi tamen tutor.

N.A. † Certæ autē rei. Tutela datur in perſonam, curatela in rem. §. item tria, infrà de excuſ. tutor. Tutela datur ad defendendum pupillum directò & principaliter. at curatela datur adulto ad ipſius negotia, & lites.

¶ f Cauſæ. ſ. Certæ: vt ad rei vend. ſed videtur contra. C. de in lit. dan. tu. l. ad litem. ſed ibi tutor pro curatore ponitur. Item, videtur contrà ff. de teſtamen. tute. l. ſi tamen tu.or. ſed ibi vniuerſitati rerum datur, non rei certæ.

¶ g Perſonæ. ſ. Pupilli principaliter: vt eum inſtruat bonis moribus, & etiam ſalaria præſtet magiſtris eius: vt ff. de adminiſtrat. tut. l. cùm plures. §. cùm tutor. & C. de ali. præſt. l. fin. ad hoc enim principaliter datur: ſecundario autē rebus datur: vt J. de excuſatio. tutorum. §. datus. ſed in curatore ecōtra. nā principaliter rebus, ſecundario perſonę datur: vt Cod. de nupt. l. in copulandis.

¶ Si quis, &c. CASVS. C. Rabirius filium habebat: habebat etiā vxorem grauidam. is in ſuo teſtamēto ita ſcripſit, L. Titius filiis meis tutor eſto. Nū igitur nato poſthumo L. Titius tutor erit? Fore reſpondet. Quid ſi nepotes habeat, num etiam illis tutor datus eſt? Diſtinguo. Aut enim dixit, Filiis, & tunc nepotibus non videtur datus. Nam filiorum nomine nepotes non intelliguntur. Aut dixit liberis, & tunc nepotibus datus tutor, intelligitur. Nam liberorum appellatione & nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his deſcendunt, continentur. Quid verò, ſi ſic teſtator dixit, Titium poſthumis meis tutorem do? & filij, & nepotes intelliguntur. Sunt autem poſthumi, qui poſt humatum patrem naſcuntur. Cor. Vib.

* deeſt D.

¶ Not. quod filiorum appellatione veniunt poſthumi, & liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes: & quod filiorum appellatione non veniunt nepotes ex vſu. Item, quod poſthumorum appellatione veniūt omnes filij, & nepotes, ſiue poſthumi, ſiue non. Syl.

† Si quis filiabus. Liberorū & poſthumorum nomine, filij & nepotes continentur. lege liberorum. 220. ff. de verborum ſignificatione: filiorūm nomine. vltra primum gradum non producit. lege quinquageſima ſexta ff. eodem titulo. N.A.

poſthumo [a] dediſſe videtur: quia filij [b], vel filiæ appellatione, & poſthumus & poſthuma continentur. Quòd ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint? dicendum eſt, vt & ipſis quoque dati videantur: ſi modò liberos dixerit. Cæterũ ſi filios [c] *, non continebuntur [d]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur [e]. Planè, ſi poſthumis* dederit, tam filij poſthumi, quam cæteri [f] liberi cõtinebuntur.

TITVL. XV.

DE LEGITIMA agnatorum tutela.

¶Ceſſante teſtamentaria tutela, locus eſt legitimæ: quæ quidem ad proximos defertur agnatos nõ etiã ad cognatos. Agnati autem ſunt per virilis ſexus cognationem coniuncti: cognati verò per fœminei ſexus perſonas.

¶ a Poſthumo. ſcilicet filio.

¶ b Quia filij. Hæc dictio filij, comprehendit poſthumũ, & poſthumam. cùm maſculinum poſſit concipere fœmininum: ſed hęc dictio filiæ, non comprehẽdit vtrũque: & ſic nec poſthumum, cùm fœmininum nõ concipiat maſculinum: vt ff. de leg. ij. l. ſi ita ſcriptũ. in prin. & ff. de lega. iij. qui duos. & l. ſeruis legatis. Item, no. quòd appellatione natorum etiã non nati continentur, cùm de eorum commodo tractatur, vt ff. de ſta. hom. l. qui in vtero. & ſ. tit. j. §. cùm autem. & facit. ff. de teſt. l. ſi quis ita. §. j. & l. ſi quis filiabus. & l. quod ſi.

*Natorũ appellatione cõtinentur nondum nati.

* Vide in hanc rem Alciat. lib. 3. par. c. 14.

* poſteris.

¶ c Si filios. ſcilicet, dixerit.

¶ d Non continebuntur. ſ. Nepotes.

¶ e Appellantur. Ab omnibus in vſu, vel conſuetudine: ſed ſecundùm veram ſignificationem verbi (quia filius dicitur à φίλος, quod eſt amor) etiam nepos dicitur filius, & etiam quilibet, quem aliquis diligit paterna dilectione, vt ff. de verborum ſignif. l. liberorum. §. ſed & Papyrius. quæ videtur contra.

¶ Adde, quòd eſt ex eo, quia cùm pater non ſimpliciter dare nepotibus tutores poſſit, ſed tunc cum recaſuri nõ ſunt in poteſtatem patris. ſimpliciter dando non videtur dare in illo caſu, quo ſpecialiter dare poteſt ex voluntate ipſius. l. iam hoc iure. ff. de vul. & & pup. Syl.

¶ f Cæteri. Etiã nati, ſecundũ quoſdam, quod falſum eſt: vt ff. de verb. ſig. l. nomen. Dic ergo cęteri. ſ. ex filiis naſcituri, qui ſui Poſthumi ſunt per leg. Velle vt ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumorũ. & ĩ. de exhær. lib. §. poſthumi. & ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. j. reſpon.

¶ Adde, quòd poſthumus dicitur pluribus modis, vt per glo. in rubrica. C. de poſthum. hæred. inſtit. Syl.]

DE LEGITIMA AGNAtorum tutele.

¶ Supra duobus titulis præcedẽtibus dictum eſt de tutela teſtamentaria, hic autem ponitur de tutela legitima, quæ ſequitur teſtamẽtariam. Angel.

Qvibus autem. Totus iſte titul. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit qualiter lex xij. Tab. dat. agnatos in tutores pupillis, deficiẽtibꝰ tutoribus teſtamentariis. Secundò, q̃ ſunt agnati, & q̃ nõ ſunt. Tertiò, qualiter intelligẽda ſunt illa verba poſita hic in principio: videlicet, quibus autem teſtamento tutor datus non ſit. Quartò, qualiter ius agnationis perimitur. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, Quod autem. Quarta ibi, Sed agnationis. Et ſubdiuiditur hoc principium in tres partes: quia primò dicit, qualiter, deficiente tutela teſtamentaria, vocantur legitimi. Secundò, qui ſint agnati. Tertiò, qui cognati. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi. At qui.

* Filius vnde dicitur.

CASVS. Pompeius inteſtatus deceſſit, quis erit tutor illius liberis? Proximus agnatus. Et qui ſunt agnati? Cognatio nomen eſt generis. Eius duæ ſunt ſpecies. Nam qui à communi patre per virilem ſexum nati ſunt. Agnati dicuntur: vt frater, ſoror, patruus, amita. Qui verò per fœminam nobis coniuncti ſunt, Cognati dicuntur: generale nomen proprium, ac ſpeciale efficientes, veluti filia ſororis tibi coniuncta eſt per fœminam, nimirũ tuam ſororem. item filiam amitæ per tuam amitam. Cognatæ igitur illæ ſunt: non Agnetæ. Age ergo, Socrates deceſſit inteſta

inteſtatus, relinquens duos filios, quorum alter natu grandis emancipatus erat, alter adhuc paruulus. Quis huic paruulo erit tutor? Frater eius emancipatus, vtpote agnatus proximus. Quid ſi fratrem non habent? Eius patruus. Cor. Vib.

¶ Not. quod teſtamẽtarius pręfertur omnibus tutoribus. Item, quòd his deficientibus ſunt legitimi tutores agnati. Itẽ, qui ſint agnati, & qui cognati. Item, quòd cognatio eſt ſicut adoptio: quia ponitur vt ſpecies, & vt genus. Item, quòd cognati ſunt naturali iure coniuncti. Itẽ, quòd diſpoſitio in vno ex correlatiuis habet locũ in alio. ibi, inuicem. Item, quòd filij ſequũtur familiã patris non matris. Syl.

QVibus [a] autẽ teſtamẽto tutor datus nõ eſt*, his ex lege xij. tabularum [b] † agnati ſunt [c], tutores, qui vocantur legitimi.

Sũt autẽ agnati, cognati* per virili ſexus cognationẽ* cõiuncti † quaſi à patre cognati [d]: veluti frater ex* eodẽ patre natus, fratris fili9, nepóſve ex eo [e]: Item, patruus [f], & patrui filius, nepóſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, agnatis [g] non ſunt: ſed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitæ [h] tuæ filius, non eſt tibi agnatus, ſed cognatus: & inuicem * tu illi eodem iure [i] coniungeris: quia qui ex* ea naſcũtur *†, patris non matris familiam [k] ſequuntur.

¶ Quantum ad tutelam pertinet, is inteſtatus deceſſiſſe videtur, qui cùm teſtatus ſit, tutorem teſtamẽto non dedit, aut

* ſit. * qui. * perſonas cognatione. * abeſt. D.

† Ex lege xij. tabul. Ait lex, Si paterfamiliàs inteſtato moritur, agnat9 proximus familiam, & tutelam habeto. Vlpianus tit. de legit. hæred. Nam tutelæ verbum nominatim adpoſitum dixerat ſub titulo de tutela. §. v. & patet ex §. j. ĩ. de leg. pat. tutel. N.A.

¶ c Agnati ſunt. Si ſint maiores xxv. ann. vt ĩ. de fiduc. tut. in fin. & maiores lxx. ann. aliàs excuſantur: vt infrà de excu. tut. §. item maior. * ſcilicet.

† Coniũcti. (Iure antiquo) addendum, fuit & (eiuſdem familiæ) nimirum propter emancipatos: vt apud Vlpianum, ſupradictis lobis. & l. vltim. §. j. ff. de gradib. Sed reſpexit ad nouum ius Anaſtaſij. §. j. infrà de ſucceſſ. cogn. §. vlt. ĩ. de gradib. & ad ſuam conſtitutionem. l. vltim. C. de leg. hæred. N.A. * abſunt. * adnaſcuntur.

ADDITIO. Vlpianus in Titulis. ti. xj. Tutores, inquit, legitimi ſunt, aut ſenatuſconſultis conſtituti, aut moribus introducti. Legitimi tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcẽdunt. Per eminentiam autem legitimi tutores dicuntur, qui ex lege xij. Tabul. introducuntur, ſeu pro palam, quales ſunt agnati: ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni.

¶ a Quibus. ſcilicet pupillis.

¶ b Duodecim tabularum. Quos ipſa lex vocat & verbis & ſententia: & niſi gerant, eorum periculo agitur: vt ff. eod. l. legitimos. aliàs autem quandoque ex ſententia legis dantur: non ex verbis: vt infrà tit. ij. & iij.

ADDITIO. Qui facto inuentario & præſtito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittendis inutilibus, promittendo etiam expreſſè ipſum pupillum defendere, & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore: nam antè adminiſtrabunt, quàm ſibi per iudicem adminiſtratio decernatur. l. iiij. §. fina. ff. de adminiſtrat. tut. Ang.

¶ d Cognati. Nomen ergo cognationis generale eſt, agnitionis nomen ſpeciale. nam omnis agnatus eſt cognatus: ſed non conuertitur: vt hic: & ĩ. de legi. agnat. ſucce. j. reſp. & ff. eo. l. ſunt autẽ. Cognatio & agnatio ſe habet ſicut genus & ſpecies.

¶ e Ex eo. Filio fratris.

¶ f Patruus. Repete, ſi fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioquin eſt cognatus: vt C. de leg hæred. l. fin. §. ſed nec. & §. cùm autem.

¶ g Agnati. Etiam ſi maſculus interueniat: vt puta ſi ſint duo fratres vterini: filius vnius fratris filij fratris ſui patris non erit agnatus, ſed cognatus, inſpecto fœminino ſexu, propter quem adinuicem ſunt cognati, ſecundùm Io.

¶ h Amitę. Sed ipſa amita eſt tibi agnata: quia per patrẽ tuũ tibi coniungitur.

¶ i Iure ſcilicet cognationis.

† Quia ex ea naſcuntur. Qui ex iuſtis nuptiis naſcuntur, patris, nõ matris familiã naſcũtur. l. familiæ. 196. ff. de ver. ſig. Qui extra nuptias matris, nõ patris. l. lex naturæ. 24. ff. de ſtat. hom. N.A.

¶ k Familiam. id eſt, Agnationẽ: licet &

Digitized by Google

aliàs multas habeat ſignificationes hęc dictio, familia: vt ff. de verb. ſigni. l. pronunciatio. §. familiæ. & facit C. de verb. ſigni. l. fi. & ſ. de pat. pot. §. fin.

¶ Quòd autem. Hic §. lumen interpretationis nō deſiderat. Cor. Vi.

¶ Not. qualiter verbum inteſtatus in materia tutelæ accipiatur. Item, quòd limitata cauſa limitatū parit effectum. Item, quòd paria sūt inſpecto præſēti ſtatu aliquid factum nō fuiſſe, vel factum euanuiſſe. Syl.

*abſunt. * omnimodo.

N.A. ¶ Quod autem lex XII. Dubitabatur contra, quia lex non defert agnato tutelam, niſi ab inteſtato. Iſte autē teſtatus fuerat. Sol. Teſtatus deceſſerat, quantum ad res alias, Inteſtatus, quantum ad tutelam. Ergo paria ſunt. Non dare tutorem, & datum, non relinquere ſuperſtitem.

¶ a Significationem. ſ. tantùm.

¶ b Si omnino. Vel aliud contingat, quod tantundem valeat; quod dicemus infrà de hære. quæ ab inteſt. primo reſpon. & facit ff. quod cuiuſcunque vni. no. l. j. §. & quidem.

N.A. ¶ Si omnino. Dubitatur contra, quia lex ſingulari numero vſa erat. Vni tantùm decerni tutela poteſt. l. 5. §. j. ff. eodem titulo.

¶ Sed agnationis. CASVS. Quod ait Imperator hoc §. Agnationis iura capitis diminutione non tolli, Cognationi tolli. Quid eſt hoc? Cognoſces ex titulo ſequenti. Nam hæc ſanè præpoſterè Imperator in hunc coniecit locum. Cor. Vibol.

¶ Not. q capitis deminutione tollitur agnatio. Itē, q eſt nomen iuris ciuilis. Itē, no. ſecus eſſe in cognatione. Item, quòd ius ciuile per aliud tollitur. at i* naturale per ius ciuile non tollitur. Item, quòd ea, quæ fortiori vinculo ſunt ligata, difficiliùs tolluntur. Syl.

¶ c Sed agnationis quidem ius. Nota

datio effectum ſortita non fuit.

¶ Quòd autē lex† duodecim tabularum * ab inteſtato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet ſignificationē a, ſi omnino b †* non fecerit teſtamētum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi (quantum ad tutelam pertinet) inteſtatus deceſſerit: quod tūc quoque accidere intelligitur: cùm is, qui datus eſt tutor, viuo teſtatore, deceſſerit.

¶ Agnationis ius (cū ciuile ſit vinculum) capitis deminutione tollitur: cognationis verò non ita.

¶ Adnotatio, Nil tam naturale eſſe, quam eo genere quodque diſſolui quo ligatum eſt.

¶ Sed agnationis quidem ius c omnibus modis capitis deminutiōe† plerúque perimi-

diligenter hunc §. Eſt autem ius agnationis, & ius cognationis, ſiue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, ſcilicet vt præferantur in hæreditatibus agnatorum mortuorum: vt ſ. de legit. agna. ſucceſ. primo reſponſ. Item, præferuntur in tutelis agnatorum paruulorū: vt ſuprà eodem tit. primo reſpon. his autem deficientibus, in hæreditatibus & tutelis cognati ſuo iure admittuntur: inter quos etiā agnati vocantur qui deſierunt eſſe in iure agnatorū, vel deſierūt habere iura agnatorum: vt per capi. deminu. v infrà de hæred. quæ ab inteſta. §. admonēdi. illud autem ius prærogatiuum, quod habent agnati (quia vltra iura communia habēt per l. xij. Tab.) facile perdūt: vt omnibus modis capitis deminut. id eſt, per omnem cap. deminut. vt per maximam, vel per mediam: de quibus duobus non eſt dubium: cùm & iura cognationis perdantur: vt infrà titul. j. §. quod autem.

Agnatī præferūtur cognatis in duobus.

[Adde, quòd non perditur ipſa cognatio, & ſic ipſa conſanguinitas: ſed effectus illi, qui à iure cognationi tributi ſunt: vnde ius ciuile tollitur, tunc non naturale. Sylueſt.] Item per minimam tollitur ius agnationis, vt hic dicitur. & ff. de cap. demi. l. tutelas. niſi in duobus caſibus tantùm, vt inter tres fratres, licet alter emancipetur: vt C. de legi. tut. l. iij. & iiij. Item, inter patrem, & filium: vt ſ. de leg. ag. ſuc. §. fin. & propter hos duos caſus, qui de minima cap. deminu. excipiuntur, dicit hic plerunque. at iura cognationis non commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima cap. deminu. & eſt ratio, vt ſubiicit.

¶ Adde, q de iure antiquo ſecus eſt: quia penitus tollebatur illud ius, quod corri

Digitized by Google

corrigitur per ius Codicis in l. illa: quod tamen fuit poſterius hoc libro d. l. iiij. C. eod. Syl.

N. A. † Capitis diminutione. Caput, eſt ſtatus, ſiue ius quod quis ex libertatis, ciuitatis, familię, conditione adeptus eſt. l. iij. ff. e. tit. Minutio, eſt ademptio, amiſſio, alienatio. l. vltim. ff. de leg. Ergo, capitis diminutio, eſt iuris illius amiſſio. l. j. ff. eodem titulo.

tur. Nam a adgnatio, iuris * ciuilis nomen eſt b. Cognationis verò † ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere poteſt: naturalia c verò non vtique d.

vtu-nor. T.

a Nam. pro quia.

b Agnatio iuris ciuilis nomen eſt, id eſt, à l. xij. Tabul. eſt inducta hæc prioritas agnatorum: ſed ius cognationis eſt naturale nomen: nam ratione ſanguinis hoc nomen impoſitũ eſt: vnde & vnum ius ciuile poteſt per aliud facilè tolli: vt hic, & ff. de reg. iur. l. nihil tam.

N. A. † Cognationis verò. Agnationi certa iura legibus tributa ſunt, cognationi, nullum. Sed Prætor ius ciuile emendauit, & cognatis multa tribuit iura. l. j. ff. de nud. cog. Maxima autem capitis minutio, & cognationem extinguit, & media. Itaq; deportati mater, mater eſſe definit. l. ij. §. j. ff. ad Tertyll.

c Naturalia. i. iura cognationis, ſic dicta: quia ea quis conſequitur per natiuitatem, vt ſ. de adopt. §. ſed hodie. in fin. §. non ſic de facili tolluntur.

d Vtique. i. certè non tolluntur capitis deminutione: quum ſint immutabilia hæc iura. vt ſ. de iur. nat. §. ſed naturalia. Item, nec ea, quæ naturalem æquitatem habent: vt ff. de cap. dem. l. eos. & l. legatum. Item not. quia quædam cognatio eſt ciuilis tantùm, vt per adoptionem: vt ff. de adopt. l. qui in adoptionem. Item, naturalis tantùm. vt ad filios naturales tantùm. Item, naturalis, & ciuilis: vt ad eos, qui legitimi ſunt. & de hac intelligitur hic: vt ff. de grad. affi. l. non facile. §. j. Item no. quia ciuili iure hæc. ſ. tutela, & hæreditas tribus modis deferuntur: vt ex verbis, & ſententia legis xij. Tab. vt in agnatis. Item, ex ſententia tantùm, vt infrà de leg. par. tut. & infrà de fiduc. tut. Item, ex aliis legibus veteribus, vel nouis: vt ff. de cap. deminut. l. tutelas. quam quidam mediam vocant. Nunquid ergo hæc omnia facilè perduntur per omnem cap. demi. Reſp. ſic in duobus primis tantùm, non in tertio: vt hic, & in d. l. tutelas. Item

TITV. XVI. DE CAPITIS deminutione.

¶ Explicat definitionem cap. deminutionis, poſtea eam diuidit.

Est autem capitis deminutio, prioris *

quæro, an futuras tutelas acquirẽdas, & hæreditates tãtùm tollat: an etiam præteritas adimat? Reſpon. futuras tantùm, vt ff. vnde lib. l. fi. Quid enim potuit diuinare lex deferens hęreditatem, vel tutelam de futura cap. demi. vt C. de teſta. l. iubemus. in fin. Certè nullo modo, vt ff. mand. l. fideiuſſor. j. reſpon. *abeſſ.*

[Adde, quòd glo. communiter reprobatur per §. ſed capitis. infrà. quibus mod. tutel. fin. & per tex. in l. legitimos. in fi. ff. de leg. tut. Ratio autẽ differentię inter tutelam, & hæreditatem eſt: quia hæreditas actu ipſo ſtatim acquiritur & quæſita nõ eſt amplius hęreditas. l. j. §. veteres. ff. de acqui. poſſeſ. Tutela verò habet actus ſucceſſiuos, & durat eadem per ſingula tempora. Syluest.] Hodie verò iſtam differentiam agnationis quærere non oportet: cùm agnati ante cognatos nihil habeant: vt in authent. de hæred. ab inteſt. venien. §. ex iis. Item not. quòd licet prædicta iura cognationis tollantur maxima & media capitis deminutione: ipſa tamen conſanguinitas non tollitur: vt ff. de reg. iur. l. iura ſanguinis. *Conſanguinitas nunquã tollitur.*

DE CAPITIS DEminutione.

¶ Continuatur ſic, quia ſuprà viſum eſt de legitima agnatorum tutela, & quia ius agnationis capitis deminutione corrumpitur. §. fin. ſuprà titul. j. meritò ſequitur videre de capitis deminutione. Por.

Est autem. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primò, ponitur qđ ſit capitis deminutio, & quotuplex ſit. Secundò, de maxima capitis deminutione. Tertiò, de media. Quartò, de minima. Quintò, remouet

Digitized by Google

mouet certa dubia. Secunda ibi, Maxima. Tertia ibi, Minor. Quarta ibi, Minima. Quinta ibi, Quibus autem. Et hæc diuiſio ſufficit: licet alij aliter diuidant. Ang.

arrogati: quia vna cum patre mutant ſtatum: vt ff. eod. l. liberos. ſ. de adopt. §. pen. Arg. contra, in authent. conſti. quæ de dign. §. palam. colla. vj. vbi non ab homine, ſed à lege quis efficitur ſui iuris. At moriẽte patre non interuenit factum hominis, imò magis Dei. Quid ſi interficiatur pater? Reſpond. idẽ. quia mors ſemper Dei diſpoſitione aduenit.

¶ Adde, quòd licet interueniat factum hominis in occiſione, tamen illud factũ non eſt ordinatum ad illud: & ideò conſiderãtur vt mors, non vt occiſio. facit tex. & ibi glo. in l. prouinciæ. ff. ad leg. Aquil. Syl.]

* circa.

CASVS Quid eſt capitis deminutio? Dicamus ſeorſum de ſingulis. ita enim facilius in vniuerſum intelligetur. Quid eſt caput? Status * hominis ciuitatẽ, libertate, & familiam habẽtis: vt Tullius Cicero qui hæc tria habebat, Caput habere dicebatur. Quid eſt deminutio? Aut trium illorũ aut vnius amiſſio. Quot igitur modis accidit? tribus. eſt etiam maxima, media & minima. Cor. Vib.

* Sic explicat F. Bar. hic & glo.

ſtatus [a] mutatio [b]: eáq; tribus modis accidit. Nam aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam [c] vocant) aut minimã.

¶ Qui perdit ciuitatem & libertatem, patitur maximam capitis deminutionem. Ang.

¶ Maxima capitis deminutio eſt, cum aliquis ſimul & ciuitatem, & libertatem amittit: quòd accidit iis, qui ſerui pœnæ efficiuntur atrocitate [d] ſẽtẽtiæ: vel libertatis [e], vt ingratis erga* patronos condemnatis: vel iis, qui ſe ad pretium participandũ vænundari paſ-

¶ Not. Quid ſit capitis deminutio. Itẽ, quòd eſt triplex. Item, quòd minor & media ſupponunt pro eodem. Syl.

¶ a Status. Hic ſtatus conſiſtit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia, id eſt iure agnationis. Cùm enim primum, id eſt, libertatem quis perdit, per conſequens & duo & vltima perdit: & tunc maximam cap. demi. patitur. Cùm verò ſecundum perdit per conſequens perdit & vltimum, ſed non primum: & tunc dicitur media cap. demi. Cùm verò vltimum perditur, non perduntur duo prima: & tunc minimam cap. demi. patitur, vt infrà §. j. ij. & iij. & ff. eod. l. fina. Sed P. dicit ſtatum hominis, id eſt, conditionem, in qua quis plurimùm poteſt.

¶ b Mutatio. Non ergo accipitur hic ad literam, vt dicatur, capitis demi. quando caput abſcinditur: ſed quando ſtatus mutatur, vt caput, ſtatus dicatur: vt ff. ad Terty. l. j. §. capitis. Sed videtur hæc definitio non conuerti cum ſuo definito: nam morte patris filius mutat ſtatum: quia fit ſui iuris vt ſ. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. j. non tamen dicitur capite minui: vt ff. ad Maced. l. ſi filiusfa. §. fin. Sed dic ſubaudiri hic facto hominis interueniente: vt emancipatione, vt deportatione patris, vel ſimili modo, vel etiam quaſi facto, quod dico propter filios

* Explicat definitionẽ cap. deminutionis: poſtea eam diuidit.

¶ c Mediam. ſic ff. de au. & ar. l. qui lancem. & ſuprà de libertinis. §. libertinorum.

¶ Maxima. THEMA. Quam dicis maximam? Cùm tria illa ſimul amittuntur. veluti ſerui pœnæ, de quibus didiciſti ſuprà. quibus modis ius pat. ſol. §. pœnæ autem. Item, ſi quis vt pretium participet, vænundari ſe patiatur. Cùm enim ſeruus fiat, neque ciuis eſt Roma. neque liber, neque familiam habens. Item, ſi quis libertus, ob ingrati animi turpitudinem, in priſtinam ſeruitutem redigatur. Corn. Vibul.

¶ Nota, quòd maxima capitis diminutione perditur libertas & ciuitas. Sylu.

¶ d Atrocitate. Eſt autem atrox, & dura hæc ſententia: licèt iuſtè feratur: vt ſ. quibus mod. ius, &c. §. pœnæ ſeruus. ſed hodie propter huiuſmodi pœnas nemo ingenuus fit ſeruus, vt in auth. de nupt. §. quod autem prius. & §. ſeq. Accur.

¶ e Libertis. ſcilicet condemnatis, vt ſubiicit. & quod dicit ingratis, aliàs eſt ingrati. i. ingratitudinis, quæ reuocatio fit per actionem ingrati: vt dicunt quidam: vt C. de lib. & eor. lib. l. ſi. & pe. vel per vtilem rei vendicationem, ſecundùm alios ad inſtar donationis cauſa mortis, quæ reuocatur,

tur,

Digitized by Google

ſi ſunt a.

¶ Per deportationem, vel aquæ, & ignis interdictionem, cõtingit media capitis deminutio. Aret.

¶ Minor,ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidẽ amittitur,libertas verò retinetur:quod accidit ei,cui aqua & igni interdictum † b fuerit:vel ei,qui in inſulã c deportatus eſt.

¶ Per emancipationẽ vel arrogationem contingit minima capitis deminutio. Aret.

¶ Minima capitis deminutio,eſt cũ* ciuitas retinetur, & libertas,ſed ſtatus hominis com-

tur, vt ff. de dona.cau.mor. l.ſi mortis cauſa res. vel(quod eſt verius) accuſatione, vel actione extraordinaria, per quam officium iudicis imploratur: vt C. de lib. & eorum lib.l.non eſt. & fit hæc reuocatio propter omnẽ offenſam, etiam leuem: vt C. de lib.& eor. lib.l.ij.non autem fit propter omiſſionẽ obſequij: vt C.de lib. cau. l. ſolo. niſi in caſu,vt cùm denegat alimenta, vt ff.de lib.agn. l. alimenta. §. Imperatoris.Nã tunc etiam occidere velle videtur eum:vt ff. de lib. agno. l. necare.& hoc niſi remiſerit ius patronatus: tunc enim ex his cauſis ſolùm reuocatur, ex quibus & donatum: vt in auth.vt lib.decæ.§.illud. quæ cauſæ ſunt numeratæ C. de reuo. dona.l.vlt. & hæc vera ſunt, cum quis ex voluntate propria manumittit: vt C. de lib. & eo.libe.l.j.& ij.ſed ſi non ex voluntate,non reuocaret: vt C. de lib.& eo. lib.l.j.Sed quid ſi manus in patronum iniecit? Reſpon. Damnatur in metallum:ſi verò conuicia dixerit, mittitur in exilium:vt ff.de iur.pat.l.j.

¶ Adde pro reſolutione materiæ, ꝙ ſi neceſſariò quis manumittit,non reuocat. quia non vtitur liberalitate. l.rem legatam.ff.de adim.leg.l.ij.C.de oper. libert. Iudex autem puniet ſecundùm qualitatem delicti. l. iure. ff. de oper. liber. Si non tenebatur,& non remiſit ius patronatus, & delictum ſit in faciendo reuocat:niſi patronus velit aliter punire, vt dicunt doct. hic. Si in omittendo,ex leui cauſa non ſit reuocatio:ex graui ſic. dict.§. Imperatoris. Si ſit remiſſum ius patronatus, tenet gloſſ. & ſequuntur alij, quòd ex illis cauſis reuocetur, ex quibus reuocatur donatio,d.§.illud. Dic tu tamen,quòd quoad hoc remiſsio nihil operatur: ſed ſolùm quoad alia iura. Quia ſicut remiſsio iuris reuocandi donationem ex ingratitudine non valet,vt eſt communis opinio docto. poſt Bar. in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff.de verb. oblig. eadem ratione ius reuocandi liberum remitti non debet, ne ita de facili delinquendi materia concedatur. Syl.

¶ a Paſsi ſunt. Hic multa ſunt neceſſaria:vt ſ.de iure perſo.§.penult.

¶ Minor. THEMA. Quam appellas mediam? Cùm ciuitas tãtum amiſſa eſt. veluti, Cicerò qui triplex illud caput habebat, quum. P. Clodius legem tulit,Velitis iubeatis Quirites, vt M. Tullio aqua & igni interdicatur:ciuitatem amiſit:libertatẽ retinuit. Quid vocas aquæ & ignis interdictionem? Veteres iis maximè rebus contineri vitam humanam crediderunt,itaque ſacramẽto ignis & aquę nuptiarum fidem ſanciebãt.ignis enim calorem,aqua humorem habet.quibus duobus conſeruantur corpora:quamobrem quibus aqua & igni interdicebatur, adimi tanquam vitam crediderunt veteres. Ciceronem ergo tecto nemo recipere audebat, aut vlla re iuuare, quæ ad vitam cultúmque pertinet. Item, ſi quis deportetur in inſulam. Corn.Vibul. * &.

¶ Not. ꝙ deportatis, & quibus aqua & igni interdictum eſt, remanet libertas: ſed ciuitas amittitur. Syl.

¶ b Interdictum. Hanc pœnam in vſu non habemus, ſed eius loco ſucceſsit deportatio:vt ff.ad l.Iul.pecu. l.iij.ſed inſtar excõmunicatorum habebantur, quibus talia denegabantur.Sed videtur hunc etiam fieri ſeruum. licet hic denegetur.ff.de var. cog.l.cognitionum. in fin.contrà.ſed perditur libertas: vt ibi dicitur, vt non poſsit facere teſtamentum,cui ſic eſt interdictum: vt ff. de iniu.rupt.teſta.l.ſi quis filio.§.eius. non quòd fiat ſeruus verè.

ADDITIO. Quia aqua & ignis humanam vitã continere ſunt credita:& nuptiis (vt ait feſtus*) aqua & ignis accipiebatur,& exulibus atrociſsimè damnatis, aqua & igni interdicebatur. A.F. * lib. I.

† Aqua & igni interdictũ. M.Tullius Cicero mediam capitis deminutionem paſſus eſt:At Ouid.nullã.Sic enim hic. N. A.

Quippe

mutatur: quod accidit iis, qui cùm ſui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe [a]: vel contra [b]: veluti * ſi filiusfamiliâs à patre emancipatus fuerit, eſt capite deminut⁹*.

¶ Priuatio præſupponit habitũ. Aret.

¶ Seruus autem manumiſſus capite nõ minuitur [c]: quia nullum caput † habuit.

¶ Remotus à dignitate non perdit ſtatum. Aret.

¶ Quibus autẽ [d] dignitas magis, quam ſtatus permutatur, capite non minuuntur, & ideo à ſenatu † motos capite nõ minui conſtat [e].

¶ Cognationis ciuilis effectus, non minima, ſed media, aut maxima capitis deminutione tolluntur.

¶ Quòd autẽ di-

* abeſt.

* capitis deminutio.

Quippe relegatus, non exſul dicor in illo. Vide §. 2. quibus ius patr. poteſt. ſol. ſuprà.

¶ Adde, quòd hæc glo. communiter reprobatur: quia excommunicatus potius æquiparatur relegato, vt dicit Iaſ. in l. fi. C. qui admit. Syl.

¶ c In inſulam. Secus ſi in metallũ. vt ſ. quibus mod. ius pa. po. ſol. §. pœnę. in caſu tamen etiã libertatem perdit damnatus in inſulam: vt C. vt nemo pri. l. ij. §. cum autem.

¶ Minima. THEMA. Quã vocas minimã? quum neque ciuitas, neque libertas amittitur, ſed tantùm familia: veluti P. Clodius quũ ſe Fonteio in adoptionem dedit, familiam amiſit, minimámque paſſus eſt capitis deminutionem. item, filiusfamiliâs qui emancipatur. quamobrem? quia, ſi meminiſti, olim qui emancipabãtur, quaſi vendebantur, in ſeruilémque conditionem redigebantur. Cor. Vib.

¶ a Subiecti eſſe. vt in arrogatis.

¶ b Vel contrà. Aliâs eſt in litera: ſi filius à patre emancipatus fuerit, eſt capite minutus. & ſecundùm hoc, eſt expoſitio huius verbi, vel contrà. aliâs verò hoc totũ deeſt: & tunc idem ſubintelligo. Alij dicunt, quando ſui iuris non eſt, transfertur in poteſtatem alterius, putà aui materni, vel etiam paterni: vt ſ. de adopt. §. ſed hodie. qui caſus eſt contrarius illi, quando qui ſui iuris eſt, in arrogationem datur. Sed quare filiusfamil. cùm emancipatur, capite minui dicitur? Reſp. propter imaginariam venditionẽ, quæ fiebat: vt ſ. quib. mod. ius pa. pot. ſol. §. præterea. in princ. Sed cùm hodie non fiat hæc venditio, vt in eo §. continetur, videtur quòd hodie non minuatur capite. Sed certè illa ſola non erat ratio: imò & alia, quia mutat familiam: vt ff. eo. l. libero. in princ.

¶ Adde, quòd ego aliàs ex illo text. tenebam contra glo. quia ibi ratio aſſignatur expreſſa & vnica, quæ hodie ceſſat. Not. tamen ex hac gloſſ. quòd correcta vna ex rationibus legis, remanet lex. Syl.

¶ c Non minuitur, id eſt, eius ſtatus non mutatur: cùm primò nullum habuerit ſtatum: vt hic, & ff. eod. l. liberos. in fin. & l. ſeq. ſed cõtrà eſt. C. de bo. proſcri. l. j. Sed dic, quòd ibi crimine capitali ſeruus accuſatur, id eſt, tali quòd eſſet aliàs in libero capitale. Item, quid, ſi quandoq; habuit caput: quia fuit liber, & nũc ſeruus eſt, & manumittatur? Reſpon. idem: quia præſens tempus conſidero.

† Quia nullum caput. Quia caput non ſignificat perſonam in hoc tractatu: vt cum dicimus: Noxa caput ſequitur, Sed ius ex libertate, ciuitate, familia l. vlt. ff. hoc tit. N. A.

¶ Quibus autem. THEMA. Cenſores olim hanc poteſtatem habebant, vt improbos ſenatores ſenatu mouerent, Equitibus equum publicum adimerẽt. obſecro, nunquid illa dignitatis amiſſio, capitis deminutio eſt: illíque tum ſenatores, tum Equites capite deminuti erant? nequaquam. Capitis enim appellatione dignitas non continetur. Corn. Vib.

¶ d Quibus autem. Dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui, vt ſ. eod. in princ. autem pro ſed: ſed quibus dignitas, &c.

¶ e Conſtat. vt ff. de ſena. l. iij. & hic ſi fuerit remotus propter turpitudinem, non poteſt iudicare: vel teſtimonium dicere: vt ff. ad leg. Iul. re. l. eadem. §. j. & ff. de ſena. l. ij.

† Et ideo à Senatu. Quamuis enim caput interdum numerum ſignificet, vt cum dicimus Tributum capitis l. 3. ff. de Cenſib. aut hæreditatem diuidi in capita, tamen in hoc tractatu, Ius tantùm ex libertate, &c. vt ſuprà. N. A.

Quod

ctum eſt [a], manere cognationis ius etiam * poſt capitis deminutionem: hoc ita eſt, ſi minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio [b]. Nam ſi maxima capitis deminutio interueniat *, ius quoque cognationis [c] perit, vtputà ſeruitute alicuius cognati; & ne quidem ſi manumiſſus [d] fuerit, recipit cognationem. Sed & ſi in inſulam [e] quis deportatus ſit, cognatio [f] ſoluitur.

* &. * incurrat.

¶ Tutela defertur proximiori in gradu: & ſi plures ſunt de eodem gradu, defertur ad omnes. Aret.

¶ Cùm autem ad adgnatos tutela pertineat [g]: non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tãtùm, q proximiore gradu [h] ſunt. Vel ſi plures eiuſdem gradus ſunt, ad

¶ Quod autem. CASVS. Ius cognationis manétne etiam poſt omnes capitis deminutiones? non, ſed poſt minimam tantùm. Maxima enim & media illud abſorbent. Cedo exemplum. Cicero dum ciuis eſt, poteſt inteſtati patris hæres eſſe: aut fratris: Exul nõ poteſt. Neuius ſe vendidit, cùm ſeruus ſit, patri, aut fratri iure cognationis nõ ſuccedet. Quid verò, ſi ſit manumiſſus? Ne tum quidem ius cognationis recuperat. etiámne vt matrem, aut ſororẽ ducere vxorẽ poſſit, quaſi non cognatas? minimè. Ius enim cognationis eſt duplex. vnum quod naturale eſt, id eſt, in ſanguinis coniunctione poſitum: alterum ciuile, id eſt, à legibus inductum propter ſanguinis coniunctionem. illud tolli non poteſt. ſiquidem iura ſanguinis nullo iure ciuili corrumpi poſſunt. hoc alterum poteſt: veluti, vt cognatus proximus ſit hæres. Cor. Vib.

¶ Not. quòd lex ſequens poteſt declarare præcedentem. Item, quòd cognatio maxima & media capitis deminutione tollitur: dico autem media propter exemplum deportati. Item, quòd ſeruus non recuperat cognationem, etiam eo manumiſſo. Item, quòd ſemel extinctum non reuiuiſcit, etiam ceſſante cauſa extinctionis. Item, quòd à priuatione ad habitum non datur regreſſus. Syl.

¶ a Quod autem dictum eſt. ſuprà titulo proximo. § fin.

¶ b Cognatio, id eſt, ius cognationis à prætore inductum, ex quo ad bonorum poſſeſſ. vocantur per vnde cogn. infr. de hæred. quæ ab inteſt. § adimonendi.

¶ c Cognationis, id eſt, Ius ſuccedendi, & ad tutelam vocandi perit: ſed ipſa conſanguinitas non perit: vt ff. de regulis iur. l. iura ſanguinis. cum ſit de iure naturali: vt ſuprà de iure naturali. § penult. contrà. & ſuprà de nupt. § illud. contrà. Sed qualiter cognatis defertur? imò agnatis, vt ſuprà titul. j. in princ. Reſp. poſt agnatòs: vt infrà de hæred. quæ ab inteſt. § adimonendi.

¶ d Si manumiſſus. Aliud, ſi reſtituturus, ſecũdùm Ioan. vt ff. ad Tertyl. l. j. § filio qui mortis. contrà. & C. de ſentent. paſ. l. fin. contrà. & ff. de contra tab. l. j. § fin. & l. ij. contrà. Item, contrà eſt, in eo, quod hic dicit, tolli ius cognationis per maximã & mediã capitis deminuti. ff. de rebus dubiis. l. ſi cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale: vt ff. eod. l. legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quę per adoptionem conſtituitur, vt ĩ. de leg. agnat. § per adopt. & ff. de adopt. l. qui in adoptionem. hic verò de naturali cognatione: vt ff. de grad. affi. l. nõ facile. § j. & ſic ibi de minima cap. demi. loquitur. Item, contrà, infrà de ſerui. cogna. in fin. j. reſp. Sol. hic loquitur in his, qui primò fuerunt liberi, & poſtea ſerui: quod eorum delicto contingit: vnde non debent habere commodum, vt ff. ſol. mar. l. ſi ab hoſtibus. § j. & ff. de min. l. Papinianus. ibi, indignum, &c. licet ibidem illa ratio corrigatur. ibi verò ſemper fuerũt ſerui. Vel illa noua corrigit iſtam. nam ex Græca conſtitutione illa eſt extracta, vt ibi dicitur.

¶ e Sed & ſi in inſulam. Hic ponit exẽplum de media: ſed ſupr. modò poſuit exemplum de maxima.

¶ f Cognatio, id eſt, ius cognationis: vt ſ. proxi. § diximus.

¶ g Pertineat. Vt ſ. tit. j. j. reſpon.

¶ h Gradu. Facit ad hunc. § ff. de legat. iij. l. ſi plures. & ĩ. de legi. agn. ſuc. § ſi plures.

Digitized by Google

plures.& ff.de ſepul.vio.l.iij.§. ſi plures. Hodie verò hic §. corrigitur:quia æqualiter tã ad agnatos, quàm cognatos defertur tutela, ſicut hæreditas: vt in auth.de hęr.ab inte.§.ex his.col.ix.

ADDITIO.

Et ſic lex noua corrigens vnum ex ſpecificatis à lege veteri, cenſetur etiã corrigere aliud: vt hic, & l. ſi quis ſeruus.C.de fur. & per Angelum in §.j.ſ.de iure naturali.

a Si plures. aliàs iſti duo verſiculi deſunt, Si plures fratres ſunt qui vnum gradũ obtinent, pariter ad tutelam vocantur: ſed ego habeo. Accurſ.

omnes pertinet. veluti, ſi plures [a] fratres ſunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

TIT. XVII.

DE LEGITIMA Patronorum tutela.

Patroni ad libertorum tutelam ex ſententia legis xij. tab. vocantur: cùm ipſi inteſtatis libertis ſuccedũt. vnde par eſt, vt is onus tutelæ ſubeat, ad quẽ hereditatis emolumentum pertinet.

Ex eadem [b] lege xij. tab. libertorum [c], & libertarũ tutela ad patronos [d], liberóſque eorũ pertinet. quæ & ipſa [e] Legitima [f] tutela vocatur: non quia

DE LEGITIMA PAtronorum tutela.

Quia ſuprà viſum eſt de legitima agnatorum tutelà: & quia eſt & alia, quæ appellatur legitima, ſcilicet tutela patronorum, ideo de ea tractaturus, ſubdit de legitima patronorum tutela. Porc.

Ex eadem. Diuiditur in ſex partes. Primò, ponitur qualiter tutela libertorũ patronis deferatur. Secundò, quomodo vocetur: & eſt legitima à lege xij.tab.prouenieñs. Tertiò, illud per rationẽ probat. Quartò, confirmat per exemplum. Quintò, exemplum probat per rationem. Sextò, rationem declarat. Secunda ibi, Quæ & ipſa. Tertia ibi, Eo enim. Qnarta ibi, Cum & agnatos. Quinta ibi, Quia plerunque. Sexta ibi, Ideo autem. Aret.

CASVS. Sylla libertum habebat nomine Chryſogonum, adoleſcentem (vt ait Cicero) vel potentiſsimum ciuitatis. Is autem minor erat annis XIIII. quis erat eius tutor? Ipſe L. Sylla, vel Syllæ filius. quo ex iure? Ciuili, duodecim tabularum. Idne lex illa diſertè, ac nominatim iubebat? nequaquam. ſed ita ſcripta erat, PATRONI, LIBERIVE EORVM, LIBERTIS INTESTATIS SVCCEDVNTO. * Quoniam autem vbi honos, ibi onus. Prudentes interpretati ſunt hanc eſſe legis ſententiam, vt cui honorem hæreditatis, eidem onus tutelæ deferrent. Ergo, vbi ſucceſsio, ibi plerũque tutela. Cur addidiſti, plerunque? propter mulieres. Nam ſi fœmina ſeruulum impuberem manumiſerit, & is moriatur impubes, eius quidẽ hæres erit: ſi viuat tamẽ, tutrix non erit. quamobrem? quia tutela munus virile eſt. C. Vib. *Ex Vlpi. epit. tit. 29.

Not. ꝙ dictio ex, denotat cauſam mediatam. Item, quòd dicitur ex lege quid eſſe, quando eſt ex ratione ipſius. Item, ꝙ ita diſpoſitum cenſetur, quod decidit ur per rationem, ſed illud quod deciditur per verba. Item, quòd illud quod ſumitur ex ratione, dicitur venire per interpretationem. Item, quòd lex defert tutelas ſecundùm naturam ſucceſſionem regulariter: licet vbi eſt commodum, ibi eſt incommodum. Item, quòd dictio, plerunque, idem importat quod regulariter. Item, quòd fœmina manumittens ſuccedit: & tamen non eſt tutrix. Item, ꝙ illud cenſetur diſpoſitum, quod veriſimiliter poteſt eſſe de mente diſponentis. Item, quòd extenſio fit de caſu ad caſum ex identitate rationis. Syl.

b Ex eadem. ſcilicet per interpretationem, non ex verbis eius, vt ſubiicit & ff.de legi.tut.l.tutela.j.reſp.

c Libertorum. ſcilicet impuberum.

d Ad patronos. Quocunque modo manumittentes, niſi libertas detur à lege: vt ff. de leg.tut. l. tutela. vſque ad §. fin.

e Quæ & ipſa. quaſi dicat, non ſolùm aliæ quidam legitimæ ſunt, ſed & iſta.

f Legitima. ſcilicet ex mente legis, non ex verbis, non tamen ſatiſdant, niſi eorum perſonæ ſint vulgares, & minus honeſtæ, aut modus tutelæ: quia magnum patrimonium, vel magna tutela

Digitized by Google

tela nimis,aut perſona, quia ſuſpecta, vel non diligens pupillum, vel non honeſta:aut cauſa admittat,id eſt,recipiat ſatiſdationem:vt ff.eodem. l.legitimos.§.j.& ij. licet alij legitimè indiſtinctè ſatiſdét: vt infrà de ſatiſd.tut.§.j.

¶ Adde, quòd quamuis hanc differentiam reprobet Bald. & ſeq. Porc. hìc. tamen Iaſ. hic defendit optima ratione glo. & aſſignat rationem differētiæ inter agnatos,& patronos. Sylu.

¶ a Per interpretationē. ſcilicet, Iuriſconſultorum.

N.A. † Ac ſi verbis legis.Legitima dicitur tutela,tam ex ſentētia, quā ex verbis legis. l.vi.ff. de verb. ſign. l.iij. ff. de leg.tutel.

ADDITIO. Hoc eſt notabile exemplū interpretationis legum, quæ ex ſententia, nō ex ſcripto ducitur.l.ſi quis id.ff. de iuriſ. l.non poſſunt.ff.de le.quam Doctores vocant extenſiuam.

nominatim ea lege de hac tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem [a], ac ſi verbis legis† introducta eſſet. Eo enim ipſo, quòd* hæreditates libertorū, libertarúmque,ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex [b] ad patronos, liberóſve eorum pertinere:crediderunt veteres [c] voluiſſe legē [d],etiam tutelas ad eos pertinere. Quum & agnatos,quos ad hęreditatem vocat [e], eoſdem & tutores eſſe iuſſerit [f]. Quia plerumq; vbi ſucceſſionis eſt emolumentū, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem diximus Plerumq; [g], quia ſi à fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem vocatur,cùm alius ſit* tutor [h].

*quo.

¶ b Lex. ſcilicet xij. tabul. vt infrà de ſucceſ.lib.j.reſponſ.

¶ c Veteres.ſcilicet,ſapientes.

¶ d Legem.ſ.eandem xij.Tabul.

¶ e Vocat.ſcilicet,lex xi. Tab.vt infrà de leg.agna.ſuc.§.j.

¶ f Iuſſerit. Vt ſuprà de legi. agn. tut. §.reſpon. & ſic notabis hic. quòd vbi eſt eadem æquitas, idem ius debet ſtatui. ſic ff.ad leg.Aquil.l. illud.& ff. de fur.l.j.§.j.

Aequitas vbi eadem eſt, ibi & idem ius ſtatui debet.

¶ g Plerunque. quare hoc dicit, ſtatim ſubiicit, & facit ad hanc regulam. ff.de regu. iur. l. ſecundùm naturam. & infrà de contrahen. emp.§. cùm autem. & Cod.de fur.l.finali. §. ſed cùm in ſecundam.& Codice de cap. toll.l. vni c.§. pro ſecundo. & ff. de per. & commod.rei vend.l.id quod.

¶ h Tutor. & ita apud alium eſt hæreditas, & apud alium tutela, ſcilicet agnatum, vel cognatum: vt hic, & ff. de legi. tu.l.prima.§.primo. Item,minor viginti quinque annis manumittens ſuccedet in hæreditate,vt patronus, non tamen erit tutor:vt infrà de fidu. tut. in fin. & Codice de legit. tut. l. vltima. §. finali. *eſt.

¶ Adde, quòd hæc declaratio poſita in text. non erat neceſſaria,niſi gratia iuuenum, ex eo: quia quando lex præſupponit regulam, præſupponit in omni alio reſpectu habilitatem:ideo qui alio reſpectu eſt inhabilis,ob ídque non admittitur, non corrumpit regulā. c. primo, de ætate, & qualitate.Sylueſt.

TIT. XVIII.

DE LEGITIMA parentum tutela.

¶ Ex extēſione Iuriſconſultorū pater emācipator eſt legitimus tutor filio emancipato. Aretinus.

Exemplo patronorū recepta est et alia tutela...

EXemplo patronorū rece-

DE LEGITIMA PArentum tutela.

¶ Quia ſuprà viſum eſt de legitima patronorum tutela: & quia eſt & alia, quæ etiam legitima appellatur, vt parentum,ideo de ea ſubdit.Porc.

EXemplo.Diuiditur in tres partes. Primò, quòd tutela quæ defertur emancipatori,eſt ſimilis illi, quæ defertur patrono. Secundò,quòd etiā eſt legitima. Tertiò, exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipſa.Tertia ibi, Nam ſi quis.

CASVS. Cornelius filium ſuum impuberem emancipat. Quis eius emancipati tutor erit? Didiciſti regulam, Vbi ſucceſſio, ibi tutela. Pater autem emancipato filio ſuccedit: vt dictum eſt. §.& tunc. ſuprà quibus modis ius patron. Ad patrem ergo & tutela per-

H

Digitized by Google

tinet. Cornel. Vibul.

Not. patrem emancipantem eſſe legitimum tutorem. Item, quòd æquipáratur patrono. Item, quòd iſta non eſt ex verbis, nec ex mente, ſed per interpretationem. ſecundùm Angel. Tamẽ dic quŏd exemplo patronorum, vult dicere, id eſt, vt tutela patroni. Vnde ſicut illa eſt ex ratione legis xij. Tabul. propter delatã ſucceſſionẽ: ita & eodem modo iſta eſt ex eadem cauſa, & ex eadem ratione introducta, ſtatim aperta eſt via ſucceſſiõi: & ideo eodẽ modo dicitur ex mẽte vna, ſicut alia. Item quòd ſtatutum in vno equiparatorum, habet locum in alio. Syl.

vel. ii *emancipet.*

pta[a] eſt & alia tutela, quæ & ipſa Legitima vocatur. Nam ſi quis filium, vel filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & * deinceps, impuberes emancipauerit *, legitimus eorum tutor erit[b].

a Recepta. ſcilicet per interpretationem Iuriſconſultorum, vt ſuperior cùm deſinebat eſſe agnatus, niſi contracta fiducia emanciparet quod hodie ſemper præſumitur: vt ſ. de leg. agn. ſucceſ. §. fin. vnde hodie eſt ſemper legitimus.

b Tutor erit. ſ. qui emancipauit, ſi ipſe eſt maior xxv. ann. vt infrà titu. j. in fin. & facit ad hoc ſuprà quib. mod. ius pat. po. ſol. §. & præterea ſi impubes. & j. tit. j. j. reſpon.

TITVL. XIX. DE FIDVciaria tutela.

DE FIDVCIARIA tutela.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà viſum eſt de legitima parẽtum tutela. Verùm quia alia eſt, quæ Fiduciaria appellatur, ideo de ea tractaturus intitulauit de Fiduciaria tutela.

N. A. Hi duo tituli mendosè ſeparati ſunt. Si emptor fiduciarius manumiſiſſet emancipatum ſibi filium, eius patronus fuiſſet, & per conſequens hæres, ex verbis legis, legitimus: ex ſententia, tutor legitimus: ſed vero, proprióque nomine fiduciarius. Vt ex Vlpiani fragmentis cognoſcitur. Idcircò pater poſt ſecundam remancipationem, remancipatum ſibi filium manumittebat, vt quaſi patronus, vt hæres, denique vt tutor fiduciarius fieret: vt ibidem Vlpianus teſtatur. Ergo tutela hæc, non eſt verè propriéque legitima, ſed legitimæ vicem obtinet. lege tertia. §. vltimo. ff. de leg. tut. Nam verè propriéq; dicitur fiduciaria tutela. Videmus tamen & Imperatorẽ, & Modeſtinũ proprium, & ſpeciale fiduciarij tutoris nomen ab auo, & patre manumiſſi, in patrem, & fratrem eiuſdem tranſtuliſſe. lege quarta. ff. hoc titulo. Imperator enim in emancipati perſona duo facit tutorum genera: Patrem enim auúmve manumiſſorem legitimum adpellat, qui frater eſt manumiſſi: filium autem manumiſſoris adpellat fiduciariam, contra Vlpiani ſententiam in fragmentis. tit. de tutel.

Pater vigeſimum quintum ſuperans annum, filij ſui ab alio emancipati, poſt aui mortem fiduciarius eſt tutor, item frater, emancipati fratris: filius verò mortui patroni, legitimus tutor erit liberti impuberis.

E St & alia tute-

E St & alia. Diuiditur in quinque partes. Primò ponit dictum. Secundò, illud exemplificat. Tertiò, ponit diuerſum in filio patroni. Quartò, diuerſitatis rationem aſſignat. Quintò, ponit aliud dictum. Secunda ibi, Nam ſi. Tertia ibi, At qui. Quarta ibi, Quoniam. Quinta ibi, Ita tamen.

Eſt & alia THEMA. Habeo nunc cauſam non admodum à ſuperiori diuerſam. Quid enim, ſi Cornelius ſit mortuus, qui tutor erat legitimus? quis erit tutor emancipati filij? Maior natu filius, ſi quis ſit. Vt ergo in manumiſſis ſeruis, patrono mortuo, eius filij: ſic in emancipatis filiis, patre mortuo, eius filij tutores fiunt. In eo quidem ſimilitudo eſt: ſed in alia re differentia. Nam patroni filij, tutores ſunt, quia hæredes etiam ſunt. at patris emancipatoris filij, hæredes non ſunt. lege prima. ſi à patre quis manu. Quare non dicentur tutores legitimi. quomodo ergo? fiduciarij. quid ita? quia vt pater fiduciarius dicebatur, cui emancipatus erat filius: ita

contracta.

la [a], quæ fiduciaria appellatur [b]. Nam ſi pater * filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes [c] manumiſerit [d], legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo [e] defuncto, ſi liberi [f] eius virilis * ſexus exiſtāt, fiduciarij tutores filiorū ſuorum [g] *, vel fratris, vel ſororis [h], & cæterorum * efficiuntur. Atqui [i] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi ſunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, ſi non eſſet à viuo patre emancipatus, poſt obitum eius ſui iuris efficeretur, nec in fratrum poteſta-

contracta, id eſt reciprocata, relatáque fiducia, verus pater dici deberet Pater fiduciarius. Sed quia verus pater eſt, non mutat nomen. Præterea quemadmodum pater ille fiduciarius, ſi fiducia nō eſt contracta, neque remancipauerit filium vero patri, ſed eū manumiſit, ad exemplum patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur, vt ait Vlpianus in titulis: ſic pater verus, qui filium manumiſit dici deberet tutor Fiduciarius. Verùm quia hæres eſt legitimus, & qui hæres legitimus eſt, idem eſt tutor legitimus: hoc nomen in filium alterum transfert, qui legitimum dici non poſſet, quia non eſt hæres legitimus: alioqui par eſſet ſerui manumiſſi, & filij manumiſſi ratio. Quod æquum non eſt. Nam ſi ſeruus manſiſſet ſeruus, filiorum patroni ſeruus fuiſſet. Si filius non fuiſſet emancipatus, non recidiſſet in fratris poteſtatem, itaque neque in tutelam. Corn. Vibul.

*parens.

*perfectæ ætatis D.]

*abſunt rectè.]

¶ Not. minorem vigintiquinque annis non admitti ad tutelam. Syl.

¶ a Eſt & alia tutela, id eſt, alio nomine vocata.

¶ b Fiduciaria appellatur. De qua dicitur infrà §. quo defuncto.

¶ c Impuberes. Nam ſi puberes, non erit eorum curator legitimus: vt ff. de excu. tut. l. amiciſſimos. §. Lucius. Argu. contrà, authen. vt ij qui ob ſe hab. per §. j. Ioan.

¶ Adde, quòd hæc gloſ. communiter approbatur, cùm non detur curator legitimus niſi furioſo, mente capto, & prodigo. Syl.

¶ d Manumiſerit, id eſt, emancipauerit: vt ff. quando acti. de pecul. eſt an. l. prima. §. primo. & facit ſuprà titul. j. & ff. de leg. tut. l. tut. §. fin. & l. ſeq.

¶ e Quo. ſ. patrefa. qui erat tutor filiorum. & nepotum. Accur.

¶ f Si liberi. Qui remanſerunt in poteſtate patris. Idem puto, & ſi filij fuerunt emancipati. Si autem tam impuberes, quàm puberes remanſerunt in poteſtate, ipſo iure recidunt in poteſtatem ſui patris illi, qui filij ſūt: ſed fratres recidunt in tutelam fiduciariā ſemper: vt §. quibus mod. ius patr. pote. ſol. §. j. & §. de tut. §. permiſſum.

*abeſt D.]

ADDITIO. Iſtam gloſ. repræhendit. Iac. quia tunc erit legitima & mēte & verbis. l. xij. Tabul. per tex. in terminis: in l. tutor. in princ. ff. ad Velleia.

¶ g Filiorum ſuorum. ſ. nepotum defuncti.

¶ h Sororis. Sed certè frater videtur eſſe legitimus: vt Cod. de exce. l. aduerſus, quæ eſt contrà. Sed certè qui fiduciarius eſt, legitimus eſt per interpretationem: licet aliud nomen habeat, ſ. fiduciarius: & illum reſpectum habuit ibi, vt legitimum fiduciarium appellaret.

ADDITIO. Iſtam glo. reprehendunt communiter omnes docto. hic per hunc tex. in ver. atqui & ad contrarium reſpondent, quòd loquitur in fratre non emancipato: quē inter agnatos vocat lex xij. tabul. ſecùs in emancipato, vt hic.

¶ i Atqui. Pro certè. aliàs atquin, & tūc dic, at pro ſed: & quin pro certè & eſt oppoſitio, quare filij patronorum ſunt legitimi: vt §. de leg. patro. tu. j. reſpon. & iſti filij non ſic. Ad quod reſpondet: quoniā filius, &c. Sed hæc ratio non tenet, niſi inter fratres, qui non dicuntur recidere in poteſtatem fratrū ſuorum, ſed filij, id eſt, nepotes erant recaſuri in poteſtatem: ergo in tutelam legitimam. Sed reſpondeo, non recidunt filij iure hæreditario in poteſtatem: ſed iure paternitatis & filiationis. At ſeruus ſi non eſſet manumiſſus, iure hæreditario erat futuris ſeruus apud filios domini: & niſi eſſent hæredes non eſſent domini: ſed filius etſi nō ſit

Digitized by Google

hæres patris, tamen filium ſuum in poteſtate habet: vt §. quibus mod. ius patr. pot. ſol.§.j. Erat & alia ratio iure veteri:quia emancipatione tollebatur ius agnationis minima cap. etiam inter patrem & filium, niſi eſſet emancipatus cōtracta fiducia, nedū inter fratres:vt C. de legi.tut. l. iiij. & §.de leg. ag. tu. §. fin. ſed hodie corrigitur:vt d. l.iiij. Cod. & §. de leg.agn. ſuc. §. fin. Vnde dicitur quidam:vt Azo, hodie fiduciariam eſſe legitimā ex verbis & ſententia. l. xij. tabul. ex quo hæc ſecunda ratio ceſſat. ſed poteſt dici contrariū: quia remanet prima.

tem recideret [a] ideóque nec in tutelam [b]. Libertus autē, ſi ſeruus manſiſſet, vtiq; eodem iure [c] apud liberos domini poſt mortem eius futurus eſſet. Ita tamē hi ad tutelā vocātur, ſi perfectæ [d] ſint ætatis, quod noſtra cōſtitutio [e] in omnibus tutelis & curationibus obſeruari generaliter præcepit [f].

ADDITIO. Forſitan facilius,& meliùs habebitur intellect^ totius tit.ſi dixerimus ſolos fratres tutores fiduciarios ſuorum fratrum, & nunquam filiorum ſuorum, & exponamus tex. in principio filiorum ſuorū. ſcilicet defuncti, vel fratris, & exponetur vel pro, id eſt, vt ſit ſenſus,quòd liberi virilis ſexus perfectæ ætatis, ſint tutores fiduciarij fratrum ſuorum qui ſunt filij patris defuncti, vt notum eſt:& hoc euidenter apparet per rationem quam ſubiungit tex.vbi ſola de fratribus mētio fit. Iaſ.

¶ a Reciderет. Dicunt quidam quòd ſi non eſſet emancipatus, non erat futurus in poteſtate fratris, ſicut erat patris: & ideo emancipatus non ita erit apud fratrem ſicut erat apud patrem.i. in ſimili tutela.

¶ b Nec in tutelam. ſ. legitimam, ſed fiduciariam.

¶ c Eodem iure. ſeruus enim ſi nō manumittatur, erit in poteſtate filij patroni iure hereditario:ſed filius in poteſtate patris iure patriæ poteſtatis.

Ætas perfecta quæ eſt.

¶ d Perfectæ.i. xxv. ann. nam quoties fit mētio de ætate perfecta, vel de maiore annis,de xxv.ann.intelligitur: vt C.de iis,qui ven.æta.imp.l.fin.& ff. de leg.iij.l.cùm filio.§.fin.

¶ Adde tu, quod iſta eſt vera in ſeſtamen veriùs dicetur ætatis appellatione, maximè perfectæ, venire tempus ſecundùm ſubiectam materiam: Nam in matrimoniis, & beneficiis ætatis perfectæ appellatione venit pubertas in vno, in alio diuerſimodè capitur: vt per Abb. in c. cùm in cunctis. de ele. Arc. in l. quod Seruius. ff. de cond. cau. Syl.

¶ e Conſtitutio. vt C. de leg. tu. l. fin.

¶ f Præcepit. ſcilicet vt ſit perfectę ætatis. & eſt ratio: vt §. de excu. tut. §. minores xxv. annorum. Accurſius.

TITV. XX.

DE ATTILIANO TUTORE, & eo qui ex Lege Iulia & Titia dabatur.

¶ Ceſſante teſtamentaria & legitima tutela, locus eſt datiuus, id eſt, à iudice dandæ.

SI cui nullus omnino tu-

DE ATTILIANO tutore,&c.

¶ Suprà viſum eſt,de teſtamentaria tutela:& ſubſequenter de legitima. Verū quia ceſſante teſtamentaria, & legitima, opus eſt prouidere de datiua:ideò ſubdit de Attiliano tutore. Porc.

¶ g De Attiliano tutore. i. de eo tutore, qui datur per legem factam ab Attilio:vt in textu exponitur.

ADDITIO. Vlpianus in tit.11. lex, ait,Attilia, iubet mulieribus, pupilliſve non habentibus tutores,dari à Pretore,& maiore patre Tribunorū plebis, quos tutores Attilianos appellamus.Sed quia lex Attilia Romæ tātùm locum habet, lege Iulia, & Titia proſpectum eſt, vt in prouincia quoque ſimiliter à Præſidibus earum dentur tutores.

SI cui. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo, ponit ius antiquum, circa dationem tutoris. Secundò,ponit ius nouum. Tertiò,ponit ius nouiſſimum. Quartò,ponit nouum caſum. videlicet, quòd naturali æquitati conuenit impuberes eſſe ſub tutoribus:& quòd,finita tutela tenentur,ad rationem reddendam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos autem. Quarta ibi, Impuberes.

Item

Digitized by Google

tor [a] fuerat, ei dabatur in vrbe quidem à Prætore * vrbano, & maiore [b] parte Tribunorū † plebis tutor ex lege Attilia: in prouinciis verò à præsidibus prouinciarum, ex lege Iulia, & Titia.

¶ Quoties ſpes eſt teſtamentarij tutoris, & pēdet, datiuus habet locū, qui tutor eſt, quouſque teſtamentarij impedimentum ceſſat. Aret.

¶ Sed & ſi teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo [c] datus fuerat quamdiu conditio, aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor dari poterat [d]. Item ſi purè datus fuerat, quamdiu ex teſtamento nemo [e] hæres exiſtebat [f], tamdiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui

Item prima ſubdiuiditur in alias quatuor partes. Primò, ex quibus legibus ipſe tutor dabatur, deficiente omni tutore teſtamentario & legitimo, & à quibus dabatur. Secundò, quando teſtamentario dato ſub conditione, vel in diē purè tutor datur. Tertiò, qd ſi teſtamētarius tutor ſit captus ab hoſtib. Quartò, quomodo iſtæ leges ab vſu receſſerunt, & cauſam propter quam. Secunda ibi, Sed & ſi. Tertia ibi, ab hoſtibus. Quarta ibi, Sed ex his.

Vide Liuium lib. 39.

CASVS: Didici iam quinque tutorū ſpecies. Sed exorta eſt illa dubitatio: Annius pupillus erat, cui neque teſtamētarius, neque agnatus, neque legitimus, aut patronus, aut pater, neque fiduciarius tutor erat. quis ei tutor dabitur? Romæ à Prætore vrbano, & maiore Tribunorum plebis parte (erant autem decem) lege Attilia dabitur ei tutor, qui Attilianus inde vocabitur: in prouinciis, à Præſide prouinciæ lege Iulia & Titia. Cor. Vib.

¶ Not. quod non habenti tutorem teſtamentarium, vel legitimum, dabantur tutores datiui ex lege Attilia, & aliis in tex. expreſſis. Item, quòd licet referre legem correctam ad ponendam correctionem, & vt melius intelligatur. Syluest.

¶ a Tutor fuerat. ſcilicet ex teſtamento. nam quandiu teſtamentaria tutela ſupereſt, non eſt locus alij. Item nec legitima, nam nec datiua tunc locū habet: vt C. qui dare tu. poſſ. l. ſi ſororis.

¶ b Et maiore. i. duobus. Erant enim tres: vt arg. C. de offic. præto. l. ij. & ff. de orig. iur. l. ij. §. iiſdem.

ADDITIO Gloſſa fallitur, nā poſtea creati ſunt decem, quot erant tempore legis Attiliæ. vide d. l. ij. ver. ergo ex his.

N. 4. † Maiore parte Tribunorum. Maior pars ex decem ſunt ſex, ſed iure ſingulari: nam ordinario iure, vnus ex reliquis nouem intercedebat. Plutarch. in Catone Vticenſi.

¶ Sed etſi CASVS. Teſtator dedit Annio pupillo Pompeium tutorem: ſed ſub conditione, putà, poſtquam Conſulatu abierit. Interea pupillus carebitne tutore? minimè. Nam Attilianus, aut Iulianus ei dabitur tutor. Quid ſi purè dederit, ſed hæres inſtitutus nondum adiit hæreditatem, diu, ſcilicet deliberans? Ex iiſdem legibus dabitur tutor. Quid verò poſtquam Pompeius victor ex bello Aſiatico rediit, aut Conſulatu abiit, aut hæres adiit? Teſtamentarius ad tutelam accedet: illi verò ab ea deſiſtent. Cornelius Vibulanus.

¶ Not. tutorem dari poſſe ad tempus. Item, quòd teſtamentaria tutela non confirmatur, niſi adita hæreditate. Item, quòd datus propter alterius impedimentum durat eo durante, & non vltrà. Syl.

¶ c Ex die certo. Vt à Paſchate in antea ſis tutor.

¶ d Dari poterat. Et hodie datur: vt ff. de teſtamen. tut. l. ſi quis ſub conditione.

¶ Adde, quòd interim potius datur datiuus, quàm legitimus: ex eo, quia cùm legitima tutela deferatur ſecundùm conditionem hæreditatis, hæreditati hæredique legitimo non eſt locus donec ſperatur, quòd locus eſſe poſſit teſtamentario. l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. Syl.

¶ e Nemo. Nam ſi vnus de pluribus hæredibus adierit, valet tutela, vt ff. de teſta. tut. l. ſi nemo. Idem in l ibertate in teſtamēto relicta: vt ff. de teſta. ma. l. teſtamen. §. teſtamento.

¶ f Exiſtebat. Sed quid, ſi nullus ſuit inſtitutus cum pupillo: ſed tantùm pupillus eſt hæres? Poteſt dici, quòd aucto-

ritate iudicis adeat:vt C.de iur.deli.l.ſi infanti.& tunc valebit tutela,& incipit tutor adminiſtrare.

ADDITIO. Vide plenius hãc quæſtionem per gloſſ.in l.ſi nemo. j. ff. de teſtamen.tute.

offi.vicar.libro vj.Syl.

¶ Sex ex his. CASVS. Manéntne hodie tutores illi Attiliani, ac Titiani? nequaquam. Iampridem enim Conſulibus ac Prætoribus data erat prouincia tutores creandi ex inquiſitione, id eſt, locupletes, ſi honeſti, ſi idonei eſſét. poſtea Præfectus vrbis, aut Prætor, aut Præſes prouinciæ tutores dabant, ſi nimis magnæ non eſſent pupilli facultates. Corn. Vibul.

¶ Not. legẽ tolli per non vſum. Item, quòd datiuus datur ex inquiſitione. Item, quòd tenetur cauere rem pupilli ſaluam fore. Itẽ, quòd poteſt cogi adminiſtrare. Itẽ, not. quòd magiſtrat⁹ illi cœperunt ſupplere defectum legis: & ſic quòd magiſtratus poſſunt in re rationabili omiſſa à lege, eam ſupplere. Syluest.

¶ a Deſinebat. i. ille, qui ſic erat datus in ſubſidium, deſinebat, cùm teſtamentarius venit, vt ſubiicit.

¶ b Conditio. Hic tutor tacitè vſque ad diem, vel conditionẽ exiſtentem datur. expreſſè nõ poteſt: vt ff. de reg.iur.l.actus.

ADDITIO. Quod procedit in cõditione intrinſeca proueniente ex natura rei: ſecundùm Chriſtophor. vt hic, & l. muto, §. ſub conditione. ff. de tut.

deſinebat [a] eſſe tutor, ſi conditio [b] extiterat, aut dies venerat, aut hæres extiterat.

¶ Impedimẽto ſuperueniente tutori teſtamentario, quod tamen ſperatur tolli de iure communi: datur interim tutor à iudice, qui deſinit eſſe tutor, impedimento teſtamentarij ceſſante. Aretinus.

¶ Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur [c]: qui deſinebat [d] eſſe tutor, ſi is, qui captus erat, in ciuitatem reuerſus fuerat: nã reuerſus recipiebat tutelam iure poſtliminij [e].

¶ Item lege Attilia, & Titia non cauebatur de ſatiſdatione tutoris, ideo ex his deſierunt tutores dari. Aretinus.

¶ Sed ex his [f] legibus [g] tutores pupillis deſierũt dari poſteaquã, primò [h] † Conſules pupillis vtriuſq; ſexus tutores ex inquiſitione [i] dare cœperũt: deinde Prætores ex cõſtitutionib⁹.

¶ Ab hoſtibus. CASVS. Domitius datus teſtamento tutor, ab hoſtibus captus eſt. quis intereà dabitur? Attilianus, aut Iulius Titianus. Quid ſi reuertatur? Poſtliminij iure tutelam ſuſcipiet. De poſtliminio autẽ ſuperius explicatum eſt. Corn. Vib.

¶ Nota, quod ceſſante impedimento, ceſſat diſpoſitio facta ex cauſa dicti impedimenti. Item, quòd fictio poſtliminij habet locum etiam in tutela. Syluest.

¶ c Petebatur. Nec erat locus legitimæ: vt ff. de legat. tutor. l. prima. §. ſi apud.

¶ d Qui deſinebat. i. iſte talis, qui erat datus in ſubſidium.

¶ e Iure poſtliminij. quo iure etiam omnia alia recuperat: vt ſuprà quibus modis ius patriæ poteſta. ſolu. §. ſi ab hoſtibus. nec de adminiſtratis interim tenetur hic reuerſus, vt argum. ff. ſi quis cau. lege quarta §. illud ſciendum.

¶ Adde tex. qui hoc probat in c. j. de

¶ f Sed ex his. Nunc recitat ſecundum ius: nam quatuor ſunt iura, quę in hoc titulo notari poſſunt.

¶ g Legibus. ſcilicet Attilia, & Iulia, & Titia: vt ſuprà eodem titulo in principio.

¶ h Poſteaquam primò. Aliàs quamprimùm.

¶ i Ex inquiſitione, ſ. inquirẽdo facultates eorum. an ſint pares oneri iniuncto, vt ĵ. de exc. tut. §. ſed & propter. Item, bona conuerſatio requiritur, vt & aliàs in patre arrogatore: vt ff. de adopt. l. nec eo. §. eorum. & ſ. de adop. §. cùm autem.

¶ Adde tex. in materia in l. ſcire. §. fin. de tut. & cur. dat. ab his. Syl.

¶ Ex inquiſitione. Inquiſitione tutor datur, qui inquiſitione morum, fidei facultatem facta, idoneus cauſa cognita iudicatus N. A.

Digitized by Google

Nam ſupradictis [a] legibus, neque de cautione à tutoribus exigenda, rem ſaluã pupillis fore [b], neq; de compellendis [c] tutoribꝰ ad tutelæ adminiſtrationẽ quicquam cauebatur.

¶ De iure nouo Romæ præfectus & Prætor, in prouinciis Præſides, vel magiſtratus eorũ iuſſu, ſi facultates pupilli non ſunt magnæ, dant tutores. Areti.

¶ Sed hoc iure vtimur [d], vt Romæ quidẽ Præfectus [e] vrbi, vel Prætor ſecundũ ſuam iuriſdictionem [f]: in prouinciis autem Pręſides ex inquiſitione tutores crearent [g], vel magiſtratus iuſſu [h] Præſidum, ſi non ſint magnę pupilli facultates.

¶ Iure nouo, ſi pupilli facultates aureis quingentis nõ fuerint ampliores, à quocunque iudice vnà cum ciuitatis epiſcopo tutor datur cautione ab eodẽ præſtita rem pupilli ſaluam fore: cuius cautionis periculum ad recipientem ſpectat.

Iudicatus eſt. l.ij. l.vij. §. vlti. ff. de confir. tutor. Harmenopulus.

¶ a Nam ſupradictis. Bene dico, quòd deſierunt per has leges tutores dari. poſteaquam Conſules dederunt ex inquiſitione, & bonũ fuit propter duas rationes, quas ponit. Nam pro quia, &c.

¶ b Fore. hanc cautionam pręſtant tutores, & curat. vt ff. rem pup. ſal. fo. l. nõ quaſi. §. j. & l. & ſi ad ſpecies.

¶ c De compellendis. ſ. captis pignoribus: vt ĩ. de ſatiſ. tu. §. pe.

¶ d Sed hoc iure vtimur. Hoc eſt tertiũ ius, quòd erat tẽpore Iuſtiniani: & hodie eſt quartum additũ, quod eſt ĩ. proxi. §.

¶ e Præfectꝰ. Ad præfectũ cognitiones criminales, ad prætorẽ ciuilia negotia veniebãt: vt patet ff. de off. prę. per totum titu. & ff. de offi. præ. per totum tii. Sed tutelam dabat vterque, vt hic.

¶ Adde quòd dum docto. hic volunt, quòd Præfectus haberet cognitionem ciuilium per §. cura carnis. & per §. quies. l. j. ff. de offic. Præfect. vrb. non videtur verum: quia in vtroque caſu, & in regenda quiete ciuitatis, & in cuſtodiẽdis carnibus vertitur potius iudicium criminale, quàm ciuile. Sylu.

¶ f Iuriſdictionem. Præfecti vrbi eſt iuriſdictio vſque ad c. miliaria: ſed Prætoris Romæ tantùm: vt ff. de offi. Præf. vrb. l. j. §. cùm vrbem. & in Summa Azo. de offic. Præto. Dabunt ergo tutorem eum, & ei qui eſt de ſua iuriſdictione. vt ſtatim in Præſide notabis.

¶ g Crearent. ſ. eum, qui eſt de ſua iuriſdictione dabunt: vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ius dandi. Si verò ibi non inueniantur idonei, etiam in alio loco quæret, & præſidi nuntiabit: vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. diuus. Item ei, qui ſit de ſua iuriſdictione, vel ratione originis, vel ratione poſſeſſionis, vel ratione domicilij: vt ff. de tut. & cur. l. j. §. vlti. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorũ non inuenitur, ſed in quarto loco, reducendus eſt ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelam accipiet, vt C. qui pet. tut. vel cur. l. j.

¶ h Iuſſu Pręſidum. Ergo delegatur. Sed cõtra. ff. de tut. & cu. da. l. nec mãdante. Sed ibi mandatũ eſt, ꝙ nõ importat neceſſitatem, hic iuſſus q importat: vt ff. quòd iuſſ. l. j. §. j. & ff. man. l. j. Vel ibi erant magnę facultates pupilli, hic paruæ. Sed certè. & ſi ſint paruæ, adhuc videtur idẽm. nam datio tutelę eſt miſti* imperij: vt ff. de tut. l. muto. §. tutoris datio. vbi dicitur, quòd tutoris datio illi ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel ſenatuſconſultum, vel princeps: ergo non poteſt delegari. vt ff. de off. eius cui mand. eſt iur. l. j. j. reſpon. Sed dic, quòd non poteſt delegari non habenti iuriſdictionem, ſed habenti ſic: vt ff. eo. de tut. & cur. da. ab iis l. ius dandi. & hic dicitur. Sed quæ ſunt magnæ facultates? Reſpon. quinquaginta aurei: vt Cod. de defen. ciui. l. j. Vel decem libræ auri: vt in authent. de app. §. ij. collat. iiij. vel ccc. aurei: vt in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. col. iij. vel verius vſque ad quingentos ſolidos ſunt paruæ: ſi vltra, ſunt magnæ: vt infrà proxim.

¶ Adde, ꝙ hæc diſputatio hodie ſublata eſt per tex. noſtrum: aliter enim magnæ, vel paruæ facultates dicuntur ex

* *Vide lib. 4. medi. iuriſpr. Practij. cap. 6.*

Facultates quæ dicãtur magnæ.

Digitized by Google

arbitrio iudicis inſpecta perſonarum, locorum,&rerum qualitate,ſecundùm Bar.in l.ſi conſtante.in j.q.ff.ſol.matr. Syl.

¶ Nos autem. CASVS. Quid attinebat iſtas mihi obſoletas res odioſè narrare, quas in proœmio fabulã appellaſti? Quin tu mihi legem imperatoris vno verbo expedis? Hodie pupillo quingentorum aureorum domino, quiuis magiſtratus adhibito ciuitatis epiſcopo tutores conſtituit: ſatiſdationem à tutoribus exigens, rem pupilli ſaluã fore. Quid ergo ſi datus tutor non fuerit locuples? cuius erit periculo? ipſius magiſtratus. Cor.Vib.

¶ Nos autem per conſtitutionẽ[a] noſtram huiuſmodi difficultates hominum * reſecantes, nec expectata iuſſione[b] Præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti vſque ad quingentos ſolidos † [c] valeant, defenſores † ciuitatis: vnà[d] cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo Antiſtite, vel alias[e] publicas perſonas, id eſt magiſtratus, vel iuridicum Alexandrinæ[f] ciuitatis, tutores, vel curatores creare, legitima cautela ſecundùm eiuſdem cõſtitutionis normam præſtanda: videlicet eorum[g] periculo, qui eã[h] accipiunt.

* omnino.

¶ a Per conſtitutionem. Quam non habemus.

¶ b Iuſſione. id eſt, delegatione, ſiue præcepto. Nam in hoc differt à mandato: quia mandatum, ex voluntate eſt, ſed iuſſus, neceſſitatis, vt ff. quòd iuſ. l.j.§.ij.& ff.mand.l.j.

¶ Adde, quòd iuſſus propriè eſt, quando præcipitur habenti iuriſdictionem eam excitando, ſecundum glo.& doc. in l.more.ff.de iur.omn.iud.Syl.

¶ c Solidos.id eſt,Aureos: vt infrà de pœ.te.litig.§.fin. quorum ſeptuaginta duo faciunt libram auri: & C. de ſuſ. & ar.l. quoties.lib.x.

ADDITIO. Solidus propriè idem quòd libra, quæ As vocatur. Voluſ. Met. appellatus ideò, quòd ſolida perfecta dicuntur. cùm autem deminutis ſimul cum imperio fortunis principum, ad aureos omnis pecuniæ ratio reuocari cœperit: nõ ſine ratione, tanquam qui fungantur munere & vſu aſſis, quantum ad hoc, in ſupputandis, ac numerandis pecuniis aureum ſolidum appellauere. Aemyl. Ferret.

N.A. † Quingentos ſolidos. Solidi idẽ quòd aurei; nam æraria nummorum ratio fuit Imperatorũ cõſtitutionibus media ætate, argentaria: prima ætate, æraria.

¶ d Vnà. id eſt, ſimul.

N.A. † Defenſores ciuitatis. Vt Romæ fuerũt Senatores, Conſules, Tribuni plebis: ſic in aliis ciuitatibus fuere Decurianos, Duumuiri, defenſores plebis. l. 5. C. de defen.ciuit.

¶ e Vel alias. hoc quando extra ciuitatem, vt in municipio. nã magiſtratus municipalis dabit.

¶ f Alexandrinæ, hoc quando tutor datur in ciuitate Alexãdrina.

¶ g Eorum. ſcilicet tabellionum & aliorũ: non verò ipſorum maiorum iudicũ, qui habẽt poteſtatem dandi tantùm: vt infrà de ſatiſd. tut. & cur. §. pen. & §. fin. qui ſunt contrà.

¶ h Eam. ſcilicet ſatiſdationem.

¶ Impuberes autem. CASVS. Quo iure tutela introducta eſt? Ciuili, vt diximus ſuprà de tutelis.§.j. Quid verò ſi quis quum pupillum deſertũ videret, nemóque eius tutelam ſuſciperet, humanitate inductus res eius quaſi tutor adminiſtrarit, aliquidq; eo nomine in rem pupilli contraxerit, valebitne is contractus? Valebit. Ius enim naturale ſuadet, vt impuberum aliquis tutelam ſuſcipiat. Quem ad annum tutela durat? ad decimumquartum, quo anno ferè pupillorum genæ pube ac lanugine veſtiri ſolent. Quid ſi tutor datus quum paſtor eſſe debuiſſet, lupi partes egerit? Prætor iudices dabit, qui eum ratione referre, ſuáque pupillo bona reddere compellent. Cor.Vib.

¶ Nota, quòd tutela ratione naturali introducta eſt. Item, quòd ius naturale capitur pro illa ratione & dictamine rationis, quod à natura inſitum eſt hominibus. Item, quòd tutor tenetur reddere rationem adminiſtrationis. Item, quòd non poteſt conueniri actione tutelæ, niſi ea finita. Syl.

N.A. † Naturali iuri conueniens. Tutela per ſe, iuris eſt gentium: forma tutelæ, iuris ciuilis. §. primo. ſuprà de tutel. Sic parentum auctoritas in nuptiis liberorum, dicitur eſſe naturalis & ciuilis iuris. §. primo. ſuprà de nupt.

Sic

Digitized by Google

Sic curatio eſt æquitatis naturalis. l. prima. ff. de minor. quam tamen ciuilem eſſe conſtat.

a Impuberes. hic. §. eſt generalis ad omnes præceden. titu. de tute:

b Iuri. id eſt, æquitati.

c Gerant. aliàs egerunt, id eſt, geſſerunt, aliàs gerunt.

d Poſt pubertatē. Sed & ante, ſi finita tutela fuerit prius: vt ff. de tutel. & ra. diſt. l. niſi finita. aliàs (i. niſi eſſet finita tutela) non naſcitur actio tutelę: ſed aliæ actiones natæ ſunt: ſed non exercētur, vt ff. de tu. & ra. diſti. l. ſi tutor. le. ij. §. fina. & l. ſed non datur.

ADDITIO. Ratio diuerſitatis eſt: quia actio tutelæ eſt generalis, & ſufficit eam ſemel naſci, & non ſępius per ſingulas cauſas, ſecundùm Iaſ. Ang. tamen tenet contra iſtam gloſſ. & de caſibus in quibus poſſit exerceri etiam durante tutela, ſe remittit ad nota. in l. ij. C. de adminiſt. tut.

Actio tutelæ, & actio de rationibus diſtrahendis differunt.

e Tutelæ iudicio. i. Actione tutelæ, quæ datur in ſimplum: & propter dolum, & culpam latam & leuem Eſt & alia actio, qua tutor tenetur. ſ. de rationibus diſtrahendis: ſic enim nominatur: vt ff. de contra. act. tu. l. ij. & datur in duplum, & propter dolum, tantùm: ſed ita, vt in duplo contineatur rei perſecutio. Prior datur contra tutorem, & contra hæredes, poſterior contra tutorem tantùm: vt ff. de tut. & ra. diſt. l. j. §. pen. & l. ij. Item vna intentata, altera denegatur, licet plus ſit in ea: & econtrà ſecus id actione tutelæ & furti: quæ ſecum competit: vt ff. de tut. & ra. diſt. l. j. §. id tutela.

Adde pulchrā rationem aſſignatam per gloſ. in l. tres tutores. §. j. in verb. hac actione. ff. de adminiſt. tut. *Syl.*

¶ Aequum eſt, vt regatur impubes, qui neſcit ſe regere.

¶ Impuberes [a] autem in tutela eſſe naturali iuri† [b] cōueniens eſt: vt is, qui perfectę ætatis non ſit, alterius tutela regatur.

¶ Tutela finita, adminiſtrationis ratio redditur, & hoc non tātùm ad hunc titul. ſed ad omnes ſuperiores de tutelis pertinet.

¶ Cū ergo pupillorū, pupillarumque tutores negotia gerant [c], poſt pubertatem [d] tutelæ iudicio [e] rationem † reddent.

† Tutelæ iudicio rationem. Duplex eſt actio tutelæ. Prior actio tutelæ, de rationibus reddendis altera actio, de rationibus diſtrahendis. Vt ſi pupilli pecuniam intercepit, in duplum dānetur. l. j. & paſſ. de tut. & ration. & Paul. ſenten. lib. 2. c. 30. N.A.

TITV. XXI. DE AVCTOritate tutorum.

¶ Pupillus etiam ſine tutoris auctoritate conditionē ſuam meliorē facere poteſt, deteriorem non poteſt: quo fit vt in contractibus vltro citroq; obligatoriis contrahentem ſibi obliget, ipſe autē illi non obligetur.

AVctoritas autē tutoris in qui-

DE AVCTOritate tutorum.

¶ Dictum eſt ſuprà qualiter tutores creantur: hic quādo creati ſunt, qualiter ſe regere debeant, & auctoritatem præſtare. Areti.

AVctoritas autem. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes principales. Primò, ponit in quibus caſibus neceſſaria eſt auctoritas tutoris, & in quibus non. Secundò, quando iſta auctoritas debeat impertiri. Tertiò, remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Itē, prima pars vſque ad §. neque tamē ſubdiuiditur in quatuor. Primò, ponit dictum bimembre. Secundò, exēplificat quodlibet ex dictis membris. Tertiò, rationem annectit. Quartò, infert, & illationem clarificat per exempla. Secunda ibi, vt ecce. Tertia ibi, Namque. Quarta ibi, Vnde in his.

ADDITIO. De vocabulo, Auctoritas Fr. Hotom. in orat. Cic. pro Cæcinna, ſic diſputat: Auctor is propriè dicitur, à quo quis rem aliquam iuſto titulo accepit, quem Galli vocant *Guarent.* vnde Auctoritas propriè dicitur, ius quod in rem aliquam babemus, vt patet ex l. vlt. de euict. & aliis ſimilib. & ex l. xij. tabul. Vſus & auctoritas fundi biennium eſto. i. iuſtus titulus, ſiue idonea cauſa, quamobrē poſſideatur. Dictus eſt autem ſine dubio Auctor ex eo, quod in auctione pre-

Digitized by Google

buſdã cauſis neceſſaria pupillis eſt: in quibuſdam non eſt neceſſaria. vt ecce, ſi quid dari ſibi ſtipulẽtur, non eſt neceſſaria [a] tutoris auctoritas. quòd ſi aliis promittant [b] pupilli, neceſſaria eſt [c] tutoris auctoritas. Nãq; placuit meliorẽ quidem conditionẽ ſuam licere eis, facere etiã ſine tutoris auctoritate: deteriorem verò non aliter, quàm cũ * tutoris auctoritate. Vnde in iis cauſis; ex quibus obligationes mutuæ † naſcũtur, vt in emptiõnibus, venditionibus [d], locationib⁹, cõductionib⁹, mã-

* abeſt.

tium maximè omnium auxit,' & rem plurimi licitatus, eam abſtulit, ſibique hac de cauſa auctoritatem in eam rem quæſiuit. Tranſlata autem poſtea ſignificatio eſt ad eos omnes, qui ſuam auctoritatẽ, quam in rem aliquã quacunque ex cauſa haberent, in alios transferrent. nam & donator auctor eſt donatario: & hæres legatario. Ex quo etiam ſenſim lõgius tranſlatio ducta eſt, vt is à quo cõſilium accepimus, auctor noſter trãſlatè dicatur. & etiam Gallicè vrbani homines vulgò vſurpant. Etenim Guarendium illum appellant, cuius conſilium ſequuntur, quaſi qui euentum cõſilij præſtare debeat. Qua de cauſa lex illa Romæ lata eſt, vt legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent. vnde patrum auctoritatem ſequi populus dicebatur: μίλας τικῶς, & non illepida figura, quaſi patres euentũ eius conſilij præſtare deberent, vt venditor euictionem. Vnde & tutor proprie auctor pupillo dicitur, cui conſilium impartit: quaſi cuius euentum præſtaturus ſit: & eius conſilium auctoritas. Eſt enim à rebus venuſtè ad facta traducta ſignificatio. Qui verò ab αὐθέντης, aut αὐτὸς deductum nomen putarunt, ij Dionis verbis refelluntur, quę in ſupradictis Hotomani commentariis legas, licebit.

ADDITIO. Auctoritatẽ accommodare & auctor fieri is dicitur, qui probat, quod ab alio fit. l. etiam. ff. eod.

¶ CASVS. Pupillus Annius vult cum aliquo contrahere. nunquámne id ei facere licebit, niſi auctore, id eſt, conſultore, ac comprobatore tutore? Diſtinguo. Aut enim ſtipulatur ſibi dari. & tunc poteſt per ſe negotium gerere. aut alij ſtipulanti promittit. & neceſſarium eſt tutorem id probare, ac ratum habere. Quid ergo in iis cõtractibus, qui verè dicuntur Contractus, vbi ſcilicet vltro citróque obligatio eſt? veluti, Annius pupillus equum emit à Titio decem aureis. Titius, inquit, Annio quidem obligabitur: & ſi tutor videat vili pretio ſibi pupillum vtiliter emiſſe, equus erit emptus Annio, dabitq; tutor pupilli nomine pecuniam. Annius verò non obligabitur. Itaque ſi carè equum emerit Annius, & pluris, quàm ei vtile ſit, emptus equus non erit: neque cogetur Annius pretium diſſoluere. Cor. Vib.

¶ Not. quòd auctoritas tutoris in certis caſibus non eſt neceſſaria, vbi ſcilicet ſe obligant pupillo. Item, quòd licet non poſſint per ſe pupilli facere conditionẽ ſuam deteriorem: poſſunt per ſe eam facere meliorem. Itẽ, quod vbi naſcitur mutua obligatio, eſt neceſſaria auctoritas, vt pupillus obligetur: non autem, vt obligetur, qui ſecum contrahit: quia eo caſu ceſſat ratio quare introducta eſt tutoris auctoritas, ne ætatis imbecillitate decipiantur. Syl.

¶ a Non eſt neceſſaria: vt C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. l. neque. & l. j. C. de auctoritate præſtan.

¶ b Promittant. quia tunc eſt veriſimile, quòd malè agant. & facit ad hoc infrà, quib. alie. li. vel non. §. nunc admonendi. & §. at ex contrario. & infrà de inut. ſtip. §. pupillus. & ff. de acquir. rerum domi. l. pupillus. & ff. de pact. l. contra iuris. Item, de muliere ſuper dote paciſcente: vt ff. de pact. dota. l. de die. Idem in alimentario tranſigente: vt ff. de tranſactio. l. cùm hi. §. quid ergo. Item facit C. de contrah. & commit. ſtip. l. neque tutoris.

¶ c Neceſſaria eſt. in duobus tamen caſib⁹ obligatur pupillus ſine tut. auctor. ff. de act. & obliga. l. furioſus. vbi ſcilicet ex re actio venit.

¶ † Obligationes mutuæ. Ex contractibus, vnde obligationes vltro citróque naſcuntur συναλλάγματα. l. 19. ff. de verb. oblig. N. A.

¶ d Venditionibus. Si autem pupillus petat rem ex venditione, repellitur exce

exceptione doli mali : niſi pretium dare velit: vt ff. de reſcind. vend. l. ſi id quod. §. vlt. in fine.

¶ a Depoſitis. Pupillus tamen doli capax tenetur depoſiti, ſi quid doli commiſit, vel locupletior factus ſit: vt ff. depo. l. j. §. an in pupillum.

¶ b Non obligātur. Et ſic not. quòd contract⁹ claudicat quandoque, vt hic: & ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. argu. contra. ff. de arbit. l. litigatores. §. pen. & fi. in authen. de non eligēdo ſecundo nuben. §. proſpeximus. Item, hoc eſt verum, niſi locupletior ſit pupillus, aliàs excipitur ſi agat, & contra eum poterit agi, vt ff. de admini. tut. l. ſi minoris: & C. pro empt. l. fin. & ff. eod. l. v. §. j. & de reſc. vendit. l. ſi id quod. §. fin.

datis, depoſitis a, ſi tutoris auctoritas nō interueniat, ipſi quidem, qui cum his contrahūt, obligantur, at inuicem pupilli non obligantur b.

¶ Hæreditatem adire, bonorum poſſeſſionem petere, aut fideicommiſſariam hæreditatem ſuſcipere, non niſi cum tutoris auctoritate, pupillus poteſt.

¶ Neque tamē hæreditatem c adiret, neq; bonorū poſſeſſionem d petere, neq; hæreditatem ex fideicōmiſſo e * ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris f auctoritate (quamuis illis * lucroſa ſit g) ne *

* SC. Trabe. D.

* abeſt. D.

* & nullum.

¶ c Hæreditatem. Quæ ex teſtamento, vel ab inteſtato defertur, ſcilicet, iure ciuili: vt ff. de petit. hæred. l. j. ij. & iij. Et hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis ſuæ, deducto ære alieno: vt ff. de verb. ſign. l. nihil.

N. A. ¶ Neque hæreditatem adire. Hoc ait, Propter formulam veterem cretionis. Titius meam hæreditatem cernito in diebus centum proximis quibus ſcierit, poteritque. l. 9. ff. de adq. hæred. & Vlpianus tit. 22.

¶ d Bonorum poſſeſſionem. Ex teſtamento: vt ſecundùm tabulas, vel ab inteſtato, vt vnde liberi. & ſimiles, quæ ſunt omnes de iure prætorio: vt infrà de bon. poſſeſ. §. quos autem. Et eſt bonorum poſſeſſio ius perſequendi, retinendíque patrimonij, quod cuiuſque fuerit cùm is moritur : vt ff. de bon. poſſ. l. iij. §. bonorum. Hoc tamen in bon. poſſ. fallit in caſu, cùm pupillus nō habet tutorem. tunc enim prætor auctoritatem tutoris poteſt supplere, vt Codice qui admit. ad bono. poſſeſſ. l. bonorum. Idem, in hæreditate: vt Codice de iur. del. l. ſi infanti in fin.

¶ Adde, idem ſi tutor ſit abſens in partibus valde remotis. dicta lege, ſi infanti. à cōtrario ſenſu. & declarat Bartol. in l. ſi curatorem. verſicul. ſi verò in tutore. Codice de in integr. reſtitut. minorum. Sylueſt.

¶ e Ex fideicōmiſſo. vt per ſenatuſcōſultum Trebellianū : vt infrà de fideicommiſſ. hære. §. ſed quia. Idē dico, & ſi bona velit recipere cauſa ſeruandarum libertatū: cùm & ibi poſſit timere damnum : quia eſt ſucceſſio in vniuerſum ius: vt j. per quas perſo. nob. acquiritur. §. fin.

¶ f Tutoris. id eſt, adminiſtratoris, cui adminiſtratio ſit conceſſa in teſtamento, alioqui non valet : nam & ſi ab eo, qui tutelam non gerit, ſciens, alium gerere, emam : dominus non efficiar : vt ff. eodem. lege quarta. Item, nunquid curatoris pupilli ſufficit auctoritas ad adeundam hæreditatem, vel ad petendam bonorum poſſeſſionē delatam pupillo? Reſp. non: vt ff. de appellat. l. cùm in vna. §. tutor. vſque ad fin. legis.

¶ Dic quòd ratio eſt, quia tales curatores pupillis dari non poſſunt auctorari, vbi iuris ſolennitas requiritur : & ſic vbi obligaretur pupillus. l. curatorem. ff. eod. Syl.

¶ g Lucroſa ſit. id eſt appareat lucroſa : ne occaſione lucroſæ adeat damnoſam: quia adeundo oneratur legatis, & fideicommiſſis, & aliis oneribus : & ita obligatur : ſed non poteſt obligari ſine tutoris auctoritate: vt ſuprà eod. in prin. Sed ſi obiiciatur, ceſſante cauſa, &c. hoc raró accidit, quòd hæreditas non ſit oneroſa, ſed frequenter contrarium : & ad ea, quæ frequentius accidunt, iura adaptantur : vt ff. de leg. & ſenatuſconſult. l. nam ad ea.

¶ Adde, quod alibi gl. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſeruus. ff. de acq. hær. declarat hunc tex. & ſeipſam hic in hæreditate lucroſa : ſecùs in opulenta, quæ nulla habet

vllum [a] damnum habeant [b].

¶ Tutor præſens debet auctoritatē interponere, aliàs non valet.

¶ Tutor autē ſtatim in ipſo negotio præſens, debet auctor fieri [c], ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimauerit [d]. poſt tempus [e] verò, vel per epiſtolā [e], aut per nuntiū interpoſita auctoritas eius nihil agit.

¶ Tutor ſibi auctorari non poteſt: nemo enim in rem ſuam auctor fieri poteſt.

¶ Si inter tutorē, pupillumque iudicio [f] *agendum ſit: (quia ipſe tutor in

** indicium. Iudiciū virū inter tutorem & pupillū poſſit eſſe.*

habet incommoda, quæ licet reputetur ſingularis, tamen communiter reprehenditur per text. in l. ſi pupillus. ff. de acquir. hæred. ſiue enim ſit hęreditas opulenta, ſiue lucroſa, militat illa ratio, quòd pupillus nō intelligit cauſam ſuæ additionis. Syl.

¶ a Ne vllū. Eſt & alia ratio, etiam ſi ſit lucroſa. quia litibus, & ſumptibus vexaretur: vt ff. de min. l. minoribus xxv. ann. Et his eiſdē etiam rationibus nec in iudiciis ciuilibus, vel criminalibus poteſt eſſe ſine tutoris auctoritate, vt ſuprà ſi aduer. rē iud. l. cùm & minores. & C. de aut. præſt. l. clarū. Niſi in quatuor caſibus: vt in poſſeſſione momentanea, vt C. ſi per vim, vel alio modo. l. j. & C. qui leg. perſo. l. momentaneæ. in gl. iij. Itē, in violato toro minor ſine curatore accuſat: vt ff. de adul. l. ſi maritus. ij. §. lex. ſed hoc in adulto. Item ſi veniam ætatis impetret: vt C. de his, qui ve. ætat. imp. l. j. & ij. Item, in interdicto de libero homine exhibendo, vt ff. de lib. hom. exhib. l. quod & lex. §. & ſi mulier.

¶ b Damnum habeant. Quia fortè ſubeſt æs alienum latens.

¶ Tutor autem. CASVS. Pupillus equum emit à Titio, abſente quidem tutore: ſed poſtridie tutor teſtatur ſe emptionem illam probare, valétne hic contractus? minimè. quid ſi per epiſtolam tutor auctoritatem interponat, ne tunc quidem. Auctor enim tutor præſens eſſe debet. Cor. Vib.

N.A. † In ipſo negotio. In ipſo temporis, & loci veſtigio, antequā à negotio diſcedatur, quāuis id iam perfectum ſit. l. ſi quis iuſſum. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. Tutoris enim præſentia requiritur. l. j. ff. hoc tit. At in nuptiis filiorumfam. rati habitio parentū valet. l. dotis promiſſio. ff. de iur. dot.

¶ c Auctor fieri. i. probare, & laudare. quod fit per pupillum: vt ff. eo. l. etiam.

¶ d Exiſtimauerit. non enim compellitur. Primò, quia eſt iniquum. Secundò, quia tenetur pupillo damnum reſarcire tutor: vt ff. eod. l. ſi tutor.

ADDITIO. Sic etiam filius nō poteſt adire hæreditatem ſine voluntate patris: vt Co. de bo. quæ lib. l. fi. §. pen.

¶ e Poſt tempus. ſ. nō modicum. aliàs valeret auctoritas, vt ff. de acquiren. hære. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. quæ eſt contra. & eſt ratio: quia videntur ineſſe, quæ incōtinēti fiūt: vt ff. ſi certū pe. tat. l. lecta. §. dicebam. & ibi gl.

¶ Et ita cōmuniter tenetur, dummodo vno contextu fiat: vt not. docto. in d. §. iuſſum. Syl.

¶ e Per epiſtolam. Not. cautè. & redde ſingula ſingulis. nam dixerat duo ſcilicet ſtatim, ad quod refertur, poſt tempus, &c. Item, in ipſo negotio præſens, ad quod refertur hoc per epiſtolam, quæ inter abſentes mittitur: vt infrà de oblig. ex conſenſu. §. ideo. in fin. Idē & ſi alio modo inutiliter auctorizetur: vt ff. eod. l. j. §. fin. & l. ſeq.

¶ Si inter tutorem. CASVS. Pupillus comperit tutorem aliquid ſibi debere, potéſtne aduerſus eum litem per ſe intendere? non poteſt. habebitne ergo ſibi auctorem eum ipſum contra quem litigat? nequaquam: ſed curator illi ad hanc litem dabitur, qui lite dirempta, curator eſſe deſinet. Co. Vib.

¶ Not. quòd poteſt eſſe lis inter tutorem & pupillum. Item, quòd nemo in cauſa propria auctoratur. Item, quòd habenti tutorem tutor non datur, ſed curator. Item, curator datus ad certam cauſam, ea finita, deſinit eſſe curator. Syl.

¶ f Iudicio. ſcilicet rei vendicationis, vel alterius perſonalis, vel realis actionis præter actionem tutelæ, quæ cōtra tutorem erit danda: quæ, durante officio, non datur: vt ff. de tut. & rat. diſt. l. niſi finita. §. fi. & l. ſi adhuc. cum & idem in vtili generali negot. geſto. quæ datur contra curatorem adulti, vt ff. de admin. tut. l. cum curatore. C. de adm.

rem ſuam [a] auctor eſſe non poteſt [b]) non prætoris tutor (vt olim [c]) cōſtituitur, ſed curator [d] in locum † eius datur [e]: quo interueniente, iudicium peragitur: & eo [f] peracto, curator eſſe deſinit.

TIT. XXII.

QVIBVS MOdis tutela finitur.

¶ Exploſo impudico antiquorum iudicio tutela maſculi anno decimo quarto exploſo finitur, fœminæ verò duodecimo.

PVpil-

de adm.tut.l.ij.& l.rationes. Sed certè nec aliæ videntur interim poſſe intendi: vt ff.de tut.& rat.diſt.l.ſed nō dantur. Sed illud intelligo, vt ipſemet exerceat, non dantur: ſed per curatorem ſic: vt hic dicitur.Itē,nunquid hæc correcta ſunt hodie per authen. vt ij qui ob. ſe perhi. ha. res mi.§.j.cùm nullus creditor,vel debitor poſſit eſſe tutor, vel curator? Reſpō. quòd ſic:niſi in tutore teſtamētario, in quo poterit adhuc hodie hic §. loqui. cùm fides talis tutoris ab ipſo teſtatore ſit comprobata:vt j.de ſatiſd.tut.vel curat.§.j. & C.de epiſ.aud. l.de creationibus. in princ. Vel idem in eo quod in aliis, vt in præd.authen. diximus. [Adde, ꝙ iſta opinio eſt tenenda, vt dicit hic Chriſtopho.cuius opinio mihi placet, & ſecundum eam aliàs conſului. Syl.] Item & circa reales actiones hunc §. hodie facimus loqui: cùm in eis non ſit obligatio,vnde authen. ceſſat: vt j. de act.§.j.Accurſ.

¶ Adde,quòd hic glo.communiter reprobatur: quia idē timor eſt in actione reali,atque in perſonali. Syl.

¶ a In rem ſuam. & pupilli, quæ ſua dicitur, cùm bene adminiſtrat:vt ff.de fur.l.interdum.ij.§.qui tutelam.

¶ b Auctor eſſe nō poteſt. facit ad hoc ff. de ver. ſig.l. quod dicimus. & C. de quis in ſua cauſa.l.vnica. & C.de teſti. l.omnibus.& ff.eod.l.v.j.reſp. ar.contrà C. de fideicom. l.fin. ibi, cum ipſe ſibi iudex & teſtis,&c. Ratio autē textus præſens eſt: quia ſequeretur, vt in eodē negotio eſſet quis actor, & reus: quod eſt inconueniens.

¶ c Vt olim.Nam olim in tali caſu dabatur tutor prætorius, quod hodie non eſt: vt hic dicitur.

ADDITIO. Vlp.in Epit.tit.xj.quis prætorius ſit tutor, docet his verbis: Moribus tutor datur mulieri,pupillóve, qui cum tutore ſuo lege, aut legitimo iudicio agere vult,vt auctore eo, agat. (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus tutor dicitur,quia à Prætore vrbis dari conſueuit.

¶ d Sed curator.C.de in lit.dan. tu.l.j.

†.Curator in locum. Iudicium autem de aliis rebus eſſe oportet, quàm de tutelæ adminiſtratione: de qua niſi poſt tutelam, non agitur. l. iiij.ff. de tutor. & curat. dat. N.A.

¶ e Datur etiā inuito: vt ff. de tutel.l.iij.§.idē Caſsius.

¶ f Et eo. ſcilicet iudicio.

QVIBVS modis tutela finitur.

¶ Dictum eſt de ingreſſu tutelarum:& ſ.tit.j.de progreſſu. reſtat de fine:ſicut eſt in operibus naturæ ingreſſus, progreſſus,& finis. Aretin.

¶ Notandum eſt,quòd modi qui tutelam finiri faciunt,ſunt octo:& ad iſtos omnes alij modi poſſunt reduci. Et ſunt hi,Suſpicio,quando tutor remouetur tanquā ſuſpectus.Crimen,quando propter crimen deportatur, vel in ſeruitutem redigitur. Mors naturalis pupilli, vel tutoris. Conditio adimpleta. Status,id eſt,capitis deminutio, Vbi ſtatus mutatur: vt quando capitur ab hoſtibus,vel arrogatur. Aetas, ſcilicet pubertas. Tempus adueniens, ſcilicet, ſi ad certum tempus datus ſit tutor,& ſit finitum tempus. Cauſa:quando propter aliquam cauſam tutor excuſatur. Vnde verſus: Suſpicio, crimen,mors,conditio,ſtatus,ætas, Tempus,cauſa, ſolent tutelæ ponere metas.

PVpilli. Totus iſte tit. diuiditur in vij. partes. Nam primò ponitur, qualiter pubertate tutela finitur: & quæ ſit pubertas. Secundò,qualiter arrogatione, vt deportatione vel ſeruitute pupilli, vel temporis finitione, Tertiò,qualiter morte pupilli, vel tutoris. Quartò, capitis deminut.tutoris: Quintò, etiam minima capitis deminutione pupilli. Sextò, propter aduentū temporis,vel conditionis.Septimò, propter remotionem factam de tutore. Secunda ibi, Item finitur. Tertia ibi, Simili modo. Quarta ibi, Sed & capitis. Quinta ibi, Sed pupilli.

Sexta

Digitized by Google

Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Definunt. Item prima ſubdiuiditur in tres. Nam primò, ponit, qualiter tutela finiatur pubertate. Secundò, qualiter pubertas accipiatur de iure antiquo. Tertiò, qualiter de iure nouo. Secunda ibi, Pubertatem. Tertia ibi, Noſtra autem.

...li * a, pupillæque cum puberes eſſe cœperint, tutela liberantur. † Pubertatem autem veteres quidẽ nõ ſolùm ex annis, ſed etiam ex habitu * b corporis in maſculis æſtimari volebant *. Noſtra autem maieſtas indignum eſſe caſtitate noſtrorũ temporum exiſtimans, bene putauit, quòd in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam c in maſculos extẽdere. Et ideo noſtra * ſancta conſtitutione d promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimũ quartum annum completum illico initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam * in fœminis bene poſitam in ſuo ordine relinquentes, vt poſt duodecim annos completos viri potẽtes eſſe credantur e.

¶ Varios tutelæ finiẽdæ modos vſque ad tituli calcem videre potes.

¶ Item finitur tutela, ſi arrogati ſint adhuc impuberes f, vel depor-

CASVS. Cognoui quib. modis tutela conſtituatur. Studeo nunc ex te audire, quibus ea modis diſſoluatur. Pubertate primùm. Quid eſt pubertas? Pubis ſine lanuginis emiſſio circa pudẽda. Quoto anno enaſcitur? plerunque in maribus, decimoquarto anno, in fœminis, duodecimo. Qua de cauſa nõ membra quæ natura occultauit, ſed ætas ſpectanda eſt. Corn. Vib.

¶ Not. tutelam finiri pubertate. Item, quòd olim pubertas iudicabatur ex aſpectu, & habitudine corporis in maſculis. Item, quòd pubertas in maſculis hodie diſpoſitum eſt eſſe in xiiij. anno, in fœmina in xij. Item, quòd cùm Imperator præſumat, & ſuper præſumptio diſponat, quòd iſta eſt præſumptio iuris, & de iure quoad tutelas, & teſtamenta, & ſimilia: ſecùs quoad matrimonia. Item, requiri maiorem caſtitatem in fœminis, quàm in maſculis. Item, quòd hodie pubertas non debet probari per aſpectum. Item ibi, bene poſitam. not. quòd quando recitatur aliqua opinio, vt confirmetur, debet approbari, & laudari. Syl.

¶ a Pupilli. not. quòd pupilli ſunt qui de poteſtate patris impuberis exierũt, vel morte, vel emancipatione: vt ff. de verborum ſignific. l. pupillus. j. reſp. licet impropriè dicatur aliquãdo pupillus, qui eſt in poteſtate, vt ff. de ver. oblig. l. fin. §. ſi pupillus. Accurſ.

† Tutela liberantur. Vnde in ſuam. tut. peruenire l. cum filio 50. ff. de leg. iij. Proculi ſententiam Imperator ſecutus. l. vltim. Quand. tut. eſſ. deſier. Vide Vlpianũ de tutel. §. vltimo. N. 4.

¶ b Ex habitu. id eſt, aſpectione, vtrũ haberet barbã vnam, vel alteram: vt inf. innuit. & facit ff. de mino. l. minor. xxv. ann. adito præſide ex aſpectu, &c. Et nota pro opinio. Martini, qui ſecũdùm conſcientiã dicebat iudicẽ debere iudicare: & facit ff. de fer. l. ij. in fin. & ff. fi. regundo. l. ſi irruptione. §. fin. in glo. pen.

¶ Adde, hoc eſſe verum regulariter, quòd tenetur iudicare ſecundum allegata, & probata, non ſecundum ſuam opinionem: ſed ſi haberet aliquid notum, non per opinionem, ſed certitudinariè, tunc deberet iudicare ſecundum conſcientiam. & hæc eſt veritas: de qua vid. latè Felin. in c. paſtoralis. §. quia verò de offic. de leg. in fin. in glo. in verb. tenetur. vbi ponit regulam cum octo limitationibus: ea verò quæ quidam in adoptionibus hic poſuerunt, non pertinent ad cognitionem iuuenum: quia reſolutio totius materiæ ponitur vbi. §. Syl.

¶ c Hoc etiam. ſcilicet quòd ſit iudicandum per aſpectum impudicum.

¶ d Conſtitutione. Vt C. quando tu. vel cura. eſſe deſierit. l. fin.

¶ e Credantur. Facit ad hoc ſuprà de nu. j. reſp.

¶ f Adhuc impuberes, id eſt, in pupillari ætate adhuc exiſtentes: vt hic, & ff. de adoptionibus. l. nec ei. §. eorum. & hoc cum conſenſu omnium tutorum.

* Ex Epito. Vlp. tit. xi.

* habitudine. Sic infrà.

* ſolebant.

* abeſt.

* formã.

tutorum, vt C. de auctoritate præſtanda. l. fin.

¶ a Redigetur. Ex ingratitudine: ſi ſit doli capax, non autem ex venditione: quia non (niſi ſit maior. xx. ann.) poteſt per venditionē fieri ſeruus, vt ſuprà de iur. perſon. §. pen. contra eſt. C. de inofficioſo teſtamento. l. ſi quis. §. fin. Sed ibi de eo dicit, qui doli capax non eſt.

tati: item ſi in ſeruitutem pupillus redigetur [a], vel ab hoſtibus captus fuerit.

¶ Tutela conditionalis finitur euentu conditionis. Areein.

¶ Sed & ſi vſque ad certam [b] conditionem datus ſit tutor teſtamento [c] æquè euenit, vt deſinat eſſe tutor, * exiſtente conditione.

¶ Morte naturali pupilli vel tutoris, tutela finitur.

¶ Simili modo finitur tutela morte [d] vel pupillorum, vel tutorum.

¶ Capitis deminutione tutoris maxima, vel media, vel etiam minima pupilli omnis tutela finitur: minima autem tutoris, ſolùm legitima finitur.

¶ Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas [e], vel ciuitas [f] amittitur omnis tutela [g] perit.

¶ Huius dicti ea eſt ratio: nam capitis minima deminutione tollitur agnatio.

¶ Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti, ſi ſe in adoptionem [h] † dederit, legitima tantùm [i] tutela perit: cæteræ [k] non pereunt. Sed pupilli, & pupillæ capitis deminutio, licet minima ſit [l], omnes tutelas tollit.

¶ Temporalis tutela, tempore adueniente, finitur.

¶ Adde, quòd hæc glo. reprobatur per doct. poſt Bartol. in l. ij. in princ. in verſ. quæro an id quod. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. Syl.

¶ b Certam. id eſt, ſpecificatā, vt quādo Titius erit Conſul. *abeſt.*

¶ c Teſtamento. Not. quòd dicit teſtamēto: nam à lege, vel iudice non ſic: vt ff. de regul. iur. l. actus.

¶ d Morte. Naturali: nam de ciuili iam dixit ſuprà proximo. ſcilicet, vbi dixit deportato, & ſeruo facto per ingratitudinem: quia mors omnia ſoluit, nedum tutelam: vt in authent. de nupt. §. deinceps. in princ. *Mors omnia ſoluit.*

¶ e Libertas. Et tunc maxima: vt ſuprà de capi. deminu. §. maxima.

¶ f Ciuitas. Et nunc media: vt ſuprà de capit. deminu. §. minor.

¶ g Omnis tutela. Etiam teſtamentaria, vel datiua: cùm ea, quæ ſunt iuris naturalis, tollantur: vt ſ. de capi. deminut. §. quod autem.

¶ Adde, quòd hanc glo. reprehendit hic Angel. ſed tu dic, quòd intellexerit de effectu iuris naturalis, non de exiſtentia: vt declaratum eſt in. §. quod autem. ſuprà de cap. demin. Syl.

¶ h Si ſe in adoptionem. Sed emancipatione filij legitima tutela non finitur: quia filiusfamiliàs legitimus tutor eſſe non poteſt, cùm ſcilicet pater eū præcedat, vt ſ. de cap. deminu. §. fin. niſi in caſu, vt cùm manumittit ſeruū maternum delatum ſibi, vt ſ. de legi. pat. tut. §. j. Et tūc defertur, cùm ſui iuris erit, vt ff. famil. erciſc. l. ſi maritus.

¶ In adoptionē dederit. Id eſt, ſeſe arrogādum dederit. Mutat enim familiam, & extraneus efficitur. *N. A.*

¶ i Legitima tātùm. ſed quare hęc legitima tātùm perit? Reſp. quia agnatio perit minima cap. demin. vt ſuprà de legi. agna. tuto. §. fin. & legitima inter agnatos tantùm conſiſtit: vt ſuprà de legi. agnat. tut. j. reſpon.

ADDITIO. Dic quòd hodie hoc non procedit: quia ita cognatis, ſicut agnatis defertur tutela: vt not. glo. ſuprà de leg. agnat. tut. §. fin. ſed cùm iſte (licet capite minutus) remaneat cognatus, vt ibi habetur: ergo tutela poteſt deferri. facit l. j. cum glo. in verb. prouidentia. & quod ibi not. Bart. ff. de legi. tut.

¶ k Cæteræ. ſ. teſtamentaria, & datiua, ſecundum M. & Azo.

¶ l Licet minima ſit. Vt quia datur in arrogationem, vt ſuprà eod. §. j.

¶ a Ad

Digitized by Google

a Ad certum. Idem ſi ad incertum tempus, ſcilicet ad conditiónem, vt §. eod. §. ſed & ſi. quæ conditio ad eſſe, & ad non eſſe ſe habere poteſt, vt infrà de verbor. oblig. §. cónditiones.

¶ Prætereà, qui ad certú [a] tempus teſtaméto dantur tutores, finito eo, deponũt tutelam.

¶ Qui remouetur à tutela propter ſuſpitionem, vel qui in perpetuum excuſantur: tutores eſſe deſinunt. Accurſ.

¶ Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex iuſta cauſa ſe excuſant, [b] & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt, ſecundùm ea, quæ inferiùs [c] proponemus.

b Excuſant. ſ. in perpetuũ: vt quia mutus. q̃d dic, vt ff. de minor. l. verùm. §. ex facto. Nam ſi ad tempus, nõ deſinũt eſſe tutores: vt infrà de excu. tut. & cur. §. item qui Reipublicæ.

c Inferiùs. vt infrà de ſuſpec. tut. per totum, & infrà de excuſa. tut. & cur. per totum. Et nota, quòd eiſdem modis finitur cura, ſi quos habeant pupilli curatores, & eodem tempore: vt C. quãdo tut. vel cur. eſſe deſi. l. j. Adultorũ verò curatores tunc finiuntur, cùm virilem vigorem compleuerit minor, ſcilicet vigintiquinque ann. vt ff. de min. l. j. in fin. & infrà tit. primo. j. reſpon. niſi ad certam cauſam, vel ſpeciem fuerint dati. Nam & tunc, finito negotio, finitur officium, vt ſuprà tit. j. §. fina. Item, curatores aliorum, quàm minorum: vt infrà tit. j. §. furioſi. & §. ſed mente captis. tunc deſinunt, quando ſanam mentem prædictæ perſonæ recipiunt, vt ff. de cur. fur. l. j. §. fin.

ADDITIO. Not. quòd eiſdem modis, quibus finitur tutela, finitur etiam auctoritas officij adiuncti tutori, quod eſt in multis caſibus: vt infrà tit. j. §. interdum. in ver. idoneus. & in l. potuit. & in l. propter. C. in quib. cau. tut. vel cura. ha. tu. Nam finito officio principalis, etiam finitur illud coadiutoris adiuncti. l. j. C. quando tut. vel cur. eſſe deſi. & ideo coadiutor datus debili, vel ſuſpecto epiſcopo, de quo in ca. venerabili, extra de offi. deleg. deſinet morte prælati eſſe, per dictam l. j. Iaſ.

DE CVRATORIBVS.

Finita tutela, pupilli indigent curatoribus: ideo de ipſis ſubdit.

TIT. XXIII.

DE CVRATORIBUS. *

¶ Adultis vſq; ad annũ viceſimumquintum curatores dantur, ab eiſdẽ magiſtratibus, à quibus & tutores: teſtaméto autem non rectè datur curator: datus tamen, à iudice confirmandus eſt. item volenti, non etiam inuito (niſi in litem) curator dari poteſt.

MAſculi * puberes, & fœminæ viripoten-

† Cura, ſiue curatio, eſt poteſtas gerẽdi adoleſcẽtis negotium, vſque ad vigeſimum quintũ annũ, à Magiſtratu data, ac permiſſa. Tutor datur principaliter perſonæ: Curator principaliter negotiis. l. v. C. de nupt. l. ſciẽdum. xx. ff. de rit. nuptiis. Ille datur pupillo vſq; ad initium pubertatis: hic adulto vſque ad finem pubertatis. Ille teſtamento datur: hic à Magiſtratu tãtùm: Nam tutela pars eſt patriæ poteſtatis. l. Impuberi. 40. ff. de adminiſt. tut. Curatio eſt iuriſdictionis. Tutor non datur niſi vniuerſo patrimonio l. propter litem. 21. ff. de excuſ. tuto. Curator etiam rebus, aut cauſis ſingulis. Tutor inuitis datur: Curator volentibus. Sine tutore pupillus non obligatur: ſine curatore adultus obligatur. Tutorem habenti, tutor cauſa cognita, curator datur. l. x. C. qui tutor. dar. Tutorum alij ſunt teſtamentarij, legitimi, honorarij vel legitimi N. A.

* dandis vel confirmandis.

* Ex Vlpi. ti. 12.

MAſculi. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes principales. Primò, ponit de curatoribus datis puberibus. Secũdò, de datis illis, qui laborãt aliquo morbo, vel vitio. Tertiò, de curatoribus datis pupillis. Secunda ibi, Furioſi. Tertia ibi, Interdum. Item, prima pars diuiditur in tres partes. Primò, qualiter puberibus dantur curatores. Secundò, à quibus dantur. Tertiò, an inuitus quis cogatur curatorem accipere. Secunda ibi, Dantur. Tertia ibi, Item inuiti. Aret.

CASVS. Quæro, annis tutelæ emeritis,

Digitized by Google

ritis, creditúrne adoleſcentibus rerum ſuarum adminiſtratio? Ne tum quidem ſatis conſtans eorum eſſe iudicium exiſtimatur, quare alij eis moderatores vſque ad xxv. annum dantur, qui curatores appellãtur. Cætera plana ſunt vſque ad verſ. Item, cuius hic eſt caſus, Papyrius adoleſcens annum xiiij. exceſſerat, putabátque ſe ſuis rebus adminiſtrandis idoneũ exiſtere. quare quum illi curator obtruderetur, recuſabat. Cogitúrne etiã inuitus accipere? nequaquam. niſi vno caſu, nempe, ſi litem habuerit. tunc enim Prętor eũ cogit inuitum, ac repugnãtem, curatorem accipere. Cor. Vi.

tes vſque ad viceſimumquintũ annũ [a] completũ curatores accipiunt: quia licèt puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negotia tueri non poſſint. Dãtur autem curatores ab iiſdem magiſtratibus [b], à quibus & tutores. Sed curator teſtamento non datur, datus [c], tamen confirmatur decreto Prętoris [d], vel pręſidis [e]. Itẽ, inuiti † adoleſcentes curatores nõ accipiũt [f] præter quàm in litem [g]. curator [h] enim * & ad certam cauſam dari poteſt.

¶ Cura, furioſi & prodigi cuiuſuis ætatis, lege xij. tabul. agnatis defertur, quibus deficiẽtibus, à iudice datur curator: reliquis item maioribus viginti quinque annis, qui in ea cauſa ſunt, vt rebus ſuis ſupereſſe non poſſint, æquè à iudice decernitur.

Not. quòd viri potens & pubes pro eodem ſupponunt. Item, quòd eodem tempore finitur cura maſculorum, & fœminarum: item not. rationem introducendæ curæ. Item, quòd curator non datur teſtamento, ſed datus confirmatur. Item, quòd adultus cogitur accipere curatorem ad litem: quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Item, quòd quamuis tutor non detur ad certam cauſam, datur tamen curator. Syl.

ADDITIO. Curatores olim ex lege Lætoria non dabantur, niſi aut diſſolutè viuẽtibus, aut dementibus, poſtea M. Antoninus philoſophus ſtatuit, vt omnes adulti curatores acciperent, non redditis cauſis. Hæc ex Capitolino in M. Anto. philoſopho.

a Viceſimumquintum annũ. Niſi impetrent à principe veniã ætatis: maſculi in xx. ann. fœminæ in xvij. vt Codice de his, qui ve. æta. impet. l. j. & ij. Accurſ.

Tutores à quibus iudicib. dantur. b Magiſtratibus. id eſt, à Prætore, Præſide, Proconſule, Præfecto Aegypti: vt ff. de tut. & curat. da. ab iis. l. j. Item à Præfecto vrbi, & à defenſore ciuitatis, vel iuridico Alexandriæ: vt ſ. de Atti. tut. §. penult. & in authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum. verſic. nulla. col. iij. & ff. de officio Præfec. vrb. lege prima. §. item ſolent.

c Datus. De facto. ** autem.*

d Prætoris. ſ. In vrbe.

e Præſidis. In prouincia.

† Inuiti. Niſi velint cõtrahere, aut ſi litẽ vllam habeant. l. j. ff. de minor. l. j. C. qui per. tut. *N. 4.*

f Non accipiunt. ſecus in tutore, vt ff. de tuto. & cura. da. l. necnon. & de tute. l. ij. vt diximº. ſ. de tute. §. eſt autem. in glo. ij. Item, videtur contra. ff. de min. l. j. in fi. ſed quòd ibi dicit non comitti eis adultis res ſuas ante xxv. ann. verum eſt vt ſint rata, quæ fiunt per eos, committuntur tamen vt hic: ſed remittuntur: vt ibi, & infrà de act. §. ſi quis agens.

g In litem. Tunc enim cogitur. [Dic hoc, verum ſi conueniatur: ſecus, ſi agat. Barto. in d. §. ſi pupillus. Syl.] ſed pupillus in litem non cogitur: vt ff. de tut. l. qui habet. §. ſi pupillus. quod expone, vt ibi. Accurſ.

h Curator. q. d. non dubites de hoc: licet aliud ſit in tutore: vt ſuprà, qui dare tutores poſſunt. §. certè.

Furioſi quoque. CASVS. Cornelius maior annis xxv. furore correptus erat, aut ita prodigus, vt neque tempus, neque finem expenſarum haberet: ſed bona ſua dilapidãdo, ac diſſipãdo profundebat. quæro an ei rerum ſuarũ adminiſtratio relinquitur? minimè. nam de furioſo lex xij. Tab. ita ſcripta eſt, Si furioſus * eſt, agnatorũ gentiliũmq; in eo, pecuniáq; eius poteſtas eſto. Vnde veteres quum aliquem mentis compotem nõ eſſe ſignificarent, dicere ſolebant: Ad agnatos, & gentiles eſt deducendus. Cętera plana ſunt. Corn. Vib. ** Cic. li. 1. ad Heren.*

I

Digitized by Google

¶ Furioſi quoque & prodigi [a], licet maiores vigintiquinq; annis ſint, tamen in curatione ſunt adgnatorũ ex lege * duodecim tabularũ,† ſed ſolẽt [b] Romæ præfectus vrbi, vel Prætores, * & in prouinciis præſides ex inquiſitione eis curatores dare [c]. Sed & mẽte captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt [d].

¶ Si tutor pupilli, cuiuſcunque generis ſit, non eſt idoneus, vel ſi ad tempus excuſatur, datur pupillo etiam curator.

¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt: vt puta, ſi legitimus tutor non ſit idoneus [e], quoniã habenti tutorem tutor dari non poteſt [f].

¶ Not. prodigum furioſo comparari. Itẽ, quòd furioſi & prodigi cura eſt ex lege xij. Tab. Itẽ, quòd curator datiuus tunc datur, quando legitimi deficiunt. Item, quòd iura ſubueniunt his, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Syl.

¶ a Furioſi quoque & prodigi. Not. hos duos accipere curatorem à lege: alij omnes ſunt datiui, vt cautè hic colligitur, & infrà proxi. §. & C. de epiſc. aud. l. de creationibus. Accu.

* Hunc §. explicat P. Prat. lib. 4 veter. iuriſpr.

* Prator.

ADDITIO.

Contra hanc gl. tenent. Baldus, Ioan. de Plat. Por. & Iaſ. hic, vt omnes accipiant à lege curatorem, qui ex defectu mentis ipſum ſibi petere nequeunt: licet Ang. teneat cum gloſ.

N. 1.

† Lege xij. Tabularum. Si fur exſiſt. aut prodigus cui bonis interdictum eſt adgnat. gentil. quàm in eo pec. eius pot. eſto. vnde prouerb. Ad agnatos & gẽtiles: ſi quis mentis errore adfectus videretur.

¶ b. Sed ſolent. ſcilicet agnatis deficientibus, vt non habilibus conſtitutis: vt C. de cur. fur. l. fi. §. ſin autem teſtamentum. Accurſ.

¶ c Curatores dare. & hoc ratione furoris, vel dementiæ: niſi iſtę perſonæ ſint minores xxv. annis, & tunc ratione ætatis tutores, vel curatores recipiunt, vt ff. de tute. l. qui habẽt. §. quòd autem. Item, niſi ſint in poteſtate: vt C. de cur. fur. l. fin. §. j.

¶ Attenditur enim cauſa naturalis. d. §. quod autem. Syl.

¶ d Dandi ſunt. ſ. ab his, quos modò in ſuperiori §. diximus.

¶ Interdum. CASVS. Annius pupillus tutorem habebat legitimum, ſed minus idoneum, vtpote non ſatis induſtrium, ac diligentem, vt valde alio moderatore indigeat. Dabitúrne ei ſecundus tutor? minimè. Tutorem enim habenti, tutor dari non poteſt, ſed curator: idémque de aliis tutoribus. Cor. Vibul.

¶ e Non ſit idoneus. Vel ratione paupertatis, vel quia non eſt induſtrioſus, vt decet. fidelis tamen eſt & diligens: aliàs repelleretur prorſus: vt i. de ſuſp. tu. §. pen. & fi. & C. de ſuſpect. tu. l. pietatis. Et bene dico curatores, & non tutores, quoniam, &c. Accur.

¶ f Dari nõ poteſt. Fallit hæc regula in caſibus ſex: vt ſi detur tutor loco tutoris, ſurdi, vel muti, vel furioſi: vt ff. de tu. l. penultim. Itẽ, & ſi habet tutorem ratione rerũ vnius prouinciæ, poterit habere aliũ ratione rerũ, quas habet in alia prouincia. vt ff. de excu. tut. l. propter litem. §. licet. & C. in qui. cau. tut. ha. tut. da. po. l. fin. Item, & mater antè, quàm nubat, tutrix exiſtens, aliũ petit tutorem dari: vt in auth. de nup. §. ſi verò etiam naturalium tutelã. Sed ratio eſt: quia abire nunc ſperatur: vt C. commu. de leg. l. fi. §. ij. Itẽ, & quãdo ad tempus eſt relegatus, vel excuſatus, vel remotus. nam interim tutor datur: vt C. in qui. cau. tu. ha. l. pe. Item, ſi quis tutor ſit apud hoſtes, vt nõ ſeruus, ſed vt legatus, vel trãsfuga, alius datur: vt ff. de tu. l. ſi quis tutor. Item, ſi Reip. cauſa abſit, poteſt alius dari: vt ff. de tu. l. quæſitum. & ff. de ſuſp. tu. l. iij. §. ſi quis abſuturus. Sed ſecundùm Plac. in his omnibus caſibus tutor pro curatore accipitur: & hæc regula fallit. Sed cùm litera in omnibus ſupradictis legibus de tutore faciat mentionem, ab ea non diſcedamus: vt ff. de lega. iij. l. non aliter. & ff. de exer. l. j. §. ſi is. ibi, in re igitur. Sed quæ eſt ratio, cũ vbique dari poſſit curator habenti curatorem vel tutorem. Sed tutor non poteſt dari habenti tutorem? Reſp. quòd tutor qui. prius dabatur, habebat plenam

* Tutor quare dari nequit habenti tutorem.

¶ Itē, ſi teſtamento [a] datus tutor, vel à Prætore, aut Præſide, idoneus [b] non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret, ſolet ei curator adiungi. Itē, loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed ad tempus [c], tutela excuſantur, ſolēt curatores [d], dari.

¶ Si pupillus ſit infans, vel abſens: & tutor infirmitate, vel alia neceſſitate impediatur, poteſt actor pupilli conſtitui. Aret.

¶ Quòd ſi tutor aduerſa valetudine [e], vel alia neceſſitate [f] impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit [g], vel infans ſit, quem velit [h] actorem [i] † periculo ipſius tutoris, Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto conſtituet.

nam poteſtatē.ī.tit.ij.§. datus. & ſ. de tut.§.j.ita quòd alium ſecum in eadem plenitudine admittere non poteſt: ſed non ſic in curatore, qui rebus datur: vt C.de nupt. l.in copulandis. Vnde tutor auctorizatur hæredita. adeundæ: quod in curatore pupilli non eſt: vt ff. de app.l.cùm in vna.§. tutor. Sed nónne tota die inuenimus vnum pupillum plures habere tutores: vt C.de diui.tu.l.ij.Reſ. illud eſt quādo ſimul dātur. Nā quædam fiunt ſimul bene, quæ non valent, ſi fiunt ſeparatim, vt duorū reorum obligatio: vt j.de duo.reis ſtipu.§.j.

• Tutores poterit plures pupillus habere.

ADDITIO. Not. gloſ. magiſtram, quæ plenè ponit caſus, in quibus pupillo habenti tutorem tutor detur. Sed contra ſi.huius gloſ.facit l.ij.C.de teſt. tut.vbi ſimul non dantur,& tamē vterque adminiſtrat. Sed dic quòd ibi ſimul dicuntur dari, habito reſpectu ad tempus mortis, quo vterque tutor confirmatur. Sed de hac materia plenius videas hic per Ang.

¶ a Item ſi teſtamento, poſuit exēplum de legitimo, nunc de datiuo & teſtamentario minus idoneo.

¶ b Idoneus.id eſt ſufficiens.

¶ c Ad tempus. Excuſatur enim aliquis quandoque in perpetuum, quandoque ad tempus: vt patet per multa exempla j.de excu.tut. vel cur. §.j. & quaſi per totum tit.

¶ d Curatores. vel etiam tutor. vt ſuprà proximo §. dixi. ſcilicet, prout iudici videbitur: vt Codice in quibus cauſis tutor. hab. lege prima & ſecunda. Sed quid ſi pupillo tutor datus non ſit, an dari poſſit curator? Reſp. ſic: & argumentum à contrario ſenſu ſumitur. ff. de tutor. & curat. da. ab iis. lege curator. quod eſt validum. ff. de offic. eius, cui man.& iur. lege prima.§.huius rei. Accur.

ADDITIO. Niſi ſit contrarium legi.l.nemo. C.de iur.om.iud.vel rationi naturali: vt C. de epiſcop. & cleri.l. conuenticula.

¶ Quod ſi. THEMA. Tutor meus aduerſa valetudine affectus, aut ita ſuis litibus diſtrictus erat, vt rerum mearū adminiſtrationi facilè nauare operam nō poſſet. quid remedij? Prætor, inquit, Romæ, & Præſes in prouinciis tui tutoris arbitratu, & vero etiam periculo conſtituet, qui ab agendis negotiis actor dicetur. Cor. Vib.

¶ Not. quòd infirmitas tutoris eſt cauſa, ex qua auctor pupillo conſtituatur. Item, quòd neceſſitas tutoris eſt cauſa dandi actorem pupillo. Item, quòd actor debet conſtitui à iudice. Syl.

¶ e Aduerſa valetudine. i. infirmitate: quę valetudini,& ſanitati cōtraria eſt.

¶ f Neceſſitate. Vt quia longo tempore abfuturus eſt, vel ſua maiora negotia habet pertractare, vel alias ſimiles neceſſitates: vt ff. de proc.l. filiusfamiliàs. §.fin. & l.ſeq. & l.poſt litem. & l.ſeq.vſque ad l.quæ omnia. Et niſi huiuſmodi neceſſitas ſit, non poteſt ſecūdū quoſdā: vt C. q da.tu. vel cu.poſ. l.curatorē.& l.curator. imò certè & ſi quæcunq; alia ſit iuſta quoquo modo: vt ff.de ad.tu.l.decreto. Et hæc eadem ſunt in curatore: vt C.de app.l.ſi actor.

¶ g Abſit. Si enim præſens ſit, & habet intellectum, etiam procuratorē cum auctoritate tutoris facere poteſt: vt C. de procu.l.neque. Accur.

¶ h Velit. ſcilicet Tutor.

¶ i Actorem. Qui hic dicitur actor, aliàs adiutor dicitur: vt ff. de tutel. l. ſolet. aliàs curator: vt ff. de tutor. & cur. da.ab iis.l.in omnem.& C.de procu.l. neque. Et nota hic varia nomina

¶ Furioſi quoque & prodigi [a], licet maiores vigintiquinq; annis ſint, tamen in curatione ſunt adgnatorũ ex lege * duodecim tabularũ,† ſed ſolēt [b] Romæ præfectus vrbi, vel Prætores, * & in prouinciis præſides ex inquiſitione eis curatores dare [c]. Sed & mēte captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt [d].

* Hunc §. explicat P. Prat. lib. 4 veter. iuriſpr.

* Prætor.

¶ Si tutor pupilli, cuiuſcunque generis ſit, non eſt idoneus, vel ſi ad tempus excuſatur, datur pupillo etiam curator.

¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt: vt puta, ſi legitimus tutor non ſit idoneus [e], quoniã habenti tutorem tutor dari non poteſt [f].

¶ Not. prodigum furioſo comparari. Itē, quòd furioſi & prodigi cura eſt ex lege xij. Tab. Itē, quòd curator datiuus tunc datur, quando legitimi deficiunt. Item, quòd iura ſubueniunt his, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Syl.

¶ a Furioſi quoque & prodigi. Not. hos duos accipere curatorem à lege: alij omnes ſunt datiui, vt cautè hic colligitur, & infrà proxi. §. & C. de epiſc. aud. l. de creationibus. Accu.

ADDITIO.

Contra hanc gl. tenent. Baldus, Ioan. de Plat. Por. & Iaſ. hic, vt omnes accipiant à lege curatorem, qui ex defectu mentis ipſum ſibi petere nequeunt: licet Ang. teneat cum gloſ.

N. 1. † Lege xij. Tabularum. Si fur exſiſt. aut prodigus cui bonis interdictum eſt adgnat. gentil. quàm in eo pec. eius pot. eſto. vnde prouerb. Ad agnatos & gētiles: ſi quis mentis errore adfectus videretur.

¶ b. Sed ſolent. ſcilicet agnatis deficientibus, vt non habilibus conſtitutis: vt C. de cur. fur. l. fi. §. ſin autem teſtamentum. Accurſ.

¶ c Curatores dare. & hoc ratione furoris, vel dementiæ: niſi iſtæ perſonæ ſint minores xxv. annis, & tunc ratione ætatis tutores, vel curatores recipiunt, vt ff. de tute. l. qui habēt. §. quòd autem. Item, niſi ſint in poteſtate: vt C. de cur. fur. l. fin. §. j.

¶ Attenditur enim cauſa naturalis. d. §. quod autem. Syl.

¶ d Dandi ſunt. ſ. ab his, quos modò in ſuperiori §. diximus.

¶ Interdum. CASVS. Annius pupillus tutorem habebat legitimum, ſed minus idoneum, vtpote non ſatis induſtrium, ac diligentem, vt valde alio moderatore indigeat. Dabitúrne ei ſecundus tutor? minimè. Tutorem enim habenti, tutor dari non poteſt, ſed curator: idémque de aliis tutoribus. Cor. Vibul.

¶ e. Non ſit idoneus. Vel ratione paupertatis, vel quia non eſt induſtrioſus, vt decet, fidelis tamen eſt & diligens: aliàs repelleretur prorſus: vt j. de ſuſp. tu. §. pen. & fi. & C. de ſuſpect. tu. l. pietatis. Et bene dico curatores, & non tutores, quoniam, &c. Accur.

¶ f Dari nõ poteſt. Fallit hæc regula in caſibus ſex: vt ſi detur tutor loco tutoris, ſurdi, vel muti, vel furioſi: vt ff. de tu. l. penultim. Itē, & ſi habet tutorem ratione rerũ vnius prouinciæ, poterit habere aliũ ratione rerũ, quas habet in alia prouincia. vt ff. de excu. tut. l. propter litem. §. licet. & C. in qui. cau. tut. ha. tut. da. po. l. iii. Item, & mater antè, quàm nubat, tutrix exiſtens, aliũ petit tutorem dari: vt in auth. de nup. §. ſi verò etiam naturalium tutelã. Sed ratio eſt: quia abire nunc ſperatur: vt C. commu. de leg. l. fi. §. ij. Itē, & quãdo ad tempus eſt relegatus, vel excuſatus, vel remotus. nam interim tutor datur: vt C. in qui. cau. tu. ha. l. pe. Item, ſi quis tutor ſit apud hoſtes, vt nõ ſeruus, ſed vt legatus, vel trãsfuga, alius datur: vt ff. de tu. l. ſi quis tutor. Item, ſi Reip. cauſa abſit, poteſt alius dari: vt ff. de tu. l. quæſitum. & ff. de ſuſp. tu. l. iij. §. ſi quis abſuturus. Sed ſecundùm Plac. in his omnibus caſibus tutor pro curatore accipitur: & hæc regula fallit. Sed cùm litera in omnibus ſupradictis legibus de tutore faciat mentionem, ab ea non diſcedamus: vt ff. de lega. iij. l. non aliter. & ff. de exer. l. j. §. ſi is. ibi, in re igitur. Sed quæ eſt ratio, cũ vbique dari poſſit curator habenti curatorem vel tutorem. Sed tutor non poteſt dari habenti tutorem? Reſp. quòd tutor qui. prius dabatur, habebat ple- * Tutor quare dari nequit habenti tutorem.

nam

¶ Itē, ſi teſtamento [a] datus tutor, vel à Prætore, aut Præſide, idoneus [b] non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret, ſolet ei curator adiungi. Itē, loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed ad tempus [c], tutela excuſantur, ſolēt curatores [d], dari.

¶ Si pupillus ſit infans, vel abſens: & tutor infirmitate, vel alia neceſſitate impediatur, poteſt actor pupilli conſtitui. Aret.

¶ Quòd ſi tutor aduerſa valetudine [e], vel alia neceſſitate [f] impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit [g], vel infans ſit, quem velit [h] actorem [i] † periculo ipſius tutoris, Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto conſtituet.

nam poteſtatē.ī.tit.ij.§. datus. & ſ̄. de tut.§.j.ita quòd alium ſecum in eadem plenitudine admittere non poteſt: ſed non ſic in curatore, qui rebus datur: vt C.de nupt. l.in copulandis. Vnde tutor auctorizatur hæredita. adeundæ: quod in curatore pupilli non eſt: vt ff. de app.l.cùm in vna.§. tutor. Sed nónne tota die inuenimus vnum pupillum plures habere tutores: vt C.de diui.tu.l.ij.Reſ. illud eſt quādo ſimul dátur. Nā quædam fiunt ſimul bene, quæ non valent, ſi fiunt ſeparatim, vt duorū reorum obligatio: vt ī.de duo.reis ſtipu.§.j.

Tutores poterit plures pupillus habere.

ADDITIO. Not. gloſ.magiſtram, quæ plenè ponit caſus, in quibus pupillo habenti tutorem tutor detur. Sed contra ſi.huius gloſ.facit l.ij.C.de teſt. tut.vbi ſimul non dantur,& tamē vterque adminiſtrat. Sed dic quòd ibi ſimul dicuntur dari, habito reſpectu ad tempus mortis, quo vterque tutor confirmatur. Sed de hac materia plenius videas hic per Ang.

¶ a Item ſi teſtamento, poſuit exēplum de legitimo, nunc de datiuo & teſtamentario minus idoneo.

¶ b Idoneus.id eſt ſufficiens.

¶ c Ad tempus. Excuſatur enim aliquis quandoque in perpetuum, quandoque ad tempus: vt patet per multa exempla ī.de excu.tut. vel cur. §.j. & quaſi per totum tit.

¶ d Curatores. vel etiam tutor. vt ſuprà proximo §. dixi. ſcilicet, prout iudici videbitur: vt Codice in quibus cauſis tutor. hab. lege prima & ſecunda. Sed quid ſi pupillo tutor datus non ſit, an dari poſſit curator? Reſp. ſic: & argumentum à contrario ſenſu ſumitur. ff. de tutor. & curat. da. ab iis. lege curator. quod eſt validum. ff. de offic. eius, cui man.& iur. lege prima.§.huius rei. Accur.

ADDITIO. Niſi ſit contrarium legi.l.nemo. C.de iur.om.iud.vel rationi naturali: vt C. de epiſcop. & cleri.l. conuenticula.

¶ Quod ſi. THEMA. Tutor meus aduerſa valetudine affectus, aut ita ſuis litibus diſtrictus erat, vt rerum mearū adminiſtrationi facilè nauare operam nō poſſet. quid remedij? Prætor, inquit, Romæ, & Præſes in prouinciis tui tutoris arbitratu, & vero etiam periculo conſtituet, qui ab agendis negotiis actor dicetur. Cor.Vib.

¶ Not. quòd infirmitas tutoris eſt cauſa, ex qua auctor pupillo conſtituatur. Item, quòd neceſſitas tutoris eſt cauſa dandi actorem pupillo. Item, quòd actor debet conſtitui à iudice. Syl.

¶ e Aduerſa valetudine. i. infirmitate: quę valetudini,& ſanitati cōtraria eſt.

¶ f Neceſſitate. Vt quia longo tempore abſuturus eſt, vel ſua maiora negotia habet pertractare, vel alias ſimiles neceſſitates: vt ff. de proc.l. filiuſfamiliàs. §.fin. & l.ſeq. & l.poſt litem. & l.ſeq.vſque ad l.quæ omnia. Et niſi huiuſmodi neceſſitas ſit, non poteſt ſecūdū quoſdā: vt C. q da.tu. vel cu.poſ. l.curatorē.& l.curator. imò certè & ſi quæcunq; alia ſit iuſta quoquo modo: vt ff.de ad.tu.l.decreto. Et hæc eadem ſunt in curatore: vt C.de app.l.ſi actor.

¶ g Abſit. Si enim præſens ſit, & habet intellectum, etiam procuratorē cum auctoritate tutoris facere poteſt: vt C. de procu.l.neque. Accur.

¶ h Velit.ſcilicet Tutor.

¶ i Actorem. Qui hic dicitur actor, aliàs adiutor dicitur: vt ff. de tutel. l. ſolet. aliàs curator: vt ff. de tutor. & cur. da.ab iis.l.in omnem.& C.de procu.l. neque. Et nota hic varia nomina

eorum qui aliorum facta agunt vt actor: vt hic iam dictum eſt. Item tutor qui datur pupillis. ſ. de tu. §. eſt autem. Item tutor, qui datur adultis, vel etiam furioſis, vel ſimilibus: vt ſ. eo. in prin. & §. furioſi. & §. ſed & mente captis. Itẽ, procurator, qui aliena gerit negotia cum mandato: vt ff. de procu. l. j. Item negotiorum geſtor. qui ſine mandato gerit: vt j. de obliga. quæ ex quaſi contract. §. j. itẽ œcononius, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur ab epiſcopo cum cõſenſu fratrũ, vel capituli: vt C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus. & C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. nihilominus. ver. hunc enim ſine dubio. Item, idem dicitur apocriſarius: vt in authen. quomo. opor. epiſc. §. non autem aliter. & §. ſi verò vltra. ibi, præſertim. Item, ſyndicus qui ſic Græcè dicitur. Latinè ſingulorum dicens cauſas: vt ff. de mun. & hono. l. numerum. §. defenſores. Quandoq; tamen actor & ſyndicus pro eodẽ ponuntur: vt ff. quod cuiuſ. vni. l. j. §. quibus. & §. pen. & l. itẽ eorũ. §. actor. facit ad hoc. ff. de auct. tut. & curat. per totum. Vel etiam dic quòd differunt, vt vbi not. ſcilicet in d. l. j. quod cuiuſ. vniuer. no. §. quibus. in glo ſyndicum.

ADDITIO. Hodie tamen non fit differentia in nomine: vt in c. peritio. extra, de procur. Ang.

¶ Quem velit actorem. Actor eſt, quem tutor, aut curator ad cauſam agendam procuratorem auctore Prætore conſtituit. l. j. C. de actio. à tut. vel cur. dãd. Ergo curator à magiſtratu, actor à curatore datur.

TIT. XXIIII.

DE SATISDAtione tutorum, vel curatorum.

¶ Soli teſtamẽtarij tutores, & ex inquiſitione dati, immunes ſunt à ſatiſdando: cæteri verò rem pupilli ſaluam fore ſatiſdare coguntur.

NE tamen [a] pupillorum, pupillarúmve, & eorum, qui, quæve in curatione ſunt, negotia à curatoribus, tutoribúſve conſumantur [b], vel deminuãtur [c], curet Prætor [d], vt & tutores, & curatores eo nomine ſatiſdent [e] †. Sed hoc non eſt

DE SATISDATIONE tutorum, vel curatorum.

¶ Iſte titulus ſic continuatur. dictum eſt ſuprà de tutoribus & curatoribus, & quia ipſi tenentur ſatiſdare: ideo vidẽdum eſt de ſatiſdatione tutorum & curatorum eorundem.

NE tamen. Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principales. Primò, ponit, qui tenentur ſatiſdare, & qui non. Secundò, quòd illi, qui non tenentur ſatiſdare, ſi ſatiſdent, præferũtur ſociis in adminiſtratione. Tertiò, qui officiales teneãtur de ſatiſdatione nõ exacta, vel non idonea, Secũda ibi, Sed ſi. Tertia ibi, Sciendum. Itẽ, prima ſubdiuiditur in duas partes. Nã primò, ponit regulam. Secũdò ponit duas fallentias, Secunda ibi, Sed hoc.

CASVS. Video eſſe facillimum tutores, curatorẽſque reperire, qui ſe pupillorum facultatibus adminiſtrandis lubenter, & cupidè immergant: ſed illiſne ita negligenter committenda ſunt pupillorum, atque orphanorum bona, vt ſecuritati ipſorum non conſulatur? minimè. Nam ſi Sempronius ad tutelam, curationémve pupilli accedat, cogitur dare fideiuſſores, qui ſpondeant res pupilli ſaluas fore. In omnibúſve id fit tutoribus? In teſtamentariis, & ex inquiſitione datis hoc non fit. quid ita quæſo? quoniam illorum fides ſatis ſpectata, & probata eſt. Cor. Vib.

¶ Not. qui tutores & curatores teneantur ſatiſdare res pupilli ſaluas fore. Item, quod talis ſatiſdatio eſt inuenta fauore pupilli, vel aduiti. Syl.

ADDITIO. Satiſdare dicimur aduerſario noſtro, quum pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus. l. prima. ff. qui ſatiſ. cog. Cauere autem ſibi dicitur is, cui ſatiſdatur.

¶ a Ne tamen. Diximus dandos tutores, vel curatores ratione ætatis, ne tamen, &c.

¶ b Conſumantur. In totum.

¶ c Deminuantur. Pro parte.

¶ d Prætor. Sic & præfectus vrbi, & præſes prouinciæ, vt ſuprà titulo ij. & j.

¶ e Satiſdent. Rem pupilli ſaluã fore,

vt

Digitized by Google

perpetuum [a]. nam tutores teſtamento dati ſatiſdare nō coguntur: quia fides eorum, & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt [b]. Item, ex inquiſitione [c] tutores, vel curatores dati ſatiſdatione non onerantur: quia idonei [d] electi ſunt.

¶ Si quis ex pluribus teſtamētariis, aut ex inquiſitione datis tutoribus ſatiſdationem offerat, is ſolus adminiſtrat, niſi alius etiā offerret: nullo autē ſatis offerēte, is geret, quem teſtator deſtinauit, quod ſi teſtamēto ſcriptum nō ſit, electo à maiore parte datur adminiſtratio: ipſos autē inter ſe in electione diſſidentes, iubet prętor concordes eſſe.

vt diximus ſuprà de tute. §. fi. cum fideiuſſore, vt ff. rem pup. ſal. fo. l. nō quaſi. in prin. & ff. de præ. ſtip. l. prætoriæ. iij. & ff. qui ſatiſ. cog. l. j, Accurſ.

N. A.

† Eo nomine ſatiſdent. Satiſdare, eſt fideiuſſorē dare, pupilli patrimonium, finita tutela, vel curatione, ſaluum pupillo, adultóve redditum iri. Non enim ſimpliciter cauent, ſed fideiuſſorem præſtant. l. j. & paſſ. ff. rem pupil. ſalu. for.

** Perpetuū multipliciter ſumitur.*

¶ a Perpetuū. i. generaliter. verum aliàs perpetuum. i. generale: vt Cod. de eden. l. edita. aliàs pro tempore ponitur. ſ. quādiu vita durat, vt j. de ver. obl. §. at ſi ita. & ff. pro ſoc. l. prima. vbi de hoc.

**Curatores dati in teſtamēto liberātur à ſatiſdando.*

¶ b Approbata eſt. Idem in curatoribus in teſtamento datis (licet curatores non dantur in teſtamento regulariter) tamē, ſi dati fuerint. confirmantur decreto Prætoris, vel Præſidis. ſic ſuprà tit. proxi. §. ij. & tunc liberantur à ſatiſdando, vt tutores: vt hic, & ff. de confir. tu. l. ſi filio. & l. in cōfirmando. & l. ſeq. & l. vtilitatem. Secus in dato à matre: vt ff. de confir. tu. l. j. ad finem. l. alias. C. eod. tit. l. j. [Intellige quòd dati à matre confirmantur ex inquiſitione: dati verò à patre ſimpliciter. & liberātur à ſatiſdatione. l. j. & ij. ff. de confir. tuto. & ratio aſſignatur hic. Syl.] Sed quare ſecus? Reſpond. quia firmum eſt conſilium patris, & non matris: vt ar. j. qui ali. li. in fi. reſpon. & j. de iniu. §. j. Et quod dicit in teſtamento, idem in tutoribus, in codicillis datis dicam: vt ff. de teſt. tu. l. iij. & facit ad hoc. C. de epiſ. aud. l. de creationibus.

** Tutor datus à matre in teſtamēto, tenetur ſatiſdare.*

¶ c Item, ex inquiſitione. i. dati à iudice cum inquiſitione. vt ſ. de Atti. tu. §. ſed hoc iure.

ADDITIO. Cuius reſpectu vera eſt opinio Ioan. nam communia ſunt relicta ſub ſuo iure naturali primæuo, quo omnia erant communia: nec in aliquo ſibi iuſgentium derogauit: cum propter eorum incompræhenſibilitatem in ſolius Dei dominio remanſerint. Publica verò, veluti compræhenſibiliora totius populi de mundo per iuſgentium fuere applicata dominio.

¶ a Iuriſgentium, id eſt, de iuregentium.

¶ b Maris. ſcilicet, vſus publicus eſt.

¶ c Sicut retia. Hyſteron proteron. i. ordo conuerſus: vt ff. eod. l. riparum.

¶ d Eorum. ſcilicet litorum.

¶ e Nullius. ſ. hominis ſingularis omnium autem ſunt: & ſic differt ab illo §. nullius. infrà ſtatim poſito.

N.A. † Nullius eſſe. Notandum, mare, & littus, hoc loco dici nullius, quod initio dictum erat commune, velut in l. fluminum, 24. ff. de dam. inf. vt bipertita tantùm poſſit eſſe diuiſio l. iij. & l. iiij. ff. ne quid in loc. publ.

¶ f Vniuerſitatis. Quæ etiam publica quandoque dicuntur, id eſt, vnius populi. vt C. de ſacroſanct. eccleſ. l. fin. in princ. Sed aliter accipitur. ſuprà eod. §. flumina. nam loquitur ibi de illo, quod eſt publicũ omnium populorum.

N.A. † Vniuerſitatis. Vniuerſitas quæuis ciuitas eſt extra Romam, vel corpus, vel collegiũ: & hæc ſunt quæ publica propriè dicenda eſſent: niſi nomen hoc propriè ad populum Rom. pertineret. l. publica. ff. de verb. ſign.

¶ g In ciuitatibus. Et ciuitatum ſunt.

¶ h Theatra. à θεάομαι, id eſt, inſpicio, vt in arena Veronẽſi. (Theatrũ.)

¶ i Stadia. Stadium eſt octaua pars milliarij, quod Hercules currebat vno anhelitu, vt legitur in hiſtoriis. (Stadiũ.) (Hercules fuit bonus curſor.)

¶ k Similia. Quę ſunt ad delectationem populi, vt latæ viæ, & picturæ in palatio. (veluti.)

¶ l Et ſi qua alia, ſcilicet, neceſſitatis cauſa facta, vt curia communis palatiũ, nauigium: & ſunt ſupradicta vniuerſitatis dominio & vſu. Sed Placen. dixit vſu tantùm eſſe vniuerſitatis. Alia ſunt, quæ dominio, & fructu ſunt vniuerſitatis, non vſu: vt fundi ciuitatis, & ſerui: vt ff. de in ius vocan. l. ſed & ſi hac. §. qui manumittitur. Et de verb. ſignif. l. inter publica. & de contrahend. empt. l. ſed Cælius. §. j.

ADDITIO. Dicite ex mente doctorũ quòd hæc omnia dicuntur vniuerſitati, & quo ad dominium, & quo ad vſum communem: vt hic, & l. ſicut. §. j. ff. quod cuiuſcunque vniuer. Eſt tamen differentia inter res vniuerſitatis: quia quædam vniuerſitatis appellantur, & quo ad dominium, & quoad vſum communem, vt ſunt theatra, & ſtadia, quædam verò ſunt vniuerſitatis quo ad dominium, & quo ad vſum particularia, vt ſunt prata vniuerſitatis, ex quibus commodum percipitur in particulari. & ita dicunt doctor. Chriſtoph.

¶ Nullus autem. Iſta pars vſque ad §. ſingulorum. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit, quæ ſunt in nullius bonis. Secundò ponit exemplum de rebus ſacris. Tertiò, de religioſis. Quartò, de ſanctis rebus. Secunda ibi, Sacræ res ſunt. Tertia ibi, Religioſum.

Quar a

¶ Nullius [a] autẽ ſunt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ. quod enim diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt.

¶ Res ſacræ ſunt, quæ ritè per pontifices Deo dedicatæ ſunt, ſeu ad diuinum miniſterium deputatæ: quæ nõ poſſunt niſi pro captiuitate hominũ alienari. Aret.

¶ Sacræ res ſunt, quæ ritè, & per pontifices [b] † Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, [c] & donaria [d] †, quæ ritè ac miniſterium Dei dedicata ſunt. quæ etiam [e] per noſtram conſtitutionem [f] alienari, & obligari prohibuimus, excepta [g] cauſa redemptionis captiuorum. Si quis

Quarta ibi, Sanctæ quoque. Et quamlibet partem ſummabo per ſe.

¶ a Nullius. ſcilicet hominis, vel hominum, nec poſſunt eſſe, ſed ſunt in bonis Dei, hominum cenſura ſiue diſpoſitione. & ſic nõ obſtat, quod poſſet dici de communibus & publicis rebus vniuerſitatum quæ videntur nullius eſſe: qa eſſe poſſunt, & ſunt hominum, licet non hominis ſingularis. Item contra. ĩ. eod. §. feræ. Solut. vt ibi.

¶ Sacræ res ſũt. CASVS. P. Clodius Ciceronis domum auctoritate ſua euertit, ibiq; ſignum meretricis cuiuſdã Tangreæ poſuit, ædémque Deæ, libertatis eſſe dixit: neque in ea conſecratione ius Põtificium obſeruauit. quæro an ædes illæ ſint ſacræ? minimè. Põtifices enim ſoli res ſacras conſtituunt. licebatne olim anathemata, id eſt dona illa, quæ Romani ſuis Diis donabant, vendere? vt ſi candelabrum illud è gemmis clariſsimis, opere mirabili perfectũ, quod Syriæ reges Capitolino Ioui poſuiſſent, ſi Verres illud furatus non eſſet, minimè. Iuſtinianus tamen ob captiuorum redemptionem permiſit. Sed ecce: Locus ritè conſecratus erat: dirutum eſt templum: manétne ſacer locus? manet. Et quæ ſunt res ſacræ hoc tempore? Reditus, ſiue vectigalia eccleſiarum, quæ debentur alendis miniſtris Euangelij, & paupéribus ſcholaſticis. Qui ſunt ſacrilegi? Ventres otioſi, gurgites, & helluones bonorũ eccleſiæ. qui abdomini, quaſi Ioui ſuo, ſeruiunt, qui bona pauperibus relicta, & ſcholaſticis abliguriunt, quorum gemit ſub pondere terra. Corn. Vibul.

¶ Not. quid ſi ſacrum. item, ꝙ ſacra, etiã Imperialibus decretis prohibentur alienari, excepta cauſa redemptionis captiuorum. Item, ꝙ nemo ſibi ſacrum propria auctoritate conſtituit. Item, quòd locus vbi eſt eccleſia, ea diruta, remanet ſacer. Syl.

¶ a Pontifices. id eſt, Papam & epiſcopos. Sed nunquid Imperator dedicare poteſt? Videtur, quòd ſic: vt ff. eod. l. ſacra. §. j. vbi dedicat. id eſt, poteſtatem dedicandi dat: nam olim Imperatores erãt ſacerdotes: vt in canonibus dicitur. Vel dic, dedicat alij, puta epiſcopo p-mittẽdo ſine requiſitione, vel concedit, ſcilicet requiſitus.

† Per Põtifices. Vide l. ix. §. ij. ff. hoc tit. vbi Iuſtinianus ſimile quid de Eccleſiaſticis, ritibus retinuit, de huiuſmodi ritibus inculcat. N.4.

¶ Vera ſolutio eſt, quòd loquitur ſecundùm tempora antiqua, quando poteſtas religionis non erat reſtricta ad Pontifices; vt hodie. Sylueſt.

¶ b Aedes ſacræ. Hic locus dicitur ſacer. vt hic, & ſanctus: vt C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus j. Item religioſus: vt in authen. vt religioſæ domus.

¶ c Et donaria. Aliàs dona, id eſt thuribula, & cruces, & calices. Accurſ.

† Donaria. Donaria, ſiue dona, ſunt ἀναθήματα. l. ſancimus. 18. C. de ſacroſ. Eccleſ. l vj. ff. ad leg. Iul. peculat. N.4.

¶ d Quæ etiam. ſcilicet donaria. non autem referas ad ædes ſacras. nam illæ nullo modo poſſunt alienari: vt in authen. de alie. & emphyt. §. & quoniam cognouimus. Accurſ.

¶ e Conſtitutionem. vt C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ſancimus. Accurſius.

¶ Dic tamen, quòd illa conſtitutio nihil valet: quia communiter cõcludunt doctor. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. quòd etiam illæ leges, quæ in beneficium eccleſiarum ſunt factæ ab Imperatore. ex defectu poteſtatis non valent. Sylueſt.

¶ f Excepta. Nam hominũ animæ quibuſlibet rebus proponendæ ſunt: vt C. de ſac. ſan. eccleſ. l. ſancimus. j. in fin. Item, propter debitum, ſi quod habet eccleſia: vt in authent. de alien. & emphy. §. hoc etiam ſuper ipſis. Item, propter alimenta pauperum: vt xij. q. ij. cano.

cano.aurum habet eccleſia. Accur.
ADDITIO. Vnde verſus : Vtilitas, incommodum, Pietáſque neceſſe, Res alienari permittunt eccleſiarum.
Vide tex. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccl. & ibi doct. Syl.

N.A. † Auctoritate ſua. Sacræ res, ſuperis, religioſæ, inferis conſecrabãtur: ſed ſtante Rep. à populo, poſt à principe impetranda poteſtas erat. l. vj. l. ix. ff. hoc tit. Religioſæ Diis inferis aſſignabantur. Varro, & Cicero. Religioſum à relinquendo deducunt: quoniam in arando, locus in quo quis humatus erat, relinquebatur, ne reliquiæ violarentur. Vide l. ij. & l. ix. C. de Religioſ.

reſponſo dit. l. 75. D. de contr. emp.

autem auctoritate ſua †, quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum [b]. Locus autem, in quo edes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet [b] vt Papinianus reſcripſit.*

¶ Religioſum locū quiuis propria auctoritate facere poteſt : mortuum ſcilicet in propriũ fundum inferẽdo: ideo ſocius communem fundũ inuito ſocio, religioſum non facit : nec proprietarius contradicente fructuario.

¶ Religioſum locum vnuſquiſq; [c] ſua volũtate facit, dum mortuũ [d] infert in locũ ſuum. In communem autem locum purũ [e], inuito ſocio, inferre non licet [f] : in commune verò ſepulchrum etiam inuitis [g] cæteris, licet inferre. Item, ſi alienus vſuſfructus [h] eſt, proprietarium [i] placet niſi conſentiẽte [k] *

a Profanum. i. Non ſacrum.

b Sacer adhuc manet. Deſinit tamen eſſe ſacer, ſi ab hoſtibus capiatur. vt j. de inutil. ſtipul. §. primo. & ff. de religio. l. cùm loca. Item, locus ille religioſus eſſe deſinit, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant : vt ff. eodem. l. ſacra. §. illud. & de relig. l. antepe. in fine.

Religioſum. CASVS Quomodo locus olim fiebat religioſus? Humato in eo cadauere. Quid, ſi locus eſt mihi cum Tullio communis? vtriuſque conſenſu opus eſt. Quid, ſi commune ſit ſepulchrum? etiam aliis inuiti licet. Ego dominus eram fundi. tu habebas vſumfructum: poſſumne illum ſine tuo conſenſu religioſũ facere? minimè. Locus iſte eſt Cæcilij, volẽte & cõſentiẽte ipſo hominẽ humari, poſteà queritatur & negat ſe ratum habere : manétne locus religioſus? manet. Cor. Vib.

c Vnuſquiſque. Aliud in ſacro : vt ſuprà eodem. §. ſacræ.

ADDITIO. Hodie tamen de iure canonico requiritur auctoritas epiſcopi. c. pen. & fin. extrà de conſecrat. eccl. vel alta. iſta tamen ciuilis religioſitas impedit loci alienationem ſecundùm Iaſ. & Ang. hic.

d Mortuum. ſcilicet totum, vel ſaltem caput : cuius imagine cognoſcimur : vt ff. de religio. l. cùm in diuerſis. In fine. Quid ſi partialiter caput eſt in diuerſis locis? Reſpõ. illum eſſe religioſum, vbi eſt maior pars : vt arg. ff. de ſtatu homi. l. quæritur. & j. de vulg. ſubſti. §. & ſi ex diſparibus. Si autem æqualiter, neuter, ſecundùm Io.

ADDITIO. Et not. quod ſi pars anterior appareat, illa tamquã nobilior inſpicitur. argũ. l. quod conclaue. ff. de damno infect. Ang.

concedit. D.

e Locum purum. id eſt, Qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt ff. de relig. & ſumpt. fune. l. ij. §. purus autem locus. vide gloſ. in cap. abolendæ. extra de ſepultu.

f Inferre non licet. Extraneos. nam ipſe ſocius rectè ibi ſepeliri poteſt, etiam ſine conſenſu cæterorum: maximè cùm non eſt alius locus in quo ſepeliretur: vt ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſi plures.

g Inuitis. Hoc fauore religionis iam factæ : aliàs contrà: vt ſ. proxi. §. & ff. communi diui. l. Sabinus.

† Sepulcrum etiam. Eatenus fit religioſus locus, quatenus corpus humatũ eſt. l. ij. §. ſecundùm. ff. hoc tit. Iſque locus claudi materia ſolebat. l. æde. 75. ff. de contrah. emptio. N.A.

h Vſusfructus. ſcilicet loci puri: arg. ff. de vſu. & habi. l. fin.

i Proprietarium. Niſi conſentiat fructuarius: vel niſi teſtatorem, qui vſumfructum legauit, velit ſepelire hæres: vt ff. de relig. l. ij §. ſi vſumfructum.

k Conſentiente. Quid ſi primò con-

ſenſit. poſt pœnituit ante illationem? Reſpon. ſufficit ſemel voluiſſe: vt ff. de aqua plu. ar. l. in diem. & j. proxi. §.

ADDITIO. In text. ibi, Ratum non habuerit, expungendam eſſe hoc loco negationem, queadmodũ & in l. in tantum. §. religioſum. ff. eod. cenſet Ant. Augu. emendatio. lib. j. cap. iij idque probat cũ ex Pandec. Florentin. tum ex Theophilo Grę-co inſtitutionũ interprete: atq; ita in huius loci ſenſu erit, locum religioſum fieri, ſi quamuis non concedente domino illatus ſit mortuus, ſi modò id ratum poſtea dominus habuerit.

* delda negatio

vſufructuario, locũ religioſum non facere. In alienum locum cõſentiente domino, licet inferre: & licet poſteà ratum nõ * habuerit quàm illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.

¶ Res ſanctę ſunt portæ & muri ciuitatum, quaſi pœna legali firmata. Item leges pœnales propriè vocantur ſanctiones. Aretin.

¶ Sanctæ quoque res, veluti muri [a], & portę ciuitatis*, quodammodò diuini iuris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos [b] dicimus: quia pœna capitis conſtituta* eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint [c]. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas cõſtituimus [d] aduerſus eos, qui contra leges fecerint, Sanctiores [e] vocamus.

¶ Rerum dominia

* abeſt T. & D.

* ex lege Romuli.

¶ Sãctæ quoq;. CASSVS. Cuius ſunt muri, & portæ vrbis Romæ? nullius. quid ita? quoniam Pontifices ea ſancta ſolebant facere, ideóque diuini iuris cenſere. Rhemus frater Romuli muros vrbis tranſilierat, peccauitne? quod ſanctũ erat violauit. eóque à Romulo fratre, vtpote magiſtratu, interfectus eſt. Hodie inter Chriſtianos ſúntne ſancti? non: quomodo apud Romanos antiquitus. Ex quo apparet Iuſtinianum ineptiſſimè multa ex veterum libris ſine cauſa inculcaſſe: multa verò ademiſſe. Sequens §. non indiget explanatione. Corn. Vib.

¶ Not. quę dicantur res ſanctæ, & quare. Item, quòd valet argumentum ab alluſione vocabuli. Item, quòd pœna capitis eſt in tranſcendente muros ciuitatis Romanæ. Item, quæ propriè dicantur ſanctiones: quam quidem deriuationem approbat etiam Macrobius lib. iij. Saturnal. Quid autem, & vnde dicatur Sanctum, docet Budæus in tit. ff. eo. in ſuis annotat. Syl.

¶ Sanctæ quoque. Hæ neque ſanctę, neque religioſæ ſunt. Portæ, & muri dicari non ſolebant. Itaque neque ſacri, neque profani erant. d. l. ix. §. j. Sed ſancti dicantur hominum reſpectu dũtaxat: quia lædi ſine capitali pœna non poſſunt, & ideo ſacri quadantenus dicuntur. l. ſecunda. ff. ne quid in ſacro lo. Sic legatorum corpora ſacroſancta dicũtur. l. vltima. ff. legat. Sic leges, propter pœnæ adiectionẽ ſanctæ appellãtur. l. ſanctio. 41. ff. de pœn.

Nota.

¶ a Muri. ſ. ciuitatis Romanæ. [Et tunc eſt pœna capitis. l. fin. ff. eo. & ibi not. Syl.] Quid de ciuitate alia, vel caſtro? Reſpon. nec ibi quicquã facere licet ſine auctoritate Pręſidis: vt ff. eo. l. ſacra. §. muros, vel fortè vniuerſitati licet, non priuato: vt C. de pub. l. omnes.

ADDITIO. Iſta gloſ. iuncto ſuo text. eſt not. ad hoc, quòd illi ſtultè agunt, imo etiam contra ius: qui domos conſtruunt contiguas, ſeu adhærentes muris ciuitatis, vel caſtri: vt ff. eod. l. ſacra. §. muros. Placen.

¶ b Sanctos. id eſt, firmos à ſancio ſancis: non calce vel lapidibus, ſed lege firmatos, vt ſequitur.

¶ c Deliquerint. ſ. tranſcendendo vel rumpendo: ſicut fecit Rhemus frater Romuli: vt hic, & ff. eo. l. fin. vnde Lucanus: Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

¶ d Conſtituimus. vt Codice de leg. & conſtitut. lege, non dubium. & ſimiles.

¶ e Sanctiones. in ſtricta ſignificatione: quandoque tamen ponitur largius, pro qualibet imperiali lege: vt Cod. de nouo Co. fa. §. quibus ver. colligentes verò, &c. Quandoque largiſſimè pro collectione totius iuris ciuilis: vt in proœ. ff. in princ.

ADDITIO. Cicero pro Balbo, Sanctiones, inquit, ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione, aut conſecratione legis, aut pœna: cùm caput eius

Digitized by Google

eius,qui contrafecit,conſecratur.

Singulorũ. Iſta eſt ſecũda pars principalis huius tituli, quæ diuiditur in quinque partes principales. Primò, qualiter acquiruntur nobis res, quæ in nullius bonis ſunt. Secundò, qualiter acquiruntur ea, quæ ſunt alterius,ex facto noſtro,ex pmiſtione, vel fabricatiõe. Tertiò, quando vſufructuarius, vel bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos: & quid contineatur appellatione fructuum. Quartò, ponit vnum caſum exceptiuum à prima parte, videlicet, quòd ea quæ sũt in nullius bonis, non tamen in totũ, efficiuntur occupantis. Quintò, quando per traditionẽ, vel non in perſonã certam, vel incertam dominium transferatur. Secunda ibi. in §. cùm ex aliena materia. Tertia ibi, Si quis autẽ. Quarta ibi, in §. theſauros. Quinta ibi, in §. per traditionem. *ex Vlp. tit. 19.

singulis hominibus, aut iure naturali, aut iure ciuili acquirantur. Quibus igitur modis res fiant noſtræ naturali iure, tradere incipit.

¶ Singulorũ * autẽ hominum multis modis res fiũt: quarundam enim rerum dominium nãciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus [a]) appellatur ius gentium: quarundam verò iure ciuili [b]. Commodius eſt itaque à vetuſtiori [c] iure incipere. Palàm eſt autem, vetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano † rerum natura [d] prodidit [e]: ciuilia autem * iura tunc eſſe cœperũt, cùm & ciuitates condi, & magiſtratꝰ creari †, & leges ſcribi cœperunt.

¶ Horum, quæ ſubijciuntur, dominia præoccupanti iure gentium conceduntur. Et in alieno occupata fera occupanti quæritur.

¶ Annotato, alienum fundum, domino reluctante, ingredi nemini licere.

¶ Feræ igitur be-

a Diximus. Sed vbi? Reſpond. ſuprà de iur. natu. §. primo. ibi, quòd verò naturalis. Vel ſuprà de iur. natu. §. ſed naturalia. Vel melius. ſ. eo. §. & quidẽ. ADDITIO. Dic quod iſta glo. videtur approbare vltimam opin. hic poſitã in gl. ſed illa non videtur vera: vt in §. j. in ver. quod verò. ſ. de iur. nat. An.

b Iure ciuili. Vt vſucapione, arrogatione, ſucceſſione, deportatione, monachatione: de quibus incipiet dicere. infrà de vſucap.

c Vetuſtiore. Sic ff. de iu. im. l. sẽper.

N. A. † Ipſo genere humano. Ergo ante ius gentiũ, quo dominiorũ diſtinctio inducta eſt. l. 5. ff. de iuſt. & iure. Reſpexit igitur ad occupationem: vnde prima rerũ dominia cœperunt, l. j. ff. de adq. poſſ.

d Rerum natura. i. Deus.

e Prodidit. i. ſtatim cùm procreauit Deus gentes, ſtatim fuit ius gentium.

† Magiſtratus creari. Iꝰ gẽtiũ magiſtratus creauit: Magiſtratus verò leges. d. l. v. de iuſt. & iur.

Feræ igitur. CASVS. Ferdinãdꝰ rex Hiſpaniæ offendit terras nouas, ex quibꝰ auri & lapillorũ pretioſorũ vim immẽsã deportauit. Quæro, cuius omnia illa eſſe debeant? Ipſius regis inuẽtoris. quo iure? Naturali, i. gentium: quo, quæ nullius ſunt, primo occupãti cõceduntur. Age verò, quid ſi vrsũ in tuo fundo interfecerim, cuius erit vrſus? aut ibidem volucres aucupio ceperim, erúntne meæ? erunt. ego tamẽ aditu mei fundi te ꝓhibere potero. Sed ecce, Vrsũ ceperã, & cũdiu voluptatis cauſa cuſtodiſſẽ, effugit: deinde Titius eũ interfecit. nũquid vrſus eſt meꝰ? minimè. Quid ſi modò tãtũ effugiſſet, & cũ adhuc eũ viderẽ: aſſequi tamen aut vix, aut ne vix quidem poſſem: & Titius eum interfecerit? Nihilominus eſt Titij. C. Vi. *enim.*

ADDIT. Cic. li. de fini. iij. beſtias hominũ cauſa natas ait, ex Chryſippi ſententia, vt ad ſuã vtilitatem ſine iniuria vtãtur: & quẽadmodũ, inquit, in theatro, quãuis cõmune ſit ciuitatis, eũ locũ iure quiſq; tenet, quẽ occupauit ita in vrbe mũdóve communi nõ aduerſatur ius, quominus ſuũ quoque cuiuſq; ſit.

Feræ igitur. Quia à vetuſtiori incipiendum eſt, igitur, &c.

† Piſces. Piſcari in alieno lacu, vel ſtagno: vœnari & aucupari in alieno agro licet: l. iniuriarum. 13. ff. de iniur. l. tertia. ff. de adq. rer. dom. Quia feræ nullius ſunt, & qui eas, vel in N. A.

ſuo, vel in alieno capit, non quod ſuũ, aut alienum eſt, capit, ſed quod nullius eſt. l. vſufruct. 62. ff. de vſufruc. Sed quoniam alienum aditu ſui fundi prohibere licet, qui feram, ſine domini permiſſu in alieno capit, ſuã illam non facit. l. Diuus. 16. ff. de ſeruit. ruſtic. prędi. l. in laqueum. 55. de adq. rer. dom.

* Id eſt.

* capiatur. D.

¶ a Cælo, id eſt, aëre.

¶ b Simul atq;. i. ſtatim poſtquã, &c. Sed nũquid res ſacræ concedũtur occupãti: vt ſ. eo. §. nullius? Reſp. Res dicitur eſſe in nulli° bonis ſex, vel ſeptem modis. Natura, vt hic: Facto, vt j. eo. §. pe. Item tempore: vt ff. de acqu. rer. do. l. nunquam. §. theſaurus. Et in his tribus locũ habet hæc regula, niſi quòd in theſauro de æquitate dimidium domino ſoli reſtituitur: vt j. eod. §. theſauros. Item cenſura: vt ſ. eo. §. nullius. Item caſu, vt in hæreditate iacente, quæ vicem domini repræſentat: vt j. de ſtip. ſer. in princip. Item, culpa hominis, vt ſi eiiciam ſeruum ægrotantem: vt C. de la. li. tol. l. j. §. Sed ſcimus. & etiam hic. Item, iuris naturalis conſtitutione: vt liber homo, vt ff. de verb. obliga. l. inter ſtipulautem. §. ſacram.

Res dicitur eſſe in nullius bonis ſeptem modis

* quiſque.

* id.

* iure.

¶ c Nec intereſt. Quo ad acquirendum dominium.

¶ d Venandi. Aliud ſi cauſa requirendi fugitiuum meum: vt C. de ſer. fug. l. ij.]Quod in odium ſeruorũ inductum eſt: ſecùs in aliis: niſi ſint indicia: quia non perquiruntur in fundis, aut domibus alienis, vt hic per docto. Syl.] Vel glandis colligendæ cauſa: vt ff. de glan. leg. l. vnic. vel vt recipiam pecuniam, quam ibi abſcondi. vt ff. ad exhi. l. theſaurus. vel ſi vindemiam quam emi, tollere me venditor prohibeat: vt ff. de actio. empt. l. qui pendentem.

¶ Adde idem, ſi via erat dirutà. l. ſi locus. §. fin. ff. quẽad. ſerui. amit. Syl.

ſtiæ, & volucres, & piſces, & * omnia animalia, quę mari, cælo [a], & terra naſcuntur *, ſimul atque [b] ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. Quod enim antè nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec intereſt [c], feras beſtias, & volucres, vtrum in ſuo fũdo quis * capiat, an in alieno. Planè, qui alienũ fundũ ingreditur venãdi [d], aut aucupãdi gratia, poteſt à domino, ſi is * præuiderit *, prohiberi, ne ingrediatur [e], Quicquid autẽ eorũ ceperis †, eo vſq; tuũ eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coërcetur. Quum verò tuam euaſerit cuſtodiam, & in libertatem [f] naturalem ſeſe receperit, tuum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis [g] ſit eius perſecutio [h].

¶ Licet fera ſylueſtris ab aliquo vulneretur, ita vt veriſimiliter poſſit capi: tamen non efficitur vulnerantis, niſi eam ceperit. Aretin.

¶ e Ingrediatur. Quid, ſi poſt ꝓhibitionẽ quid ceperit? Reſp. non facit ſuum: vt C. de rei ven. l. ſi fundum. & l. certis. & facit j. eo. §. ſi apum. verſi. planè.

ADDITIO. Dic iſtud verũ ſecundùm Ang. ſi fructus fundi conſiſtebant in venatione, aliàs ſecus, vt tenet glo. in l. diuus. ff. de ſeru. vrb. præ. & in l. iij. ff. de acqui. rer. dom. quamuis Porc. ſequatur iſtam gloſ.

† Quicquid autem eorum ceperis. Quoniam feræ dominiũ, neque ex perſecutione, aut venatione, neq; ex vulneratione, ſed ex ſola poſſeſſione nanciſcitur. d. l. in laqueum. ff. de adq. rer. do. Denique ferarum dominium in ſola poſſeſſione conſiſtit. l. iij. §. item feras. ff. de adq. poſſ. N. 1.

¶ f In libertatem. id eſt laxitatem, vt ſtatim ſequitur: vt ff. de acqui. rer. do. l. naturalem. & l. Pomponius.

¶ g Difficilis. i. impoſſibilis. ſic ff. pro ſoc. l. de illo. in gl. difficile. econtra. ff. de iis, qui deiec. vel effu. l. ij. Accurſ.

¶ Malè exponit gl. quia arbitrarium eſt cognoſcere, an ita effugerit, vt libertatem ceperit: vt eſt de mente glo. in ſeq. §. in verb. capi. Syl.

¶ h Perſecutio. Sic. ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. Nerua.

¶ Illud quæſitum. CASVS. Antonius dum ceruum venaretur, ita eum ſauciauit, vt & facile, ſi ꝓſequatur, capere

enim

¶ Illud[a] quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, vt capi poſſit[b], ſtatim tua eſſe intelligatur. Et quibuſdam* placuit ſtatim eſſe tuam: & eouſque tuam videri, donec eam perſequaris. quòd ſi deſieris eā perſequi, deſinere eſſe tuam: & rurſus fieri occupantis. Alij verò putauerunt non aliter tuā eſſe, quàm, ſi eam ceperis. Sed poſteriorem[c] ſentētiam nos confirmamus: quòd* multa accidere[d] ſoleant*, vt eam non capias[e].

Trebatio.D.

quia.

poſſint

¶ Apes quę in nullius bonis ſunt occupanti concedūtur, & earum fructus, ſicut & aues: licet in aliena arbore capiātur. Dominus tamen à principio ingredi prohibere poteſt. Et examen eorum tuum eſt, donec difficilis non eſt perſecutio. Aret.

¶ Apum[f] † quoq; fera[g] natura eſt. Itaq; apes*, quę in arbore tua cōſederint antè, quàm à te alueo[h] includātur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideóque ſi alius eas incluſerit[i], is earū dominus erit[k]. Fauos quoque ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Planè integra re[l], ſi præuideris[m] ingredientē fundum tuum:

abeſt.

eum poſſit, & niſi perſequatur, amittere. Alter deinde illum interficit. Nónne ceruus erit Antonij? minimè. natura enim, quæ faciles feris euaſiones dedit, ſibi eas, niſi ab homine captas & poſſeſſas repēte vēdicat. Cor. Vi.

¶ Not. modum conſulendi, vt primò adducātur rationes partis contrariæ, poſteà ſuæ, tertiò ponatur opinio. Item, not. inſpici quod euenire poteſt. Item, quòd vulnus etiam tale, vt fera ita affecta ſit, quòd capi poſſit, nō facit eā vulnerātis, ſed exigitur captura. Syl.

¶ a Illud. Sic. ff. de acq. rer. domi. l. naturalē. §. illud.

¶ b Capi poſſit. Conſiderata natura hominis, & & animalis, non diuina poſſibilitate: licet nec omnino facilitatē conſidero.

¶ c Sed poſteriorem. Sic. ff. de acq. rer. do. l. in laqueum.

¶ d Accidere. licet enim probetur vnū. i. eā vulneratam, non tamen ſequitur vt capi poſſit: vt C. de proba. l. neque natales.

¶ e Non capias. Nō ꝙ inſpicitur, quòd euenire poteſt: ſic ff. loc. ſi quis domū. §. idē quærit ſi ſūptus. & ff. ad Trebel. l. Lucius. §. pe. & ad leg. Fal. l. in quātitate. §. magna. & ff. ex quib. cau. ma. l. ſed & ſi per prætorē. §. ſi ferię. & ff. de ſer. ruſti. præd. l. qui ſella. §. ij. & de dam. infec. l. qui bona. §. cū inter. argu. tamē contra. ff. de pecu. l. eodem tempore. j. reſpon.

¶ Apū quoque. CASVS. Apes quædam in arbore mea conſederant. Titius in fundū meū ingreſſus eas alueo ſuo incluſit: vtrius noſtrûm erunt? Titij. qua ratione? quia feræ, in quibus ſunt apes, primi ſunt occupantis. Quid ſi fauos, i. domunculas ac cellulas ſuas fecerint, & vt ait Virgilius, Prima fauis ponant fundamina, deinde tenaces ſuſpendant ceras? Erunt nihilominus primi occupantis. Aditu tamen illum ingredi volentem, prohibere poteris. Apes meæ nouam ſobolem fecerāt, illa euolat in vicini fundum è conſpectu meo, vicinus hāc alueo recipit: nūquid mea remanet? minimè. Apum enim eadem, quæ aliarum ferarū ratio eſt. C. Vib.

¶ Not. ꝙ in iis quarum fera natura eſt, neceſſaria eſt occupatio ad trāſlationem dominij. Item, quòd eouſque dominium retinetur, quouſq; non eſt difficilis perſecutio. Syl.

¶ f Apum. Concord. §. de acq. rer domi. l. naturalem. §. apū. † Apum. de ſylueſtribus loquitur, id eſt, quæ nunquam in alueo fuerunt. Nā vernaculæ, in patrimonio noſtro ſunt. l. viij. §. j. ff. famil. erciſc.

N.A.

¶ g Fera. i. Non manſueta.

¶ h Alueo. Vas eſt, vbi apes manent. Quandoque pro loco vbi flumen currit, ponitur: vt infrà eodem. §. inſula.

Alueus duo ſignificat.

¶ i Incluſerit. Quod Bul. facere noluit in his, & ſimilibus, dicens, magis timeo ſcandalum, quàm futurum iudicium: vt not. ff. de acqui. rerum do. l. in laqueum.

Scandalum timēdum eſt.

¶ k Dominus erit. Nec furti tenetur: vt ff. de furt. l. apes.

¶ l Integra re. i. antequàm intrent, vel priuſquàm eximantur.

¶ m Præuideris. Quid, ſi fuerit ingreſſus, an poterit retinere eum, vt

Digitized by Google

poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur. Examẽ a † quoq;, quod ex alueo tuo euolauerit, eouſq; intelligitur eſſe tuũ, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eius eſt: alioquin occupantis fit.

¶ Animalia, quæ naturaliter ſunt fera, ſed per accidẽs manſueta, tamdiu ſunt noſtra, quamdiu retinent conſuetudinem eundi & redeundi.

¶ Pauonum quoque† & colũbarũ † fera b natura eſt, nec ad rem pertinet c, quòd ex cõſuetudine euolare * &, reuolare ſolent. nam & apes idem faciunt, quarum d cõſtat feram eſſe naturam.

Ceruos quoque quidã ita manſuetos habent, vt in ſyluas ire, & redire ſoleant: quorum e & ipſorum f feram eſſe naturã nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex cõſuetudine abire, & redire ſolẽt, talis regula g comprobata eſt, vt eouſq; tua eſſe intelligantur donec anj mũ reuertendi habeant. Nam ſi reuertendi animum habere deſierint h,

det quod acceperit: cùm homo quilibet poſſit prohibere, ne quis intret fundum ſuum? Reſpond. cùm dominus factus ſit per occupationem, non video quare deſinat eſſe dominus: argumen. huius §. qui tantùm preuidenti conſuluit.

Examen tripliciter acceptum. ¶ a Examen. id eſt, Vniuerſitas apum. aliàs pro approbatione ponitur: aliàs pro iudicio: vt C. de aduo. diuer. iudi. l. nemini. §. j. Et fortè ſeruatur aliud de cõſuetudine in hoc §. & in ſuperioribus duobus.

N.A. † Examen. Soboles enim apũ, etiam vernacularũ ferarũ nomine continetur, & libertate naturali fruuntur. l. ſi apes. 26. ff. de furt. Dubia controuerſia erat ex regula: Partus ſequitur ventrem. l. 28. ff. de vſufruct. Sed alia eſt ferarum, alia mãſuetarum ratio.

¶Pauonũ quoque. CASVS. Ceruus erat (quem deſcribit Aen. viij. Virg.)

—forma præſtanti, & cornibus ingẽs,
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab vbere raptum
Nutriebãt, Tyrrhúſque pater, cui regia parent
Armenta & latè cuſtodia credita cãpi:
Aſſuetũ impiis ſoror omni Syluia cura
Mollib⁹ intexẽs ornabat cornua ſertis,
Pectebatq; ferũ, puroq; in fõte lauabat.
Ille manũ patiẽs, mẽſæq; aſſuet⁹ herili
Errabat ſyluis, rurſúſq; ad limina nota
Ipſe domũ ſerã quãuis ſe nocte ferebat.

Ad extremum tamen redire deſtitit. Eũ Titius occidit: nónne Tyrrhus actione aliqua Titium vleiſci poterit? minimè. Cerui enim ferarum in numero ſunt, quæ primi occupantis fiunt. Quod idẽ de pauonibus & columbis dictum volo. Et quid diceres de Luſcinia, quam emi maximo pretio, an ſi ex cauea euolauerit, & Titius eam ceperit, futura eſt Titij? Sine dubio. cùm eius fera natura ſit. Cor. Vibul.

† Pauonũ quoque. Siquidem ſũt agreſtes qui in nemoroſis locis paſcuntur: vt Varro & Columella ſcribunt. Nam domeſtici certè ſunt manſueti, & in noſtro patrimonio. l. 37. ff. de furt. l. 8. §. 1. ff. famil. erciſ. Virgil. Aeneid. li. 7. de ceruo Syluiæ. *N.A.*

** euolare.*

† Et columbarum. Harũ dominium in poſſeſſione conſiſtit: poſſeſſio in reuertendi cõſuetudine. l. 3. §. quidam. ff. de adquir. re. dom. Itaque furtum earum committitur. d. l. 8. §. 1. ff. fam. erciſc. *N.A.*

¶ b Fera. id eſt, nõ prorſus domeſtica, vel mãſueta.

¶ c Nec ad rem pertinet. id eſt, non obſtat iis, quæ diximus.

¶ d Quarum. ſcilicet apum.

¶ e Quorum ſ. ceruorum in genere.

¶ f Ipſorum. ſ. ſingulorum in ſpecie.

Animaliũ tria ſunt genera. ¶ g Talis regula. Hic not. tria genera animalium, Manſueta, vt ſunt gallinæ: in quibus locum habet hæc regula, vt vbicunque ſint, domini eſſe intelligantur: vt j. proxi. §. Item fera prorſus. & in his habet locum alia regula, quia occupanti conceduntur: vt ſ. eo. §. feræ. & §. illud. & §. apũ. & §. examen. Itẽ, fera naturaliter, ſed accidentaliter manſueta: & in his obtinet hæc præſens regula. & facit ad hoc. ff. eo. de acqu. rer. do. l. naturalem. per totam. vſq; ad §. fi.

¶ h Deſierint. Exteriora indicãt animi ſecreta interiora. facit de ædili. edict. l. ſi tamen. §. ij. vnde verſus, Intima per mores cognoſcimus exteriores.

ADDI

ADDITIO. Et hoc comprehenditur, ſi viſo domino, vel familiaribus non redeunt, vt ſolebant: niſi per aliquot dies hinc inde, non tamen ſi in ſyluis aberraſſent, ſecundùm Ang.

¶ Gallinarum. THEMA. Quid * gallinarū qualis naturæ eſt? pleræq; omnes ſunt manſuetæ, item vt anſeres. Quare quamuis diu anſeres aut gallinas amiſerim, in meo tamen dominio remanēt: adeò, vt qui animo eas ſibi habendi, retinet, furti alligetur? Quod idem puto de pſittacis, qui interdum euolare & redire ſolēt. māſuetos enim eſſe potius crediderim. Corn. Vibul.

* i eſt T. & D.

¶ Not. gallinarum & anſerum duplicē eſſe ſpeciē. Item, quòd gallinarum dominium nō amittimus, eo quod exeunt conſpectum. Ratio eſt, quia nunquam fuerunt liberæ, & ideo non reuertuntur ad libertatem. Item, quod furtum non committitur ſine animo: & poteſt fieri etiam in vna gallina Syl.

¶ a Gallinarum. ſ. omnium, vt ſtatim innuit. Vel dic ſingularum in ſpecie.

Nota. ¶ Gallinarum. Nota hic manſuetas aues eas ſolas dici, quæ niſi turbatę non euolant. l. v. §. vj. ff. hoc tit.

¶ b Feras. Vt phaſianos.

ADDITIO. Varro libro de re ruſtica iij. capite ix. Columella lib. viij. cap. ij. ſcribunt tria eſſe genera gallinarum: eſſe cohortales ſiue villaticas, eſſe ruſticas, quæ nòn ita manſuetæ ſint, nec ſine cauea Romæ videantur, nec capiantur niſi ab aucupe: eſſe Africanas, ſiue Numidicas, quas Græci μιλεαγρίδας appellant.

¶ b Anſeres. ſ. domeſtici.

¶ d Gallinæ. ſ. domeſticæ.

¶ e Turbati. Vt per vulpē, vel miluum.

¶ f Qui lucrandi animo. ſ. vt habeat pennas, vel oua. aliàs enim non committitur furtum, niſi lucrandi animus interueniat: vt ff. de furt. l. j. §. fin. Sed nunquid dolus ſit in vno ouo? Reſp. ſic. ſed de dolo non agitur in re minori duobus aureis: vt ff. de dol. l. ſi oleum. §. fin. & l. ſequē. Sed quare non agitur de dolo, cùm agitur furti. vt hic? Reſp. furtum fit plerumque: & ideo frequentius puniendum eſt: ſecundùm Ioann. vt ff de pœn. l. aut facta. §. fina. [De hac ratione & eius veritate dicetur ī. titul. de action. & dixi latius in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Syl.] Et not. ex hoc §. quòd qualibet actio etiam pro vno nummo datur: vt ff. de damn. infect. l. ſi proprietarius. in ſi. j. reſp. & ff. de coniung. cum emācip. lib. l. j. §. illud. Sed fallit in caſibus: vt ecce, ſi commodo tibi ſeruū, & tu eum alis, non repetis à me expenſas modicas: vt ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. & ff. de impen. in rebus do. fac. l. omnino. Et excepta actione doli, vt dictum eſt. Item, excipe quod eſt. ff. de damn. infec. l. ex damni. in principio.

Furti actio datur pro modico, nō autē actio de dolo.

* caſu

etiam * tua eſſe deſinunt, & fiunt occupātium. Reuertendi autem animum videntur deſinere habere tūc, cùm reuertendi cōſuetudinem deſeruerint.

¶ Gallinæ & anſeres domeſtici tui ſunt, etiamſi conſpectum tuum effugerūt: & qui eas accipit animo lucrandi, furtū committit. Aretinus.

¶ Gallinarū [a] autē & anſerum non eſt fera natura: idq; ex eo poſſumus intelligere, quòd aliæ ſunt gallinæ, quas feras [b] vocamus: item alij ſunt anſeres, quos feros appellamus. Idcóque ſi anſeres [c] tui, aut gallinæ tuæ [d] aliquo modo * turbati [e], turbatæve euolauerint, licet conſpectū tuum effugerint, quocunq; tamen loco ſint, tui, tuæve eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo [f] ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

¶ Item ea quæ. CASVS. Scipio Carthaginem bello cepit. M. Marcellus Syracuſas. L. Mummius Corinthum. Omnes illæ regiones, vrbes, opes theſauri cuius fuerūt? Populi Romani victoris. Quid Aſdrubal, Iugurtha, Perſes, & tam multi reges, cuius erunt? Eiuſdem populi Romani. Itaque in triumphum ducti, ſecuri percuſſi ſunt. Victoria enim liberos homines ſeruos hoſtium facit. Duos inſequentes §§. claros per ſeſe illuſtrare non poſſumus. Cor. Vibul.

¶ Nota, quòd in bello capta, etiam ſi liberi homines ſint, noſtra fiunt. Item, quod captus recuperat liberta-

Digitized by Google

tem, ſtatim vt ad ſuos ſeuit, & euadit cuſtodiam. quæ nota: quia ambo requiruntur, cùm copulatiuè hic ponantur. Syl.

a Ex hoſtibus. Vt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi populo Romano: vt ff. de capti. & poſtli. mi. reuer. l. hoſtes. & ff. de verbo. ſignifi. l. hoſtes. & l. quos nos hoſtes.

N. A. Iure gentium. Itaque ſeruitus cõtra naturam eſſe dicitur, in l. 4. ff. de ſta. ho. Nota, hominum tria eſſe genera: quædam ſunt iuris naturalis, vt homo. §. j. ſup. de libert. Cognatio. l. vij. ff. de cap. minu. Quædam iuriſgentium: vt liber, ſeruus, libertus, patronus. d. §. j. quędam ciuilis, vt agnatio, adeptio. l. iiij. §. j. ff. de gradib.

*libertatem.

¶ Etiam ſi hominem liberum ex hoſtibus ceperimus, de iure gentium noſter fit, qui ſi exierit poteſtatem noſtram recuperat antiquam libertatem. Aret.

¶ Item ea, quæ ex hoſtibus a capimus, iure gentiũ † ſtatim noſtra fiũt: adeò quidẽ, vt & liberi homines in ſeruitutẽ noſtram deducãtur, qui tamen, ſi euaſerint b noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum *recipiunt c †,

Azonem. nam in ſuperiori §. & in aliis præcedentibus, de iis, quæ per occupationem quæruntur, tractatur. vnde quòd idem proſequatur hic, vicinitas ſcripturæ innuit: vt ff. de teſtamẽ. l. hæredes. §. ſed & ſi natam. ff. de legatis primo. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. Et aduerbiũ ſimilitudinis ſcilicet, itẽ, quod eſt in princ. §. apertè. dat intelligere aliud * eſſe in theſauro, cuius tractatus eſt valdè ab hoc ſeparatus: vt j. eod. §. theſauros. & ideo primum videtis & inuenienti, non capienti quæritur.

*abeſt. D.

¶ Inuentoris ſiunt quæ in litore maris inueniuntur. Aretin.

¶ Item lapilli d, & gemmæ, & cætera, quæ in litore maris* inueniuntur e, iure naturali f ſtatim inuentoris g fiunt.

¶ Nata ex animalibus noſtris, noſtra ſunt. Aretinus.

¶ Item ea h, quæ ex animalib9 i † dominio tuo k ſubiectis nata ſunt, eodem iure l tibi acquiruntur.

h Item ea. Nũc mutat ſtylum & materiam, & dicit de iis, quæ acquiruntur per acceſſionẽ diſcretam: & in ſeq. §. prætereà. dicet de acceſſione concreta.

b Si euaſerint. Animo, & corpore, vt ff. de capti. & poſtli. reuer. l. nihil. in princip.

c Recipiunt. Iure poſtliminij: vt ſ. quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui. §. ſi ab hoſtibus.

ADDITIO. Hodie tamen quantum ad perſonas non obſeruantur iura captiuitatis, & poſtliminij, niſi quantum ad res.

N. A. † Statum recipiunt. Iure poſtliminij, quod eſt iuriſgentium. l. xix. ff. de capt. & poſtl.

d Lapilli. ſ. pretioſi. Et quæ ſit inter lapillos & gemmas & margaritas differentia, dic vt ff. de auro & arg. leg. l. & ſi non ſunt. §. ſi.

e Inueniuntur. Quæ tamen non ſunt alicuius, aliàs ècontra: vt infrà eodem. §. finali.

f Iure naturali. id eſt, gentium, vt ſ. eo. §. ſingulorum.

g Inuentoris. Ita demum, ſi occupet, ſiue apprehendat, non aliàs, ſecundùm

i Ex animalibus. Fœminini generis, ſiue rationalibus, vt ex ancillis: vt ſ. de iure perſ. §. ſerui. & C. de rei vendi. l. partum. ſiue irrationabilibus: vt ff. de rei vendi. l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. idem ſcribit.

k Domino tuo. Vel quaſi: vt ſi bona fide poſſides animal irrationale: vt ff. de acquiren. rerum dom. l. bonæ fidei. §. finali. non ita in rationali: vt infrà eodem §. in pecudum. & eſt ratio. vt ibi.

† Ex animalibus. Itaque pulli ex equabus nati, dominium equarum ſequuntur. l. 5. §. idem ſcribit. ff. de rei vendicat. N. A.

† l Eodem iure. ſ. gentium.

Præterea. CASVS. Sequana flumẽ ripam, quæ mea eſt, alluit, & paulatim multorum annorum ſpatio ex tua ripa meæ aliquid adiunxit. Nónne hæc accretio mea eſt? Sine dubio. cur enim ille diligentius ſuam ripam non munit? Quid ſi Rhodanus ille Lugdunenſis

nenſis rapidus impetu ſuo partem aliquam vicini fundi meo adiunxerit? Remanet ea pars vicini. Sed ecce pars illa arbores habebat, eæ radices in meum agrum egerunt. quid iuris? Ex eo tempore tuæ fient, inquit. Cornel. Vibul.

¶ Not. quòd alluuio eſt acquiſitio iuris gentium, & quid ea ſit. Item, quòd impetus fluminis non poteſt alteri applicare fundum meum. Item, emiſſio radicum facit quæri, quod nō eſſet aliàs quæſitum. Syl.

N.A. † Agro tuo. Vel occupatorio, vel archiſinali. Cic. offic. libr. I. Sunt autem priuata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, vt qui quōdam in vacua venerunt, aut victoria, vt qui bello potiti sūt. Similiſq; eſt priuatarum poſſeſſionum deſcriptio, ex quo, quia ſuum cuiuſque fit eorum quæ natura fuerāt communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat.

¶ Quod per alluuionem (id eſt, paulatim & fluminis incremēto) fundo noſtro adiicitur, noſtrum fit: quod verò impetu fluminis vicino prædio ademptum eſt, & noſtro acceſſit, vicini remanet: arbores autem, quæ fundo noſtro adhæſerūt, & tandem radices egerunt, noſtræ fiunt.

¶ Præterea quod per alluuionem agro tuo† flumen adiicit [a], iure gentiū tibi† acquiritur. Eſt autem alluuio, incrementum [b] latens†. Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim† adiicitur, vt intelligi non poſſit [c], quantum quoquo momento temporis adiiciatur. Quod ſi vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraxerit, & vicini prædio attulerit [d], palàm eſt eam tuā permanere. Planè, ſi longiore [e] tempore fundo vicini cui hæſerit, arboréſque, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo † ac-

Ager alius eſt:
- Occupatorius, qui cùm vacuus olim eſſet occupatus eſt.
- Archifinalis, qui habet à natura certos fines, vt montes, flumina.
- Limitatus, vt erant hi qui militibus, vel qui in colonias deducti erant, aſſignabantur.

¶ a Adiicit. Ponendo iuxta tuum prædium.

N.A. † Iure gentium tibi. Propter l. x. ff. de reg. iur.

¶ b Incrementum. id eſt, augmentum. Accurſ.

N.A. † Incrementum latens. Vt de Pado Lucanus teſtatur:

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

N.A. † Paulatim. Senſim, ſine ſenſu.

¶ c Intelligi non poſſit. Licet tota die ibi figas intuitum: & hoc propter imbecillitatem naturalis viſus: qui tam ſubtilia perpēdere nō poteſt: vt in cucurbita patet, quæ citò creſcit: quæ tamen percipi nō poteſt: quātum creſcit quoquo momento temporis. Sed in quodam genere agrorum ceſſat ius alluuionis: vt in agris militibus aſſignatis à principe. qui limitat dicuntur: vt ff. eod. de acquir. rer. do. l. in agris. Quæ ſit ratio diuerſitatis, dic vt in ea. l. in fin.

¶ Ex quo enim agros limitatos princeps conceſſit militibus, ex hoc videtur alluuionē prohibuiſſe. l. teſtamenta. C. de teſtam. Syl.

¶ d Attulerit. Aliàs applicuerit. i. appoſuerit, vt ſubiicit: putà cruſtam terræ forte vineatæ vel arboratæ.

¶ e Longiore. id eſt, Longo, ſcilicet tāto vt faciat radices, vt ſequitur: vel etiā ipſa terra appoſita vnitatem alteri terræ fecerit cui apponitur: vt ff. de dān. infec. l. hoc amplius. §. ita demum. Sed quomodo ſcitur, quando hæc vnitio, vel immiſſio erit facta? Reſp. per ruſticos: quia talia ſciunt: vt in auth. de non alie. aut permu. §. quòd autem dictum eſt. Accurſ.

Quod ſi non fecerit poteſt de directo vendicari.

N.A. † Videntur vicini fundo. Quia non poteſt alterius eſſe arbor, alterius radices. §. ſi Titius. J. hoc tit. l. iij. v. viij. De rei vindic. ff. Differt autem alluuio ab auulſione. Illa fit ſenſim, ſine ſenſu: hæc vno impetu, palam, atque apertè. Illa, formam rei lambendo perimit, ac proinde rem ipſam. l. nona. §. ſecundo. ff. ad exhibend. Hæc, nec

Digitized by Google

quiſitæ [a] eſſe.

¶ Inſula in mari enata (vt Delos) occupantis fit: in medio fluminum corũ, qui ab vtraque fluminis parte proximiora prædij poſſident, pro modo ſcilicet frontis, cuiuſque prædij, qui propè ripam eſt: at ſi in medio enata non ſit, proximiori rij æ modo præſcripto accedit: ſed ſi alicuius ager ad formam inſulæ à flumine redactus ſit, eius remanet, cuius fuit.

¶ Inſula, quæ in mari nata eſt (qđ raro accidit) [b] occupãtis fit, nullius enim eſſe creditur [c]. At inſula in flumine [d] nata (quod frequenter accidit) ſi quidem mediã partẽ [e] fluminis tenet, cõmunis eſt eorum † qui ab vtraque parte fluminis prope ripã prędia poſſidẽt: ſcilicet* pro modo

ſpeciem perimit, nec ſubſtantiã mutat. ¶ a Acquiſitæ. Vtilis tamen rei vendicatio priori domino datur, ſecundùm M. vt ff. de rei ven. lege, idem Pom-ponius ſcribit: ſi frumentum. §. de arbore. Sed nos contrà: ſed in factum ad æſtimationẽ dani: vt ff. de rei vẽd. l. in rem. j. §. item. Sed rei vendicatio non datur: vt ff. de dam. infe. l. hoc amplius. §. Alphenus.

ADDITIO. Dic ſecundùm Ioan. Fab. quòd imò nec in factum datur: vt d. l. hoc ampli°. §. ita demum. ff. de damn. infec. nec obſtat. §. de arbore. quia ibi loquitur, quando fuit facta vnitio actu, ſine facto hominis: hic loquitur, quãdo fuit facta facto fluminis: & ideò cùm quæritur de flumine, hoc videtur ſatis rationabile, & fuit opinio antiquorum: ſed opinio quæ hic nota. fuit Azo. quæ ſatis eſt æqua, ſecundùm Angel. hic.

¶ Inſula. CASVS. Delus vbi Apollo natus eſt, ex eo Delius dictus eſt, inſula nobilis nata eſt in mari: cuius ea eſt? primi occupantis. Quid, ſi in flumine nata eſt inſula? Diſtinguo. Nam ſi in medio ſit, vterq; ciuis qui agrum ab vtraque parte poſſidet, partẽ habebit. quomodo? Si inſula lata ſit centum pedes; Titius qui quinquaginta pedes latum habebat agrum, ſpatium duntaxat 50. pedum habebit. Herennius verò qui centum pedes latum habebat agrũ, totidem pedum ſpatium in inſula obtinebit. Inſula enim 150. pedes. Quid, ſi propior ſit Titij fundo? ſolius erit inſula Titij. Quid, ſi Sequana Titij fundum medium ſecuerit, tandémque ita in ſe redierit, vt eum agrum in inſulam redegerit, cuius ea fiet inſula? Manebit veteris domini, nempe Titij. Cor. Vib.

¶ Not. quòd inſula nata in mari in nullius eſt bonis. Item, quòd ideò conceditur occupanti. Item, quòd ad raro contingentia iura etiam adaptantur. Item, quòd inſula nata in flumine efficitur vicinorum pro modo latitudinis. Syl.

¶ Inſula. Dicitur locus vndique circumdatus aqua: vt hic, & ff. eo. l. adeò. §. inſula. & l. inſula. aliàs quandoque pro domo in mari poſita, quæ in ſolo poſita eſt, ſecũdùm Iſidorum. Item, quandoque pro qualibet domo: vt ff. de eo, quod certo loco da. lege iiij. §. ſi quis inſulã. [Dic quòd quando capitur pro domo, pro ea accipitur, vndiq; via circundatur ad ſimilitudinẽ inſulæ circundare aqua. Syl.] Item, nota diligenter iſta ſex reſponſa vſque ad §. alia ſanè.

¶ b Quod raro accidit. Sed opponã ad ea quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur: vt ff. de leg. & ſenatuſ. l. nam ad ea. Reſp. quòd illud verbũ, potius, ſolutionem inducit, nam bene infertur. potius. ergo ad alia. Accurſ.

¶ c Creditur. ſcilicet anteà.

¶ d In flumine. i. in medio fluminis.

¶ e Mediam partẽ. Quod. ſ. poterit ſciri accepta chorda, & puncto poſito in medio inter vtrumque agrum, & tũc ſi punctum eſt ex vna parte tantũ, alij cedat: aliàs ſecundùm quod punctũ extẽditur: vt colligitur ff. eo. de ac. re. do. l. inter eos. & l. ſeq. Ex his patet, quòd pro diuiſo poſſident inſulam, & habẽt dominium circumdantes flumen: vt ff. eo. de acq. rer. do. l. pro regione.

† Communi eſt eorum. Quæ communio duplici diuiſione dirimitur: primũ inter vtriuſq; ripæ dominos, nam prior funiculus ducetur per mediã inſulam directò, vt media pars inſulæ vnius ripæ dominis, altera ripæ alteri* dominis addicatur. Deinde alter funiculus ducetur ad inſulæ latera, vt pro modo

* abeſt D. & T.

N.A.

latitudinis [a] cuiuſque fundi, quæ latitudo prope ripã ſit. Quod ſi alteri† parti proximior ſit, eorũ eſt tãtùm qui ab ea parte ꝓpe ripã prędia poſſident. Quòd ſi aliqua parte [b] diuiſum ſit flumẽ, deinde infrà [c] vnitũ [d], agrum alicuiuis in formam inſulę rédegerit, eiuſdem permanet is ager†, cuius & fuerat.

¶ Prior alueus à flumine derelictus, eorũ ſit qui prędia ſecundũ ripã propiora habẽt: nouus verò ſit publicus: à flumine in antiquum alueum reuerſo, nouus alueꝰ derelictus, eis accidet qui iuxta ripã agros habent.

¶ Quod ſi naturali alueo in vniuerſum relicto, ad aliã partem * fluere cœperit, prior quidé alueus [e] † eorum eſt, qui prope ripã eius prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſq; agri, quæ prope ripam ſit.

Nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit [f], cuius & ipſum flumen eſt., id eſt, publicus *. Quòd ſi poſt aliquod tempus ad prioré alueum reuerſum fuerit flumen: rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui prope ripam eius prædia poſſident.

¶ Ager flumine inundatus, non deſinit eius eſſe, cuius fuerat.

¶ Alia * ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit: neque enim inũdatio fũdi ſpeciem [g] commutat: † & ob id,

* aliàs. * publicũ. * Aliud.

modo latitudinis cuiuſque prædij inſulæ, latera cuiq; attribuuntur. Nã duplex erit cõtrouerſia: prior inter vnius ripæ, & alterius item ripæ dominos. l. vij. §. iij. l. inter eos. ff. hoc tit.

¶ a Latitudinis. Exiſtentis ab vna parte: cũ plures ſint ex vna parte, & vnius fundꝰ latior eſt, quàm fundus alterius: & in hoc tantùm frõtem agri conſidero: vt ff. eo. de acq. rer. do. l. inſula. in princip.

N.A. † Quòd ſi alteri. Quoniam his ſolis detrimẽto eſt, quorum in agros fluminis curſus depellitur.

¶ b Parte. ſ. ſuperiori.

¶ c Infrà. ſ. in inferiori parte.

¶ d Vnitum. ſ. flumẽ. i. coadunatum. & hic ſit punctum. Vel dic vnitũ agrũ, &c. & tunc puncta ibi, infrà.

N.A. † Permanet is ager. Quia forma non mutata, ſpecies non interit. l. ergo. 3. §. ij. ff. hoc tit.

¶ Quod ſi naturali. CASVS. Rhodanus ſuũ alueum. i. foſſam illam, per quam quaſi per canalem, inter vtramque ripam fluebat, reliquit, alióque curſum ſuum direxit, cuius erit alueus ille inanis relictus? eorũ qui proximè eius ripã prædia poſſident, idq; pro ſpatio ac menſura ſuorum agrorum. Et fundus Albutij, quem flumen occupauit, ſibique canalem fecit. nónne Albutij remanet? minimè: ſed publicus erit, item, vt Rhodanus. Quid verò ſi ad veterem alueum redierit? an ne tum quidem Albutius ſuum illum fundum antiquum recuperabit? minimè. Pertinebit enim ad eos, qui prope ripam agros poſſident. Age verò. Quid in Aegypto reſponderes? Nilus quotannis Aegyptiorum agros inundat. nam quia ibi non pluit, Deus eis hoc dedit remedij. Titij ager inundatus, fiétne publicus? minimè: ſed Titij manebit. Et quænam diſſimilitudinis ratio eſt? quia inundatio ſpeciem fundi non mutat: alueus mutat. Cor. Vib.

¶ e Alueus. A quo nunc vltimò receſſit flumen.

N.A. † Prior quidem alueus. Quia flumina cenſitorũ, & agrimenſorum vicem obtinent cùm ex priuato publicum faciant, & viciſſim ex publico priuatũ. l. 30. §. 3. ff. h. tit.

¶ f Incipit. Quãtum ad ſtrictam rationem. nam de æquitate vix obtinet. i. nõ obtinet: vt ff. eo. l. adeò. §. inſula. in fi. Et no. hic, ꝙ flumina vicẽ iudicũ tenẽt: & dant, & auferũt dominia: vt hic, & ff. eo. de acquir. rer. do. l. ergo. §. alluuio.

* Flumina & iudices æquiparantur.

¶ g Speciem. i. faciem fundi. Sed contra. ff. de flumini. & ne quid in flumini. publi. l. j. §. ſi foſſa. in fin. §. Sed ibi totum occupauit, hic partem. Vel hic eodem impetu receſſit, quo venit, ibi non: ſed diu coopertum tenuit.

N.A. † Speciem commutat. Inſignis locus: mutata forma prope interemit ſubſtãtiam rei. d. l. nona. ff. ad exhib. Inundatio non mutat formam, quoniam ex agro non facit alueum, ſicuti fluminis

minis deflexio. Nota, differentiam inter deflexionem fluminis, & inundationem. Inundatio non mutat, deflexio mutat.

¶ a Manere. Fuit ergo Dominus etiam tunc temporis quando aqua inundabat. Sed contrà. ff. quib. mo. vſusfruc. amitt. l. ſi ager. Sol. ibi impropriè dicit amitti. ſ. quantùm ad commodũ fruẽdi. Vel hic inũdauit propter impetum aquarum: ibi vt faceret alueum, vt probatur prędicto tit. l. quid tamen. §. agri. Et hæc vera ſunt, quãtùm ad proprietatem, ſed poſſeſſio indubitãter tempore inundationis amitteretur: vt ff. de acqu. poſſ. l. iij. §. Labeo. & l. qui vniuerſas. §. ij. & l. Pomponius. j. reſpon. tamen aqua recedente, etiam poſſeſſio reſtituenda eſt: vt ff. de itin. actùque pri. l. j. §. ſed & ſi quis.

¶ Ratio differẽtiæ eſt: quia ſolo animo poſſeſſio amittitur. l. cũ vnus. §. fin. ff. de bonis auctor. iud. poſſi. Dominiũ verò ſolo animo nõ amittitur. l. ſi qs vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ. Syl.

¶ Cùm ex aliena. Diuiditur in quinque partes. Primò ponit thema. Secundò, quæſtionem. Tertiò, per exempla thema declarat. Quartò, ponit reſponſionem. Quintò, per exempla reſponſionem declarat. Secunda ibi, Quæri ſolet. Tertia ibi. Vt ecce. Quarta ibi, Et poſt multam. Quinta ibi. Vt ecce vas.

CASVS. Caſum ipſe Imperator po- aperuit iſſimũ. quare ſummã explicabimus. Noua ſpecie ex aliena materia confecta, ſi ſpecies ad priſtinã reduci poteſt materiam: ſpecies eius eſt cuius materia: ſin minus, eius ſit materia, qui ſpeciem induxit. Cor. Vib.

¶ Not. quòd ſpecificatio quęrit dominium rei ſpecificatæ nõ reducibilis ad priorem formam: intellige ſi bona fide ſpecificauit ignorans alienam. Item

recesſerit aqua, palàm eſt eum fundum eius manere [a], cuius & fuit.

¶ Cùm ex aliena materia noua ſpecies confecta eſt, refert an ad eandẽ materiam & priſtina initia ſpecies reduci poſſit, an non priori caſu, qui dominus eſt materiæ, idẽ quoque ſpeciei dominus erit: altero verò caſu, qui ſpeciẽ induxit, dominium nanciſcitur.

¶ Cùm ex aliena materia ſpecies aliqua facta [b] ſit ab aliquo [c] †, quęri ſolet, quis eorum naturali ratione [d] dominus ſit: vtrùm is, qui fecerit [e] an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? vt ecce, ſi quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut ſpicis, vinum, aut oleum, aut frumẽtum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquot fecerit, vel ex alieno vino & melle mul-

not. iura concordanda. & mediã viam eligendam. Syl.

¶ b Facta. Facta autem intelligitur etiã cœpta: licet non perfecta: vt ff. de auro & argen. lega. l. & ſi non ſunt. §. quid ergo. Ratio huius eſt, quia quę in opere ſunt, ineſſe videntur. ff. ſi cert. peta. l. lecta. §. dicebã. & c. officij. extra de electio.

ADDITIO. Species autem eſt, quòd ſub rudis materię nomine non manet corpus, ſed tranſit in aliud nomen. E. B.

¶ c Ab aliquo. ſ. bona fide: vt ff. ad exhibẽdum. l. de eo. §. ſi qs. & ſuo nomine, vt ff. de acquir. rer. domi. l. adeo. §. cũ quis. in princip. & l. quicquid. §. ij. Itẽ, & tertium, ſcilicet, ꝙ non poſſit redire ad priorem materiam, ſecundùm Ioannem, vt in fine huius §. Quid, ſi duo ſpecificauerunt, vnus bona fide, alius mala fide? Reſpon. communis eſt domini. & ſpecificantis bona fide. non autem mala fide, vt ff. quibus ad libertatem proclama. non licet. l. ſi duo. Azo. Eodem modo quæro & ſoluo ea, quæ ſequuntur. Quid, ſi ex diuerſorum materiis ſpeciem fecit: & in vna habuit bonam fidem, & in alia malam fidem? Item, quid ſi in materia vnius, partim bonam, partim malam fidem habuerit? Item quid, ſi partim ſuo ſpecificantis nomine, partim nomine domini.

ADDITIO. Intellige ſecundũ præcedentia, quòd habeat bonam fidem, item, quòd omnia ſint paria, aliàs minus pretioſum cedet pretioſiori, ſecũdùm omnes doct. hic. per l. quicquid. §. fin. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Facta ſit ab aliquo. Ab aliquo, eóque ſolo, & ſine alterius voluntate, & bona fide. i. cùm ſuam eſſe exiſtimaret. §. ſi duorum. j. hoc tit. N. A.

¶ d Naturali ratione. i. iure gentium.

¶ e Fecerit. i. detexerit, quo ad ſpicas

ſum ª miſcuerit, vel ex medicamẽtis alienis emplaſtrum, aut collyrium [b] compoſuerit: vel ex aliena lana veſtimentum fecerit, vel ex alienis tabulis nauem, vel armariũ, vel ſubſellia fabricauerit. Et poſt multã Sabinianorum [c] †, & Proculianorũ ambiguitatẽ placuit [d] media ſententia [e] † exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem, & rudem materiã reduci poſſit, eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit: ſi nõ poſſit reduci, eum potius intelligi dominũ, qui fecerit [f]: vt ecce, vas conflatum poteſt ad rudem materiam * æris, vel argẽti, vel auri reduci: vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel ſpicas [g] reuerti non poteſt: ac * ne mulſum quidẽ ad vinum, & mel reſolui poteſt. Quòd ſi partim ex ſua

eas: vt ff. eod. de acqu. rer. dom. l. adeò. §. cum quis. in fi. ſic §. de lib. 5. j.

¶ a Mulſum. i. nectar. ſiue ſtalladiam.

¶ b Collyrium. i. vnguẽtum ad oculos.

¶ c Sabinianorum. id eſt, Sabini, & ſuorum fautorum, qui dixerunt ſpeciẽ cedere domino materiæ. Sed Proculus cum ſuis ſequacibus econtra: ſcilicet vt ſpecificanti tantùm cedat: vt ff. eo. l. adeo. §. cùm quis.

N.A. † Sabinianorũ. De hac ſectarũ varietate, vide l. 2. §. vltim. ff. de orig. iur. Sabiniani primam cauſam vrgebãt, hoc eſt, materiam, vt ex ea effectæ ſpeciei dominium æſtimaretur. Nam quod ex re noſtra fit, æquum eſt eſſe noſtrum l. de eo. 12. §. ſi quis. ff. ad exhib. Vt in rebus naturalibus, cuius eſt aqua, eius eſt glacies. Proculiani tertiam cauſam vrgebant, Id eſt, formam, perquam quæque res, eſt id quod eſt. Aliud eſt enim materia, aliud ſpecies. l. ſi conuenerit. 18. §. pen. ff. de pignor. actio. Certè vinum & mel intereunt in mulſo faciendo, & lana in veſte, & herbæ in emplaſtro, vel collyrio. Itaq; cui lana legata eſt, eidem veſtis ex eadem facta, non debetur l. lana, 88. ff. de leg. iij.

¶ d Placuit. ſcilicet, Nobis.

¶ e Media ſentẽtia. quæ nec vni in totum, nec alteri concordat, vel diſcordat: ſed diſtinguit vt ſequitur. Et nota medium ſeruandum. ſic ſuprà quibus ex cauſ. manu. non licet. §. penult. Arg. contr. ff. de negot. geſt. l. Neſennius. in fine. *Solutio vna multas quæſtiones terminat.*

N.A. † Media ſententia. Media, quoniam in his ſpeciebus, hoc eſt, rebus effectis, quæ redigi ad ſua initia poſſunt, materia, etſi per formam victa eſſe videatur, & ſublata, & extincta tamen ſemper eſt potentior l. quæſitum 78. §. illud. ff. de leg. iij. Sic aqua potentior eſt glacie. Verum in aliis rebus, forma eſt potentior. Nam oleum potentius eſt oliuis; & vinum vuis; & ſtatua, marmore. Itaque negatio tollenda eſt in l. xxiiij. ff. hoc titulo. *Nota.*

¶ f Fecerit. Si & alia duo interuenerunt, quæ in princ. huius §. diximus.

¶ g Vel ſpicas. Et ita apparet, quòd frumentum cedit ſpecificãti. Sed cõtra ff. de acquir. rer. do. l. adeò. §. cùm quis. in fin. §. Solut. hæc poſuit gratia exẽpli pro pueris: ſecundùm Plac. quædam enim gratia docendi dicuntur, quæ aliàs non dicerẽtur: vt ff. de actionibus & obligationibus. l. obligationum ſubſtantia. §. fin. [Tu dic gratia exempli poſitum, non quòd grana efficiantur triturantis: quia non in aliam ſpeciem tranſit: ſed detegitur, & ad vſum ordinatur. Syluest.] Vel dic ſecundò, ſecundum Azo. illam per iſtam corrigi. Item ad hæc omnia exempla, in quibus dicitur, ſpeciem ſpecificanti cedere, eſt cõtraria regula quæ dicit, quod ex re mea eſt, vel naſcitur, meum eſt: vt ff. ad exhibi. l. de eo. §. ſi quis. in fin. & ff. de rei vendit. l. ſolum. §. meum. Solu. Illa regula locum habet in quinque caſibus. ſcilicet vbi dominus ſpecificauit, Item vbi alius eius mandato: item vbi ſine mandato, ſed ratum habet: item vbi alius mala fide, & ſuo nomine: item vbi bona fide, ſed res poteſt ad priorem materiam reduci: quorum nullus eſt hic. Item ſi hæc vera ſunt, quòd ſpecificanti cedant: contraria eſt regula, quæ dicit, neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem: vt ff. de condi. indeb. l. nam hoc natura. Reſpon. licet fiat ſua ſpecies quo ad dominium: tamen actione in factum tenetur ad æſtimationem: vt ff. de rei vendit. l. in rem. j. §. item quæcun

** maſſam.* ** at.* *Meũ eſt, quod ex meo naſcitur.*

quæcunque. & ff. de dona. inter vir. & vxor. l. ſi mulier. j. §. j. & l. ſequenti.

a Ex aliena. ſcilicet materia.

b Et aliena. ſcilicet lana.

ADDITIO. Emplaſtrum autē medicamētum eſt, quod liquari aliquid accipit, ita vt ex multis cōponatur, quæ in vnum poſtea miſcentur: ſi autem ad oculos res pertineat, Collyrium dicitur. Aemyl. F. * abeſt.

tunc alia ratione eſt dominus factus purpuræ, ſcilicet iure ſpecificationis: vt ſuprà proximo §. & præcedenti. hic autem §. aliquid vult adiicere ſuprà dictis, ſcilicet de acquiſitione iure acceſsionis, ne ergo nihil operetur, adiūgit hoc quod nunc dixi: vt ff. de leg. j. l. ſi quādo. in pr.

materia, partim ex aliena a ſpeciē aliquam fecerit quis, veluti ex ſuo vino, & alieno melle mulſum miſcuerit * aut ex ſuis, & alienis medicamētis emplaſtrū, aut collyriūm, aut ex ſua lana, & aliena b veſtimentum fecerit, dubitandum non eſt † hoc caſu eum eſſe dominum c, qui fecerit: cùm non ſolùm operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdem materiæ præſtiterit.

¶ Quod cuiuſque rei ornandæ cauſa adhibetur, vt acceſſio principali cedit: etiamſi pretioſius ſit, quàm ipſa res, cui accedit.

¶ Si tamē * alienam d purpuram e veſtimēto ſuo quis intexuerit, licet pretioſior f ſit purpura, tamē acceſſionis vice * † cedit veſtimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus

N. A. † Dubitandū nō eſt. Intellige de his quæ reduci ad ſua initia nō poſſunt, vt exempla declarāt. Nā ſi poſſunt: veluti ſi plumbum vnius, cum argēto alterius ſit miſtum, ſinguli ſuam materiam vindicabunt: l. v. §. j. ff. de rei vindicat.

c Dominum. Sed ſi non poſſit reduci ad priorem materiam, fit communis, habita ratione materiarum: vt non cedat ſpecificanti: vt ff. eodem de acquiren. rerum domin. l. quicquid. §. fin. in fine. Idem forte erit, & quando mala fide fecit, licet reduci non poſſit: vt ff. ad exhi. l. de eo. §. ſi quis.

Si tamen aliena. CASVS. Caſum in ipſo contextu reperies. In ſumma autem hoc dicit. Ornamentum, etiam re ornata pretioſius, rei tamen ornatæ, quaſi acceſſio rei principali, cedit. Corn. Vibul.

Not. quòd acceſſorium, & ſi pretioſius, & dignius ſit eo cui accedit, ſequitur principale. Item, quòd ſicut per confuſionem dominium rerum alienarum nobis quæritur: ita per acceſſionem. Item, quòd quāuis dominium ſit tranſlatum in furem omninò, datur ſaltem condictio furtiua. Item, quòd rei ſuæ poteſt committi furtum. Syl.

d Si tamen alienam. Hic incipit dicere de acceſsione, quæ fit, humana natura operante.

e Purpuram. Vt manicam, vel gyronem. ſi autem ipſa fila pura in tela:

f Pretioſior. Nota, pretioſius accedere viliori, ſic ff. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. Sed cōtra. ff. de ædil. edict. l. iuſtiſſimè. * abeſt. Sed ibi ſpeciale in homine. Sed contrà infrà de fideiuſſ. §. fideiuſſores. Sol. vt ibi. Item, loquitur hic §. quādo dicta purpura gratia ornandi veſtimenti fuit appoſita. * iure. Sin autē ècontra, vt veſtimentum ſeruiret purpuræ, vt fortè eam ſeruaret: tunc cedet veſtimentum purpuræ, vt in duabus legibus contrariis, vt ff. de vſucap. l. rerum miſtura. §. quid ergo. & ff. de auro, & arg. leg. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. Si autem neutrum cauſa alterius apponatur, tūc neutrum alteri cedit: & vtrumque poſſidetur, vt ff. de vſucap. l. rerum miſtura. §. quid ergo.

ADDITIO. Dic ſecundum doct. quod neutrum poſſidetur communiter, ſed quodlibet de per ſe ſic: vt not. in d. §. quid ergo. Ang. Aret.

† Acceſsionis vice. In quibus propria qualitas ſpectatur, ſi quid additū erit, toti cedit l. xvj. ff. hoc titulo. Id eſt, quod ad ſpeciem conſtituendam acceſſionis vicem obtinet: quāuis principali ſit pretioſius, tamen ei cedit l. vij. ff. ad exhib. l. xxiij. §. 2. & §. 4. ff. de rei vindic. Ita tamen, ſi quidem acceſſoria res exſtincta ſit, vt mox ſubiicitur: Id eſt, neque in ſua natura permanſerit, neque ad eam reuocari poſſit: Itaque non dixit, prætexuerit, aut attexuerit, ſed intexuerit: ita nimirum, vt eximi ſalua purpura non poſſit: N. A.

Digitized by Google

poſſit: ne quis idem de ſagmentis,ſiue initiis exiſtimet.

¶ a Subripuit. Si ſubripuit, aliàs, iſtis actionibus famoſis non tenentur.

¶ b Et cōdictionem.ſcilicet, furtiuam, vel ſine cauſa:vt ff.de condictio. ſine cau.per totum.

¶ c Siue ipſe. ſ. fur. nam fortè erat ſartor.

*fur eſt.

¶ d Extinctæ. Quantū ad dominium, quod perdidit dominus eius,& ideo dicitur, quantum ad eum extinctum: quia quandiu eſt intexta purpura, extincta eſt:nec poteſt vendicari. ſed agi poteſt ad exhibendū, vt exhibeatur,& pòſt vendicetur:vt ff. ad exhib.l.gemma. & ff. de rei vēd. l.in rem actio.

N.A. † Extinctæ res. Nota igitur,opus eſſe purpurā peremtā, & extinctā eſſe, veluti ſi intertexta ſit, aut ſegmēta ex integro pāno facta.

N.A. † A furibus.Per condictionem vel triticariam,vel furtiuam.l.j.§.1.ff.de Tribut.actio.

N.A. † Et quibuſque aliis. Per triticariam tātùm,qua cōtinētur omnes actiones, per quas,nō res certa,ſed litis æſtimatio petitur.d.l.j.& paſſ.ff.de Tributo.

¶ e Poſſeſſoribus. Veluti à prædonibus,& malæ fidei poſſeſſoribus, vt iſte fuit:vt hic,& infrà de act.§. ſic itaque. ff.vſufruct.quemad.cauea.l.fin.in fin.

¶ Si duorum. Diuiditur principaliter in duas partes. Primò, ponit quando voluntate dominorum materiæ confunduntur. Secundò,quando caſu ſunt cōfuſæ. Secunda ibi,Quòd ſi fortuitu. Item prima ſubdiuiditur. Primò,quādo eiuſdē generis materiæ cōfunduntur. Secundò, quando diuerſi generis. Secunda ibi, Sed & ſi diuerſæ. Aret.

¶ CASVS. Ponitur in ipſo text.valdèque ineptus eſſet, qui tanquam noctua ad tātum ſplendorē caligaret. At mihi ſaltē epitomen oſtende. Generis eiuſdem materiæ ſiue dominorum voluntate,ſiue caſu confuſæ ſint,communes fiunt:diuerſæ verò ſi voluntate,cōmunes fiunt:ſi fortuitu,ſecùs.Corn Vib.

¶ Not. differentiā inter confuſionem, & cōmiſtionem.

eū,qui ſubripuit [a], habet furti actionem, & condictionem [b]: ſiue ipſe [c] ſit,* qui veſtimētū fecit,ſiue alius. Nā extinctæ [d] res,† licet vendicari nō poſſint, cōdici tamen à furibus, † & quibuſq; aliis† poſſeſſorib. [e] poſſunt.

¶ *Eiuſdem generis materiæ cōfuſæ miſtæve, ſiue volūtate dominorum, ſiue fortuitu cōmunicantur, diuerſæ volūtate illorū cōmunicantur:fortuitu cōtrà.*

¶ Si duorum [f] materiæ † ex voluntate dominorum [g] cōfuſæ [h] † ſint,totū,id corpus,quod ex confuſione fit, vtriuſq; commune † eſt: veluti, ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti,vel auri cōflauerint. Sed & ſi diuerſæ materiæ ſint, & ob id propria ſpecies † facta ſit, fortè ex vino, & melle mulſum,aut ex auro,& argento electrū [i],† idē iuris [k] eſt †. nā & hoc caſu cōmu-

Itē, quòd caſus fortuitus,& volūtas domini in hoc æquiparātur.Syl.

¶ f Si duorum. Acquiritur dominiū, non ſolùm ſpecificatione:vt ſ.eo.§. cùm ex aliena. & §. quod ſi. & acceſſione:vt ſ. eod.§. ſi tamen. ſed etiam cōfuſione,vt hic. Itē immiſtione: vt ī.proxi.§. quod ſi frumentum.

Dominiū varijs modis quæritur.

N.A. † Si duorū materiæ.Modo ſint pares, eiuſdem naturæ,eiuſdem generis homogeneæ.

¶ g Dominorū. bene dicit dominorū voluntate. nā ſi vnus dominus fecit inde ſpeciem. i. mulſum, vel vas ex argēto meo,& ſuo, ſua eſt iure ſpecificationis,non communis: vt ſ.eod. quòd ſi partim.& ff.de rei vend.l.idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum.§.j.

¶ h Confuſæ,id eſt,ſimul fuſæ.

† Confuſæ. Sic confuſæ, vt diduci, ac ſeparari non poſſint:Veluti,ſi tuum,& meū argētum in vnā maſſam redactum ſit.l.iij.in fine ff.de rei vindic. N.A.

† Vtriuſque commune. Propter communem dominorum voluntatem l.vij. §.voluntas.ff.hoc tit. N.A.

† Propria ſpecies. Tertia ſpecies gemella. N.A.

¶ i Electrum. Genus vaſis, vel ſpecies metalli, & ad hoc eſt ff.de aur.& arg. leg.l.pediculis.§.Neratius.

† Electrum.Sic Pauſanias lib.1.ἤλεκτρον ἀναμεμιγμένος ἐςὶν ἀργύρῳ χρυσός. N.A.

ADDITIO. Electrum eſt aurum quinta argenti portione temperatum. auctor Plin.lib.33.cap.4.

¶ k Idē iuris.Vt ſit cōmune,vt ſubiicit.

† Idem iuris eſt. Sequor iam Theophilum, N.A.

Digitized by Google

nem eſſe ſpeciē nō dubitatur. Quod ſi fortuitu, & non volūtate dominorum confuſæ fuerint, vel eiuſdem generis materiæ, vel diuerſę, idē iuris † eſſe placuit [a]. Quòd ſi frumentū [b] Titij frumento tuo miſtū fuerit, ſi quidem ex voluntate veſtra, commune eſt: quia ſingula corpora, id eſt ſingula grana†, quæ cuiuſque propria fuerunt, ex conſenſu veſtro cōmunicata ſūt [c]. Quòd ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate, non videtur † cōmune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtātia † durāt [d]. Sed nec magis iſtis caſibus commune ſit frumētū, quàm grex † intelligitur eſſe cōmunis, ſi pecora Titij tuis pecoribus miſta [e] fuerint. Sed ſi ab alterutro veſtrûm totum id frumentū [f] retineatur: in rem quidem actio pro modo [g] frumenti cuiuſque competit [h]: arbitrio autem †iudicis cōti-

philum. Non idem iuris. propter l. quicquid.27.ff.de adqu.rer. dom.l.iij. in fine,& l.v. ff.de rei vind.

N. A. † Idem iuris eſſe. Ex quibus intelligitur eſſe communionem factam, ſed vtramque rē in vtriuſq; dominio manſiſſe, ac proinde vindicari poſſe.

¶ a Placuit. ſcilicet. Vt ſit cōmune, niſi ſeparari poſſit: veluti ſi ex ære meo, & plumbo, vel argento tuo ſpecies facta ſit: quibus caſibus ſeparari poteſt: & quilibet vēdicat ſuū: vt ff.de rei vēd. l.idem Pomponius ſcribit, ſi frumētum §. ſed ſi plumbum. & ff. de acqu. rer. do.l.lacus.§.fin.

¶ b Quod ſi frumentum. Diximus, quādo cōfundūtur ita vt ſeparari nō poſſint: nūc videndum eſt, quando ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant: quo caſu dicuntur immiſceri.

N.A. † Singula grana. Sicut in communi ſumma pecuniæ ſingula nummorum corpora l.nam etſi.13.in fine ff.de reb. creditis.

¶ c Communicata ſunt. Et ideo locum habet communi diuidundo actio: vt ff.de rei vend.l.idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum.ij.reſp.

N.A. † Non videtur commune. Confirmatur ergo emendatio noſtra perſpicuè hoc ex loco.

¶ d In ſua ſubſtantia durant. Sed nunquid idem, ſi noſtra voluntate fuiſſent immiſta? Videtur quòd ſic. noſtra enim contemplatio, vel voluntas non poteſt mutare ſubſtantiam granorū, quin ſemper diſcreta & diuiſa ſint à ſe inuicem: quod videtur eſſe contra §. præcedentem. Sed reſp. non eſt mirum: aliàs enim ſimile reperimus: nónne *Tempus quid, eſt.* tempus continuum eſt ſui natura? cùm tempus ſit menſura motus primi mobilis: qui motus eſt vniformis & continuus: vt dicit Ariſt. in viij. Phyſic. & tamen partes in ipſa contemplatione diſtinguimus, & aſsignamus, dicentes quoddam præſens, quoddam præteritum, quoddam futurum: *Tēporis diuiſio.* ſic in granis frumenti dicimus, quod licet eorū corpora ſint diſcreta in ſuis terminis: communia tamen ea poſſumus facere, ita quòd aliqua nō ſit particula in tuo grano, quā tu non communices mihi: nulla in meo, quā egò tibi nō cōmunicem: quod non eſſet deficiēte noſtra volūtate, ſicut nec in tempore diſtincto generentur diuerſitates noſtra ſignificatione, vel reſpectu deficiente.

N.A. † In ſua ſubſtātia. Mirè dixit ſubſtantiam pro dominio, vel in priſtina dominij ſubſtantia.

N.A. † Quam grex. Deiunctorum ergo corporum eadem conditio iuris eſt, idq; eſt tertium corporum genus. De quo vide l.rerum mixtura.36.ff. de vſucap.

¶ e Miſta. Quod ſit per errorem. quo caſu dominium non tranſit: vt ff. eod. de acquir.rer.dom.l.ſi procurator. vel vt melius paſcantur. & facit j. ad leg. Aquil. in princ. vbi dicit, quòd gregatim paſcuntur. Sed contrà ff.de ſol.l.ſi alieni. Sol. ibi ſpeciale eſt in pecunia numerata, vt ibi dicitur: vt ff. ſi cert. pet.l.ſingularia.

¶ f Frumentum. Nondū bona fide conſumptum: tunc enim in factum actio daretur: vt ff.ad leg. Aquil. qui occidit. §.ſi quis alienum vinum.

¶ g Pro modo. id eſt menſura.

¶ h Competit. id eſt, quod cuilibet tantum frumentum reſtituatur, quantum fuit ſuum, quando non apparet, quod fuerit ſuum: & hoc propter impoſsibilem diſcretionem: vt ff.de vſufr. l.vſufructua

fructuarium. §. ſi in viuariis. Si autem apparet, quòd cuiuſque fuerit, hoc iudex æſtimet, vt ſubiicit, ſecundùm Azo. & ſecundùm hoc dic quale: id eſt, quod, & ſic cuiuſlibet ſua grana reſtituantur. Vel dic proxi. reſp. arbitrio, &c. eſſe de eo, de quo eſt illud. ſ. quãdo nõ apparet, ꝙ fuerit ſuum: & hoc innuit hoc verbũ quale: non enim dicit quod, ſed quale: vt in qualitate officium verſatur & quãtitate, non autẽ in corpore: cùm illud ſit impoſſibile diſcernere. & ſic probabit, qui dicit ſuum fuiſſe melius. Et nota triplicẽ eſſe differentiam inter hũc §. & ſuperiorem. Species enim dicuntur miſceri, vt hic: materia confundi: vt ſ. Sed P. è contra. Item, hic remanet eadem ſubſtantia, ibi non. item, confuſa fiũt communia, etiam ſine dominorum voluntate: vt ſ. proxi. §. hic non. *Diſtinguit duos §§.*

N.A. † Arbitrio autem. Per actionem arbitrariam §. præterea. 27. infrà de actio. Vnde apparet actionem in rem, certis caſibus eſſe arbitrariam, cum videlicet aduerſarius, vel poſſidere deſiit, vel quaſi deſiit, vt hoc loco. l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vindic.

¶ Cùm in ſuo. CASVS. Metellus ex materia, i. ligno, & lapidibus Dolabellæ domum in area ſua conſtruxit. Vter eſt domus dominus? Metellus. Et qua ratione Dolabella ſuum damnum reſarciet? Duplum à Metello conſequetur. veluti, ſi materia centum valeat, bis centum recipit. Perdítne ergo penitus ſuarum rerum dominium? Sanè, dum ædificium manet. Exitioſum enim eſſet, vt recipiatur materia, domos dirui. Quid ergo ſi caſu aliquo domus corruat? Dolabella tanquã dominus res ſuas petet: niſi fortè iã ante duplũ receperit. Inuertamus hypotheſim. Metellus in area Dolabellę ex ſua materia ædificauit. vtrius eſt ædificiũ? Dolabellæ. Quid, ſi corruerit ædificiũ? Ne tum quidem quicquam petere poterit. quid ita quæſo? quia donandi animo ædificaſſe videtur, quum alienam eſſe aream ſciens prudénſq; ædificauit. quid ſi ignorãs? diruto ædificio materiam ſuam repetet. Cor. Vibul.

netur, vt ipſe * æſtimet, quale cuiuſque frumentum fuerit.

¶ Quod in ſuo, alienove ſolo ædificatur, ſolo cedit: materia verò domini permanet, niſi quis ſciens in alieno ædificarit: tunc enim (cùm donaſſe videatur) etiam diruto ædificio materiam nõ vendicat.

¶ Cùm in ſuo ſolo * [a] aliquis ex aliena materia ædificauerit [b], ipſe intelligitur dominus ędificij: quia omne quod ſolo * inædificatur [c] † ſolo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat *,

¶ Not. ædificium cedere ſolo. Item, ꝙ nemo cogi poteſt eximere tignũ alienum iunctũ ſuis ædibus. Item, ꝙ quamuis dominus ſoli fiat dominus totius: tamen dominus materiæ, remanet dominus. Item, quòd rei vendicatio non datur domino. Itẽ, quòd actio de tigno iuncto eſt ex l. xij. Tab. & quòd licet ſit ciuilis, eſt tamẽ pœnalis. Itẽ, qd veniat appellatione tigni. Syl.

** loco D.* ** abeſt.* ** ſuie.*

¶ a Cùm in ſuo ſolo. Suũ eſt etiã ſi alius habeat. ibi vſumfructũ, vt ĩ. de her. inſt. §. j. vbi proprius ſeruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet teſtator.

¶ b Aedificauerit. ſ. bona fide, aliàs non: imò tignum ſuum vendicaret: vt ff. de rei vend. l. in rem: arg. à contrario ſenſu, vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem: vt ibi not.

¶ c Inædificatur. i. in ipſa terra configitur. Quid ergo de domo non affixa ſolo? Reſpon. non cedit ſolo, vt ff. de acqui. rer. do. l. Titius, & facit ad hanc regulam. C. de ædi. pri. l. j. Idẽ in ſatis, & plãtatis. quod hic in ædificatis dicitur: vt ĩ. eo. §. ſi Titius. & §. qua ratione. Vnde verſus, Quicquid plantatur, ſeritur vel inædificatur: Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit. [Dicas hoc verũ regulariter, vt hic: tamen primò, non procedit in ædificãte in mari. d. l. in tantũ. & dicetur ĩ. in ea gl. Item, vbi ædificiũ eſſet illicitè conſtructũ, veniret deſtruendum. l. fideicommiſſa. §. ſi quis illicitè. ff. de leg. iij. vbi Bal. Item, in ædificante de pecunia eccleſiæ. gl. in c. apoſtolica. xij. q. ij. Item, quando dominus ſoli, & ædificans eſſent tales inter quos cadere nõ poſſet expreſſa donatio, gl. in l. ſi vxor. ff. de don. inter vi. & vxo. Syl.] Sed contra hanc regulam eſt. ff. de rer. diui. l. in tantum. in princ. Solu. illud ſpeciale eſt.

† Solo inædificatur. Nam ſuperficies ſolo cedit. l. qui domum. 50. ff. ad leg. Aquil. N.A.

Digitized by Google

ADDITIO. Erat enim ibi ædificatum in communi omnium ſolo, quo ad vſum, & nullius quo ad proprietatem: quod ideo cedit ędificio, quia primò occupanti conceditur. Chriſtoph.

de leg. j l. cætera. §. ſi duobus. Itē, numquid hęc actio cōpetit etiam contra eum, qui bona fide iniūxit? Reſp. ſic: vt hic, licet contradixerint quidam. Sed contra mala fide iniungentē, alia præter hęc auxilia cōpetunt: vt rei vendicatio, itē, ad exhibēdum, item furti, item furtiua condictio. Itē hęc actio de tigno iniūcto: vt j. de act. §. ſic itaq;. & ff. de tigno iniuncto. l. j. in fin. & l. fin.

desinit [a] dominus eius eſſe: ſed tantiſper [b] neq; vendicare eam poteſt, neque ad exhibendum [c] † de ea re agere propter legem xij. Tabularum [d] qua cauetur†, ne quis tignū alienum * ædibus ſuis iunctum eximere * cogatur, ſed duplū pro eo præſtet per actionem, quæ vocatur de tigno iuncto [e]. (Appellatione [f] autem Tigni, omnis materia * [g] † ſignificatur, ex qua* ædificia fiūt.) Quod ideo prouiſum eſt, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit. Quod ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificiū, poterit materiæ dominus (ſi non fuerit duplū† iā conſecutus [h] *) tunc eam

* furtiuum. * ſoluere, * omnes materia * quibus. * perſecutus.

¶ a Deſinit. ſ. ex cauſa ædificationis: ſed ex alia cauſa poteſt deſinere, vt ff. de vſuc. l. rerum miſtura. §. Labeo. quæ huic regulę ſignatur contraria.

¶ Vt tamē materia contradictionis euitetur, dici poteſt hunc effici dominum reuocabiliter: illum autem reuocabiliter deſinere eſſe dominum: vt ſæpè accidit in pluribus caſibus. Syl.

¶ b Tantiſper. id eſt, interim.

¶ c Ad exhibendum. ſ. vt eximatur, niſi mala fide fecerit, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. tignum. & ff. de tig. iniun. l. fin. ſed tunc non eximitur, ſed in litē iuratur: vt ff. de ſolu. l. qui res §. fin. quia arbitrariæ ſunt iſtæ actiones: vt ff. de in lit. iuran. l. in actionibus. & infrà de act. §. præterea.

N.A. † Ad exhibendum. ὕϛερον πρότερον. Nam actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vindicationis. l. iij. ff. ad exhib.

¶ d Duodecim tabularum. lex quędam fuit, de qua dic, vt ſuprà de iure nat. §. & non ineleganter.

N.A. † Qua cauetur. Tignum alienum iniunctum ædibus, vineæve capitibus, ne ſoluito, ſed duplum dato. l. j. ff. de tign. iniuncto.

¶ e De tigno iuncto. Qua actione tenetur & qui iunctū habet, licet nō iunxerit: & qui iunxit licet non poſſideat, ſed altero ſoluente, alter liberatur: vt ff. de iis, qui deie. vel effud. l. ſi verò. §. ſi id. quod & de flu. l. j. in fi. & quod vi, aut clam. l. competit. §. fin. Sed quid ſi velit magis in rem reddere & eximere, quàm duplum præſtare? Reſpō. non auditur: quia propter publicam vtilitatē hoc fuit ſtatutū: vt j. eo. quod ideo, &c. & ff. de ope. no. nun. l. Prætor. & ff.

¶ f Appellatione. Facit ad hoc. ff. de verb. ſigni. l. tigni. & ff. ad exhib. l. gēma. & l. tigni. & ff. de acquir. rer. do. l. adeò. §. cū in ſuo. Itē quod in domibus dicitur, idem dic in caupona ſiue domũcula vt ſubiicit, quod ideo, &c. ad hoc ff. de verb. ſig. l. vrbana prædia. Quidam tamen contra. Item, idem in vinea: vt ff. de tig. iuncto. l. j.

¶ Et quamuis bona fides non patiatur vt idem bis exigatur. l. bona fides. ff. de regul. iur. tamen hoc ex eo oritur quòd dominus contra voluntatē ſuam dominio rei ſuæ priuatur. Nec obſtat. l. de eo. ff. de dona. inter vir. & vxor. quia ibi ideo datur ſimplum, quia concurrit voluntas domini: ſed aduerſatur voluntas iuris. Syl.

¶ g Materia. Vt cæmenta, & lapides.

N.A. † Omnis materia. i. trabes, cæmentū tegulæ, lapides: Itē, pedemēta in vitibus. l. 7. ff. ad exhib l. tig. ff. de verb. ſign.

¶ h Conſecutus. Hic eſt cōtra. ff. de tig. iūct. l. fi. Sed ibi nō cū effectu fuit cōſecutus duplū: quia licet exegit, nō tamē percepit adhuc duplum: vt argum. ff. de iis, qui deie. vel effu. l. perceptione.

N.A. † Si nō fuerit duplū pro eo. Siue ſciēs, ſiue ignorans alienū tignū iunxit, quāti domini intereſt damnatur: ſed quia probatio eius quod intereſt difficillima eſſe ſolet, idcirco lex duplo pretij definiuit, propter publicam vtilitatem, ne ruinis ciuitas deformetur: ſed ſi ſciens inſuper etiam ad exhibēdum, & rei vindicatione tenetur. Non vt eximat, ſed quia dolo poſſidere deſierit, tanti

tanti damnetur, quantum aduerſarius in litem iurauerit, etiam in infinitum. L.j.§.j.l.ij.ff.de tign. iniunct. l. qui reſtituere.68.ff.de rei vindic.

¶ a Vendicare. Nulla tēporis præſcriptione obſtante in rei vendicatione: vt ff. de rei ven. l.in rē. §. fin. quia nec prius agere potuit, vt C.de an. excep.l.j. §.fin. Aliud ergo ſi mala fide iniuxit: quia tunc agere potuit: vnde xxx.anno.repellitur à rei vēdicatione: vt C.de præſcript. xxx.ann.l.ſicut.

Aedificari poteſt quadrupliciter.

ADDITIO. Quam commoditatem non ex ſua mala fide, ſed ex negligentia non petentis conſequitur, aliàs eſſet abſurdum. ſecundùm omnes doc.hic.

¶ b Intelligitur. Sic Co. de ædi. pri. l. ſi is contra quem. Acc.

vendicare [a], & ad exhibendum de ea re agere. Ex diuerſo, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domū ædificauerit, illi⁹ ſit domus, cuius & ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus ꝓprietatem eius amittit, quia voluntate eius intelligitur [b] eſſe alienata: vtique ſi nō ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare. & ideo licet diruta ſit domus, materiam tamen vendicare non poteſt [c].

¶ Poſſeſſor bonæ fidei in alieno fundo ędificans, expēſas in ædificando factas exceptionis ope retinet.

¶ Certè †illud cōſtat, ſi in poſſeſſione conſtituto ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum [d], poſſe eum per exceptionem [e] doli mali † repelli: vtique ſi bonę fidei [f] poſſeſſor fuerit, qui ædificauit. Nam ſcienti, alienum ſolū eſſe, poteſt obiici culpa †, quod

¶ c Non poteſt. Quæ alienata eſt, non poteſt vendicari. Sed contra C.de rei vend.l.ſecunda in fin. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit: hic de ſua in alieno. Quare dic, aut de mea materia, & in meo ædifico: & tunc planum eſt. aut de aliena in meo: vt ſuprà proxi.§. aut de mea in alieno: vt hic: aut de aliena in alieno, vt in dicta l. contraria continetur.

¶ Certè illud conſtat. CASVS. Hortenſius ex ſua materia in Attici area domum conſtruxit. Atticus petit eam domum: quia (vt dictum eſt) ſuperficies ſolo cedit. quid iuris? Diſtinguo. nam aut Hortenſius bona fide, & ſuum eſſe ſolum credens ædificauit. quo caſu cogetur Atticus & materiæ pretium, & mercedes ſoluere: ſi domū habere velit. Aut mala fide, ſciens eſſe Attici: & tunc cedere Attico cogetur. donandi namque animo ædificaſſe videtur. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd facilius datur exceptio, & retentio, quàm actio. Syl.

† Certè. qui ſciens in alieno ædificat, donare intelligitur. l.vij.§.penul. ff.de adq.rer.dom. Sed cum iure naturę iniquum ſit, alterum cum alterius detrimento fieri locupletiorē. l.iure naturę. 206. ff.de reg. iur. æquum eſt bonæ fidei poſſeſſori & ædificatori, ꝓmitti aut op⁹, tollere, aut per retētionē ſumptus ſeruare. l. Paulus 14.ff.de dol. excep. Variè tamen hac de re diſputatū docuimus lib. feudor.ij.tit.28. §.iij. Sic inquilinus qui oſtiū, aut feneſtras ædibus impoſuit: denique qui neceſſario, vel vtiliter ſumptus fecit, ſeruare ſūptus poteſt. l.dominus. 55.§.j. & l.penul. ff.loca. N.A.

¶ d Fabrorū. id eſt, magiſtrorū de lignamine, vel murorum. ſic ff. de eo.quod cer.lo.l.iij.§.item Iulianus.

¶ e Per exceptionem. Quæ locum habet vbicunque æquum ſit exceptionem locum habere, ſiue alia competat, ſiue non: vt ff.de excep.do.l.ſecunda. §. & generaliter. & arg. ī.eo.§. literæ.

† Exceptionem doli mali. Hac formula fuit exceptio: Si non dolus actoris appareat, poſtulantis ſe cum alterius detrimento locupletiorem fieri.l. j.ff. de doli except. N.A.

¶ f Bonæ fidei. ſ. ab initio, & ex poſt facto cū ædificauit. nā ſi antequā ædificet, ſit bonæ fidei: & cùm ædificat malæ fidei ſit, eligitur quædam media via: ita vt neque vt malæ fidei puniatur, neque vt bonæ fidei expenſas conſeruet: quia promittitur abraſio: vt ff. de rei ven.l.Iulianus.lib. viij. Digeſt. ſcribit, ſi in aliena. quæ eſt huic contraria. & facit ad hoc. ff.de min. l. intra vtile. §. vendentibus.

† Obiici culpa. Per replicationem latę culpæ: quia lata culpa eſt ignorare N.A.

Digitized by Google

id quod omnes ſciunt. l. vitæ 223. ff. de verb. ſign. Et quod quis ex ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. l. quod quis. 203. ff. de reg. iur.

a Impenſa in alienis negotijs facta, qualiter recuperatur.

ædificauerit [a] temere in eo ſolo, quod intelligebat alienum eſſe.

¶ Plantata & ſata eius fiunt, in cuius ſolo ſeruntur, aut plantantur, modo radices immiſerint: bona fide tamen alienum inferens fundum, doli mali exceptione oppoſita, ſumptus, ſi quos fecerit conſequetur.

¶ Si Titius alienā plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diuerſo, ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij planta erit, ſi modò vtroque caſu radices egerit: antè enim, quàm radices egerit, eius permanet, cuius & fuerat. Adeò autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur [b]. Vt ſi vicini arbor ita terram Titij preſſerit, vt in eiꝰ fun-

¶ a Aedificauerit. Cùm de nouo ædificat. Et vt hæc plenè ſciantur, dic, dū impendit in rē alienā, aut ſuo, aut meo nomine. Primo caſu, loquuitur ille titul. de negot. geſt. & ff & C. eodem titu. Si meo: tunc aut fructuū gratia, & tunc ex fructibꝰ deducitur, aliàs nullꝰ fructus intelligitur, vt ff. ſol. ma. l. fructus. & ff. famil. erciſ. l. fundus qui. Aut cauſa rei ſeruandæ: & tunc aut de nouo faciendo, aut non primo caſu, ſi bona fide, habeo exceptionem non actionē, ſecundùm Ioan. vt ſuprà proximo §. & ff. de condic. inde. l. ſi in area. & ff. de doli ma. excep. l. Paulus. ſed M. etiam actionem dabat, & eſt pro eo ff. de pet. hære. l. hæreditas. §. j. & ff. ſi pars hære. peta. l. fin. & C. de rei ven. l. ij. & l. domum. Sed ibi ipſo geſtu negotiū fuit hæreditarium: quod neceſſe habuit facere: vnde actionem dabat. Sed Ioann. contra, vt dictum eſt. & facit etiam pro eo. ff. de rei vend. l. ſumptus. & ff. de act. empt. l. idémque. & ff. de pet. hæred. l. planè. Si verò mala fide, tunc nec excipiendo, nec agendo conſeruo, vt hic: nam nemini mihi voluit obligare: vt ff. cōmu. diui. l. in hoc iudiciū, ſecūdùm Io. ſed M. etiā dabat negotiorū geſt. actionē: vt ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo facit. C. de rei vēd. l. ij. Sed ibi loquitur, quando ex aliena materia, & in alieno impenditur: vt ibi plenè notatur. Si verò in reficiendo: aut bona fide, & tunc neceſſarias & vtiles per doli exceptionem, voluptuarias per abraſionem ſeruamus: niſi dominus vellet tantùm dare, quantū poſſet habere his ablatis & corraſis: vt ff. de rei ven. l. in fundo. Si verò mala fide, neceſſarias per officium iudicis, cùm tamen poſſideo vtiles per abraſionem conſeruo, voluptuarias nullo modo: vt C. de rei ven. l. domū. Hinc eſt quod dixit Bul. hic, quòd expenſas repeta quandoque per a. id eſt, per actionem: vt ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. Item per e. id eſt, per exceptionem: vt hic. Item per o. i. per officium iudicis: vt per l. C. de rei vned. l. domū. vt modò diximus. Et hæc in rei vēd. locum habent. In petitione verò hæreditatis, bonæ fidei poſſeſſor ſeruat omnes: at malæ fidei poſſeſſor neceſſarias, & vtiles per officium iudicis, aliàs per exceptionem doli, re exiſtente meliori, in qua factæ ſunt: voluptarias verò abradit: vt ff. de peti. here. l. planè incertis.

a Impenſa neceſſaria, vtiles & voluptuaria. Expenſas repeto per e. & a.

¶ Si Titius. CASVS. Caſſius in Antonij agro ceraſum plantauit, aut contrà, Antonij ceraſum in ſuo agro, vtrius eſt ceraſus? Diſtinguo, aut ceraſus radices nondum egit, & plantatoris remanet: aut egit, & tunc ſolo cedit. Cuius enim eſt radix, eiuſdē eſt arbor. Quid verò in hac ſpecie: Pirus Antonij ſuas radices in agrum meum inflexit, ita vt ex mea terra alatur. Eritne pirus illa non Antonij, ſed mea? erit. Ecce autem pomus in confinio duorum vicinorum enata eſt, atque in vtriuſque prædium ſuas radices expandit: Cuius eſt pomus? Vtriuſque. Sequens §. alienam lucem aſpernatur. Cor. Vib.

¶ b Commutatur. Sed videtur non cōmutari, cùm primo domino rei vēdetur: vt ff. de rei vend. l. ſi frumentū. §. de arbore. quæ eſt contra. Sol. licet ibi dicant Varus, & Nerua, damus: non tamen ſequitur, ergo nos damus, vel damus de æſtimatione, ſed non de

planta:

planta: vt diximus ſ. eo. §. planè, ſi longiori tempore.

ADDITIO. Et hæc vltima communiter approbatur per l. in rem. §. item quæcunque. ff. eo. de rei vend. Chriſto.

quia eius facto nihil actum eſt. Sed tamen dic eum teneri inſtar tigni iniuncti, qui tenetur, etiam ſi poſitum ab alio habeat, vel teneat: vt diximus ſ. eod. §. cùm in ſuo. per legem. ff. de iis, qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. ſi id, quod poſitũ. Et eadem quæſtio fit in plantatis: & eodem modo ſoluitur, cùm ſit ratio ſimilis: vt ff. manda. l. Lucius. §. j. in fin.

dum radices[a] egerit †, Titij effici arborem dicamus[b]. Ratio[c] enim non permittit, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quàm cuius in fundum †* radices egerit.* Et ideo prope confiniũ * arbor poſita, ſi etiã in vicini fũdum radices[d] egerit, communis fit.

* fundo. * egiſſet. * ἀπλοῖς ὅροις T. * terræ.

¶ Qua ratione autem plantæ, quæ terra *coaleſcunt: ſolo cedunt[e]: eadem ratione frumenta quoq;, quæ ſata ſunt, ſolo cedere intelligũtur. Cæterùm ſicut is, qui in alieno ſolo ædificauit, ſi ab eo dominus petat ædificium, defendi poteſt per exceptionem doli mali ſecundùm ea, quæ diximus[f]: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is, qui alienum fundum ſua impenſa bona fide conſeuit[g].

¶ Scriptura quantumuis pretioſa cedit ſuppoſitæ chartæ: tabulę tamen pictura ſuperimpoſita cedit.

¶ Literę quoq; †, licet aureæ ſint, perinde chartis[h]

¶ a Radices. Omnes, vt differat à ſequenti.

N.A. † Caſu radices egerit. Quia & planta, & arbor, tum demum ſoli pars cēſetur, cùm ei coaluit: id eſt, per radices adhæſit. Arborũ enim quæ fundo continẽtur non eſt ſeparatum corpus à fundo. l. Quinctus. 40. ff. de action. empt. Et eadem de cauſa, horreum frumentarium mobile ædificatoris manet. l. Titius. 40. ff. de adq. rer. dom.

¶ b Dicamus. Imò videtur ei°, in cuius fundo originẽ duxit: vt ff. arb. fur. cæ. l. ſi plures. §. fin. Sol. hæc corrigit illam. Vel dic, ibi, poterat viuere arbor ex fundo primo, hic non. Vel efficitur Titij pro parte. ſ. vt hic non in totum, vt ibi.

¶ c Ratio. Facit ff. eod. & de acquir. rer. do. l. adeò. in fin. & l. ſeq. & l. qua ratione.

N.A. † Cuius in fundum. Confinium eſt ſpatium quinque pedum, quod lex XII. tab. inter confines relinqui iuſſit, nequis arborem in eo ſereret, vel opus aliquod faceret. l. vltim. ff. fin. regund. Arbor in confinio poſita eſt, quæ intra ſpatium illud poſita eſt: prope confinium, quæ vltra, vel citra. l. vij. §. vlt. & l. ſeq. ff. de ad. rer. Dom. Hot. obſer. li. 5.

¶ d Radices. Pro parte.

¶ e Solo cedunt. Vt ſ. proxi. §.

¶ f Diximus. ſ. eod. §. certè. Sed quid. ſi aliqui ex ſemine meo in alieno fũdo ſeminauit, contra quem agam? Reſ. contra ſeminantem, non quia non poſſidet, nec dolo fecit quominus poſſideret. Item, nec contra poſſidentem:

* Si quis ſem. inuit ex ſemine meo in alieno fundo, agã contra dominum fundi.

¶ g Conſeuit. i. plãtauit vel ſeminauit.

¶ Literæ.

THEMA. Sicut purpura, quãuis pretioſior ſit, veſtimento tamen cedit ita literæ, licet aureæ, aut argenteæ, chartis cedunt Item, vt ædificium, vt arbor, vt frumentum ſatum ſolo cedunt. Et quum dominus chartæ petere volet à ſcriptore ſuam chartam, ſcripturæ ſumptus non offerens, impetrabit ſanè à Prætore actionem, & iudicem: ſed ſcriptor quoque impetrabit, vt iudicij liceat ſe abſoluere, ſi dolo malo actor ſuam chartam petat. Petit autem dolo malo, quia ſumptus non offert. Corn. Vib.

¶ Not. ſummarium. Item, quòd valet argumentum ab inconuenienti remoto. Sylueſt.

† Literæ quoque. Obſerua chartam quaſi ſolum eſſe ſcripturam quaſi ſuperficiem. Solum autem, ſiue principale cuiuſque rei dicitur, quod per ſe conſtat: acceſſio verò, quod per ſe non conſtat, ſed ab illo ſuſtinetur. lege, in rem. 29 §. tertio. ff. de rei vindic. l. tertia. §. penul. ff. ad exhi. Sic purpura licet pretioſior ſit, tamen acceſſio eſt. Veſtis, principale. §. ſi non. ſup. hoc tit. N.A.

¶ h Chartis. Vt de bombice: vt ſunt hæ, quæ de ipſis veniunt.

membranísve a cedunt, ac ſolo b cedere ſolent ea, quæ inædificantur aut inſerũtur: ideóque ſi in chartis membranísve tuis carmen c, vel hiſtoriam d, vel orationem e Titius ſcripſerit, huius corporis f nõ Titius g, ſed tu dominus eſſe videris *. Sed ſi à Titio petas h tuos libros, tuáſve membranas, nec impenſas ſcripturæ ſoluere paratus * ſis, poterit ſe Titius defendere per exceptionem doli mali: vtique ſi earum chartarum, membranarúmve poſſeſſionem bona fide i † nactus eſt.

¶ Titulo & bona fide alienum fundum poſſidẽs, perceptos fruct9 ſuos facit: malæ fidei verò poſſeſſor, etiã conſumptos reſtituit.

¶ Si quis in aliena tabula pinxerit k, quidam putant † tabulam l picturæ cedere: aliis videtur picturam, qualiſcunque ſit, tabulæ cedere m: ſed nobis videtur melius eſſe, tabulam picturæ cedere. Ridiculum † eſt enim, picturam Apellis, vel Parrha-

mēbrana vnde dicitur. ¶ a Membranísve. Quæ de mẽbris animalium eripiuntur.

¶ b Solo. Vt ſuprà eodem §. cùm in ſuo.

¶ c Carmen. Metrice.

¶ d Hiſtoriam. Noui & veteris teſtamẽti. idem dicam in fabula vel romãtia, vel quolibet libro proſaico.

¶ e Orationẽ. ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

¶ f Corporis. id eſt, Libri.

¶ g Non Titius. ſcilicet ſcriptor bonæ fidei.

¶ h Petas. directa in rem.

*intelligeris. ¶ i Bona fide. Si autem mala, laborem donaſſe videtur: vt ſ. eo. §. certè. Sed nũquid actionem ſcriptor habet reddito libro? Reſp. ſic ſi bonã fidem habuit, actionem dico, ſ. in factũ: vt ff. de rei vend. l. in rẽ. §. item quæcunque: ſi malam fidem habuit, nõ habet actionem: quia nec exceptionem habet vt hic. Sed cùm hodie pretioſior ſit ſcriptura, quàm charta, nũquid mutatur hoc? Reſpondent quidam, vt Azo, quòd ſic: Nos quòd non. arg. C. de teſta. l. ſancimus. & Cod. de appell. l. præcipimus. in fin.

*velis.

¶ Hæc opinio vera eſt, vt latè declarat Prępoſ. Sen. in iij. caſu, in j. q. Sylueſter. Aldobr.

N.A. † Bona fide. Bona fide: Quia exceptio doli mali non conceditur, niſi bonæ fidei poſſeſſori. l. ij. §. generaliter. ff. de excep. doli.

¶ Si quis in aliena. CASVS. Apelles in tabula Titij Mineruam pinxit. cuius eſt tabula? Apellis. Artificis enim hic præſtantiam ſpectamus: & quia pictura plerunque pretioſior eſt tabula, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id eſt, ex eo quod plerumque fit, iudicamus. Itaque ſi Apelles velit tabulam à ſe pictam petere à Titio, pretium tabulæ non offerens, facilè impetrabit à Prætore actionem, & iudicem: ſed Titius ſimiliter impetrabit, vt Prætor poteſtatem faciat iudici cognoſcẽdi num dolo malo Apelles vtatur. quod facilè probabit, quia pretium tabulæ non offert. Quid ergo ſi Apelles tabulam poſſideat? quomodo Titi9 ſuam tabulam petet? nam rei vendicatio datur domino. Titius autem non eſt dominus, ſed Apelles. Fateor, inquit, non cõpetere Titio actionem ex directis verbis legis xij. Tabul. ſed quia vtile eſt, ciuibus aliquem actionem dari, dabitur actio, quæ vocatur vtilis. Cætera plana ſunt. Sequens §. ſibi ipſe caſum ponit, imò verò eſt per caſum atque exemplum poſitus. Cor. Vib.

¶ k Pinxerit. ſiue bona fida, ſiue mala fide, ſecundùm Pla. nos contrà: quia bona fide: vt j. eo. & §. ibi vtique, &c.

† Quidam putant. Paulus in l. 23. §. 3. ff. de rei vindic. Cui refragatur Caius in l. 9. §. 2. ff. de adq. rer. dom. N.A.

¶ l Tabulam. quid ſi in marmore? Reſ. contra ſeruari forte. Argu. tamen contrà. j. de teſta. §. pen.

ADDITIO. Sed ibi loquitur in re ſeparabili à materia, hic ſecus. Et ideo non actionem, ſed exceptionem habet per iſtum text.

¶ m Cedere. ff. de rei vend. l. in rem. §. ſed & id, quod in charta. contra. Sol. hæc corrigit illam. Vel diſtingue, an pretioſior ſit illa ſcriptura, quam tabula, ſecundùm P. qui ait locum habere, quod hic dicitur, ſi pictus eſt

homo

Digitized by Google

homo, non vrſus: bono colore non atramento.

ADDITIO E. Barò pugnare inter ſe hæc putat, & hic d. §. ſed & id, quod corrigi. Spectaſſe namq; Imp. quæ frequentius accidit. nam cùm pictura ferè tabula ſit pretioſior, præterire oportuit legum latorem, quod perraro accidit.

N.A. ‡ Ridiculum. At in edificio, quãtũuis ſumptuoſo, in purpura, quãtumuis pretioſa, non fuit tibi ridicula naturalis ratio, vt acceſſio principali cedat. Harũ autem rerũ non in ſubſtantia, veluti coloribꝰ, & pigmentis, ſed in arte conſiſtit. l. 14. ff. de ver. ſi.

abeſt.

ſij [a] in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere. Vnde ſi à domino tabulæ imaginẽ poſſidente, is qui pinxit, eã petat [b], nec ſoluat preciũ tabulæ, poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri. At ſi is, qui pinxit, eam *poſſideat, conſequens eſt, vt vtilis actio [c] † domino tabulæ † aduerſus eũ detur. quo caſu, ſi non ſoluat impenſã picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: vtiq; ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit ille, qui picturã impoſuit [d]. Illud enim* palàm eſt, quòd ſiue is, qui pinxit, ſubripuit [e] tabulas, ſiue aliꝰ [f] cõpetit domino tabularum [g] furti actio.

¶ Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, nec eos conſumptos cogitur reſtituere: ſecus ſi fuerit malæ fidei. Aretinus.

*autem.

¶ a Apellis vel Parrhaſij. Propria nomina pictorum.

¶ b Eam petat. ſcilicet, directa rei vendicatione: vt ff. de acquir. rerum domi. l. qua ratione. §. ſed non vt literæ. ſecundùm Azonem.

Vtilitat aliquãdo non dominus à domino. ¶ c Vtilis actio. In rem non directa: quia deſiit dominus eſſe, & ſic eſt mirabile, quòd non dominus à domino vendicat. ſic contingit aliàs in publiciana in quibuſdàm caſibus: vt no. ĩ. de actio. §. aliæ.

N.A. † Vtilis actio. Actio directa eſt, quæ ex verbis legis naſcitur: vtilis, quæ ex ſententia. l. 7. ff. de iuriſd. omn. Cùm igitur directa rei vindicatio ſoli domino competat, iſte autem tabulæ dominus non ſit; tamen vtilitatis & æquitatis cauſa, actio illi dabitur, quæ propterea vtilis appellatur.

N.A. † Domino tabulæ. Abuſiuè. Iam enim dubium eſt pictorem dominum tabulæ factũ eſſe. ſed furti actio non modo domino competit, ſed etiã ei cuius intereſt rem ſaluam eſſe. l. 10. & paſſ. ff. de fur. Intererat autem, propter pretium tabulæ.

¶ d Impoſuit. Hoc mirabile contingit hic, ꝙ conditio poſſidentis eſt deterior, quàm petentis. aliàs contrà: vt infrà de interdictis. §. commodum. ſic & aliàs. ff. de noxalibus. l. ſi quis à multis. & ff. ſi ex noxali cauſa agatur. l. prima in fi. & l. ſecunda. ff. de petit. hæredita. l. cùm idem. Sed ad hoc reſp. quod in cauſa noxali eſſe poterit ꝙ ſecundò agens non probabit. Item, in petitione hæreditatis ſi bona iura habuit in vincendo, hæc eadẽ habuit in defendendo: & ſic non eſt eorũ conditio deterior. Item, cùm hic habeat actionem pictor, ſi nõ poſſideat: multò magis exceptionem debet habere ſoluto pretio: vt ff. de ſuperfi. l. j. §. quod autem. & ff. de regu. iur. l. inuitus nemo. §. cui damus. Sed nunquid domino quondam tabulæ eidem conceditur, ſi poſſideat. ſi pretium picturæ ſoluat? Reſpon. Ro. quod ſic: cùm ſibi actio detur. Ego contrà: vt ſit differentia inter dominum, & pictorem. Item, quis præfertur, ſi ambo contra extraneum poſſidentem agant? Reſpon. is qui directam habet actionem, id eſt, pictor, ſecundùm Ioan. Sed nunquid ſi tabula fuerit abraſa, remanet pictoris? Reſpond. ſic: vt ff. de rei vendicatio. lege, in rem. §. item quæcunque. verſi. & quod ſemel. Sed quare aliud in picturis, quàm in ſcripturis? Reſpon. quia pictura pretioſior eſt, quàm ſcriptura, ſecundùm Ioann.

Pictura pretioſior eſt ſcriptura.

¶ e Subripuit. Ante, quàm pingeret.

¶ f Alius. Poſt picturam.

¶ g Tabularum. Etiam, ſubaudi. nam & pictori contra extraneum furem datur, ſecundùm Azo. Vel melius (vt mihi videtur) hic loquitur, quando fuit fuit ſubrepta antequàm eſſet picta: ſed etiam contra dominum tabulæ ſibi ſubripientem poſſet dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta: vt infrà de obligatio, quæ ex delicto naſcuntur. §. aliquando.

Digitized by Google

¶ Si quis a à nõ domino, quẽ dominum eſſe crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliáve qualibet iuſta b cauſa æquè bona fide acceperit, naturali ratione c placuit, fruct⁹ d, quos percepit †, eius eſſe pro cultura e, & cura f. Et ideo ſi poſteà dominus ſuperuenit, & fundum vendicet †: de fructibus ab eo cõſumptis † agere nõ poteſt g. Ei verò, qui alienum fundum ſciens poſſederit, non idẽ h cõceſſum eſt, itaque cum fundo etiam fructus, licet conſumpti † ſint, cogitur reſtituere i.

a Bona fide. Quæ in initio exigitur. ſ. vt credat ſibi dantem habere ius diſtrahendi: vt ff. de vſur. l. qui ſcit. § fin. Nec obſt. quod eſt ff. de acqui. rer. do. l. bonæ fidei. §. in contrarium. quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.

ADDITIO.

Bona fide detinemus, quæ ex iuſto titulo tenere nos putamus. Mala fide contrà, quando nos nullam iuſtam poſſidendi cauſam hãbere ſcimus. l. qui à quólibet. ff. de contrah. empt.

b Iuſta. Cùm multæ ſint cauſę ſiue tituli acquirendi: vt in ff. colligitur in variis titulis, ſub tit. de vſuc. vſque ad tit. de re iud. Idem tamen, & ſi titulum non habeat: vt arg. ff. finium regund. l. iiij. § poſt litem. verſic. ſed ante.

Ratio autem eſt: quia in acceſſoriis præſcribendis ſatis eſt titulus pro ſuo. Bal. l. ſecunda. C. de vſu. & fruc. leg. Syl.

c Naturali ratione. id eſt, Iuregentium, de quo loquitur hic tit. cui naturalis inſita ratio eſt.

N.A. † Naturali ratione. Quia æquum eſt eum qui bona fide impendium fecit, fructus ſuos facere. Sed fructuum alij ſunt pendentes, ſiue ſtantes, qui quidem pars fundi videntur. l. pendentes. 44. ff. de rei vendic. Percepti in bonæ fidei poſſeſſoris perſona dicuntur, ſimulatque à ſolo ſeparati ſunt. l. qui ſcit. 15. §. 1. ff. de vſuc.

d Fructus. ſ. induſtriales: aliud in naturalibus, vt ff. de vſufruct. l. fructus. Nec obſtat. ff. de acquir. rerum domi. l. bonæ fidei. in princip. quod enim ibi dicit omnes, exponitur ſiue facto poſſeſſoris, ſiue alterius percepti, induſtriales tamen: vt ff. de vſur. l. qui ſcit. §. præterea. [Regula enim eſt, ꝙ quilibet poſſeſſor, etiam cum titulo, tenetur reſtituere fructus naturales, etiam cõſumptos. Et ratio eſt, quia in eis agitur de mero lucro, cùm acquirantur ſine impenſa, & induſtria hominis: & ideo ceſſante ratione curæ & ſolicitudinis, non cadit etiam diſputatio, an error iuris ſufficiat. Communis eſt hęc reſolutio docto. in l. & ex diuerſo. ff. de rei vendic. Syl.] Sed naturalibus fructibus conſumptis, an teneatur poſſeſſor? Reſp. Non tenetur poſſeſſor rei vendicatione: quia non poſſidet, nec dolo deſiit poſſidere: ſed condictione ſine cauſa tenetur, inquantum locupletior eſt. arg. ff. ſi certum pet. l. ſi & me.

ADDITIO.

Sed ſi nõ ſit effectus locupletior, non tenetur: niſi eſſet malę fidei. Ang.

† Percepit. id eſt, in bonæ fidei poſſeſſore, pro conſumptis habuit; quod notandum eſt, quia in fructuarij perſona tunc demum percepti dicuntur, ſi expreſſi ſint: veluti, cùm tritum eſt frumentum, coacta vindemia. l. iij. ff. quib. mod. vſufr. amitt. N.A.

e Pro cultura. Vt ſegetes.

f Et cura. Vt lac, & pilus, & lana.

† Vindicet. Euincat per iudicium rei vindicationis. N.A.

† Conſumptis. Perceptio fructuum, adquiſitionem inchoat, conſumptio, perficit. l. iiij. §. lana. ff. de vſurpat. Extantes autem, vel pendentes, vel rei vindicatione à domino petuntur, vel in rei vindicationem veniunt officio iudicis. d. l. iiij. §. lana. & l. quęſitum. 40. ff. hoc tit. N.A.

g Non poteſt. Nec ad pretium: vt ĩ. de offi. iud. §. & ſi hæreditas. verſi. ſi verò. & ff. finium reg. l. iiij. §. poſt litẽ. verſi. ſed ante. ſi tamen extant, non rei vendicatione, quia percipientis ſunt, ſed officio iudicis tenetur reddere: vt C. de rei vend. l. certum. §. bona fide.

† Licet conſumpti. Malæ fidei poſſeſſor fructus omnes cuiuſcunque generis ſint, reſtituere cogitur, & perceptos, & percipiendos, & exſtantes, & conſumptos, & ſiue locupletior factus ſit, ſiue non. l. ſi fructus. 23. l. ſi nauis. 62. §. generaliter. ff. de rei vindic. N.A.

Et ita communiter tenetur: vt latè Cur. in conſi. lxxj. per totum. Syl.

h Non idem. Vt faciat fructus ſuos.

i Cogitur reſtituere. Diſtingue tamen:

¶ Fructus à ſolo ſeparati fructuarij fiant, non etiam pendentes: ideo nõdum perceptos ad hæredes non transfert.

¶ Is verò, ad quẽ vſusfructus fundi† pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe [a] eos perceperit†. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis [b] deceſſerit, ad hæredes† eius nõ pertinent: ſed domino [c] proprietatis acquiruntur. Eadẽ ferè & de colono [d] † dicuntur.

¶ Fœtus, lac, pilus & lanæ ſunt in fructu pecudum: partus verò ancillæ non dicitur in fructu: & ideo non pertinet ad fructuarium ancillæ. Aretin.

¶ In pecudum fructu etiam fœ-

men: quia ſi habet titulum malæ fidei poſſeſſor[e] de conſumptis condictione ſine cauſa, de extantibus rei vendicatione tenetur, de percipiendis propter titulũ excuſatur, vt C. de rei vendic. l. ſi fundũ. niſi in quatuor caſibus. Primò, quando emit ab eo, quẽ ſcit vẽdere in fraudem creditorũ: vt ff. quæ in fraud. cre. l. ait prætor. §. per hanc. Secundò, quando emit ab eo, qui metu compulſus eſt: vt ff. quod met. cau. l. ſed & partus. [Adde, quòd hoc eſt introductum in odium inferentis vim, vel metũ. Syl.] Tertiò, quãdo emit cõtra interdicta legum ſciens: vt C. de agr. & cẽſi. l. quemadmodum. libr. xj. [Adde, quòd hoc operatur contumacia ementis rem à lege prohibitam. Syl.] Item in quarto, ſcilicet quando emit à fiſco non ſolenniter vẽdente: vt C. de fide & iur. haſt. fiſc. l. j. Iſti quatuor caſus etiã not. ff. quod met. cau. l. ſed & partus. & l. ſi fundum. C. de rei vend. Si non habet titulũ, de conſumptis condictione ſine cauſa, de extantibus rei vendicatione: vt C. de cond. ex lege. l. pe. C. de rei vẽ. l. ſi fundum. de percipiendis officio iudicis. ff. de rei vend. l. ſi nauis. §. fin.

¶ Is vero. CASVS. Ceſennia vſum & fructũ fundi Fulciniani habebat. mortua eſt maturis fructibus, nondum tamen perceptis: nónne Cæcinę maritus, hæres ipſius, fructus illos habebit? nequaquam: ſed proprietarius. quod nota pro Ciceronis oratione pro Cæcina. Quod idem eſt in colono. Nã Chremes colonus Titij mortu[9] maturis fructibus non facit ſuum hæredẽ illorum dominum. duo §§. ſequentes ita clari ac perſpicui ſunt, vt dici clarius nihil poſſit. Cor. Vib.

N.A. † Vſusfructus fundi. Id eſt, ius vtendi fruendi alieno fundo, cuius fundi aliena proprietas penes ipſius dominum remanſit.

¶ a Ipſe. Alio enim percipiente non fiunt ſui, ſed fiunt bonæ fidei poſſeſſoris, etiam ſi eos alius percipiat: vt ff. de vſur. l. qui ſcit. §. præterea. vel aliter, ſi iſte percepit, nõ etiam hæres eius, nec enim ad hæredem trãſmittit.

† Perceperit. id eſt, excuſſerit, expreſſerit, veluti oleo facto, coacta vindemia, frumento trito. Nam in fructuarij perſona tum demũ percepti fruct[9] dicuntur. l. arboribus. 12. §. Iulianus. ff. de vſufru. in bonæ fidei poſſeſſore, ſola ſeparatio à terra pro perceptione valet. l. ſi eius. 78. ff. de rei vindic. N.A.

¶ b Perceptis. Vt ſi in horreo repoſiti ſunt, facit ſuos fructuarius. ſed bonæ fidei poſſeſſor ſtatim, vt à ſolo ſeparati sũt: vt ff. quib. mod. vſufr. amit. l. ſi vſusfr. Eſt & alia differentia: quia fructuarius facit ſuos naturales fructus, bonæ fidei poſſeſſor non: vt ff. de vſuf. l. vſufruc. legato. & de vſur. l. fructus.

ADDITIO. Percipit fructus, qui à ſolo eos ſeparat, atque auellit, quamuis nondum tritum frumẽtum, oleum factum, aut vindemia coacta ſit. E.B.

¶ c Domino. Sed per quam actionem? Reſp. per rei vendicationem cùm dominus ſit: vel condictione ex hac lege.

† Ad hæredes. Quia morte fructuarij vſusfructus interit.

¶ d De colono. Qui nummis colit. nam omnes fruct[9] facit ſuos, vt vſufructuarius: ſed differũt, quis colon[9] talis facit fructus ſuos ſtatim, vt à ſolo decerpti ſunt, vt ff. de furt. l. ſi apes. §. fin. ſecus in vſufructuario, vt hic dicitur. vel dicas partiariis, vt ff. loc. & conduc. l. cùm in plures. §. meſſem. ſecundũ Azo. Itẽ, dicit ferè, propter aliud: quia colonus trãſmittit ad hæredem: vt j. de loca. & condu. §. fi. ſed fructuarius non, vt hic.

N.A. *Partiarij ſunt, qui terram colunt pro parte dimidia, vel tertia, vel alia, ſecundùm fertilitatẽ terræ aut ſterilitatem. Aeg.P.*

N.A. †. Eadẽ fere & de colono. Fructus quos

ſuo nomine emptor ſeparauit, & collegit, ſunt ipſius non coloni. l. ſi ſeruus. 61. §. locaui. §. de fur. Ideo furti actio, furtiuaq; ſoli domino competit. l. ſi apes. 28. ff. de fur. Fructus alius naturalis, alius ciuilis. l. vſura. 21. ff. de verb. ſignif. Naturalis eſt q ex ipſo cuiuſq; rei corpore puenit. Primum procreatione, veluti fœtus, itémque lac, pilus, lana. l. in pecudum. 18. ff. de vſur. Deinde operis, & labore corporis; veluti in iumentis, deportando, vehendo, triturãdo: in ſeruis, quolibet opere faciendo; ſed ſingulari ratione ab ancillarum fructibus ſeparantur partus, & partuum partus. l. vellus. 68. ff. de. vſuf. fructus igitur ſerui, aut ancillæ in operis, & miniſterio eſt duntaxat. l. quarta. ff. de oper. ſeruo. Ciuiles fructus dicuntur, qui non ex corpore veniunt, ſed iure percipiuntur, id eſt, negotiatione, veluti vſura pecuniæ. l. 62. ff. de rei vindi. dicta lege 21. ff. de verborum ſignificatione. veluti, cum ſerui opera, aut iumenti locatur, aut vſus nauis. Nam merces habitationis, opera ſerui, vecturæ iumentorum, naula nauium, generali fructuum nomine appellantur. l. mercedes. 29. ff. de hæred. petitio. l. prædiorum. 36. ff. de vſur. Item aucupia, piſcationes, venationes. l. item ſi. 9. §. aucupiorum. & l. 62. ff. de vſufr. Rurſus fructuum alij ſunt, naturales qui ſua ſponte naſcuntur, veluti arborum baccæ, ſyluæ ceduæ. Alij induſtriales, hoc eſt, exculti, elaborati hominum opera, veluti vinum, frumẽtum, legumina. l. fructus. 45. ff. de vſur. Palea fructus eſt excultus, fœnum, naturalis; quia falce tantùm, non cultura opus eſt. l. pratum. 31. ff. de ver. ſignif.

¶ a Fœtus. Quaſi dicat, ita fœtus, ſicut, &c.

¶ b Pilus. Bouis vel etiam caprarum, ad borream ſellarum.

tus [a] eſt: ſicuti lac, pilus [b], & lana: itaque agni, hœdi, & vituli & equuli, & ſuculi [c] ſtatim naturali iure [d] dominij fructuarij ſunt. Partus verò ancillæ in fructu non eſt: itaque ad dominum proprietatis ptinet [e]. Abſurdum [f] enim videbatur, hominem in fructu [g] eſſe: cùm omnes fructus rerum natura [h] gratia hominum comparauit. ¶ Debet vſufructuarius gregis, & arborum, & vitiũ, agnatas in demortuarum locũ ſubmittere. Aretin. ¶ Sed ſi gregis [i] vſumfructum quis habeat, in locum de mortuorum capitum ex fœtu [k] fructuarius * ſubmittere [l] debet,

* Vſufructuarius Lib. meram. I.

¶ c Et ſuculi. i. parui ſues.

¶ d Naturali iure. i. gentium, de quo loquitur §. eo. §. ſingulorum.

¶ e Pertinet. Quantum ad plenã proprietatem: niſi etiam & in partu ſit vſusfructus legatus: vt ff. de vſufructu. l. vetus.

¶ f Abſurdũ. ſic ff. de vſur. l. in pecudum.

¶ g In fructu. ſcilicet, vt ipſe ſit fructus: ſed tamen in eo relinquitur vſusfructus.

¶ h Rerum natura. id eſt, Deus. ſic ſuprà de iure natura. in princip. vnde dicitur apud Ouidium, Pronáque cùm ſpectent animantia cætera terram: Os homini ſublime dedit, cçlúmque videre Iuſſit: & erectos ad ſidera tollere vultus. Sic ff. de ædilitio edicto. l. iuſtiſſimè. & ff. de furt. l. qui vas. §. ex furtiuis. & ff. de petitio. hæredi. l. ancillarum.

¶ i Gregis. Grex eſt numerus decem ouium, vel quinque porcorum ſimul & congregatim conſiſtentium, vt ff. de abigeis. l. oues. & facit. ff. de vſucap. l. rerum mixtura. § tertium.

¶ k Ex fœtu. Aliunde enim non ſubmittit, ſecundùm quoſdam, vel fortè ſubmittet etiam aliunde argum. ff. de vſufruct. l. quid ergo. §. ſed quod dicitur. in fine.

¶ l Submittere. Quæ ſubmiſſio non fit, ſi in ſingulis capitibus ſit vſusfructus: vt ff. eod. de vſufruct. l. quid ergo. §. ſed quod dicitur. in fine.

ADDITIO. Sed ſi vi ventorum arbores euulſæ ſint, ad proprietariũ pertinent, nec fructuarius alias ſubſtituit. l. arbores. ff. de vſufru.

† Recte enim colere. Id eſt, boni viri arbitrio debet colere. l. j. & paſſ. ff. de ruſt. fruct. N. A.

¶ Theſauros. CASVS. Valerius theſaurum reperit: cuius eſt theſaurus? Diſtinguo. Nam aut in ſuo fundo reperit, & totum ac ſolidum theſauri ſibi habebit: aut in alieno fundo, & tunc aut fortuitũ, aut data opera: ſi fortuitũ theſaurus

ſaurus ex æquis partibus inter Valeriū & loci dominū diuidetur: ſi data opera, totum domino loci reddere cogitur. Quid ſi in loco ſacro? Eadē prorſus diſtinctio adhibenda eſt. Nā aut locus me⁹ eſt, aut alienus: & aut data opera aut caſu reperiri theſaur⁹ poteſt. Conſidera autē ſtultitiam Iuſtiniani, qui Adriani ſuperſtitioſas de locis ſacris cōſtitutiones vult à Chriſtianis obſeruari. Cor. Vib.

¶ a Theſauros. Eſt autem theſaurus, pecunia ab ignotis dominis vetuſtiori tēpore abſcōdita: vt C. de theſauris. l. vnic. li. x. in princ. vel diſpoſitio pecuniæ vetus, cuius memoria non extat: vt ff. de acquir. rer. do. l. nunquam. §. theſaurus. quādoq; impropriè dicitur: vt ff. de acq. poſ. l. peregrè: in principio. & ff. ad exhib. l. theſaurus.

* ſolo.

¶ b Loco. Aliàs ſolo.

¶ c Suo. Iure directo vel vtili: vt feudatarius, vel emphyteuticarius, vel ſimiles, licèt Pla. aliud dixerit in his. Quid ſi mercenarius, dum laborat in alieno, vel creditor in pignore inuenit theſaurum? Reſpon. dimidium eius eſt, in cuius fundo inueniunt: & dimidium ſibi acquirunt: vt ff. de acqui. rer. do. l. ſi is qui. §. quòd ſi creditor.

N. A. † Naturalem æquitatem. Siue quia quod nullius eſt fit primi occupantis, ſiue quia theſaurus pars videtur fundi: vt arēna, creta, lapides, metalla in fodinis. l. 9. §. 2. ff. de vſufru. l. 7. §. ſi vir. ff. ſol. matri.

¶ d Religioſo. Vt ff. de iure fiſc. l. iij. §. ſi in locis. contra. Sol hic corrigit ſecundū B. vel hic ſecūdū naturalem rationē: vt patet in litera ibi, ſecundū ciuilem rationem quæ præualet, ſicut & in vſucapione contingit, ſecundū Ioan.

¶ Hæc vltima tenetur ſecundùm Chriſtopho. hic. Hodie autem dimidia erit inuentoris, alia prælati. Syl.

¶ e Fortuito caſu. CASVS. Eſt inopinatæ rei euentus ex diuerſis cauſis proueniens, ob aliud, & aliud inceptis.

* Spartianus Adria.

* abeſt.

† Fortuito caſu. Ne ſepulchra fodiendi *facultas detur, contra l. 1. & paſſ. ff. de ſepulcr. viol. & l. 1. Cod. de theſaur. N. A.

¶ f Non data ad hoc opera. Aliàs totum domino redderetur, in ſuo tamē loco poteſt operam dare: non tamen magica arte, aliàs eſſet fiſci: vt Cod. de theſau. l. vnica. lib. x.

* conſequenter Th.

¶ g Domino. Sed per quam actionem? Reſpond. per rei vendicationem, cùm dominus ſit: vel ex condictione ex hac lege.

* ſecutus naturalem æquitatē.

¶ g In Cæſaris loco. ſcilicet patrimoniali.

¶ h Fiſcali loco. Non tamen publicè deputato.

† Conueniens eſt. Sed totum hoc ius pro principum voluntate variauit. Nam D. D. fratres, id eſt, Antoninus & Verus reperti in loco ſacro, dimidium fiſco attribuerunt. lege tertia. §. penultimo. ff. de iur. fiſci. Nerua, cuiuſuis theſauri beneficium ſolis prædiorum dominis attribuit, auctore Zonara. Conſtantinus fiſco dimidium. lege prima. Codice, Theodoſi. de theſauris. Gratianus, ſi quis in alieno reperiſſet, *domino quadrantem. lege ſecunda. Codice, eodem titulo. Leo Philoſophus, Adriani hoc ius renouauit. Nouella quinquageſima prima. N. A.

(vt & Iuliano viſum eſt) & in vinearum demortuarum vel arborum locum alias debet ſubſtituere. Rectè enim colere, & quaſi bonus pater familias vti debet.

¶ Theſaurus vel in ſuo vel in religioſo, vel in ſacro loco inuentus, efficitur inuentoris: in alieno verò caſu fortuito inuentus, ſolum pro dimidia efficitur dominus inuentor: & dominus ſoli pro alia dimidia. Aretin.

¶ Theſauros [a], quos quis in loco [b] * ſuo [c] inuenerit, diuus Adrianus * naturalem æquitatem † ſecutus ei conceſſit, qui eos * inuenerit. Idémque ſtatuit, ſi quis in ſacro, aut religioſo [d] loco fortuito caſu [e] † inuenerit. At ſi quis in alieno loco non data ad hoc opera [f], ſed fortuitù inuenerit: dimidiū domino [g] ſoli conceſſit, & dimidium inuentori. Et conuenienter *, ſi quis in Cæſaris loco [h] inuenerit: dimidium inuentoris, & dimidium eſſe Cæſaris ſtatuit. Cui cōueniens eſt † vt ſi quis in fiſcali [i] loco, vel publi-

¶ a Vel

Quadā exempl. habent, in loco publico, vel fiſci, vel ciuitatis.

eo [a], vel ciuitatis [b] * inuenerit, dimidium ipſius eſſe debeat * & dimidium fiſci [c], vel ciuitatis.

* *abeſt.*
* *abeſt.*

¶ Rerum corporalium traditio à domino facta ex cauſa ad dominij tranſlationē idonea, accipientem dominum facit.

¶ Per traditionē * quoq; [d] iure naturali [e] res nobis adquirūtur [f]. nihil [g] enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quā voluntatem [h] domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. & ideo cuiuſcunque [i] generis ſit corporalis [k] res, tradi poteſt, & à domino [l] tradita alienatur [m]. Itaq; ſtipēdiaria [n] † quo-

*Ex Vlpiā. tit. 19.

¶ a Vel publico. id eſt, publicè deputato.

¶ b Ciuitatis. Quæ loco priuatorum ſunt: vt ff. de verbor. ſignificat. l. eum, qui vectigal.

¶ c Fiſci. Sed ſi fiſci partem ſuppreſſerit, totum cum altero tanto reddit: vt ff. de iure fiſci. l. iij. §. fin.

¶ Per traditionē. THEMA. Olim res erant aliæ mancipi, aliæ nec mancipi. & Traditio (vt ait Vlpianus in titulis) erat propria rerum nec mancipi, quarum dominia ipſa traditione acquirebantur. Nūc verò cuiuſcunque generis res ſit, traditione, dominiū eiu acquiritur. Præterea olim differentia erat inter prædia Italiæ, & prouinciarum. Erant autem prouinciæ, regiones omnes extra Italiam à populo Romano quæſitæ, in quibus magiſtratus populi Romani iu dicebat. Nam Italiæ prædia mancipi erāt, Prouinciarum non erant. Iuſtinianus Græcus homo Italiæ præſtantiam non tanti faciens, quanti Romani veteres, omnia ad æquabilitatem redegit. Itaque & Italica, & prouincialia prædia traditione quæruntur. Appellat autem prouinciarum prædia tributaria, & ſtipendiaria, quia Italia olim erat libera: prouinciæ vero ſtipendium, tributúmque pendebant. Cor. Vib.

¶ Not. traditione dominium quæri. Item, quòd nihil conuenientius eſt, quàm quòd voluntas domini impleatur circa alienationem rei ſuæ. Item, quòd naturali rationi conuenit, quòd quilibet rerum ſuarum ſit moderator, & arbiter. Item, quòd ſtipendiaria & tributaria prædia per traditionem alienantur. Item, quid ſint ſtipendiaria, & tributaria. Syl.

¶ d Per traditionem quoque. Non ſolùm inuentione: vt §. proxi.

¶ Per traditionem. Traditio rei mobilis, eſt naturalis datio. l. viij. ff. de pec. i. de manu in manum trāſlatio, ſed in mobili, eſt poſſeſſionis datio. l. iſi ff. de actio. emp. l. ſi rem. 28. ff. de verb. oblig. Nam iure naturæ dominia rerum ex apprehenſione, & occupatione cœperunt. l. j. ff. de adq. poſſ. & §. ſingulorum. §. hoc tit.

¶ Iure naturali. i. gentium: vt §. proxi.

¶ f Adquirunt. Cauſa precedēte vera vel putatiua, vt indebitum: aliàs nō: vt ff. eod. l. nunquam. & i. hoc §. ibi, Sed quidem, &c.

¶ g Nihil. Imò Deo ſeruire. ſed hyperbolicè loquitur, ſic ff. de pact. l. j. in princip. & ff. de acti. emp. l. ex empto. in princip. & C. de tranſactio. l. non minorem.

¶ h Voluntatem. Dum tamen ſit legitima: nam cui bonis interdictum eſt non alienat. vt ff. de cur. fur. l. j. in princip.

¶ i Cuiuſcunque. id eſt, ſiue mobilis, ſiue ſoli.

† Cuiuſcunque generis. Siue mancipi, ſiue non mancipi: quia differentiam hanc Imperator ſuſtulit. l. vnica. C. de vſucap. tranſf. N. A.

¶ k Corporalis. Incorporales enim tradi non poſſunt: vt ff. de acquir. rerum domi. l. ſeruus. §. incorporales.

† Corporalis. Nam incorporaliū traditio non eſt naturalis, ſed ciuilis: nimirum per vſum, & patientiam. lege vltima. C. De ſerui. l. 43. §. j. ff. hoc tit. N.A.

¶ l A domino. Hoc quandoque fallit. & ita eius contrarium inuenitur verum: vt infrà. qui. ali. licet, vel non. Sed hoc eſt regulare: vt hic. & ff. eodem. l. traditio.

¶ m Alienatur. id eſt. dominium transfertur. Accur.

¶ n Stipēdiaria. ſ. Quæ militibus p ſtipendiis dabantur: vt ff. de rei vendic. l. itē ſi verberatum. §. ij. & de euict. l. Lucius. & de acquir. rerum do. l. in agris.

† Itaque ſtipendiaria. Imò dicendum fuit. Itaque Italica quoque prædia, & non modò ſtipendiaria, & tributaria eodem modo alienātur. Vel ſic potius N.A.

Itaque

Itaque vt ſtipendiaria, & tributaria, ſic etiam Italica prædia eodẽ modo alienantur. Nam aliquo iure Italica prædia mancipi fuerunt, & non niſi mancipatione alienabãtur. Tacitus.lib.20. Neq; quies gentiũ ſine armis, neque arma ſine ſtipẽdiis, neque ſtipẽdia ſine tributis haberi queũt. Malè autem Theophilus ſtipẽdiarias, à minutis numis; tributarias, à magnis ſummis denominatas putat.

ſufficit enim induci in poſſeſsionem, licet non vacuam. Quod autem in d.l. cures. de proba. dicitur demonſtratiue, quòd ſic euenerit, non cauſatiuè dicitur.

¶ a Tributaria. Quæ tributa Romæ reddunt.

¶ b Alienantur. per traditioné.

¶ c In prouinciis. Quaſi dicat, talia prædia nõ sũt in Italia.

¶ d Inter quæ.ſ. prouincialia.

¶ e Conſtitutione. Vt C.de vſuca.trãſ.l.vnica.

que, & tributaria[a] prędia eodem modo alienantur[b]. Vocantur autem ſtipendiaria, & tributaria prædia, quę in prouinciis[c] ſunt: inter quæ[d], nec non & Italica prædia, ex noſtra cõſtitutione[e] nulla eſt, differentia[f]: ſed ſiquidem[g] ex cauſa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa tradantur[h], ſine dubio transferuntur[i].

¶ Ita demum traditione rei venditæ emptor dominus efficitur ſi aut pretium venditori ſolutum ſit, aut aliter ſatis ei factum ſit, aut fides de pretio habita: & quod per alium facimus, ipſi quoque facere videmur.

¶ Vẽditæ vero[k] † res[l] & traditæ, nõ aliter emptori adquiruntur, quàm ſi is venditori pretium ſoluerit, vel alio modo ei ſatiſfecerit: veluti expromiſſore †, aut

¶ Venditæ. CASVS. Syluius mihi Vendidit equum, & tradidit, meúſne continuò eſt equus? minimè, niſi aut pretium ſolueris, aut ſpõſorem dederis, qui promittat Syluium damno cariturum, aut Syluij fidem ſequaris. An autem neceſſe eſt. equum à Syluio tradi? minimè. modo Cincius. cui omniũ ſuarum rerum adminiſtrationem commiſit, tibi eum tradiderit. Sequẽs §. expoſitus eſt per caſum & exemplum accommodatum. Cornelius Vibul.

¶ f Nulla eſt differentia. ſcilicet quantum ad dominij tranſlationem, vt C.de vſuca. tran for. l. vnica. ſed quantum ad tributa eſt differentia. C. de epiſc.& cler.l.de iis.

ADDITIO. Olim Italia immunis erat à tributis, tanquam domicilium Imperij, parẽſque honorũ omnium: quod ius poſtea beneficio Imperatorum multis datum eſt ciuitatibus. l.3. & fin.ff. de cenſi. ſtipendium autem & tributum pro eodem hîc ponuntur. Aem.Ferr.

¶ g Sed ſi quidem. Verè nulla eſt differentia, ſed & ſi, &c.

¶ h Tradantur. ſcilicet ſtipẽdiaria prędia & tributaria. Accurſius.

¶ i Transferuntur. ſcilicet prouincialia prædia, ſicut Italica. & eſt verum in omnibus, niſi ſcriptura neceſſaria ſit ſecundùm Ioannem: vt C. de ſuffra. l. vnica.§.quòd ſi prædia. Item, ſunt vera, ſi accipiens inducatur in vacuam poſſeſsionem, ſecundùm quoſdam: vt C.de prob. l.cùm res. Ioan. contrà: vt ff.de fund. dot. l. ſi fundum. & de acq. rerum dom.l.homo liber.§.quicquid.

¶ Not. in cõtractu emptionis pretium neceſſarium, vel quòd de eo fides habeatur, vt dominiũ ex traditione trãſferatur. Item, quòd idẽ operatur procurator, vel negotiorũ geſtor in transferendo dominio, quod operatur ipſe dominus. Item, quòd qui per alium facit, per ſe facere videtur. Syl.

¶ k Verò. Pro ſed. Accurſius.

† Venditæ verò. Particula (verò) eò referenda eſt. Et ſi regula eſt, vt traditio iuſta ex cauſa dominium iure naturali transferat, tamen in venditione nõ transfert, niſi præſens pecunia numeretur. Itaque non (vero) ad finem ſuperioris paragraphi referenda eſt. N.A.

¶ l Res. Quæ loco pignoris à venditore teneri poſſunt: vt ff. de act. empt.l. Iulianus.§.offerri.

¶ Intellige impropriè, quia dominiũ & pignus non concurrunt.l.neque pignus.ff. de regulis iur.eſt. enim dominium reuocabile, & quaſi pignus: & ſic dominium & pignus ferè impropriè. Syluest.

† Expromiſſore. Expromiſſor plerunque N.A.

runque dicitur, qui alienam in ſe obligationem ſuſcipit: ſed hoc loco pro fideiuſſore, ſiue adpromiſſore vſurpatur l.xix. ff. de contr. emt. l.ex emto. .xı.ff. de actio.emt.

tur, vt quia fortè dicebat emptor præſentem ſe habere pecuniam: vt arg.ff. de pign. act. l.ij. Et arg. contrà. ff. de tribut.l.procuratoris.§.ſed ſi dedi.

¶ Hæc glo. communiter approbatur, vt dicit hic Chriſt. Sylueſt.

pignore [a] dato [b], quod cauetur quidem lege [c] duodecim Tabularũ: tamen rectè dicitur, † & iure gentium, id eſt, iure naturali [d] id effici. Sed ſi is qui vendidit [e], fidem emptoris [f] ſecutus † fuerit, dicendum eſt, ſtatim rẽ emptoris fieri [g], Nihil [h] autẽ intereſt vtrum ipſe dominus tradat alicui rem ſuam, an voluntate eius alius, [cui *eius rei poſſeſſio † permiſſa ſit [i].] Qua ratione ſi cui libera [k] vniuerſorũ negotiorũ adminiſtratio permiſſa fuerit à domino, iſque ex his negotiis rẽ vendiderit, & tradiderit, facit eam accipientis.

¶ Qui rem ſuam iam dudum alicui ex cauſa ad dominũ transferendam minus idonea traditã, ei rem poſteà iuſto titulo conceſſit, dominium ſine noua traditione tranſtulit.

¶ Interdũ etiã ſine traditione, nuda [l] voluntas † do-

¶ a Pignore. Quod ſic intelligo, ſi placeat venditor aliud, quàm pretium accipere: aliàs non: vt ff. ſi certum pet.l.ij.§.j.

¶ b Dato poterit ergo vendicare venditor rem, ſ.ſi nõ fuit de pretio ſatis factum: vt ff. de trib. l.procuratoris. §. ſed ſi dedit mercem. niſi emptor tũc pretium offerat: vt ff. man. l.diligenter. §. j. in fin. ff. de preca. l.ea quæ.

N.A. † Rectè dicitur. Quia lex, Iuris naturalis æquitatem, & rationem ſecuta eſt: Præterea, quia tã in peregrinis (Id eſt, in emtione & venditione) quàm in ciuibus Romanis (Id eſt, in mãcipatione) ius hoc valet.

*His notis ( ) incluſa abſunt T. & Gaio, rectè.

¶ c Lege duodecim Tabularũ. Quæ eſt ius * ciuile: vt ff. de iuſti.& iur.l.ius ciuile.§.hoc igitur.non.ſolùm gentium.

* Eã explicat Prateius lib 4. Veter. Iuriſp.

¶ Hæc verba oſtendunt, quòd glo. non meretur declarari, & ſuppleri: vt per Chriſto. hic, qui debuit aduertiſſe, dũ dixit, quòd non ſolùm iure gentium, ſed etiam iure ciuili receptione, ſcilicet & approbatione dominium transfertur. Syluester Aldo.

¶ d Iure naturali. Sic dictũ, quia naturali ratione inductum fuit, vt ſ. de iure natura.§.quod verò & §.ſed naturalia.

¶ e Vendidit. & tradidit.

¶ f Fidẽ emptoris. Quid ſi dedit diem ad ſoluendum? Reſpon. non facta ſolutione vendicat, ſecundum Ioan. vt de pac.inter empt.& vendit. l.commiſſoriæ. poteſt tamen cõtradici: quia aliud eſt ſimpliciter diem ſolutioni ſtatuere, aliud pactũ legis cõmiſſoriæ ponere. Item, quid ſi ſimpliciter tradat? Reſp. videtur ſequi fidem, niſi contrà probe-

† Fidem emptoris ſecutus. Hæc eſt ſubtiliſsima iuris ciuilis fictio, non autem naturalis veritas: quaſi pecunia, non modo à venditore recepta, verumetiam emptori ab ipſo credita fuerit. Nam qui alienam fidem ſequitur, credere intelligitur l. j. ff. de rebus cred. N.A.

¶ g Emptoris fieri. niſi in caſibus: vt ff. de iure fiſci. l.ſi procurator. §. fi. & ff. de re iudicata.l.à diuo Pio. §.ſed ſi emptor.

¶ h Nihil. Quod enim quis per alium facit, ipſe facere videtur: vt ff. de vi, & vi arma. l.j.§.deieciſſe. & j.de iniu.§. non ſolùm. & ff. de iniur.l.item apud.§.feciſſe.

† Rei poſſeſsio. Lege (poteſtas) hoc eſt mandatum vel ſpeciale, vel generale. l.ix.§.3.ff.hoc tit.l. procurator qui.55. de Procurat. N.A.

¶ i Permiſſa ſit. Vel ab ipſo domino, vel ab alio domini voluntate.

¶ k Libera. Secus in generali procuratore, qui non habet liberam: vt ff. de procur. l.procurator cui. & l. procurator totorum. ſed M. diſtinxit inter procuratorem totorum bonorum, vt ibi. & vniuerſorum, vt hic.

¶ Prima opinio verior eſt, ſecundùm Chriſtoph. hic. Syl.

ADDITIO. Dic plenè per Bart. in l.procurator cui generaliter libera.ff. de procuratorib. & quando & quomodo dicatur libera conceſsio, vide per Bart. Ang.

¶ l Nuda, ſcilicet, à traditione. ſic C. de pact.l.traditionibus. Item, in aliis caſibus dominium ſine traditione datur: quiſ

qui poſſunt his legibus notari. ff. de acquir.poſſ.l.j.§.ſi iuſſerim.& §.idémque. & l.quod meo.§.ſi venditorem.& l.quarundam. Item, C.de acquir.poſſ. l.minus. & C. de donat. l. j. & l. quiſquis. Item, ſi volens tibi tradere dominium: nomine tuo me conſtituam poſſidere, vel conducam à te: vt ff.de acqu. poſſ. l. quod meo. & de rei vendi. l. quædã mulier.

† Nuda volũtas. Nuda: Repetita tamen traditionis memoria. Ergo traditio alia eſt inſtans, quæ fit ex cauſa, & negotio præſenti, alia repetita, quæ prius alio nomine facta, nũc ad præſens negotium accõmodatur l.ix.§.interdum. l.ſeruus 21.§.1.ff.de adq.rer. dom.l.iij. §.illud.ff.de adq.poſſ.

extrà.de conſue.c.ij. Eſt autẽ caſus mirabilis in quo ſine omni traditione, ſed ſola voluntate transfertur poſſeſsio & dominium ipſo iure: vt C.de donatio. l. quiſquis. vbi retentio vſusfructus in re donata inducit traditionem poſſeſsionis & dominij per quãdam iuris fictionẽ. Itẽ, ſi relinquatur Eccleſiæ, vel ciuitati hæreditas, vel legatum, vel ei res aliqua donetur, aut vẽdatur: ſtatim dominium transfertur ſine poſſeſsionis traditione. C.de ſacroſanct. eccle. l. vt inter diuinum.

nes: ideo caue ne eas alleges pro ordinarijs.

** abſunt D. & T.* ** incluſa abſunt D.* N. A.

mini ſufficit ad rẽ trãsferendam: veluti ſi rem, quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit: poſt ea aut * vendiderit tibi, aut donauerit, (aut * dotis nomine dederit.) Quamuis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit: eo tamen ipſo, quòd patitur tuã eſſe [a], ſtatim tibi adquiritur proprietas, perinde, ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet.

¶ Per traditionem clauium videtur traditũ dominium mercium venditarum. Aretinus.

¶ Item ſi quis [b] merces in horreo depoſitas [c] vendiderit, ſimulátque [d] claues [e] horrei † tradiderit emptori, transfert proprietatem [f] merciũ ad emptorem.

† Claues horrei. Tertia ſpecies per notam, & inſigne. Itaque ficta traditio hæc à Iuriſconſultis inſtituta, iuris ciuilis eſt. Claues autem apud horreum, vel cellam, aut armarium tradi oportet: Itémque annuium obſignatorium l.clauibus.74.ff.de contrahenda emptione. l. ij. C. de periculo & commodo rei venditæ. l. j. §.penult ff.de adquirenda poſſeſsione. Sic demõſtratio rei præſentis pro traditione valet, ſi res grauior ſit; veluti columna quæ difficilè moueri poteſt. d.l.j.§.penult.ff.de adq.poſſ. Item obſignatio tignorũ, aut trabium l.quod ſi.14.de peric.& com.rei vend. Quarta ſpecies traditionis pertinet ad res quę pondere, numero, menſura conſtant, quæ ſi per auerſionem vendantur, id eſt, vniuerſaliter, vno pretio fit traditio. Interdum per deguſtationem, vt in vino.l.j.l.iiij.ff.de peric.& com.rei vend. Interdum per clauium traditionem, vt ſupra. Quæ verò ſigillatim venduntur, id eſt, pretio in ſingulas menſuras, aut pondera, aut numerum impoſito, tum demum tradita intelliguntur, cum admenſa, adpenſa, adnumerata ſunt. l. quod ſæpe. 35. in his ff. de contr.empt. N.A.

a Tuam eſſe. Si res eſt præſens: vt ff. de rei vendi.l.eius.& l.hæc, ſi. Vel hic in vera venditione, ibi, in ficta: vt ff. pro empt.l.ij. Item, hoc eſt verum, ſi pretium ſit ſolutum, vel ſatisfactum: vt ſuprà eod.§.venditæ.

Item ſi quis merces. CASVS. Antonius frumentum in horreo, vinum in cauea ſua habebat. Vtrunque Seruio vendidit. an neceſſaria eſt traditio? minimè, ſi modo & horrei, & caueæ claues ei dederit. Corn.Vib.

Not. quòd traditione clauium, cenſetur tradita poſſeſsio eorum, quæ ſub clauibus clauduntur. Syl. Aldo.

Iſta glo. non eſt Accurſiana eſt additio. Iſta etiã non eſt Ac. cum ſeq. ſuper ver. claues, ſed ſunt additio-

b Item ſi quis. Hic eſt caſus, vbi ſine poſſeſsione tradita acquiritur dominium, & alios habes notatos. ff.de rei vend. l.ſi ager.in glo.fin.

c Depoſitas. i. Repoſitas.

d Simulátque, id eſt, ſtatim poſtquã: vt ſuprà eod.§. feræ.& infr. de empt.& vend.in princ.

e Claues. Aliter de conſuetudine Daciæ: in qua cùm aliquis vult legare, vel dare fundum eccleſiæ, ſumit parum terræ in panniculo, & ponit ſuper altare, & ita transfert dominium: vt

f Transfert proprietatem. Et quod dixi de proprietate, verũ eſt, ſi dominus eſt tradẽs: aliàs cauſam pręſtat vſucapiend',

Digitized by Google

¶ Etiam incertæ perſonę infortuita à domino facta traditio dominium transfert: itaque miſſilia in vulgus iactata, & res pro derelicto habitæ, apprehédẽtis fiũt.

¶ Hoc amplius [a], interdum, & in incertam [b] perſonam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce, Prætores, & Conſules cum * miſſilia [c] † iactant in vulgus, ignorãt quid* eorum quiſque ſit exceptu- rus: & tamen, quia volunt, quòd quiſque acceperit *, eius eſſe ſtatim eũ dominum efficiũt. Qua ratione verius † eſſe videtur, ſi rem pro derelicto à domino habitã occupauerit quis: ſtatim eũ dominum effici. Pro derelicto autẽ habetur, quod dominus ea mente abiecerit, vt id in numero * rerum ſuarũ eſſe nolit [d]. ideóq; ſtatim dominus eius eſſe deſinit [e] †.

capiendi, ſi hæc fiant coram horreo, & hoc propter præſentem viſionẽ rei: vt ff. de contrahend. empt. l. clauibus. & de acq. poſſ. l. j. §. ſi iuſſerim. [Limita per c. contingit. de dol. & contu. ſi non poteſt venire in conſpectum rei iuſta ex cauſa. Syl.] Et ſunt hęc in arg. vt ſi vendam equũ, quẽ tradam per frenum vel capiſtrum, vt dominium tranſeat. Accurſ.

Poſſeſſio ſæpè transfertur, licet res non apprehẽdatur.

ADDITIO. Snnt multi caſus in quibus res non apprehenditur: & tamen poſſeſſio transfertur. Per ſolum viſum: vt ff. de acq. poſſ. l. quod meo. §. ſi vẽditorem. Per vẽditionem rei commodatę vel depoſitæ: vt ſuprà eod. §. interdũm. Per traditionẽ clauium, vt hic. Per traditionem inſtrumenti: vt l. j. C. de do. Per conductionem de re propria factam. ſ. quãdo quis etiam rem ſuam vult poſſidere nomine alterius. Vnde verſus, Viſu, ſiue rei mutuatæ, venditione, Clauibus & chartis, mea ſi cõduco ſcienter: Quamuis non aliter detur, poſſeſſio tranſit. Vide tu canoniſta notata in c. ex literis. in glo. fin. extrà de conſuet. vide etiam glo. in ver. nuda. §. interdum. ſ. quæ pro hac materia alleg. poſuit ſufficienter.

* qui.

* quod.

¶ Hoc amplius. CASVS. Prætores & Conſules ſpargunt ſtipem in vulgus, aut gemmas, margaritas, &c. Cuius ea fiunt? Quod quiſque arripuit, id eius fit. Quid ergo, nuper venator quidam iratus canem egregium expulit ex ſuis ædibus, ego eum lubens recepi. fiétne canis ille meus? fiet. Habet enim ille pro derelicto. Corn. Vib.

¶ Not. donationem collatam in incertam perſonam valere, quãuis legatum non valeat. Item, quòd inueniendo, vel recipiendo rẽ habitam pro derelicto, ſtatim quis efficitur dominus. Itẽ, quãdo dicatur res haberi pro derelicto. Syl.

¶ a Hoc amplius. ſ. eſt hic, quàm ſuprà in alio caſu: quia ſuprà ſemper in perſonam certam: hic in incertam.

¶ b Incertam. Argum. contra. infrà de lega. §. tutor.

¶ c Miſſilia. Sic dicta: quia in populum mittuntur, ſiue proiiciuntur, vt illuc currẽte multitudine poſſint prætores vel Cõſules pertranſire: vt in coronatione domini Papę vidi: vt ff. pro der. l. ſi id quod. §. id quod & in auth. de Conſulib. §. ſpargere aut. ibi, argentum verò, &c.

* excęperit.

ADDITIO. Cæterum miſſilia variarum rerũ ſunt vt omnia cõplecti intelligamus, quæ ſparguntur in vulgus: auctor Suet. Caligula.

* abeſt.

† Miſſilia. Suetonius in Nerone. Sparſa & populo miſſilia omnium rerum, ſingula quotidie auium millia, multiplex penus, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam manſuetæ feræ. N.A.

Miſſilia vnde dicuntur.

† Verius. Notat controuerſiam inter Sabin. & Procul. Quorum illi diſputabant, rei pro derelicto habitæ, dominium ſolo animo amitti; Hi, nõ prius amitti, quàm ab aliquo poſſeſſa eſſet, l. ij. ff. pro derelicto l. ſi quis. 17. §. 1. ff. de adipiſcenda poſſ. l. falſus. 43. §. qui alienum. ff. de furt. N.A.

¶ d Nolit. verè, vel legis interpretatione: vt in auth. de nupt. §. & multò potius. & C. de inſan. expo. l. fin. & C. de lat. lib. tol. l. vnic. §. ſed ſcimus.

¶ e Deſinit. Si abiecit, vel habere deſiit rem immobilem: alioqui poſſeſſionem perdere poteſt, nõ dominium: vt ff. de acquir. poſſ. l. ſi quis vj. §. differentia. & ff. pro derelict. l. j. & ij.

† Deſinit. Apertè Vlpianus non deſinere adfirmat: Dominiũ (inquit) nihilominus eius manet, qui dominus eſſe

non

Digitized by Google

non vult. d. l. xvij. §. x. ff. de adquirenda poſſeſſ.

ADDITIO. Aut ſtat in poſſeſſione, & habet animum habendi pro derelicto, & non perdit dominium: vt d. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acq. poſſ. Aut exiuit de poſſeſſione: & tunc etiam pdit dominiū, & habetur pro derelicto: & ita tenet gl. ſecunda, ſecundùm vnam opinionē in d. §. differentia. quam ibi ſequitur Barto. & docto. Ang.

¶ Alia ſanè cauſa. CASVS. Cùm Apoſtolus Paulus Romam cum Luca veheretur, propter tēpeſtatem Lucas narrat in Actis, vectores iacturam feciſſe, id eſt leuādę nauis cauſa pōderoſa quædā in mare pieciſſe. Finge aliquas ex iis rebus à fluctibus in portum expulſas.* Erúntne primi occupantis? minimè. neque enim animum perdendi habuerunt. quod idem eſt, ſi de vehiculo, curru, rheda, aut quadriga currente aliquid imprudentibus dominis deciderit. Manet enim, quod decidit, domini. Cor. Vib.

¶ Alia ſanè cauſa[a] eſt earū rerum, quæ in tēpeſtate* leuādę nauis cauſa eiiciūtur: hæ enim dominorū permanent: quia palàm eſt, ſ eas nō eo animo eiici, quòd q̃s eas habere nolit: ſed quòd magis cū ipſa naui maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus[b] expulſas. vel etiam in ipſo mari nactus, lucrādi animo abſtulerit, furtum[c] committit. Nec longè[d] † videtur diſcedere ab iis, quæ de rheda[e] currente, non intelligentibus[f] dominis cadunt.

* maris.

TITVL. II.

DE REBVS corporalibus & incorporalibus.

¶ Corporalia tangi poſſunt de ſui natura, incorporalia verò non, licet in eis contineantur corporalia, ſiue ſint ſeruitutes reales, ſiue perſonales. Aretin.

Qvædam * præ-

*Ex Gaio lib. 2. Inſtit.

¶ a Alia ſanè cauſa. Aliàs, alia cauſa, ſcilicet proiiciendi: & ideo aliud ius ſtatuitur. Vide c. excommunicationem. de rapt. ext.

N. A. ¶ Palam eſt. Vlpianus contra in d. l. falſus. §. pen. ff. de furt. Plerumq; credendum eſſe iactum fieri animo derelinquentis, cùm ſciat periturum: & verior eſt ipſius diſtinctio, quā meritò amplecti oportet.

¶ b Fluctibus. id eſt, Vndis.

¶ Furtum. ff. de fur. l. falſus. §. ſi iactum. contra. Solu. diſtingue animum proiicientis: quod patet, vt ſi librum apertum proiiciam, ſecundùm Ioan. ex hac lege & illa colligitur: & arg. ff. de dam. infec. l. finita. §. ſi quis metu. Item, quid diſtat hoc furtum ab illo titulo. ff. de incend. rui. nauf. Reſp. hoc locum habet, quando non in ipſo naufragio aliquid quis furatur, ibi in ipſo naufragio: vt ff. de incend. ruina, naufrag. l. prima, in fin. & l. ſecunda. & tertia. & ff. pro derelicto. l. j. & iij.

¶ d Nec longè. Nam in aliquo diſtat: quia hoc ſciente, illud ignorante domino fit vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. interdum. §. primo.

¶ Nec longè. N. A. Sed hoc caſu imprudenti res excidit, at ſuperiori caſu, interdum, atq; adeò (vt Vlpian. ait) plerumque domini voluntas eſt. Iraque furtum hoc caſu certum eſt. d. l. falſus. §. qui alienū. ff. de furt.

¶ e De rheda. i. de curru ducto ab equis.

¶ f Non intelligentibus. id eſt, non videntibus.

DE REBVS CORPORALIbus & incorporalibus.

¶ Quia viſum eſt de ſecunda diuiſione rerum, ſcilicet quod quædam ſunt publicæ, & quædam ſunt nullius, & quædam ſingulorum, &c. Sequebatur de tertia diuiſione videre, quæ ita ſe habet, quòd rerum quædam ſunt corporales, quædam incorporales. de qua diuiſione tractaturus intitulauit iſtum titulum, de rebus corporalibus & incorporalibus. Porc.

Qvædam. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primò, ponit vnam diuiſionem rerum. Secundò, definit res corporales, & per exempla demōſtrat. Tertiò, definit res incorporales, & etiam per exempla demonſtrat. Quartò, reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. Quintò, prædicta extendit. Secunda ibi, Corporales ſunt.

terea [a] res corporales ſunt [b], quædam incorporales [c]. Corporales eæ ſunt, quæ ſui natura [d] * tāgi poſſunt: † veluti fundus, homo, veſtis, aurum argentum, & denique aliæ res innumerabiles [e] *. Incorporales autem * ſunt, quæ tangi non poſſunt: † qualia ſunt ea, quę in iure cōſiſtunt [f]: ſicut hæreditas [g], vſusfructus [h], vſus & * obligationes [i], quoquo modo [k] contractę. Nec ad rem [l] pertinet, quod in hæreditate res corporales cōtinentur. Nā & fructu, † qui ex fundo [m] percipiuntur, corporales ſūt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumq; [n] corporale eſt: veluti fundus, homo, pecunia †.

* abundant ſui natura.

* familiæ G.

* abeſt.

Rerum diuiſiones quot ſunt.

N. A. * abeſt.

Tertia ibi, incorporales. Quarta ibi, Nec ad rē. Quinta ibi, Eodem numero.

¶ Caſum tractatus præſens non recipit, ſed pro caſu Ciceronis tibi ex Topicis locum inſignem, qui cum hoc tractatu pulcherrimè congruit, exponā. Tibi enim magnopere ſuadeo, vt cū hoc iuris ſtudio Ciceronis lectionem frequētiſſimè cōiungas, in eiúſque libris, tanquā in horto amœniſſimo, & arboribus pulcherriſmis vndiq; cōſito, animum tuum pauliſper exhilares. Rerū igitur, inquit Cicero, alię ſūt, aliæ intelligūtur. Eſſe ea dico, quæ cerni, tangive poſſunt, vt fundum, ædes, parietem, ſtillicidium, mancipiū, pecudem, ſuppellectilem, penus, & cætera. Non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrarive non poſſunt: cerni tamen animo, atque intelligi poſſunt. vt ſi vſucapionem, ſi tutelam, ſi gentem, ſi agnationem definias: quarū rerum nullum ſubeſt quaſi corpus. eſt tamen quædam conformatio inſignita, & impreſſa intelligentia, quam notionem voco. Cor. Vib.

¶ a Præterea. i. præter prædictam diuiſionem. ſ. tit. j. in princi. eſt alia: quia quædam communes, quædam publicæ, quædam vniuerſitatis, quedam nullius, quædam ſingulorum. Item, quædam corporales, quædam incorporales: vt hic ſubiicit.

¶ b Corporales ſunt. Sic ff. de rer. diuiſ. l. j. §. quædam.

¶ c Quædam incorporales. Quid hac diuiſione nos Iuriſconſulti egemus? Reſpond. quia multa in corporalibus locum habent, quæ non obſeruantur in incorporalibus. Incorporalia enim non traduntur, nec vſucapiuntur regulariter: vt ff. de acqui. rerum domi. l. ſeruus. §. incorporales. & de vſucap. l. vſucapionem. non vendicantur: vt ff. de rei vendica. l. vendicatio. ac non transferuntur penitus: vt ff. pro ſoc. l. j. ij. & iij. non poſſidentur: vt ff. de acquir poſſeſ. l. iij. in princip.

¶ d Sui natura. Nam ſecus, ſi propter difficultatem. vt res in profundo maris, vel cælo affixa.

* Tāgi poſſunt. Tangere enim, & tāgi niſi corpus, nulla poteſt res, vt ait Lucretius. Et harum rurſus alię ſūt immobiles, aliæ mobiles, quo verbo etiā mouentes continentur, id eſt animalia. l. 93. ff. de verborum obligat.

¶ Rei enim natura, non facti accidentia cōſideratur. l. ſi quis poſthumos. l. quæſitum. ff. de libe. & poſthu. Syl.

¶ e Innumerabiles. id eſt non habiles ad numerandum. Ioannes.

† Tangi non poſſunt. Sed ſolo intellectu conſtant: non cadunt ſub ſenſus. N. A.

¶ f Quæ in iure conſiſtunt. i. ſub hoc prædicabili ius, continentur: in quarū definitionibus ponitur hæc dictio ius, in prædicato qualia ſunt omnia iura. ſ. incorporalia: vt ff. de rerum diuiſ. l. j. §. quibuſdam.

¶ g Hæreditas. Vt ff. de verbor. ſignific. l. nihil.

¶ h Vſusfructus. ſ. de vſuf. in princ.

¶ i Obligatione. infrà de obligation. in princ.

¶ k Quoquo modo. i. ſiue ex contractu, vel quaſi: ex maleficio, vel quaſi: vt ſ. de oblig. §. fin.

¶ l Nec ad rem. Reſpondet tacitæ obiectioni, q. d. quomodo hæreditas eſt incorporalis, cùm in ea ſint res corporales?

† Nam & fructus. Tollenda eſt particula (nam) eſt enim tergemina obiectio ἀσύνθετος, cui tergemina reſponſio ſubiicitur. N. A.

¶ m Ex fundo. In quo vſumfructum habemus.

† Ex fundo. Addiderat forte Caius, vſuario, vel fructuario. N. A.

¶ n Plerunque. Propter ſeruitutes, quę per actionem, vel obligationem debētur:

pecuniæ obligatio, nã [a] ipſũ ius hæreditatis [b] * †, & ipſũ ius vtendi fruendi [c], & ipſum ius obligationis [d] incorporale eſt. Eodem numero [e] ſunt iura [f] prædiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiã ſeruitutes vocantur [g].

TITVL. III.

DE SERVITVTIBVS prædiorum.

¶ Animaduerte ſeruitutum quaſdam a re rei deberi, (quas reales appellamus) quaſdam verò à re perſonæ: de prioribus hoc titulo traditur, de reliquis proximioribus titulis diſcutietur.

¶ Eſt autem ſeruitus realis (vt Bart. lib. viij. ff. orum, titul. de ſerui. in l. j. definit) ius prædio inhærens, ipſius vtilitatẽ reſpiciens, & alterius libertatem, ſeu ius deminuens.

Ruſticorũ [h] * prædiorum iura [i] * ſunt hæc: iter†, actus, via, aquæductus. Iter eſt ius eundi [k] am-

---

tur: vt ĩ. de act. §. ij. & propter actionũ ceſſionem: vt ff. mand. l. ſi procuratorem. §. fin. & ff. de rei vendic. l. ſi hominem. aliàs Iulianus. §. vſque adeò.

N.A. † Pecunia. Imò plerunque rei incorporalis obligatio eſt: nimirum quantitatis. l. qui hæredis. 46. ff. de cond. indeb. l. x. ff. de accepti. Interdũ tamen, ſed raró, corpora ipſa pecuniæ numeratæ ſpectantur, non quantitas. l. planè. 34. §. ij. ff. de lega. j. Lucius. l. 24. ff. depoſ.

¶ a Nam. pro ſed. aliàs tamẽ. & melius.

¶ b Ipſum ius hæredit. i. ipſa hæreditas. & ſic Intranſitiuè hęc tria leguntur. (*margin:* * ſucceſſionis.)

N.A. † Ius hæreditatis. Cùm hæreditas nihil aliud ſit, q̃ ius ſuccedẽdi, vel ſucceſſio in ius defuncti, etiã ſi nihil ſit in bonis l. nihil. l. 24. 119. l. 178. §. j. ff. de ver. ſig.

¶ c Fruendi. ſ. vſusfructus.

¶ d Ius obligationis. i. obligatio ipſa.

¶ e Eodem numero. i. incorporalia.

¶ f Iura. id eſt ſeruitutes.

¶ g Vocantur. De quibus infrà titulo proxi. dicetur ſtatim. De quibuſdam quæritur. licet ad nos nõn pertineant: vt de aëre, fumo, & de ſtatu animalis? Reſp. ſecundùm Philoſophos, eſſe corporalia. Item, quid de angelis bonis, & malis, & anima hominis? Reſp. hæc incorporalia eſſe. (*margin:* Fumus & aer corporalia ſunt.)

DE SERVITVTIBVS prædiorum.

¶ Dictũ eſt ſuprà de rebus incorporalibus in genere, ſequitur videre in ſpecie: & ideò à ſeruitutibus initium facit, quę ſunt incorporales: vt s̃. tit. j. in fin.

Rvſticorum. Iſte titu. diuiditur in quinq; partes. Primò, ponit de ſeruitutibus ruſticorũ prædiorũ. Secundò, de ſeruitutibus vrbanorũ prædiorum. Tertiò, redit ad ſeruitutes ruſticorũ. Quartò, ponit quare appellãtur ſeruitutes prędiorũ. Quintò, ponit qualiter dictę ſeruitutes cõſtituãtur. Secũda ibi, in §. prædiorum. Tertia ibi, in §. Inter ruſticorũ. Quarta ibi, Ideò autẽ. Quinta ibi, in §. ſi quis velit.

THEMA. Quidnã vocas ius prędij? Ius prædij? eſt poteſtas legibus permiſſa, in alieno prædio aliquid agendi, quod alteri agere nõ licet eaq; poteſtas relatiuum habet nomẽ ſeruitutis. Nã quod prædiũ eã actionẽ patitur, ſeruire dicitur. Exẽpla declarat Imperator, q̃ plana ſunt. Cor. Vib.

¶ h Ruſticorum. ſic & ff. eo. l. j.

¶ h Iura. i. ſeruitutes. Et not. hic tria genera ſeruitutũ, quædã à perſona pſonæ debẽtur, de qb' dicitur s̃. de iure pſonarũ: q̃dã ab vna re alteri rei: de quib' dicitur in h. t. q̃dã à re pſonæ: vt vſusfruct', & vs', & habitatio: vt ĩ. ti. j. & ij. poteſt & quartũ addi, vt à pſona rei debeãtur: vt ff. de cõd. & demõſt. l. Titio centũ. §. Titio ij. & de alimen. & cibar. legat. l. ſeruos. (*margin:* * Ex Gaio libro 2. Inſtit. * ſeruitutes.)

N.A. † Iter. Tres hæ ſeruitutes differũt loci, ſpatio, & genere vſus. Iter plerumq; eſt latũ duos pedes, & ſemipedẽ. Actus plerunq; pedes quatuor: via pedes octo. l. 8. ff. de ſeruit. ruſtic. Genere vſus. Nam iter eſt propriũ hominis, qua quis vel pedes, vel eques cõmeare poteſt, atque adeò ſella, aut lectica vehi. l. 7. l. 12. ff. eo. tit. Actus eſt proprius pecudũ, qua pecudes vel ſingulæ, vel gregatim agi poſſunt. d. l. 12. & l. 13. ff. de ſeruit. Via ppria eſt vehiculorũ. l. 1. l. 7. l. 23. ff. de ſeruit. ruſti. Itaque Pomponius actum eſſe ſtatuit, qua duci iumentum, non etiam vehiculum poſſit. d. l. 13. ff. de ſeruit. Quod tamẽ conſuetudine immutatum eſt. l. 1. l. 7. l. 12. ff. de ſeruit. ruſtic.

¶ k Ius eundi. Solus. Vt per hoc diſcrepet à ſequenti.

bulandi [a] hominis, non etiam iumentum [b] agendi, vel vehiculum*. Actus eſt ius agendi, vel iumentũ [c], vel vehiculum. Itaque* qui habet iter, actum non habet [d] qui habet actum, & iter habet [e]: [eóque [f] vti poteſt *] etiam ſine iumento. Via eſt ius eundi [g], & agendi, & ambulandi †: nam & iter & actum via in ſe continet [h]. Aquæductus, eſt ius aquæ ducendæ [i] per fundum alienum.

¶ Seruitutes, quæ ædificiis debētur, etiam in villa conſtitutis, dicuntur ſeruitutes vrbanorum prædiorum.

¶ Prædiorum vrbanorum ſeruitutes ſunt eæ, quæ ædificiis inhærent: ideo vrbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificiã omnia, Vrbana prædia appellamus, etſi in villa [k] ædificata ſint. Itẽ, vrbanorum † prædiorum ſeruitutes ſunt, vt vicinus [l] onera vicini ſuſtineat, vt in parietẽ eius liceat vicino tignũ immittere †: vt ſtillicidiũ [m] † vel

Cornelius Vibul.

* abeſt. D. | * ita. | * incluſa abſunt.

¶ a Ambulandi. ſcilicet cum alio.

ADDITIO. Ambulationem ſignificat eam, quæ ſanitatis, & voluptatis gratia fit, quamuis verbum Ire plerũque hæc omnia contineat. l. qui ſella. ff. de ſer. ruſt.
E.B.

¶ b Iumentum. ſcilicet ſeparatim à ſe, vel armenta ſeparata à ſe, ſed ſuper equũ ire poteſt: vt ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. l. q ſella. in prin. & l. iter. [Nõ autem mittere ante, vel poſt ſe, vel ire ſuper curru, aut rheda onerata, ſi principaliter intendat ducere, quod ſuper impoſitum eſt, non ipſe aduehi. gl. in d. l. qui ſella. & declarat. Veron. in c. de ſerui. itineris. Syl.] Quãdoque iter nõ eſt ſeruitus: vt ſi vſufructuario detur à domino alterius prædij, vt ff. ſi ſeru. vend. l. ij. §. ij. Tertiò groſſè dicitur quælibet via, per quam itur.

¶ c Iumentum. Vel ſubtus, vel ante ſe: & idem ſi in vehiculo.

¶ d Actum non debet. Per conſequentiam.

¶ e Iter habet. Quo ad commodum, non quo ad ſeruitutem. ſunt enim duæ ſeruitutes diuerſæ: vt ff. ſi ſer. vend. l. loci. §. j. ff. de adimen. leg. l. j.

¶ f Eoq; ſ. itinere contento ſub actu.

¶ g Eundi. Hæc verba expone: vt ſuprà eod. §. j.

N.A. † Ambulandi. Non ſpaciandi, valetudinis animique cauſa, cuius conſtitui ſeruitus prædialis non poteſt. lege octaua. ff. de ſeruitut. Sed ad res proximo fundo neceſſarias obeundas tranſeundi.

¶ h Continet. Sed quæ eſt differentia ſecundùm hoc inter actum, & viam? Reſp. qui habet viam, poteſt trahere trabẽ & lapides, & rectè ferre haſtam, quæ non permittuntur habenti actum: vt ff. de ſerui. ruſt. præd. l. qui ſella. §. j. Item certa viæ latitudo eſt viij. pedum in directum, in angulis xvj. niſi maiorem vel minorẽ placuerit facere conſtituentibus. quod non eſt in actu: vt ff. de ſer. ruſt. præd. l. viæ. & l. certo. §. latitudo. & l. via conſtitui.

¶ Hæc gl. communiter approbatur, vt per Veron. in titul. de ſeruitu. actus. & in titul. de ſeruitute viæ in princip. Syl.

¶ i Aquæ ducẽdæ. Siue inuentæ, ſiue inueniẽdæ: vt ff. eod. l. Labeo.

¶ Prædiorũ vrbanorũ. THEMA. Quæ differentia eſt inter vrbana & ruſtica prędia? Ruſticũ prædium eſt fundus: Vrbanum, domus: ſiue in agro ſint, ſiue in vrbe.

† Aedificia. Ideò itineris ſeruitus, ſi per domum conſtituatur, vrbana, ſi per agrum, ruſtica. Sed & aquæductus, & ſi plerunque ruſtica eſt ſeruitus, tamen ſi per domum, conſtituatur, vrbana dicitur. l. ſi ego. 11. §. j. ff. de pub. in rem actio. N.A.

¶ k In villa. Non enim locus, ſed materia facit vrbanum prædium, quod dic, vt ff. de verb. ſign. l. vrbana prædia.

† Item vrbanorum. Scribo, Itaque. N.A.

¶ l Vicinus. i. domus vicini.

† Tignum immittere. Sed in illa, refectio eius eſt, qui ſeruitutem debet: in hac, eius cui debetur. l. 33. ff. de ſeruit. vrban. l. ſexta. §. etiam. ff. ſi ſeruit. vindic. N.A.

¶ m Stillicidium. quod ſtillat: & interdum directo cadit, interdum non propter ventum fortè: ſed flumen directo cadit & maximè per dochiam. id eſt, canalem: vt de ſeru. vrb. præd. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium.

ADDI

ADDITIO. Stillicidia, & flumia ſic dicuntur, quòd ita fluant, cadántque. inter ea autem hoc intereſt, quod ſtillicidium ſtillatim cadit, flumen fluit continuè. Varro libro de ling. Lat. iiij. l. ſeruitutes. ff. de ſeruitutibus vrbanorũ prædio. Aemyl. Fer.

N.A. † Stillicidium. Stillicidium, vt in tectum guttatim, & ſtillatim aqua cadat. Flumen verò, cum fluxu, & per imam mœnium partẽ effundatur. l. 20. §. ſtillicidium. l. 28. ff. de ſerui. vrban.

* In nõnullis exẽplaribus vetuſtiſſimis deſũt hæc verba, Vel nõ recipiat.

c Interdum tamẽ capitur pro domo, cui talis ſeruitus debetur. dicto §. ſtillicidiũ. ſecundũ vnã expoſitionem: in pluribus tamen capitur pro ipſa ſeruitute. Dic autem quòd duplex eſt ſeruitus ſtillicidij, ſ. auertendi vel nõ auertendi ſuper domum tuam. Vna eſt ſeruitus propriè, altera propriè libertis. l. j. & ibi no. ff. eod. Syl.

a Non recipiat. Hoc, ſcilicet non recipere eſt ius non ſeruitutis: imò potius libertatis. & hanc negatiuam referas ad omnia exempla proximè dicta. Vel dic, ſicut recipere talia, eſt ſeruitus: ita ècontra ſi deſinit recipere, eſt mihi quondam recipienti ſeruitus & onus: & ſicut in præſcribenda ſeruitute indigebam aliquo facto: ſic ècontra, id præſcribenda ſua libertate indiget facto, ſ. vt foramina obturet, vel ſimilia faciat, quæ nõ ſunt neceſſaria in præſcriptione libertatis cõtra ruſticã ſeruitutem: & ideò tantùm in affirmatiua lex dicit de eis, ſ. ius eũdi, agendi, &c. vt ff. de ſeruitu. vrb. prę̃d. l. v. & ſ. eo. circa princ.

Ratio aſſignatur: quia ſeruitus vrbana longè nobilior eſt ruſtica, ideò difficile perditur. Præſcribitur autem talis libertas in vtraque ſeruitute x. annis inter præſentes, xx. inter abſentes. l. pen. C. de ſerui. & aqua. Syl.

b Tollat. vel non tollat: quod poteſt prodeſſe mihi ad lumina refulgenda. vnde dicitur in libr. Machabæorum: Refulſit Sol in clypeos aureos: & reſplenduerunt in montes ab eis: vt ff. eo. de ſeruit. vrba. præd. l. ſi arborem. §. interdum. Vel dic quòd tollat, vt ſit ſeruitus, vt modò in aliis diximus.

1. Mach. 6.

flumẽ recipiat qs in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam vel non recipiat * a, ne altiùs † quis tollat b ædes ſuas ne luminibus vicini officiat.

¶ In ſeruitutibus ruſticorum prędiorum computantur hi: deſcripta.

¶ Inter ruſticorũ prædiorum ſeruitutes quidã * computari rectè putãt aquæ hauſtũ c, pecoris d ad aquam appulſum, ius paſcendi, calcis coquendæ e, arenæ fodiendæ.

¶ Omnes ſupradictę dicũtur ſeruitutes prædiorũ: quia ſine prędiis eſſe nõ poſſunt. Aretin.

† Altius. Quod iure communi licet, etiam in immẽſum. l. ix. eo. tit. At ſeruitus ne luminibus officiatur, eſt ſeruitus, ne vicinus id faciat, quo noſtrarum ædiũ lumina minuãtur. l. 4. eod. tit. N.A.

* Vlpian. l. 1. ff. de ſer. ruſt.

¶ Inter ruſticorum. CASVS. Habebã ius hauriendi aquã ex fonte mei vicini, vel ius poteſtatémque adaquandi mei pecoris, vel ius paſcendarũ mearũ ouiũ in ſuis pratis, vel calcis meę in ſua fornace coquédę, vel arenę ex agris ſuis effodiẽdę, atq; exportãdę, quæro vtrũ hæc dicatur iura ruſticorũ prædiorũ? Dicuntur. Et quãobrẽ hæ dicuntur ſeruitutes prædiales? Quia prædia debent ſeruitutes prædiorum, & prædiis debentur. & ideo rerum ſeruitutes vocantur, vtpote quæ à re rei debeantur. Cor. Vib.

¶ Not. quòd ſeruitus prædialis non quæritur, nec debetur ſine prædio. Item, quòd nomen quandoq; ſumitur à materia ipſa: ex qua res conſiſtit. Syl.

¶ c Aquæ hauſtum. ſ. ius hauriendi aquam neceſſariam agro meo, vel laborantibus in eodem ex fonte vicini.

ADDITIO. Dic quatenus eſt neceſſariũ pro vtilitate fundi mei: vt l. ergo. §. Neratius. ff. de ſer. ruſtic. prædio.

¶ d Pecoris. ſ. conſtituti ad ſtercorandum agrũ meũ: & ſic bibent, vel paſcẽtur in tuo vicino agro: & ſic ſunt reales ſeruitutes. Sed cõtra ff. de ali. & cib. leg. l. Mela. §. Nam & ſi hauſtus in gl. perſonæ. Reſp. ibi perſonales dicuntur: quia cum perſona durãt. arg. ff. de ſerui. ruſt. præd. l. pecoris. vel, ſi nõ habeo prædium, cui ſupradicta expediãt, non erit ſeruitus: ſed magis aliud ius, ſcilicet pactionis vel conuentionis: vt ff. de ſeruit. l. vt pomum.

ADDITIO. Pecoris aquam appulſus, ius eſt pecoris adaquandi.

¶ e Calcis coquendæ. Neceſſariæ ad

Digitized by Google

domunculam in agro meo conficiendam propter fructus recipiēdos. Idem dicas de arena fodienda.

ADDITIO. Calx eſt lapis coctus calcaria fornace.

a Nec quiſq. ſcilicet. Vt ſeruitus ſit: obligatio tamen eſſe poteſt: vt ff. de euic. l. fundum. ij. §. j. & ff. fam. erciſc. l. hæredes. §. an ea ſtip. ver. contrà ſi promiſſor viæ, &c.

ADDITIO. Et not. quòd debent eſſe domini in ſolidum: aliàs fundo cōmuni non poteſt per vnum ex ſociis libertas acquiri, nec ſeruitus imponi: quamuis ſibi præiudicet, aliis poſteà etiā ſingulariter conſentientib[us]: poteſt tamen præſcribere ſeu petere declarari ipſam deberi. Item, pluribus ſociis promiſſam vnus ex eis in aliorum præiudiciū remittere poteſt. ſecūdū Ang. hic.

c Pactionibus. id eſt, pactionibus ſtipulationibus. ſimilis expoſitio eſt. ff. de acqui. poſſ. l. ſi rem. in fi. vel pactionibus, id eſt, contractibus aliis, vt venditione & donatione. & quod ſubiicis ſtipulationib[us], id eſt, obligationibus verborum tantùm.

† Pactionibus atque ſtipulationibus. Paul[us] lib. Sētentiarū. 2. tit. 22. Omnib[us] pactis ſtipulatio ſubiici debet, vt ex ſtipulatu actio naſci poſſit: idq; plerumque fiebat. l. 7. §. quod fert. ff. de pact. Pactionibus & ſtipulationib[us], ergo, id eſt, contractibus inter viuos.

N. A.

¶ Ideò autem hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt. Nemo enim ſeruitutē poteſt acquirere vrbani, vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium: nec quiſquam a debere *, niſi qui prædium habet*.

** debet.* *In vet. exempl. deſunt hæc, nec quiſquā debere, niſi qui prædiū habet.*

¶ Per omnē contractum, & etiam per vltimam voluntatem poteſt ſeruitus conſtitui Aret.

¶ Si quis velit vicino aliquod ius b conſtituere pactionibus c, atq; ſtipulationibus † id efficere debet. Poteſt etiam teſtamento quis hæredē ſuum damnare, ne altiùs tollat ædes ſuas d, ne luminibus ędiū vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem ſuum immittere, ſtillicidiúmve aduerſùs eum habere: vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquámve ex eo ducere e.

TIT. IIII.

DE VSVFRVCTV.

¶ Vſusfructus, ſeruitus eſt perſonalis, id eſt, à te perſonæ debita: conſtituiturque tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. Item vſusfructus a proprietate ſeparatus eſt.

d Aedes ſuas. Quibus ſeruitutibus non impoſitis, cuilibet vſque ad cælum liberum eſt ædificare: vt ff. quod vi aut clā. l. fi. §. pen. & de ſer. l. fin.

Aedificare licet vſque ad cælum.

e Ducere. His deficiētibus, cuilibet res ſua libera eſt, & poterit aliū prohibere volentē ingredi in ſuum agrum, vt ſuprà de re. di. §. feræ. & §. planè.

Nec obſtat. cap. omnis. j. diſtin. quia loquitur quando iter non eſt noxium: aliàs ſec[us]: poteſt tamē ingrediēs prohiberi: exceptis quibuſdā caſibus notatis. ſ. tit. ij. dd. §§. & ità intelligitur text. in l. per agrū. C. de ſeruit. & aq. & gl. ibi dū opponit de d. c. omnis. communiter approbatur, vt per Chriſtoph. hic. Syl.

a Si quis velit. THEMIS. Volo conſtituere vicino meo ſeruitutem, eíque poteſtatem dare per meum fundū eundi: quomodo id efficere potero? Pactionem, inquit, facito cū illo: veluti, vende illi certo pretio: ille autem ſic dicat, Spondes, per te non fieri, quominus mihi per tuum fundum ire liceat? Quid ſi Cornelius in teſtamento ſic ſcripſerit, Damno te, hæres poteſtatem Titio facere per fundum meum eundi? ius eundi Titio quæſitum eſt. Cor. Vib.

Not. quòd tam pactis, quàm ſtipulationibus, & vltimis voluntatibus ſeruitutes conſtitui poſſunt. Syl.

b Ius. id eſt, aliquam ſeruitutem de ſuperioribus.

DE VSVFRVCTV.

Viſum eſt ſ. de ſeruitutibus realibus, ſequitur videre de perſonalibus: ideo ſequitur de vſufructu, qui eſt ſeruitus perſonalis: vt l. j. ff. de ſeruit. quia plures

ſunt ſpecies ſeruitutis: vt not. gloſ. ſ. tit.j.in princ.

Vſufructus. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit definitionē vſusfructus. Secundò, qualiter conſtituatur. Tertio, ſuper quib⁹ rebus. Quarto, quomodo finiatur. Secūda ibi, Vſusfruct⁹. Tertia, ibi, conſtituitur. Quarta ibi, Finitur.

Vſusfructus: a eſt ius b alienis rebus c vtendi d fruendi e, ſalua rerum ſubſtantia f ?. Eſt autē * g ius h in corpore: quo ſublato i, & ipſum k tolli neceſſe eſt.

CASVS. Quum domū haberem, dedi tibi poteſtatem ea vtendi & fruendi quandiu viueres, ſolam mihi eius proprietatem reſeruans, adeo vt quamuis eius ſim dominus, ea tamen vti non poſſum. Hoc tuum ius quomodo appellatur? Vſusfructus. Age, mea illa domus incendio periit, aut ab hoſtibus delata eſt. durátne tuum ius? minimè. Nam re ſublata, vſus planè nullus eſt. Sublata enim cauſa, tollitur effectus. Cor. Vib.

a Vſusfructus. Sic ff. eo. l.j. & ij.

b Eſt ius. i. ſeruitus. & per hoc patet quòd non loquitur de ipſis fructibus fundi, qui ſunt corporales: imò de iure vtendi: vt ſ. de rebus corpor. & incor. §.j. Sicque per hoc verbum. ſ. quia expono ius. i. ſeruitus, remouentur vaſallus, ſuperficiarius, & qui aliàs vtile dominium habent. Itē, hoc ius eſt etiā perſonale, quia cum perſona extinguitur, vt j. eod. §. finitur. Item, eſt forma quædam à proprietate ſeparata: cùm apud vnum poſſit eſſe proprietas, apud alium vſusfructus, vt ff. de acqui. poſſ. l. permiſceri. Ius autem quod dominus fundi habet in fructibus percipiēdis eſt cum cauſa. i. cum proprietate: vt ff. de excep. rei iud. l. ſi cum teſtamento. §. penult.

vſusfructus formalis. Vſusfructus cauſalis.

Et tunc non eſt ſeruitus. l. vti frui. in princ. ff. ſi vſufru. pet. vbi text. aſſignat rationem. Syl.

c Alienis rebus. Nam ſua res nemini ſeruitutē debet: vt ff. de ſer. vrb. præd. l. in re communi. & ff. ſi vſufr. pe. l. vti frui. in prin. Item, quòd ſubiicit rebus. dic. ſ. quibuſlibet, niſi vſu conſumatur: vt j. eod. §. conſtituitur. & ff. ſi cer. pet. l.j. in fine.

d Vtendi. Ad differentiam creditoris, qui vti non debet pignore: vt infrà de oblig. quæ ex delic. na. §. furtum. Accur.

e Fruendi. Ad differentiam nudi vſus: in quo tantum vti, & non frui permittitur: vt ſ. tit.j. in princ.

f Salua rerum ſubſtantia. i. præſtita cautione vel ſatiſdatione de ſaluanda ſubſtantia rei, ſecundùm quoſdā. & ſic dicunt cautionem eſſe de ſubſtantia vſusfructus. arg. pro eis. C. eod. l.j. & ff. de vſuf. leg. l. vxori. Nos contra. dicimus enim, quòd hæc cautio non eſt de ſubſtantia vſusfructus. nam ſine ea vſusfructus eſt. plus dico: quia in caſibus nullo modo præſtatur. ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. l.j. §. ſi ad fiſcum. & C. de bon. quæ lib. l. fi. & ff. vſufr. quemad. ca. l. ſi vſusfructus. §. illud. & §. planè. [Et hæc opinio communiter approbatur, & regulariter in l.j. C. eo. Syl.] Dic ergo ſalua rerum ſubſtātia. i. ne pereat rerū ſubſtantia; q. d. tandiu durat vſusfruct⁹, quādiu durat ſubſtātia. & hoc ſtatim ꝓbatur ibi, eſt autē, &c. & ſic verba illa ſunt de definitione, ſed non cautio.

enim rectè.

Dic quod verba ſunt poſita ad differentiam vſusfructus earum rerum, quę vſu conſumuntur, in quibus propriè vſusfructus non conſtituitur. Syl.

Salua ſubſtantia. Id eſt, quoad earum ſubſtantia ferre poteſt. Vnde præcipua differentia intelligitur inter vſumfructum, & vſum l. 4. ff. de oper. ſeruor. N. A.

g Eſt autem. ſcilicet vſusfructus.

h Ius. id eſt, ſeruitus, vel forma corpori inhærens.

i Quo ſublato. i. corpore perempto: vt domo deſtructa: vel fundo chaſmate perempto: vel iumento mortuo: in quo vſusfructus habetur: vt ff. pro ſocio. l. verum. §. penultimo.

k Ipſum. ſ. ius vtendi fruendi.

Vſusfructus. THEMA. Quib⁹ modis conſtituitur vſusfructus? teſtamēto, cū alteri fundus, alteri vſus relinquitur: cui⁹ rei exēpla proponit. Præterea pactionib⁹: veluti, cōuenit inter nos, vt tibi centū aureos darē tu mihi vſū tuarū ædium. pactio ſcripta & cōſignata eſt. Præterea ſtipulatione. veluti, Spondes per te non fieri, quominus tuis vtar fruar ædibus quoad viuens? ſi reſpondeas, Spondeo: vſusfructus conſtitutus eſt. Cætera plana ſunt. Cor. Vib.

Not. vſumfructū tā in vltima volūtate legari poſſe, quā transferri inter viuos. Itē, not. rationē, quare inductū ſit, vſumfructum certis modis finiri. Syl.

Digitized by Google

* §1. T.

Vſusfructus[a] * à proprietate ſeparationẽ recipit: idque pluribus modis accedit: vt ecce, ſi quis vsúfructũ alicui legauerit. nam hæres nudam[b] habet proprietatẽ, legatari⁹ verò vſumfructũ: Et contrà, ſi fundum legauerit, deducto vſufructu, legatarius nudam proprietatẽ †, hæres verò vſumfructum. Item alij vſumfructum, alij deducto[c] eo fundũ legare poteſt[d]. Sine teſtamento verò * ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere[e], pactionibus[f], & ſtipulationibus, id efficere debet *. Ne tamen † in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente[g] vſufructu, placuit certis modis[h] extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

a Vſusfructus. ſed oppono: ante ſeparationem non eſt vſufr. ſed nec poſt ſeparationem recipit ſeparationem. Reſpon. vſusfructus, id eſt, quia poſtea dicitur vſusfructus.

Dic tu, quòd eſt idem vſusfructus: ſed aliter penes illum quando eſt ſeparatus. tunc enim habet formã ſubſiſtentẽ de ſe: prius tamen non erat niſi cauſalis: ſed re vera idem eſt ante ſeparationem, & poſtea. Sylu.

b Nudam. Sic C. de muli. quæ ſer. propri. l. j. §. filij. ſic & Co. com. de ma. l. j. in princ.

ADDITIO. Obſeruet hic iuuentus (inquit Eg. Baro.) nudũ dici apud Iuriſc. pro eo quod ſimplex, purúmque eſt: & abſque eo, quod ſimul eſſe ſolet: nuda proprietas ſine vſufructu, vt hic: nudus vſus, ſine fructu & proprietate, ĩ. de vſu nudum pactum, ſine alia cauſa obligandi, nudus conſenſus, & nuda voluntas, ſine traditione. l. iuris. ff. de pac. nudum factum, ſine iure & cauſa bonorum. l. in conuentionalibus. ff. de verb. obligat.

N.A. † Nudam proprietatem. Nuda proprietas, opponitur plenæ. §. vlti. in fine. ĩ. eod. tit.

c Deducto. Not. deducto. ſi enim vni ſimpliciter fundum, alij vſumfructum legauerit. ambo concurrunt in vſufructu, vt ff. de vſufru. accreſ. l. idem Neratius. §. non ſolùm. & de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu. l. ſi tibi.

ADDITIO. Quod eſt verum ſecũdùm Ang. quando vtrumque legatum erat ſpeciale: ſecus. ſi legatum vſufru. eſſet vniuerſale: puta omnium bonorũ: quod nõ obliget ad collectas & ad debita hæreditatis, vide per Ang. ĩ. in §. ſequen.

d Legare poteſt. Item & aliis modis, vt ff. eo. tit. l. Proculus. datur autem cùm inducitur in poſſeſſionẽ fructuarius, & proprietarius patitur eum vti frui: vt ff. eo. l. iij. in principio.

e Conſtituere. Inter viuos.

f Pactionibus. Expone: vt ſ. tit. j. diximus. §. fin.

N.A. † Ne tamen. Quatuor hi verſus commodiùs apponuntur ad initium §. vltimi.

g Aſcedente, id eſt, ſeparato exiſtẽte. Et erit pro quæſtione illa, quòd liber homo non poterit locare operas ſuas in perpetuum: ne libertas ſit inutilis: quod Irn. conceſſit: argu. de condit. & demon. l. Titio. §. Titio ij. & de liber. hom. ex. l. j. Sed Ioan. contrà: cùm poſſit per ſubſtitutum ſeruire: vt de epiſc. & cleric. l. quiſquis cenſibus. §. ſi. in gl. ſubrogato. & l. ad ſimilitudinem. cùm hoc non agatur, vt per ſe tantùm operetur: vt C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ne autem. & ff. de duob. re. l. nemo eſt. vel etiam poſſit intereſſe præſtare: vt ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fina.

• abeſt.

• poteſt.

Et hæc glo. in principali quæſtione communiter approbatur, vt per Chriſtoph. hic. Syl.

h Certis modis: vt ĩ. eod. §. finitur.

Conſtituitur. CASVS. Quibus in rebus vſusfructus conſiſtit? i. quarũ rerum vſusfructus conſtitui poteſt? omnium. Quid pecuniæ, vini, olei quomodo vſus conſtituitur, cùm ſubſtãtia eorũ depereat, & iam dixiſti, ſublata ſub-ſtantia, perire accidens? Harũ qu[...] pereunt, non propriè eſt vſuſ[...] ſed quaſi vſusfructus. Nam ſi [...] ſcribat, Hæres meus perm[...] nio vti frui mille aure[...] ta cautione, ſi moria[...] ditum iri, eis aure[...] ſubſtantia pere[...] per manere [...] Titius fa[...] minua[...] redd[...] ti[...]

¶ Vſumfructum in quibuslibet rebus conſtitui poſſe palam eſt, iis ſolis exceptis, quæ vſu pereunt: quia talia non manet rei ſubſtantia: quaſi tamẽ vſusfructus in eis conſtituitur. quo caſu vſufructuarii[v] cautionem domino præſtat, quæ loco proprietatis ſuccedit de tanta pecunia aut rerum conſumptarum iuſta æſtimatione vſufructu finito reſtituenda.

Cõſtituitur* autẽ vſusfructus non tantùm in fundo[a], & ædibus, verumetiam in ſeruis, & iumentis, & cæteris rebus, exceptis iis, quæ ipſo vſu conſumuntur† Nã hæ res neque naturali[b] ratione, neque ciuili[c] recipiunt vſumfructũ. quo in* numero ſunt, vinũ, oleum, frumentum, veſtimenta[d] † quibus proxima eſt pecunia numerata. Nãque ipſo vſu aſſidua permutatione[e] quodam modo extinguitur: † Sed vtilitatis cauſa Senatus[f] cẽſuit, poſſe etiam earum rerum vſumfructum cõſtitui, vt tamen eo nomine hęredi vtiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ vſusfructus legatus ſit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatari[g] ſatiſdet; † hęredi de tanta pecunia re-

Nota vſumfructum in qualibet re conſtitui poſſe, exceptis iis, quæ vſu conſumuntur. Item, quòd in iis, quæ vſu conſumuntur, nec naturali, nec ei ciuili ratione conſtituitur vſusfructus. Itẽ, quòd pecunia cõnumeratur in iis, quæ vſu cõſumuntur: quia aſſidua permutatione quaſi extinguitur. Item, quòd ex Senatuſconſulto vtilitatis cauſa per cautionẽ quaſi conſtituitur vſuſfructus. Item, not. formã cautionis. Syl.

a In fundo. etiam ſterili: vt ff. eod. l. ſtatuæ. §. j.

N. A. † Vſu conſumitur. Quæ non in vſu, ſed in abuſu conſiſtere dicuntur. i. quarũ nullus eſt vſus niſi conſumantur. l. j. & paſſ. de vſufr. ea. re.

b Naturali. Quia non poteſt eſſe ſalua ſubſtantia, quod eſſe debet: vt ſ. eo. in princ.

ADDITIO.

[illegible] ſenten- [illegible] ro in [illegible] a d[illegible] [illegible]norũ ſuo- [illegible]llis vina- [illegible]is putare [illegible] non abu- [illegible] omiſſum

Veſtimenta. Quæ quidem ſunt eiuſmodi, vt omnino vtẽdo conſumantur, & pereant: quales ſint quotidianæ veſtes: tum enim de reddenda æſtimatione cauebitur, & quidem vſusfructus erit. l. ſi vini. 7. ff. de vſufr. ear. rer. Sin autem tempore potius quàm vſu conſumantur, vt aulæa, veſtes ſcenicæ, & lugubres, quarum rarus eſt vſus, propriè vſuſfructus dicetur. l. ſed ſi quis. 15. §. iij. ff. de vſufr. l. ſi vſusfructus. 9. §. pe. ff. vſufr. quem. cauea. l. veſtis. 127. ff. de verb. ſig.

e Permutatione. Nam quæ hodie eſt mea, cras erit tua. ſic extinguitur qua ad dominium meum, quod definit. ſic ſuprà de rer. diui. §. ſi tamen. Item, ſi cum alia miſceatur, extinguitur: vt ff. de ſolu. l. ſi alieni.

Aduerte, quia bene dixit quodammodo: quia de ſe pecunia eſt de rebus quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt in propoſito Alexand. in lege prima. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. Syl.

N. 4. † Extinguitur. id eſt, perimitur, conſumitur.

f Senatus. Cuius nomen non habemus.

g Satiſdet. Sed nónne hæc ſatiſdatio, [illegible] illa, quæ ſatiſdat legatarius vel v[illegible]ructuarius ſe vſurum arbitrio boni [illegible]i, poteſt remitti à teſtatore? Reſpon[illegible]n: vt ff. vt in poſſeſ. lega. l. ſi pecuniæ. [illegible] Codice de vſufruct. lege prima. & [illegible]e legat. nomi. cauea. l. penulti. Illa [illegible]tem ſatiſdatio, quam præſtat hæres [illegible]e legato ſoluendo, bene poteſt remit-

N. 4. ſuſt.

*Satiſdatio de legato ſoluendo poteſt remitti à teſtatore: ſed non de

N 5

vtendo fruendo arbitrio boni viri.

ti,vt ff.vt legat.nomi.caueat. l.licet. & l.fina. Et eſt ratio, quia hæc ſatiſdatio cõtemplatione hæredi. interponitur: illa autem de legato præſtando, gratia teſtatoris,vt ſua voluntas adimpleatur: vt C. vt leg. nomi.caue.aliàs vt in poſſ. leg.l.ij. Nõ eſt ergo mirũ,ſi illud quod ſua gratia intro ductum eſt, teſtator poteſt remittere ☨ aliud autem non: vt Cod.de pact.l.ſi quis in conſcri. & ff.de pac.l.pactum.& ff.de oper.lib.l.cerdonem. & ad leg. Fal. l. quod de bonis.§.ſi.

Fauori proprio renũciari licet.

* *abeſt.*

N.A. ☨ Satiſdet.Satiſdare, eſt cauere dato fideiuſſore: & hæc ſatiſdatio eſt tamen ſubiectũ,ſiue ὑπ-σάσις qua vſusfructus ſuſtinetur.l.j.vij.ix.ff. illo tit.

¶ Hæc ratio eſt falſa: quia ita poteſt teſtator rem hæredis remittere, ſicut propriam.l.vnum ex familia.§.ſi rem. ff.de leg.ij.Nec etiam eſt vera alia ratio, quòd ſit de ſubſtantia: quia s. eſt contrarium oſtenſum. Dic ergo quòd ratio eſt,quia legatarius inuitaretur ad delinquendum,& dolus futurus remitmitti non poteſt.l.ſi vnus.§.illud.ff.de pact.Syl.

¶ a Morietur,aut capite minuetur. His enim duobus modis tãtùm admittitur: vſusfructus.vt ff.de vſufru. ear.re. quæ vſu conſu.lege, in ſtipulatione. & lege, quoniam.

¶ b Satiſdatur.à legatario.

¶ c Aeſtimatæ. ſcilicet eo tempore, quando dantur legatario. ſic ff. de vſufruct. ea.re. quæ vſu conſu. l. ſi tibi vini.

¶ d Poterat. ſ. cum ſubſtantia in his non ſaluetur, & dominium mutetur: vt ſuprà dictum eſt.

N.A. † Poterat. id eſt, rerum naturam immutare non potuit. lege ſecunda. ff.illo titulo.

¶ e Cautionem. impropriè. nam ſatiſdare debet. vt Codice de verbor. ſignificatione.l.ſancimus.& ff.de vſufru.ea. re. quæ vſu conſu. l. tribus.in fin.quæ cautio loco proprietatis erit apud hæredem.

ſtituẽda, ſi morietur, aut capite minuetur [a]. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant:ſed æſtimatis iis,ſatiſdatur [b]: vt ſi moriatur,aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ [c] *.Ergo Senatus non fecit quidem earum rerum vſumfructum (nec enim poterat [d] †)ſed per cautionem [e] quaſi vſumſfructum conſtituit.

¶ Vſusfructus finitur modis hic deſcriptis. Aret.

¶ Finitur autem vſusfructus morte [f] vſufructuarij, &duabus capitis [g] deminutionibus, maxima, & media [h], ☨ & nõ vtẽdo per modũ,& tẽpus [i]

¶ Finitur. CASVS. Quibus modis vſus fructus extinguitur?morte, & maxima mediáque capitis deminutione vſufructuarij. Item, ſi non ſecundùm modũ conuentum, ac tempus præſtitutum ſit vſus. Prætereà,ſi vſufructuarius ius ſuum cedat proprietario, aut verò proprietatem acquirat. Hæc enim coniũctio, quia ſolidum ac perfectum dominiũ nobis parit, appellatur Conſolidatio. Quid, ſi ædes vſufructuariæ incendio perierint, nunquid areæ tamẽ debebitur vſusfructus? minimè. Quotuplex eſt proprietas?duplex:plena & nuda. Plena dicitur, cui coniunctus eſt vſusfructus. Nuda, quæ ab vſufructu ſeparata eſt.Cor.Vib.

¶ f Morte, ſcilicet naturali. Sed contra.ff.de nouat. l.ſi vſusfructus. Solut. non contradicit. Ibi enim antequàm eſſem vſufructuarius, delegaui:vnde ex eius perſona,cui delegaui,finitur:quia in eius perſona incœpit. ſi autẽ poſtea delegaſſem ex mea perſona finiretur: vt ff. de peric. & commo.rei vend.l. neceſſariò.§.ſi.

¶ g Capitis. Suprà de capi. demin. §.j. ij.& iij.

¶ h Maxima,& media. Quæ mortes ciuiles ſunt:vt ff.pro ſoc. l.verum.§. ſocietates.verſ.intereunt. non autem minima capitis diminutione:vt j. de acq. per arrog.in princ.

☨ Maxima & media. Nam minimam Iuſtinianus ſuſtulit. lege vltima. ff. de vſufruc. N.A.

¶ i Per modum & tempus. ſ. vt bonus paterfamiliàs. Vel melius per modum & tempus, i. per moderatum tempus, ſcilicet decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes:vt Cod.de vſufruct.l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat centum annis: vt ff. eo. l.an vſufruct. Actio verò competens pro vſufructu, non tollitur ipſo iure.

cùm

cùm tempus non ſit modus tollendæ obligationis: ſed per exceptionem dicto tempore tollitur, licet in aliis modis fruendi ipſo iure etiam actio tollatur: vt ff. de actionib. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet.

N.A. † Per modum & tempus. Per modum, id eſt, cùm fructuari*, arbitrio boni viri non vtitur fruitur. Tempus autem rei quidē mobilis fuit antiquo iure annuum, immobilis, biennium. At Iuſtiniani inſtituto illius, triēnium, huius, decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes. l. pen. Co. de ſeruit. & aq.

*agitur.

Et licet alias actiones perſonales non tollantur, niſi ſpatio triginta annorum: tamē ex quo tollitur ipſum ius vſusfructus intra dicta tempora debet tolli etiam actio quæ ex eo prouenit. Syl.

quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio [a]. Item, finitur vſusfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur. Nam cedendo [b] extraneo, nihil agitur *: vel ex contrario, ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit [c]: quæ res [d] conſolidatio† appellatur. Eo ampliùs conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint [e], vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint, extinguit† vſumfructum, & ne areæ [f] † quidem vſumfructum deberi. Cùm autem finitus fuerit totus [g] vſusfructus: reuertitur, ſcilicet, ad proprietatem: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem †.

a Conſtitutio. C. de vſufruct. l. corruptionem.

b Cedendo. infrà titulo primo in fine primi caſus: contra. Solut. hic dicit de iure vtendi, quòd cedi non poteſt: imò tunc ad proprietatem redit: vt hic. & ff. de iure dot. l. ſi vſusfructus. ibi, de ipſa fructuum perceptione argum. ff. de peric. & commo. rei ven. l. neceſſariò. ff. fin.

ADDITIO. In iure ceſſio (vt ait Vlp. tit. xviij. in ti. fit per tres perſonas. In iure cedentem, vindicantem, addicentem. In iure cedit dominus. Vindicat is cui ceditur. Addicit Prætor.

N.A. † Conſolidatio. Solida proprietas dicitur quę & plena, vnde conſolidatio: quia vſusfructus cum proprietate confuſus, ſtatim eſſe deſinit, & nomē ſuum amittit. l. 4. ff. vſufr. quem amitt.

c Acquiſierit. ſ. finitur vſusfructus.

d Quæ res. i. talis acquiſitio.

e Conſumptæ fuerint. ſ. in totum: vt ff. eo. l. ſi cui inſulæ.

† Extingui. Generali verbo eſt vſus, nā quinque modis amittitur, duobus* finitur. Paul. lib. 2. ſent. c. 6. finiēdi tamē verbo generaliter mox vtetur. N.A.

f Ne areæ. Sic ff. quib. mo. vſus fru. ami. l. repeti. §. pen. ar. cōtla. ff. de pign. act. l. domo.

ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in pignore: & ideo faciliùs extinguitur vſusfructus, ꝙ pignus, ne proprietas reddatur inutilis: iuxta prid. huius text. ſecundùm Iaſ.

N.A. † Areæ. Quoniā ſpecies perēpta eſt, ac ꝓpe ſubſtātia. l. 9. §. 1. ff. ad exh. l. 1. ff. de vſufruct. Itaque quamuis poſtea domus reſtituatur, tamen vſusfructus non reſtituitur. l. 36. ff. de vſufr.

g Totus. Not. totus. ſi enim pro parte, non redit ad proprietatem: vt ff. quib. mo. vſusfruct. amit. l. excepta. Item, ſi ſint duo confructuarij: vno perdente, alteri accreſcit: vt ff. de vſufructu accreſcend. l. j. §. penul.

N.A. † Poteſtatem. Nota nudam proprietatē opponi plenę proprietati, ac ſolidę.

TITVL. V.

DE VSV, ET habitatione.

¶ Hæc quoq; ſeruitus [a] perſonalis eſt, i. à re perſonæ debita: itidem dictio in habitationis ſeruitute. Quid autem differat vſus ab vſufructu hic oſtendit Iuſtinianus.

Iſdem illis modis, quibus vſuſ-

DE VSV, ET HAbitatione.

a Suprà tractatum eſt de vna ſeruitute perſonali, videlicet, de vſufructu. hic ſequitur de aliis.

Iſdem illis. Totus iſte tit. in tres partes diuiditur. Primò, ponit de vſu. Secundò, de ſeruitute habitationis: Tertiò, facit quoddam præambulum, tranſiens ad alias materias. Secunda ibi,

ibi,Sed ſi cui.Tertia ibi, Hæc de ſeruitutibus.Litera ſatis plana eſt.

Iiſdẽ illis. THEMA. Quæro, quid ſit vſus? Eſt ius vtendi rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantia. Cur non addis fruendi,vt in vſufructu? Quia hoc inter vtrũque intereſt, quod illic & vſus & fructus conceditur: hic vſus tantùm. Quid ergo vſus,& fructus differunt? Vtitur is, qui quantum ipſius ſolius neceſſitati ſatis eſt, rei commodum percipit. Fruitur verò,cui non ad neceſſitatem tantùm, ſed etiam ad vtilitatem ac voluptatem rei commoditas conceſſa eſt. Vſus autem quibus finibus, & quaſi cancellis coërceatur,ex verbis.§.noſcendũ eſt. Duo ſeq. §§.ita ſcripti ſunt, vt exempli poſitionem non recipiant.Cor.Vib.

Not.quòd vſus, & vſusfructus pariſicantur in modo conſtituendi & fruendi.Item, quòd plus iuris eſt in vſufructu, quàm in vſu.Item,quòd vſurarius poteſt morari in fundo, dum tamen non ſit moleſtus domino,aut cultoribus.Item, quòd vſuarius ius ſuum alteri cedere non poteſt.Syl.

Vſus eſt ius vtendi re aliena, quatenus ad explendam vſuarij neceſſitatem ſatis eſt. l.xij.§.j. ff. hoc titulo.Itaque tàntùm intereſt inter vſumfructum, & vſum, quantum inter totum & partem. l.58. ff. de verb. oblig. l. xiij. §. iij. ff. de accept. Nam quicquid vtilitatis, quæſtus voluptatis denique percipi poteſt, totum eſt fructuarij.l.vij. ix.xij. §.de illo. l.xlj. ff. de vſufr. Vſus ad modum neceſſitatis vſuarij redigitur.l.xlij.ff.eod.tit.

a Conſtituitur.ſ.in teſtamento,& inter viuos:vt ſ.tit.j.§.j.

b Solet. Niſi quòd vſus pro parte conſtitui non poteſt: vt ff. eod. l. vſus pars: ſed aliud in vſufruc. vt ff.de vſufruc. l. vſusfructus ab initio. Et ratio eſt: quia diuiduus eſt quod non eſt in aliis ſeruitutibus: vt ff. ad leg. Falcid. l.j.§.ſi vſusfructus. Non obſtat ſi duobus vſus conſtituitur, quòd concurſu partes fiunt.quia occaſione. id eſt, neceſſitate magis, quàm ratione contingit:vt ff.de riuis.l.Labeo.

fructus conſtituitur a,etiam nudus vſus conſtitui ſolet b: iiſdemq; illis modis c finitur, quibus & vſusfructus deſinit. Minus d autem iuris * eſt in vſu, quàm in vſufructu. nam is, qui fundi nudum habet vſum †, nihil vlterius * habere intelligitur, quàm vt oleribus, † pomis, floribus, fœno e, ſtramentis f, & lignis, ad vſum quotidia-

Rationem autem quare vſusfructus dicitur indiuiduus, vſus autem diuiduus, iudicio meo reddit text. in l. vſus pars.ff.eod.tit. quamuis Pe.dixerit hoc eſſe: quia vſusfructus continebat certum vſui incertum: cùm nõ pertineat vtilitas totius rei: vt in vſufructu: & Bart. & in l.ſtipulationes non diuiduntur. in iiij.q.ff.de ver. obligat. dixerit hoc eſſe, quia vſus habet omnimodã ſimilitudinẽ cũ realibus ſeruitutibus,cũ debeatur à re perſonæ:& ideo etiã ille, ſicut ipſe eſt indiuidu':ſed vſusfructus eſt pars dominij.l.iiij.ff.de vſufr. ideo pars ei',ſicut dominij, poteſt pro indiuiſo quæri. l. Mæuius.§.duobus.de leg.ij.Imo.& Rõ. ibi aſſignant aliam: quia in vſufructu præſtatio partis adfert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam totũ reſpectu totius quòd nõ eſt in vſu, cuius præſtatio debet fieri pro neceſſitate, quæ in parte non conſideratur.Syl.

c Modis.Quos ſ.titul.j.§. finitur.habuimus.

Nudum habet vſum. Nota, differentiam inter vſumfructum, & nudum vſum,cui opponitur plenum.

d Minus iuris.Sed in caſibus æquales ſunt fructuarius, & vſuarius, vt in vſu pecuniæ:vt ff.de vſufru. ea.re.l.hoc ſenatus.§.fina.[Ratio eſt, quia legato vſu harum rerum, videtur legata proprietas.l.quoniam.ff.de vſufruct. ea. re. & ideo quod ex his prouenit, ſuum facit vſuarius: quod non eſt in aliis. Sylu.] Item, in fundo de quo tantùm fœnum tollitur,quantum ſoli ſibi ſufficit: vt ff.eodem.l.fundi. Item, ſi in ſylua remota, ex qua vterque ligna vendere poterit:vt ff.eod.l.diuus.

Ratio eſt,quia aliàs inutilis aliquando eſſet vſus ex diſtantia, & remotione loci:vt dicitur in d. §. Sabinus. ibi, prætor hæc bona.Syl.

e Fœno.id eſt,de herba.

f Stramentis. id eſt,de melega. genus eſt bladi.

ADDITIO. Imò ſtramentũ,vt Varro lib.de re ruſtica j. ſcribit, à ſtando vt ſtramen dictum eſt: aut ab ſtratu, quòd id ſubſternatur pecori.

a Quo

Digitized by Google

a Quotidianum. Quid ſi hodie vſus, qui mihi ſufficit, conſtituatur, & cras ab alio in alio fundo conſtituatur? Reſpon. locus erit electioni, vel gratificationi in toto, vel in parte. arg. infrà de leg. §. ſi generaliter. & ff. de relig. l. fin.

* quoque

N. A. † Oleribus. Inſignis Triboniani ſocordia, qui hāc Neruæ ſententiam quidem traditam oſtendit, quæ cōſenſu omnium repudiata eſt l. 12. §. 1. ff. hoc tit.

b Vtatur. Nūquid in vino vel in frumento & oleo? Reſpond. quidam nullo modo. Alij contrà: quorū ſententia eſt verior: vt ff. eod. l. plenum. §. præter. itē quis colet agrum? Reſpond. proprietarius, ſi vult, aliàs vſuarius: vt ff. eod. l. ſi domus vſus. & ff. de vſufruct. l. hactenus.

c Impedimēto. Aliàs, id eſt, ſi alia de cauſa veniat, dominū & eius familiā poterit prohibere: vt ff. eod. l. ſi habitatio. §. ſi.

* iuris

d Alij. Quaſi dicat, niſi proprietario.

e Cùm. id eſt, quamuis.

num [a] vtatur [b]. In eóque * fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento [c]. Nec vlli alij [d] ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere poteſt: cum [e] is, qui vſumfructum † habet, poſſit hæc omnia [f] facere.

¶ Habens vſum domus poteſt in ea habitare cum marito, vel vxore & familia & hoſpitē recipere. ſed tale ius non poteſt alteri cedere. Aretinus.

¶ Item is, qui ædiū vſum † habet, hactenus ius * habere intelligitur, vt ipſe [g] tantùm † inhabitet: nec hoc ius ad alium trāsferre poteſt. Et vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitem ei recipere liceat: & cum vxore, liberíſque ſuis, item libertis, nec non perſonis aliis liberis quibus nō minus, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et cōueniēter ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cū marito [h] ei habitare liceat.

¶ Qui habet vſum ſerui, ipſe tantùm vti poteſt: & idem in iumento. Sed ſi pecoris vſum habet, ſolùm vtetur ad impinguandum agrum. Aret.

¶ Itē is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tantùm opera, * atque miniſterio eius vti poteſt [i]: ad alium verò nullo modo ius ſuum transferre ei conceſſum eſt. Idē ſcilicet iuris eſt &

* operâ.

N.A. † Vſumfructum habet. Vſufructuarius tamen non vendit vſumfructum, ſed cauſam vtendi fruendi, hoc eſt, facultatem percipiendorum fructuum, quæ facti eſt. Nam vſusfructus ex vſufructu non conſtituitur l. j. ff. de vſufr. legat. l. xix. ff. de vſur.

f Hæc omnia. ſuprà titu. j. §. finitur. l. contrà. Solutio, vt ibi. Item, ff. loca. l. locare. contrà. Solutio, ibi in prædialibus ſeruitutibus loquitur, hîc in perſonalibus.

N.A. † Aedium vſum. Olim neq; viro vxorem, neque vxori virum recipere in ædes vſuarias licuit. Primus Q. Mutius maritū admiſit Pomponius etiam nouum maritum: Alij poſtea ſocerum, liberos, parentes, etiam hoſpites honeſtos. Ita ſenſim iuris ſententiæ increſcunt. l. vj. l. vij. ff. hoc tit.

g Vt ipſe tantùm. ff. eod. l. ij. §. primo. cōtrà. Solutio, ibi ponitur ſolū pro ſolummodo: vt ff. de vulga. ſubſtit. l. qui liberis. in princ.

N.A. † Ipſe tantùm. Non vt alij locare poſſit: quia merces locationis in fructu eſt. l. xxxix. ff. de vſufruct. Sic ancilla vtetur ad lanificium, aut ad texturam l. xij. §. 1. ff. hoc titulo.

h Cum marito. Præſenti, & futuro: vt ff. eo. l. cæterū. §. mulieri. & generaliter omnes recipiet quos & maſculus. dummodo honeſtè: vt ff. eodem. l. non ſolùm. & l. non aliter.

Et eſt ratio: quia teſtator videtur hoc prohibuiſſe: vt dicit gloſſ. in d. l. non aliter. Syluest.

i Vti poteſt. Non autem locare poteſt, ſi tamen aliquid conducat faciendum in eo: poterit vti opera vſuarij ſerui. Item, ipſi eidem ſeruo ſua opera poterit locari: acquirit autem ex re, non ex opera vſuario: vt ff. eod. l. pleuum. §. fin. & l. ſeq.

¶ Et

in iumento [a]. Sed & ſi pecorum, vel* ouium vſus legatus ſit, neque lacte [b], neque agnis, neque lana vtetur vſuarius: quia ea in fructu [c] ſunt. Planè ad ſtercorãdum agrum ſuum pecoribus vti poteſt..

¶ [illegible] eſt ſeruitus vſus, quã habitationis: nam cui habitatio data eſt, no tantum ius inhabitandi [illegible] habet, ſed etiam alteri locandi, & accommodandi: cui verò vſus conceſſus fuit, ipſum ſolùm vti oportet.

¶ Sed ſi cui habitatio [d] legata, ſiue aliquo * modo [e] conſtituta ſit: neque vſus [f] videtur, neq; vſusfructus [g], ſed quaſi propriũ aliquod ius: † quãquam habitationem habentibus, propter rerũ vtilitatem, ſecundum Marcelli † ſententiam noſtra deciſione [h] promulgata, permiſimus, nõ ſolum in ea degere, ſed etiam aliis locare.

¶ Præmiſſa epilogatiõe, facit quoddã præambulum, tranſiens ad alias materias.

¶ Hæc de ſeruitutibus [i], & vſufructu, & vſum, de habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus * autem, & obligationibus, ſuis locis proponemus [k]. Expoſuimus [l] ſum-

*vel ati. T.

*alio.

*hæreditate. T.

a Et in iumento. Facit ff. eod. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. verſic. ſed ſi bouem. & §. equitij.

b Neque lacte. Niſi modico: vt ff. eo. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. Aliis nullo modo, ſecũdum Placen. Ioã. cõtrà. dicit enim omnibus his ad ſuum vſum & ſuorũ poſſe vti: vt in fundo ſuprà diximus.

c In fructu. Sic §. de rer. diui. §. in pecudũ.

Sed ſi cui.

CASVS. Quid eſt habitatio? Eſt ius, id eſt, poteſtas alienas ædes inhabitandi. Neque dubium eſt, quin id ius ſua vi, ac per ſe non amplius, quàm habitatione cõcedat. Voluit tamen Imperator habitatione acquiſita, etiam id ius quæſitũ videri, vt ædes illa locari poſſint. Cor. Vib.

Not. quòd habitatio differt ab vſu & vſufructu, & ꝙ cui habitatio legata eſt, alteri locare poteſt. Syl.

d Habitatio. Siue dicatur habitatio, ſiue vſusfructus habitationis, idem eſt: vt C. eod. l. cum antiquitas.

e Aliquo modo. Inter viuos pactionibus & ſtipulationibus. ſic ſuprà de ſeruitutibus. §. fin. & de vſufruct. §. 1.

f Neque vſus. Quia locat: vt C. eod. l. cùm antiquitas: ſed vſuarius non: vt ſuprà eodem in princ.

N.A. † Proprium aliquod ius. Habitatio, eſt facultas per ſe gratis habitandi in alieno ad certum tempus, & plerunque quandiu vita ſuppetet. l. x. ff. hoc tit. Magis autem in facto, quàm in iure conſiſtit l. pen. ff. de cap. minut.

g Neque vſusfructus. Quia hic non finitur, niſi morte: vt ff. eodem l. ſi habitatio. circa princ. ſed vſusfructus multis modis: vt ſuprà de vſufruct. §. finitur.

h Deciſione: vt C. eod. l. cùm antiquitas.

N.A. Marcelli. Forſitan ex Proculianorũ ſententia, qui ſpacioſæ domus partem locari permittebant. l. iij. hoc tit. C. Ergo cui habitatio domus legata eſt, poteſt eam locare: at ſi vſus legatus eſt ædium, non poteſt: quia merces eſt in fructu: vt ſupra dictum eſt.

Hæc de ſeruitutibus.

CASVS. Quũ de rebus incorporalibus hic loquaris, hæreditates autem, & obligationes iis rebus cõnumerentur, cur hoc loco non de iis quoque nobis explicas? Quia de modis acquirendarum rerum inter viuos hic agimus: & de rebus ex mortuis veniẽtibus cõmodiùs putamus poſteà differere. Cornelius Vibul.

Not. quòd lex ſub congruo titulo ponenda eſt. Syl.

i Hæc de ſeruitutibus. Excuſat ſe, quare de hæreditatibus & obligationibus non dicit: cum videatur hic dicere debere: vt ſuprà de rebus corporalibus. §. j.

k Proponemus. ſcilicet, infrà de hæredibus inſtitue. vſque ad titul. infrà de obligat. & exinde vſque ad titu. de actio.

l Expoſuimus. Hæc continuatio refertur. ſuprà de rerum diuiſi. §. ſingulorum.

a Et.

Digitized by Google

§ a Et. Pro id eſt.

DE VSVCAPIONIBVS, ET longi temporis præſcriptionibus.

¶ Hic titulus ſic continuatur. Quia ſuprà dictum eſt, qualiter res iure gentiũ nobis acquiruntur: nunc ſequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquirãtur. Et dic de vſucap. ſcilibet mobilium: ſed præſcriptio immobilium vt patet infrà eod. in princ. & C. in quibus cauſis ceſſet long. tempor. præſcr. l. ij. ſed ff. eod. l. vſucapio. large ſumitur per totum titul. & maximè in l. quare. Accurſ.

matim quibusmodis iure gentium res acquiruntur: modò videamus, quibus modis legitimo, & a ciuili iure acquiruntur.

TIT. VI.

DE VSVCAPIONIBVS, & longi temporis præſcriptionibus.

N.A. Vſucapio eſt adeptio dominij, per continuatam legitimi temporis poſſeſsionem l. iij. D. hoc tit.

Ivre ciuili. Totus iſte titu. diuiditur in nouem partes. Nam ponit primò quod ad vſucapionẽ requiritur bona fides: & iuſtus titulus, & legitimum ſpatium temporis. Secundò, quòd licet prædicta interueniant: non tamen procedit vſucapio propter naturam, vel vitium rei. Tertiò, rediens ad primam regulam, ponit qualiter in re aliena mobili poſsit tradens habere bonã fidem. Quartò, ꝙ in rebus immobilibus non vitio poſſeſsis mala fides auctoris nõ nocet ſucceſſori. Quintò, ponit caſum, in quo res furtiua poteſt vſucapi. Sextò, an res fiſci poſsit vſucapi. Septimò. qualis debeat eſſe res, vel titulus. Octauò, an poſſeſsio auctoris profit ſucceſſori. Nonò, quãto tempore res aliena alienata à fiſco, vel donata ab Imperatore vſucapiatur. Secũda ibi, Sed aliquãdo. Tertia ibi. Sed tamen. Quarta ibi, Quod autẽ. Quinta ibi, Aliquando. Sexta ibi, Res fiſci. Septima ibi, Nouiſsimè. Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto. Itẽ prima ſubdiuiditur. Nã primò ponit ius antiquum. Secũdò illud corrigit. Secũda ibi, Et cum. CASVS. Adhuc omnes, quos tibi expoſui, acquirendi modi ſunt Romanis communes cum omnibus aliis gẽtibus ac nationibus. ſed vnum tibi nunc exponam, qui populo Romano proprius fuit, aut certè paucorum. Et quiſnam, obſecro, ille eſt? Metellus vendidit equum Valerio. vterque bona fide pactus eſt, alter, equum dare, alter pecuniam quum ſcilicet Metellus ſe dominum, Valerius quoque idẽ crederet. Metellus dominiũm quidem equi non trãſtulit in Valerium: quomodo enim, quod nõ habebat trãſferret? ſed vſum & poſſeſsionẽ. Volunt ergo leges. vt ſi Valerius eũ equum triennio poſſederit, ipſius fiat. Quænam iſtius legis cauſa fuit? Quia alioqui ſemper dominia rerũ in incerto erũt. & cùm domum meã maiores mei, atq; ego ducentis annis aut trecentis bona fide poſſediſſemus, tandem aliquis veniebat, qui eam mihi eriperet. Quod cùm fiebat, negligentes erant homines in rebus ſuis conſeruandis: quippe de quarũ dominio nunquam certi eſſent. Quid verò? quod tempus præfinitum eſt dominis ſuas res quærendi? In rebus mobilibus, tres anni: in immobilibus, ſi præſentes ſunt domini, decem: ſi abſentes, viginti. Sequens §. per ſe intelligitur. Corn. Vib.

¶ Qui bona fide rem à non domino emerit, alióve iuſto titulo habuerit, eam, ſi mobilis ſit, annis vtique tribus: ſi immobilis, decennio inter præſentes, & inter abſentes vicennio vſucapit.

* poſſeſsionib.

Ivre ciuili.

¶ Not. quòd vſucapio eſt introducta de iure ciuili. Item, quòd in ea regulariter requiritur titulus: & bona fides. Item, not. rationem introductionis vſucapionis. Item, quòd dominus de facili iure ſuo priuari non debet. Item, quòd lex debet eſſe generalis. Item, quòd mobilia tribus annis: immobilia xx. inter abſentes: x. inter præſentes vſucapiuntur. Syl.

ADDITIO. Vſucapio eſt adeptio dominij, per cõtinuationẽ poſſeſsionis tẽporis lege definiti. l. iij. ff. eo. in quibuſdam libris legitur Adiectio, in aliis Acquiſitio. quorũ vtrunque & ars definiẽdi refellit, & Vlpia in Epito. tit. 19. qui adeptionem ſcribit. Ergo vſucapta res dicitur, quam à nobis occupatam nemo repetiit intra tẽpus lege definitũ. introducta eſt autẽ, vt ſocordię hominũ occurreretur: & ſecuritati poſſeſsionũ cõſuleretur: & introducta eſt à legibus

¶ Vſusfructus [a] * à proprietate ſeparationẽ recipit: idque pluribus modis accedit: vt ecce, ſi quis vſũfructũ alicui legauerit. nam hæres nudam [b] habet proprietatẽ, legatari⁹ verò vſumfructũ: Et contrà, ſi fundum legauerit, deducto vſufructu, legatarius nudam proprietatẽ †, hæres verò vſumfructum. Item alij vſumfructum, alij deducto [c] eo fundũ legare poteſt [d]. Sine teſtamento verò * ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere [e], pactionibus [f], & ſtipulationibus, id efficere debet *. Ne tamen † in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente [g] vſufructu, placuit certis modis [h] extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

* ſi. T.

¶ a Vſusfructus. ſed oppono: ante ſeparationem non eſt vſufr. ſed nec poſt ſeparationem recipit ſeparationem. Reſpon. vſusfructus, id eſt, quia poſtea dicitur vſusfructus.

¶ Dic tu, quòd eſt idem vſusfructus: ſed aliter penes illum quando eſt ſeparatus. tunc enim habet formã ſubſiſtentẽ de ſe: prius tamen non erat niſi cauſalis: ſed re vera idem eſt ante ſeparationem, & poſtea. Sylu.

¶ b Nudam. Sic C. de muli. quæ ſer. propri. l. j. §. filij. ſic & Co. com. de ma. l. j. in princ.

ADDITIO. Obſeruet hic iuuentus (inquit Eg. Baro.) nudũ dici apud Iuriſc. pro eo quod ſimplex, purũmque eſt: & abſque eo, quod ſimul eſſe ſolet: nuda proprietas ſine vſufructu, vt hic: nudus vſus, ſine fructu & proprietate, j. de vſu nudum pactum, ſine alia cauſa obligandi, nudus conſenſus, & nuda voluntas, ſine traditione. l. iuris. ff. de pac. nudum factum, ſine iure & cauſa bonorum. l. in conuentionalibus. ff. de verb. obligat.

N.A. † Nudam proprietatem. Nuda proprietas, opponitur plenæ. §. vlti. in fine. j. eod. tit.

¶ c Deducto. Not. deducto. ſi enim vni ſimpliciter fundum, alij vſumfructum legauerit. ambo concurrunt in vſufructu, vt ff. de vſufru. accreſ. l. idem Neratius. §. non ſolùm. & de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu. l. ſi tibi.

ADDITIO. Quod eſt verum ſecũdùm Ang. quando vtrumque legatum erat ſpeciale: ſecus. ſi legatum vſufru. eſſet vniuerſale: puta omnium bonorũ: quod nõ obliget ad collectas & ad debita hæreditatis, vide per Ang. j. in §. ſequen.

¶ d Legare poteſt. Item & aliis modis, vt ff. eo. tit. l. Proculus. datur autem cùm inducitur in poſſeſſionẽ fructuarius, & proprietarius patitur eum vti frui: vt ff. eo. l. iij. in principio.

¶ e Conſtituere. Inter viuos.

¶ f Pactionibus. Expone: vt ſ. tit. j. diximus. §. fin.

† Ne tamen. Quatuor hi verſus commodiùs apponuntur ad initium §. vltimi. N.A.

¶ g Aſcedente. id eſt, ſeparato exiſtẽte. Et erit pro quæſtione illa, quòd liber homo non poterit locare operas ſuas in perpetuum: ne libertas ſit inutilis: quod Irn. conceſſit: argu. de condit. & demon. l. Titio. §. Titio ij. & de liber. hom. ex. l. j. Sed Ioan. contrà: cùm poſſit per ſubſtitutum ſeruire: vt de epiſc. & cleric. l. quiſquis cenſibus. §. fi. in gl. ſubrogato. & l. ad ſimilitudinem. cùm hoc non agatur, vt per ſe tantùm operetur: vt C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ne autem. & ff. de duob. re. l. nemo eſt. vel etiam poſſit intereſſe præſtare: vt ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fina.

• abeſt. • poteſt.

¶ Et hæc glo. in principali quæſtione communiter approbatur, vt per Chriſtoph. hic. Syl.

¶ h Certis modis: vt j. eod. §. finitur.

¶ Conſtituitur. CASVS. Quibus in rebus vſusfructus conſiſtit? i. quarũ rerum vſusfructus conſtitui poteſt? omnium. Quid pecuniæ, vini, olei quomodo vſus conſtituitur, cùm ſubſtãtia eorũ depereat, & iam dixiſti, ſublata ſubſtantia, perire accidens? Harũ quæ vſu pereunt, non propriè eſt vſusfructus, ſed quaſi vſusfructus. Nam ſi Titius ſic ſcribat, Hæres meus permittat Herennio vti frui mille aureis: Herẽnius data cautione, ſi moriatur, pecuniã redditum iri, eis aureis vtetur. Licet enim ſubſtantia pereat, fingitur tamen ſemper manere, propter cautionẽ, quam Titius facit: ſed ſi moriatur, aut capite minuatur, tantam pecuniam hæredi redditurum. Ergo cautio pro ſubſtantia. Cor. Vib.

¶ Nota

Digitized by Google

¶ Nota vſumfructum in qualibet re conſtitui poſſe, exceptis iis, quæ vſu conſumũtur. Item, quòd in iis, quæ vſu conſumuntur, nec naturali, nec ei ciuili ratione conſtituitur vſusfructus. Itẽ, quòd pecunia cõnumeratur in iis, quæ vſu cõſumuntur: quia aſſidua permutatione quaſi extinguitur. Item, quòd ex Senatuſconſulto vtilitatis cauſa per cautionẽ quaſi conſtituitur vſusfructus. Item, not. formã cautionis. Syl.

¶ Vſumfructum in omnibus rebus conſtitui poſſe palam eſt, iis ſolis exceptis, quę vſu pereunt: quia ſalua nõ manet rei ſubſtantia: quaſi tamẽ vſusfructus in eis conſtituitur. quo caſu vſufructuariꝰ cautionem domino pręſtat (quæ loco proprietatis ſuccedit) de tanta pecunia aut rerum conſumptarum iuſta æſtimatione vſufructu finito reſtituenda.

¶ Cõſtituitur* autẽ vſusfructus non tantùm in fundo[a], & ædibus, verumetiam in ſeruis, & iumentis, & cæteris rebus, exceptis iis, quæ ipſo vſu conſumuntur†. Nã hæ res neque naturali[b] ratione, neque ciuili[c] recipiunt vſumfructũ. quo in * numero ſunt, vinũ, oleum, frumentum, veſtimenta[d] † quibus proxima eſt pecunia numerata. Nãque ipſo vſu aſſidua permutatione[e] quodam modo extinguitur: † Sed vtilitatis cauſa Senatus[f] cẽſuit, poſſe etiam earum rerum vſumfructum cõſtitui, vt tamen eo nomine heredi vtiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ vſusfructus legatus ſit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatariꝰ ſatiſdet[g] † heredi de tanta pecunia re-

*cõſtit. D.

*abeſt.

¶ a In fundo. etiam ſterili: vt ff. eod. l. ſtatuæ. §. j.

N. A. † Vſu conſumũtur. Quæ non in vſu, ſed in abuſu conſiſtere dicuntur. i. quarũ nullus eſt vſus niſi conſumantur. l. j. & paſſ. de vſufr. ea. re.

¶ b Naturali. Quia non poteſt eſſe ſalua ſubſtantia, quod eſſe debet: vt ſ. eo. in princ.

ADDITIO. In hanc ſententiam Cicero in Topic. Non debet, ait, ea mulier, cui vir bonorũ ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt.

¶ c Ciuili. Quia tranſit in dominium legatarij: vnde ſibi ſeruire non poteſt: vt ff. ſi vſusfr. peta. l. vti frui. in princip.

¶ d Veſtimenta. ff. eo. l. ſed & ſi quid. §. & ſi veſtimentorum. contra. Sol. ibi loquitur de quibuſdam veſtimentis quæ perpetuò durabãt: hic de tẽporalibus.

ADDITIO. Tu dic ſecundùm Iac. quòd ibi ſit differẽtia: quia vſufructuarius quantitatis habet etiã dominium, vt hîc: non autem vſufructuarius veſtimenti: vt ibi, ſecundùm Ang.

† Veſtimenta. Quæ quidem ſunt eiuſmodi, vt omnino vtẽdo conſumantur, & pereant: quales ſint quotidianæ veſtes: tum enim de reddenda æſtimatione cauebitur, & quidem vſusfructus erit. l. ſi vini. 7. ff. de vſufr. ear. rer. Sin autem tempore potius quàm vſu conſumantur, vt aulæa, veſtes ſcenicæ, & lugubres, quarum rarus eſt riſus, propriè vſusfructus dicetur. l. ſed ſi quis. 15. §. iij. ff. de vſufr. l. ſi vſusfructus. 9. §. pe. ff. vſufr. quem. cauea. l. veſtis. 127. ff. de verb. ſig. N. A.

¶ e Permutatione. Nam quæ hodie eſt mea, cras erit tua. ſic extinguitur quã ad dominium meum, quod deſinit. ſic ſuprà de rer. diui. §. ſi tamen. Item, ſi cum alia miſceatur, extinguitur: vt ff. de ſolu. l. ſi alieni.

¶ Aduerte, quia bene dixit quodammodo: quia de ſe pecunia eſt de rebus quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt in propoſito Alexand. in lege prima. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. Syl.

† Extinguitur. id eſt, perimitur, conſumitur. N. A.

¶ f Senatus. Cuius nomen non habemus.

¶ g Satiſdet. Sed nónne hæc ſatiſdatio, vel illa, quæ ſatiſdat legatarius vel vſufructuarius ſe vſurum arbitrio boni viri, poteſt remitti à teſtatore? Reſpon. non: vt ff. vt in poſſeſ. lega. l. ſi pecunię. & Codice de vſufruct. lege prima. & vt legat. nomi. cauea. l. penulti. Illa autem ſatiſdatio, quam præſtat hæres de legato ſoluendo, bene poteſt remit-

*Satiſdatio de legato ſoluendo poteſt remitti à teſtatore: ſed non de

Digitized by Google

ſtituẽda, ſi morietur, aut capite minuetur [a]. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed æſtimatis iis, ſatiſdatur [b]: vt ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ [c] *. Ergo Senatus non fecit quidem earum rerum vſumfructum (nec enim poterat [d] †) ſed per cautionem [e] quaſi vſumfructum conſtituit.

¶ Vſusfructus finitur modis hic deſcriptis. Aret.

¶ Finitur autem vſusfructus morte [f] vſufructuarij, & duabus capitis [g] deminutionibus, maxima, & media [h], † & nõ vtẽdo per modũ, & tẽp9 [i]

vtendo fruendo arbitrio boni viri.

ti, vt ff. vt legat. nomi. caueat. l. licet. & l. fina. Et eſt ratio, quia hæc ſatiſdatio cõtemplatione hæredi. interponitur: illa autem de legato præſtando, gratia teſtatoris, vt ſua voluntas adimpleatur: vt C. vt leg. nomi. caue. aliàs vt in poſſ. leg. l. ij. Nõ eſt ergo mirũ, ſi illud quod ſua gratia introductum eſt, teſtator poteſt remittere: aliud autem non: vt Cod. de pact. l. ſi quis in conſcri. & ff. de pac. l. pactum. & ff. de oper. lib. l. cerdonem. & ad leg. Fal. l. quod de bonis. §. fi.

Fauori proprio renũciari licet.

* *abeſt.*

N.A. † Satiſdet. Satiſdare, eſt cauere dato fideiuſſore: & hæc ſatiſdatio eſt tamen ſubiectũ, ſiue ὑπ φάσις qua vſusfructus ſuſtinetur. l. j. vij. ix. ff. illo tit.

¶ Hæc ratio eſt falſa: quia ita poteſt teſtator rem hæredis remittere, ſicut propriam. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. ij. Nec etiam eſt vera alia ratio, quòd ſit de ſubſtantia: quia ſ. eſt contrarium oſtenſum. Dic ergo quòd ratio eſt, quia legatarius inuitaretur ad delinquendum, & dolus futurus remitmitti non poteſt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Syl.

¶ a Morietur, aut capite minuetur. His enim duobus modis tãtùm amittitur vſusfructus. vt ff. de vſufru. ear. re. quæ vſu conſu. lege, in ſtipulatione. & lege, quoniam.

¶ b Satiſdatur. à legatario.

¶ c Aeſtimatæ. ſcilicet eo tempore, quando dantur legatario. ſic ff. de vſufruct. ea. re. quæ vſu conſu. l. ſi tibi vini.

¶ d Poterat. ſ. cum ſubſtantia in his non ſaluetur, & dominium mutetur: vt ſuprà dictum eſt.

N.A. † Poterat. id eſt, rerum naturam immutare non potuit. lege ſecunda. ff. illo titulo.

¶ e Cautionem. impropriè. nam ſatiſdare debet. vt Codice de verbor. ſignificatione. l. ſancimus. & ff. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. tribus. in fin. quæ cautio loco proprietatis erit apud hæredem.

¶ Finitur. CASVS. Quibus modis vſus fructus extinguitur? morte, & maxima mediáque capitis deminutione vſufructuarij. Item, ſi non ſecundùm modũ conuentum, ac tempus præſtitutum ſit vſus. Præterea, ſi vſufructuarius ius ſuum cedat proprietario, aut verò proprietatem acquirat. Hæc enim coniũctio, quia ſolidum ac perfectum dominiũ nobis parit, appellatur Conſolidatio. Quid, ſi ædes vſufructuariæ incendio perierint, nunquid areæ tamẽ debebitur vſusfructus? minimè. Quotuplex eſt proprietas? duplex: plena & nuda. Plena dicitur, cui coniunctus eſt vſusfructus. Nuda, quę ab vſufructu ſeparata eſt. Cor. Vib.

¶ f Morte, ſcilicet naturali. Sed contra. ff. de nouat. l. ſi vſusfructus. Solut. non contradicit. Ibi enim antequàm eſſem vſufructuarius, delegaui: vnde ex eius perſona, cui delegaui, finitur: quia in eius perſona incœpit. ſi autẽ poſtea delegaſſem ex mea perſona finiretur: vt ff. de peric. & commo. rei vend. l. neceſſariò. §. fi.

¶ g Capitis. Suprà de capi. demin. §. j. ij. & iij.

¶ h Maxima, & media. Quæ mortes ciuiles ſunt: vt ff. pro ſoc. l. verum. §. ſocietates. verſ. intereunt. non autem minima capitis diminutione: vt j. de acq. per arrog. in princ.

† Maxima & media. Nam minimam Iuſtinianus ſuſtulit. lege vltima. ff. de vſufruc. N.A.

¶ i Per modum & tempus. ſ. vt bonus paterfamiliàs. Vel melius per modum & tempus, i. per moderatum tempus, ſcilicet decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes: vt Cod. de vſufruct. l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat centum annis: vt ff. eo. l. an vſufruct. Actio verò competens pro vſufructu, non tollitur ipſo iure.

cùm

Digitized by Google

cùm tempus non ſit modus tollendæ obligationis: ſed per exceptionem dicto tempore tollitur, licet in aliis modis fruendi ipſo iure etiam actio tollatur: vt ff. de actionib. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet.

N.A. † Per modum & tempus. Per modum, id eſt, cùm fructuari*, arbitrio boni viri non vtitur fruitur. Tempus autem rei quidē mobilis fuit antiquo iure annum, immobilis, biennium. At Iuſtiniani inſtituto illius, triēnium, huius, decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes. l. pen. Co. de ſeruit. & aq.

¶ Et licet alias actiones perſonales non tollantur, niſi ſpatio triginta annorum: tamē ex quo tollitur ipſum ius vſusfructus intra dicta tempora debet tolli etiam actio quæ ex eo prouenit. Syl.

quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio [a]. Item, finitur vſusfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur. Nam cedendo [b] extraneo, nihil agitur *: vel ex contrario, ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit [c]: quæ res [d] conſolidatio† appellatur. Eo ampliùs conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint [e], vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint, extinguit† vſumfructum, & ne areæ [f]† quidem vſumfructum deberi. Cùm autem finitus fuerit totus [g] vſusfructus: reuertitur, ſcilicet, ad proprietatem: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem†.

*agitur.

TITVL. V.

DE VSV, ET habitatione.

¶ Hæc quoq; ſeruitus perſonalis eſt, i. à re perſona debita: itidem dicito in habitationis ſeruitute. Quid autem differat vſus ab vſufructu hic aperit Iuſtinianus.

ISdem illis modis, quibus vſuſ-

¶ c Acquiſierit. ſ. finitur vſusfructus.

¶ d Quæ res. i. talis acquiſitio.

¶ e Conſumptæ fuerint. ſ. in totum: vt ff. eo. l. ſi cui inſulæ.

† Extingui. Generali verbo eſt vſus, nā quinque modis amittitur, duob* finitur. Paul. lib. 2. ſent. c. 6. finiēdi tamē verbo generaliter mox vtetur. N.A.

¶ f Ne areæ. Sic ff. quib. mo. vſus fru. ami. l. reperi. §. pen. ar. cōtra. ff. de pign. act. l. domo.

ADDITIO Dic quòd ibi loquitur in pignore: & ideo facilius extinguitur vſusfructus, q̄ pignus, ne proprietas reddatur inutilis: iuxta prid. huius text. ſecundùm Iaſ.

† Areæ. Quoniā ſpecies perēpta eſt, ac ꝑpe ſubſtātia. l. 9. §. 1. ff. ad exh. l. 5. ff. de vſufruct. Itaque quamuis poſtea domus reſtituatur, tamen vſusfructus non reſtituitur. l. 36. ff. de vſufr. N.A.

¶ g Totus. Not. totus. ſi enim pro parte, non redit ad proprietatem: vt ff. quib. mo. vſusfruct. amit. l. excepta. Item, ſi ſint duo confructuarij: vno perdente, alteri accreſcit: vt ff. de vſufructu accreſcend. l. j. §. penul.

† Poteſtatem. Nota nudam proprietatē opponi plenę proprietati, ac ſolidę. N.A.

¶ a Conſtitutio. C. de vſufruct. l. corruptionem.

¶ b Cedendo. infrà titulo primo in fine primi caſus: contra. Solut. hic dicit de iure vtendi, quòd cedi non poteſt: imò tunc ad proprietatem redit: vt hic. & ff. de iure dot. l. ſi vſusfructus. ibi, de ipſa fructuum perceptione argum. ff. de peric. & commo. rei ven. l. neceſſariò. ff. fin.

ADDITIO In iure ceſſio (vt ait Vlp. tit. xviij. in ti. fit per tres perſonas. In iure cedentem, vindicantem, addicentem. In iure cedit dominus. Vindicat is cui ceditur. Addicit Prætor.

N.A. † Conſolidatio. Solida proprietas dicitur quę & plena, vnde conſolidatio: quia vſusfructus cum proprietate confuſus, ſtatim eſſe deſinit, & nomē ſuum amittit. l. 4. ff. vſufr. quem amitt.

DE VSV, ET HAbitatione.

¶ Suprà tractatum eſt de vna ſeruitute perſonali, videlicet, de vſufructu. hic ſequitur de aliis.

ISdem illis. Totus iſte tit. in tres partes diuiditur. Primò, ponit de vſu. Secundò, de ſeruitute habitationis: Tertiò, facit quoddam præambulum, tranſiens ad alias materias. Secunda ibi,

ibi, Sed ſi cui. Tertia ibi, Hæc de ſeruitutibus. Litera ſatis plana eſt.

¶ Iiſdē illis. THEMA. Quæro, quid ſit vſus? Eſt ius vtendi rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantia. Cur non addis fruendi, vt in vſufructu? Quia hoc inter vtrūque intereſt, ꝙ illic & vſus & fructus conceditur: hic vſus tantùm. Quid ergo vſus, & fructus differunt? Vtitur is, qui quantum ipſius ſolius neceſſitati ſatis eſt, rei commodum percipit. Fruitur verò, cui non ad neceſſitatem tantùm, ſed etiam ad vtilitatem ac voluptatem, rei commoditas conceſſa eſt. Vſus autem quibus finibus, & quaſi cancellis coërceatur, ex verbis. §. noſcendū eſt. Duo ſeq. §§. ita ſcripti ſunt, vt exempli poſitionem non recipiant. Cor. Vib.

¶ Not. quòd vſus, & vſusfructus pariſicantur in modo conſtituendi & fruendi. Item, quòd plus iuris eſt in vſufructu, quàm in vſu. Item, quòd vſurarius poteſt morari in fundo, dum tamen non ſit moleſtus domino, aut cultoribus. Item, quòd vſuarius ius ſuum alteri cedere non poteſt. Syl.

N.A. † Vſus eſt ius vtendi re aliena, quatenus ad explendam vſuarij neceſſitatem ſatis eſt. l. xij. §. j. ff. hoc titulo. Itaque tantùm intereſt inter vſumfructum, & vſum, quantum inter totum & partem. l. 58. ff. de verb. oblig. l. xiij. §. iij. ff. de accept. Nam quicquid vtilitatis, quæſtus voluptatis denique percipi poteſt, totum eſt fructuarij. l. vij. ix. xij. §. de illo. l. xlj. ff. de vſufr. Vſus ad modum neceſſitatis vſuarij redigitur. l. xlij. ff. eod. tit.

¶ a Conſtituitur. ſ. in teſtamento, & inter viuos: vt ſ. tit. j. §. j.

¶ b Solet. Niſi quòd vſus pro parte conſtitui non poteſt: vt ff. eod. l. vſus pars: ſed aliud in vſufruc. vt ff. de vſufruc. l. vſusfructus ab initio. Et ratio eſt: quia diuiduus eſt quod non eſt in aliis ſeruitutibus: vt ff. ad leg. Falcid. l. j. §. ſi vſusfructus. Non obſtat ſi duobus vſus conſtituitur, quòd concurſu partes fiunt. quia occaſione. id eſt, neceſſitate magis, quàm ratione contingit: vt ff. de riuis. l. Labeo.

fructus conſtituitur [a], etiam nudus vſus conſtitui ſolet [b]: iiſdemq́; illis modis [c] finitur, quibus & vſusfructus definit. Minus [d] autem iuris * eſt in vſu, quàm in vſufructu. nam is, qui fundi nudum habet vſum †, nihil vlterius * habere intelligitur, quàm vt oleribus, † pomis, floribus, fœno [e], ſtramentis [f], & lignis, ad vſum quotidia-

¶ Rationem autem quare vſusfructus dicitur indiuiduus, vſus autem diuiduus, iudicio meo reddit text. in l. vſus pars. ff. eod. tit. quamuis Pe. dixerit hoc eſſe: quia vſusfructus continebat certum vſui incertum: cùm nō pertineat vtilitas totius rei: vt in vſufructu: & Bart. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. in iiij. q. ff. de ver. obligat. dixerit hoc eſſe, quia vſus habet omnimodā ſimilitudinē cū realibus ſeruitutibus, cū debeatur à re perſonæ: & ideo etiā ille, ſicut ipſe eſt indiuidu⁹: ſed vſusfructus eſt pars dominij. l. iiij. ff. de vſufr. ideo pars ei⁹, ſicut dominij, poteſt pro indiuiſo quæri. l. Mæuius. §. duobus. de leg. ij. Imo. & Rō. ibi aſſignant aliam: quia in vſufructu præſtatio partis adfert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam totū reſpectu totius quòd nō eſt in vſu, cuius præſtatio debet fieri pro neceſſitate, quæ in parte non conſideratur. Syl.

¶ c Modis. Quos ſ. titul. j. §. finitur. habuimus.

† Nudum habet vſum. Nota, differentiam inter vſumfructum, & nudum vſum, cui opponitur plenum. N.A.

¶ d Minus iuris. Sed in caſibus æquales ſunt fructuarius, & vſuarius, vt in vſu pecuniæ: vt ff. de vſufru. ea. re. l. hoc ſenatus. §. fina. [Ratio eſt, quia legato vſu harum rerum, videtur legata proprietas. l. quoniam. ff. de vſufruct. ea. re. & ideo quod ex his prouenit, ſuum facit vſuarius: quod non eſt in aliis. Sylu.] Item, in fundo de quo tantùm fœnum tollitur, quantum ſoli ſibi ſufficit: vt ff. eodem. l. fundi. Item, ſi in ſylua remota, ex qua vterque ligna vendere poterit: vt ff. eod. l. diuus.

¶ Ratio eſt, quia aliàs inutilis aliquando eſſet vſus ex diſtantia, & remotione loci: vt dicitur in d. §. Sabinus. ibi, prætor hæc bona. Syl.

¶ e Fœno. id eſt, de herba.

¶ f Stramentis. id eſt, de melega. genus eſt bladi.

ADDITIO. Imò ſtramentū, Vt Varro lib. de re ruſtica j. ſcribit, à ſtando vt ſtramen dictum eſt: aut ab ſtratu, quòd id ſubſternatur pecori.

¶ a Quo

Digitized by Google

a Quotidianum. Quid ſi hodie vſus, qui mihi ſufficit, conſtituatur, & cras ab alio in alio fundo conſtituatur? Reſpon. locus erit electioni, vel gratificationi in toto, vel in parte. arg. infrà de leg. §. ſi generaliter. & ff. de relig. l. fin.

† Oleribus. Inſignis Triboniani ſocordia, qui hãc Neruæ ſentẽtiam quidem traditam oſtendit, quæ cõſenſu omnium repudiata eſt l. 12. §. 1. ff. hoc tit.

b Vtatur. Nũquid in vino vel in frumento & oleo? Reſpond. quidam nullo modo. Alij contrà: quorũ ſententia eſt verior: vt ff. eod. l. plenum. §. præter. itẽ quis colet agrum? Reſpond. proprietarius, ſi vult, aliàs vſuarius: vt ff. eod. l. ſi domus vſus. & ff. de vſufruct. l. hactenus.

c Impedimẽto. Aliàs, id eſt, ſi alia de cauſa veniat, dominũ & eius familiã poterit prohibere: vt ff. eod. l. ſi habitatio. §. fi.

d Alij. Quaſi dicat, niſi proprietario.

e Cùm. id eſt, quamuis.

num[a] vtatur[b]. In eóque * fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento[c]) Nec vlli alij[d] ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere poteſt: cum[e] is, qui vſumfructum † habet, poſſit hæc omnia[f] facere.

* quoque N. A.

¶ Habens vſum domus poteſt in ea habitare cum marito, vel vxore & familia & hoſpitẽ recipere. ſed tale ius non poteſt alteri cedere. Aretinus.

¶ Item is, qui ædiũ vſum † habet, hactenus ius * habere intelligitur, vt ipſe[g] tantùm † inhabitet: nec hoc ius ad alium trãsferre poteſt. Et vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitem ei recipere liceat: & cum vxore, liberíſque ſuis, item libertis, nec non perſonis aliis liberis quibus nõ minus, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et cõueniẽter ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cũ marito[h] ei habitare liceat.

* iuris.

¶ Qui habet vſum ſerui, ipſe tantùm vti poteſt: & idem in iumento. Sed ſi pecoris vſum habet, ſolùm vtetur ad impinguandum agrum. Aret.

¶ Itẽ is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tantùm opera, * atque miniſterio eius vti poteſt[i]: ad alium verò nullo modo ius ſuum transferre ei conceſſum eſt. Idẽ ſcilicet iuris eſt &

* operâ. T.

N.A. dialibus ſeruitutibus loquitur, hîc in perſonalibus.

† Aedium vſum. Olim neq; viro vxorem, neque vxori virum recipere in ædes vſuarias licuit. Primus Q. Mutius maritũ admiſit Pomponius etiam nouum maritum: Alij poſtea ſocerum, liberos, parentes, etiam hoſpites honeſtos. Ita ſenſim iuris ſententiæ increſcunt. l. vj. l. vij. ff. hoc tit. N.A.

g Vt ipſe tantùm. ff. eod. l. ij. §. primo. cõtrà. Solutio, ibi ponitur ſolũ pro ſolummodo: vt ff. de vulga. ſubſtit. l. qui liberis. in princ.

† Ipſe tantùm. Non vt alij locare poſſit: quia merces locationis in fructu eſt. l. xxxix. ff. de vſufruct. Sic ancilla vtetur ad lanificium, aut ad texturam l. xij. §. 1. ff. hoc titulo. N.A.

h Cum marito. Præſenti, & futuro: vt ff. eo. l. cæterũ. §. mulieri. & generaliter omnes recipiet quos & maſculus. dummodo honeſtè: vt ff. eodem. l. non ſolùm. & l. non aliter. Et eſt ratio: quia teſtator videtur hoc prohibuiſſe: vt dicit gloſſ. in d. l. non aliter. Sylueſt.

N.A. † Vſumfructum habet. Vſufructuarius tamen non vendit vſumfructum, ſed cauſam vtendi fruendi, hoc eſt, facultatem percipiendorum fructuum, quæ facti eſt. Nam vſusfructus ex vſufructu non conſtituitur l. j. ff. de vſufr. legat. l. xix. ff. de vſur.

f Hæc omnia. ſuprà titu. j. §. finitur. l. contrà. Solutio, vt ibi. Item, ff. loca. l. locare. contrà. Solutio, ibi in præ-

i Vti poteſt. Non autem locare poteſt, ſi tamen aliquid conducat faciendum in eo: poterit vti opera vſuarij ſerui. Item, ipſi eidem ſeruo ſua opera poterit locari: acquirit autem ex re, non ex opera vſuario: vt ff. eod. l. pleuum. §. fin. & l. ſeq.

Digitized by Google

a Et in iumento. Facit ff. eod. l.plenum.§.ſed ſi pecoris. verſic. ſed ſi bouem.& §.equitij.

b Neque lacte. Niſi modico:vt ff.eo. l.plenum.§.ſed ſi pecoris. Aliis nullo modo, ſecūdum Placen. Ioā.cōtrà. dicit enim omnibus his ad ſuum vſum & ſuorū poſſe vti: vt in fundo ſuprà diximus.

g Neque vſusfructus. Quia hic non finitur, niſi morte: vt ff. eodem l. ſi habitatio. circa princ. ſed vſusfructus multis modis: vt ſuprà de vſufruct. §. finitur.

h Deciſione: vt C. eod. l.cùm antiquitas.

in iumento [a]. Sed & ſi pecorum, vel* ouium vſus legatus ſit, neque lacte [b], neque agnis, neque lana vtetur vſuarius: quia ea in fructu [c] ſunt. Planè ad ſtercorādum agrum ſuum pecoribus vti poteſt.

*vel alti. T.

¶ Anguſtior eſt ſeruitus vſus, quā habitationis: nam cui habitatio data eſt, nō tantum inhabitandi ius habet, ſed etiam alteri locandi, & accommodandi: cui verò vſus conceſſus fuit, ipſum ſolùm vti oportet.

¶ Sed ſi cui habitatio [d] legata, ſiue aliquo * modo [e] conſtituta ſit: neque vſus [f] videtur, neq; vſusfructus [g], ſed quaſi propriū aliquod ius: † quāquam habitationem habentibus, propter rerū vtilitatem, ſecundum Marcelli † ſententiam noſtra deciſione [h] promulgata, permiſimus, nō ſolum in ea degere, ſed etiam aliis locare.

* alio.

¶ Præmiſſa epilogatiōe, facit quodda præambulum; tranſiens ad alias materias.

¶ Hæc de ſeruitutibus [i], & vſufructu, & vſum, de habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus * autem, & obligationibus, ſuis locis proponemus [k]. Expoſuimus [l] ſum-

*hæreditate. T.

c In fructu. Sic §.de rer. diui.§.in pecudū.

Sed ſi cui. CASVS. Quid eſt habitatio? Eſt ius, id eſt, poteſtas alienas ædes inhabitandi. Neque dubium eſt, quin id ius ſua vi, ac per ſe non amplius, quàm habitatione cōcedat. Voluit tamen Imperator habitatione acquiſita, etiam id ius quæſitū videri, vt ædes illa locari poſſint. Cor. Vib.

Not. quòd habitatio differt ab vſu & vſufructu, & ꝙ cui habitatio legata eſt, alteri locare poteſt. Syl.

d Habitatio. Siue dicatur habitatio, ſiue vſusfructus habitationis, idem eſt: vt C.eod.l.cum antiquitas.

e Aliquo modo. Inter viuos pactionibus & ſtipulationibus. ſic ſuprà de ſeruitutibus.§.fin.& de vſufruct.§.1.

f Neque vſus. Quia locat:vt C.eod.l. cùm antiquitas: ſed vſuarius non: vt ſuprà eodem in princ.

N.A. † Proprium aliquod ius. Habitatio, eſt facultas per ſe gratis habitandi in alieno ad certum tempus, & plerunque quandiu vita ſuppetet. l.x.ff. hoc tit. Magis autem in facto, quàm in iure conſiſtit l.pen.ff.de cap.minut.

N.A. † Marcelli. Fortaſsis ex Proculianorū ſententia, qui ſpacioſæ domus partem locari permittebant. l. iij. hoc tit. C. Ergo cui habitatio domus legata eſt, poteſt eam locare: at ſi vſus legatus eſt ædium, non poteſt: quia merces eſt in fructu:vt ſupra dictum eſt.

Hæc de ſeruitutibus. THEMA. Quū de rebus incorporalibus hic loquaris, hæreditates autem, & obligationes iis rebus cōnumerentur, cur hoc loco non de iis quoque nobis explicas? Quia de modis acquirendarum rerum inter viuos hic agimus: & de rebus ex mortuis veniētibus cōmodiùs putamus poſteà diſſerere. Cornelius Vibul.

Not. quòd lex ſub congruo titulo ponenda eſt. Syl.

i Hæc de ſeruitutibus. Excuſat ſe, quare de hæreditatibus & obligationibus non dicit: cum videatur hic dicere debere: vt ſuprà de rebus corporalibus.§.j.

k Proponemus. ſcilicet, infrà de hæredibus inſtitue. vſque ad titul. infrà de obligat. & exinde vſque ad titu. de actio.

l Expoſuimus. Hæc continuatio refertur. ſuprà de rerum diuiſ.§. ſingulorum.

Digitized by Google

¶ a Et. Pro id eſt.

DE VSVCAPIONIBVS, ET longi temporis præſcriptionibus.

¶ Hic titulus ſic continuatur. Quia ſuprà dictum eſt, qualiter res iure gentiũ nobis acquiruntur: nunc ſequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquiratur. Et dic de vſucap. ſcilihet mobilium: ſed præſcriptio immobilium vt patet infrà eod. in princ. & C. in quibus cauſis ceſſet long. tempor. præſcr. l. ij. ſed ff. eod. l. vſucapio. largè ſumitur per totum titul. & maximè in l. quare. Accurſ.

...matim quibuſmodis iure gentium res acquiruntur: modò videamus, quibus modis legitimo, & [a] ciuili iure acquiruntur.

TIT. VI.

DE VSVCAPIONIBVS, & longi temporis præſcriptionibus.

IVre ciuili...

N.A. † Vſucapio eſt adeptio dominij, per continuatam legitimi temporis poſſeſsionem l. iij. D. hoc tit.

IVre ciuili. Totus iſte titu. diuiditur in nouem partes. Nam ponit primò quod ad vſucapionẽ requiritur bona fides: & iuſtus titulus, & legitimum ſpatium temporis. Secundò, quòd licet prædicta interueniant: non tamen procedit vſucapio propter naturam, vel vitium rei. Tertiò, rediens ad primam regulam, ponit qualiter in re aliena mobili poſsit tradens habere bonã fidem. Quartò, ꝙ in rebus immobilibus non vitio poſſeſsis mala fides auctoris nõ nocet ſucceſſori. Quintò, ponit caſum, in quo res furtiua poteſt vſucapi. ſextò, an res fiſci poſsit vſucapi. Septimò. qualis debeat eſſe res, vel titulus. Octauò, an poſſeſsio auctoris proſit ſucceſſori. Nonò, quãto tempore res aliena alienata à fiſco, vel donata ab Imperatore vſucapiatur. Secũda ibi, Sed aliquãdo. Tertia ibi. Sed tamen. Quarta ibi, Quod autẽ. Quinta ibi, Aliquando. Sexta ibi, Res fiſci. Septima ibi, Nouiſsimè. Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto. Itẽ prima ſubdiuiditur. Nã primò ponit ius antiquum. Secũdò illud corrigit. Secũda ibi, Et cum.

CASVS. Adhuc omnes, quos tibi expoſui, acquirendi modi ſunt Romanis communes cum omnibus aliis gẽtibus ac nationibus. ſed vnum tibi nunc exponam, qui populo Romano proprius fuit, aut certè paucorum. Et quiſnam, obſecro, ille eſt? Metellus vendidit equum Valerio. vterque bona fide pactus eſt, alter, equum dare, alter pecuniam quum ſcilicet Metellus ſe dominum, Valerius quoque idẽ crederet. Metellus dominium quidem equi non trãſtulit in Valerium: quomodo enim, quod nõ habebat trãſferret? ſed vſum & poſſeſsionẽ. Volunt ergo leges. vt ſi Valerius eũ equum triennio poſſederit, ipſius fiat. Quænam iſtius legis cauſa fuit? Quia alioqui ſemper dominia rerũ in incerto erũt. & cùm domum meã maiores mei, atq; ego ducentis annis aut trecentis bona fide poſſediſſemus, tandem aliquis veniebat, qui eam mihi eriperet. Quod cùm fiebat, negligentes erant homines in rebus ſuis conſeruandis: quippe de quarũ dominio nunquam certi eſſent. Quid verò? quod tempus præfinitum eſt dominis ſuas res quærendi? In rebus mobilibus, tres anni: in immobilibus, ſi præſentes ſunt domini, decem: ſi abſentes, viginti. Sequens §. per ſe intelligitur. Corn. Vib. * poſſeſſionib.

¶ Qui bona fide rem à non domino emerit, alióve iuſto titulo habuerit, eam, ſi mobilis ſit, annis vtique tribus: ſi immobilis, decennio inter præſentes, & inter abſentes vicennio vſucapit.

¶ Not. quòd vſucapio eſt introducta de iure ciuili. Item, quòd in ea regulariter requiritur titulus: & bona fides. Item, not. rationem introductionis vſucapionis. Item, quòd dominus de facili iure ſuo priuari non debet. Item, quòd lex debet eſſe generalis. Item, quòd mobilia tribus annis: immobilia xx. inter abſentes: x. inter præſentes vſucapiuntur. Syl.

ADDITIO. Vſucapio eſt adeptio dominij, per cõtinuationẽ poſſeſsionis tẽporis lege definiti. l. iij. ff. eo. in quibuſdam libris legitur Adiectio, in aliis Acquiſitio. quorũ vtrunque & ars definiẽdi refellit, & Vlpia in Epito. tit. 19. qui adeptionem ſcribit. Ergo vſucapta res dicitur, quam à nobis occupatam nemo repetiit intra tẽpus lege definitũ. introducta eſt autẽ, vt ſocordię hominũ occurreretur: & ſecuritati poſſeſsionũ cõſuleretur: & introducta eſt à legibus

legibus duodecim Tabularum, quarum verba Franciſcus Hotomanns in comment. Orat. pro Cæcina ſic reſtituit.
Ex l.12. Tab. VSVS, AVCTORITAS FVNDI BIENNIS ESTO. CETERARVM RERVM, ANNVVS ESTO.
Ex Vlpia. tit. 19. Cuius diſputationem vide loco iam dicto.

li a † conſtitutum* fuerat, vt qui bona fide b ab eo, qui dominus nõ erat c, cùm crederet * eũ dominum eſſe, rem emerit: vel ex donatione, aliáve d quãuis iuſta cauſa acceperit, is eam rem, ſi mobilis erat, anno vbique † vno: ſi immobilis, biennio tantùm in Italico ſolo e vſucaperet: ne rerum dominia f in incerto eſſent. Et cùm hoc placitũ erat g, putantibus h antiquioribus, dominis ſufficere ad inquirẽdas i res ſuas, præfata tẽpora k, nobis melior ſententia reſedit l, ne domini maturius m ſuis rebus defraudentur n: neque certo loco o beneficiũ hoc cõcludatur: Et ideo conſtitutionem p ſuper hoc promulgauimus, qua q cautum eſt, vt res quidem mobiles r per triennium ſ,

* de io. a Iure ciuili. id eſt l. xij. Tabul. vel Romanorum per excellentiam, vt ſ. de iure natu. §. ſed ius, &c.

N.A. Iure ciuili. Rerum dominia iure naturali acquiruntur, vel occupatione, id eſt, naturalis poſſeſſionis adpræhẽſione, in qua traditio continetur; vel acceſsione ad res poſſeſſas: veluti alluuione, confuſione, ſuperficie. Sed præter illos naturalis acquiſitionis modos (quibus res dicebantur tantùm eſſe in bonis) iure romano alij inſtituti ſunt, quibus res naturali modo acquiſitæ, plenius adquirebantur Iure Quiritum Vlpianus tit. 2. §. in bonis.

b Qui bona fidè. Quod præſumitur, ſi à domino credat ſe emere: vt ff. de contrahend. empt. l. qui à quolibet. vel quia putat vendentem habere ius vendendi, vt ff. de verbor. ſign. l. bonæ fidei emptor. quæ bona fides præſumitur ſemper: vt ff. de probatio. l. verius.] Et ita communiter tenetur, quando concurrit titulus. l. pen. C. de euic. declarat Bart. in l. Celſus. ff. eod. vbi Bald. Syl.] Exigitur autẽ in venditione duobus tẽporibus bona fides, ſcilicet tempore contractus, & tempore traditionis: in aliis autem contractibus tempus traditionis ſufficit: nec nocet poſterior ſcientia: ſecus in peti. hered. vt ff. pro ſolu. l. penult. & pro empt. l. ij. & C. de vſuca. transfor. l. vnica. §. cùm autem. ibi, hoc tantummodò. & ff. de peti. her. l. ſed & ſi. §. quod ab initio.

c Dominus non erat. Si enim erat dominus: & accipiens fit dominus per traditionem: vnde non vſucapit: vt ff. eod. l. ſequitur. §. lana. ff. de capti. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ſ. de rer. diu. §. per traditionem.

d Aliáve. Cum ſint multæ cauſæ iuſtæ, ſiue tituli: vt ff. de publicia. l. j. §. ſed cur. vſque ad l. eum qui.

N.A. Vbique. Lex xij. tabul. extra Italiã (qui tum Pop. Romani fines erant) non valebat: ſed Iuriſconſultorum interpretatione, producta eſt, etiã ad prouincias: ſed in rebus mobilibus tantum.

e In italico ſolo. id eſt in Italia. non ergo etiã in prouinciali, vt C. de vſuca. trãsfor. l. vnica. circa pr.

f Ne rerum dominia. hæc eſt ratio quare vſucapio ſit inducta eſt & alia, ſcilicet vt aliquis ſit litium finis: vt ff. pro ſuo. l. fin. Accurſ.

ADDITIO. Dic, quòd iſtæ rationes hic introductæ proceſſerunt propter bonum publicum: vt dicit text. in l. j. ff. de vſuca. de hoc vide Ang. hic.

g Et cùm hoc placitum erat, id eſt, cùm iſtud placebat.

h Putantibus, ſcilicet. Iureconſultis.

i Ad inquirendas. Vel amittendas.

k Præfata tempora. ſcilicet anni, vel biennij.

l Reſedit. ſcilicet in animo.

m Maturiùs. id eſt, maturè.

n Defraudentur. Quod iura nolunt: vt C. de vſufruct. l. corruptionem. & de præſcript. xxx. anno. l. fin.

o Certo loco. ſcilicet, ſolo Italico, vt olim: vt ſuprà eodem.

p Conſtitutionẽ. C. de vſucap. transfor. l. vnic.

q Qua. ſcilicet conſtitutione.

r Res quidem mobiles, & ſe mouentes: vt ff. de verb. ſig. l. mouentium.

ſ Per triennium. Quæ tempora tam præſcriptionis, quàm vſucapionis cõtinua ſunt: vt ff. eod. l. nunquam. ij. §. j. & in vſucapione, ſufficit tetigiſſe vltimum

Digitized by Google

immobiles verò p longi tẽporis poſſeſſionẽ (id eſt [a] inter preſentes [b] decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapitur [c] †. Et his modis non ſolùm in Italia [d] †, ſed etiam in omni terra, quę Imperio noſtro gubernatur, dominia rerum [e], iuſta [f] cauſa poſſeſſionis pręcedente, adquirantur.

¶ Homo liber, res ſacra vel religioſa. & ſeruus fugitiuus non poſſunt vſucapi. Aretinus.

¶ Sed aliquando, etiãſi maximè quis bona fide rẽ poſſederit, nõ tamẽ illi vſucapio vllo tempore [g] procedit, veluti ſi quis libe-

mum diem. In præſcriptione verò quæritur de momento ad momentum: vt ff. eodem. l. in vſucapionibus. & ff. de act. & ob. l. in omnib⁹. Et eſt ratio. quia vſucapio fauorabilis eſt, præſcriptio verò odioſa: vt Cod. de edi. di. Adr. tol. l. fin. & ff. de lib. & poſt. l. cùm quidam. ¶ Intellige de præſcriptione triginta annorum: aliæ enim procedunt vti fauorabiles, ſicut vſucapio. & ita vbique tenent doctores. l. iij. §. minorẽ. ff. de minori. Syl.

¶ a Id eſt. Quãdoque longum tẽpus aliter ponitur: vt ff. de damn. infec. l. ſi finita. §. non autem. Item aliud in perſonalibus actionibus: vt C. quib. non ob. longi temp. præſcr. l. neque. & C. de conſti. pecu. l. ij.

¶ b Præſentes. ſ. in eadem prouincia degentes: ſed abſentes in alia, vt C. de præſc. long. temp. l. fi.

¶ c Vſucapiantur. Propriè pro mobilibus accipitur: impropriè pro immobilibus, quantum ad hunc titulum: ſic ff. de offic. Procon. l. ij.

N. A. † Vſucapiantur. Notandum verbum, quod ante legem Iuſtiniani non vſurpabatur in prouinciis. Nam poſſeſſio x. vel xx. annorum dabat quidem poſſeſſori exceptionem, & (vt tunc loquebantur, præſcriptionem teſte Paulo libr. ſentent. 5. titu. 2. & l. v. ff. de diuerſ. reſc. At directa actio non dabatur, ſed vtilis duntaxat. l. ij. Codice de præſcrip. lo. temp. Iuſtinianus autem pro præſcriptione, vſucapionem introduxit. Vnde rubrica de vſucapionibus transfor. Id eſt, præſcriptione in vſucapionem transformanda, directúmque dominium, & directam actionem longi temporis poſſeſſoribus conceſſit. l. vnica. Cod. de vſucap. transfor.

¶ d Non ſolùm in Italia. Ex differentia enim locorum, &c. vt C. de temp. in integr. reſti. l. ſuperuacaneum.

N. A. † In Italia. Tẽpus igitur quod in prouinciis obſeruabatur tranſtulit in Italiam. Fuerunt autem prouinciæ omnes vectigales, ſtipendiariæ, tributariæ: vnde liberas ciuitates (quæ immunes erant) paſſim opponunt ſtipendiariis. Neque credendum eſt Theophilo, ſtipem & tributũ exiſtimãti differre leuitate, aut grauitate numorũ, ſed Cornelio Tacito, cuius locũ ex libro 20. ſ. protulim⁹. Nota deniq;, quòd prouinciales domini fiebãt, nõ iure Quiritum, ſed naturali, ſiue iure gentiũ. Ideò etiam in illis obtinet noui operis nunciatio. l. in prouinciis. ff. de oper. no. nunc.

¶ e Dominia rerum. Ex hac litera voluit dicere M. quòd præſcriptione x. vel xx. ann. dominium quæratur. pro eo eſt. ff. eo. l. ſ eum qui. in fi. j. reſpon. B. cõtrà dicit arg. ff. de iureiu. l. ſi duo. §. j. & C. de præſc. xxx. an. l. ſi quis emptionis. in prin. & eſt arg. pro. B. ff. de pig. l. j. §. cùm prædium. & C. de pign. l. vſucapio. Et quod hic dicitur, & his modis referas ſecundùm B. ad vſucapionem tantum, per quam ſecundùm omnes dominium quæritur: vt Cod. de pac. l. traditionibus. Vel quod dicit, dominium ponitur propriè, quantum ad vſucapionem: impropriè verò, quantum ad prẹſcriptionẽ: hoc eſt, pro effectu dominij, id eſt, vt poſſidentes habeamus exceptionem: non poſſidẽtes habeamus actionem vtilem: vt ff. de acqui. rer. do. l. rem in bonis. & C. de præſcri. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. Et eſt ratio, quare vſucapione magis dominium quęratur: quia mobilium rerum vtilis eſt poſſeſſio: vt ff. de acqui. poſ. l. ſi rem.

¶ Dic quòd quæritur regulariter vtile dominium in prẹſcriptione, in vſucapione directum. latè Feli. in rub. extrà eo. in vj. limitatione. Syl.

¶ f Iuſta. Vel quaſi: vt dicemus j. eodem. §. error.

¶ g Vllo tempore. Etiam quadraginta annorũ: vt C. de præſcri. long. temp. quæ pro lib. l. fin.

Digitized by Google

¶ Imò nec tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat, ex quo lex afficit rem. ſecundùm Bald. in l. omnes. in fi. C. de præſcri. xxx. anno. Feli. in c. accedentes. de præſcr. Syl.

N.A. † Liberum hominem. Quę nō ſunt in hominū commercio, nō adquirūtur, quę non adquiruntur, non vſurpantur. l. ix. ff. hoc tit.

¶ a Rem ſacrā, vel religioſam. Niſi deſinant eſſe ſacrę vel religioſæ: quod fieri poteſt: vt ff. de relig. l. cū loca. Acc.

¶ b Seruum fugitiuū. Qui facit furtum ſui ipſius: vt C. de ſer. fugi. l. j. Sed nūquid xxx. an. fugitiuus vſucapitur? Reſpō. nō cū poſſeſſio retineatur: vt ff. de acquir. poſſ. l. j. §. per ſeruum. & l. rem quæ. in fi. ergo non currit vſucapio poſſidenti: vt C. de præſcri. xxx. vel xl. ann. l. malè. niſi ex tunc, quando ab alio cœperit poſſideri, vel ſteterit diu: quia ex tunc deſinit poſſideri: vt ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. ſi ſeruus. & l. per eum §. per ſeruum.

¶ Tria ſecundùm Chriſtoph. hic debent concurrere. Primùm, quòd diu moratus ſit in libertate. Secundū, quòd exhibuerit ſe aduerſum domino pro libertate obtinenda. Tertiū, quòd fuerit ab alio poſſeſſus. l. ſi is qui pro emptor. §. ſi ſeruus. ff. eod. Syl.

¶ Furtiuę. THEMA. Metellus equum furatus, Valerio vendidit, poteſtne equus vſucapi? minimè. Lege nanque Attilia id vetitum erat: cuius hæc verba ſunt*: Quod ſubreptum erit, eius rei æterna auctoritas eſto. Quid, ſi vi Metellus equum illum ademerat? tantundem. Cor. Vib.

*Ex Gel. li. 17. c. 7

¶ Not. furtiuas, & vi poſſeſſas res vſucapi non poſſe. Itē, quòd ſufficit ratio, quia lex dicit. Item, quòd ex duabus rationibus ſi vna remaneat, illa ſufficit. Itē, quòd malæ fidei poſſeſſor non præſcribit. Item, quòd in rebus mobilibus non facilè procedit vſucapio. Item, quòd vendens ſcienter rem alienam, dicitur furtum eius committere. Syl.

rū hominem †, vel rem ſacram [a], vel religioſam, vel ſeruum fugitiuum [b] poſſideat.

¶ Furti & violentiæ expulſiuæ vitium vſque adeò rei infigitur, vt furtiua res, & vi poſſeſſa, nec longi tēporis curriculo, à quantumuis bonæ fidei poſſeſſore vſucapi poſſit: tantùm abeſt, vt ab ipſo fure aut violento occupatore vſucapiantur.

¶ Furtiuæ quoque † res, & quæ vi [c] poſſeſſæ ſunt, nec ſi prędicto lōgo tempore [d] bona fide poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt [e]. nam furtiuorum [f] rerum, lex * duodecim Tabularum †, & lex Attilia † * inhibent vſucapionem: vi poſſeſſarum [g], * lex Plautia, & Iulia. * Quod autem dictum eſt, furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe non eò pertinet, ...

N.A. † Furtiuæ quoque. Vitiū quo vſucapio impeditur, duplex eſt: perſonæ ſi malæ fidei eſt, rei, ſi res furtiua ſit, vel vi poſſeſſa.

¶ c Vi. ſ. expulſiua non compulſiua: vt Cod. quod met. cau. l. ſi vi, vel metu. in gl. fin.

ADDITIO. Vi autē res poſſeſſa eſt, quæ ablata eſt vi, & detenta, nō quæ ſolùm empta. Vi namq; poſſidetur res dupliciter: aut enim vi cogitur aliquis vēdere, aliterve alienare: aut vi aufertur res non ex iuſta cauſa: priore ſpecie vſucapio procedit. l. ſi vi. C. de iis, quæ vi vel met. ſequenti, contra.

* Vide vet Inſtiſ. Pra. lib. 4.
* Antinia Gellio libro 17. c. & l. 4 ff. eo.
* rerum vſu.
* Tulit eam M. Planti* Syluan.

¶ d Prædicto longo tempore, ſcilicet trienni j, vel decem, vel viginti annis: ſed xxx. vel xl. annis poſſunt: vt Co. de præſcript. xxx. vel xl. annorum. l. omnes. & l. ſicut in rem. & de ann. except. l. j. §. ad hæc.

¶ e Poſſunt. Niſi purgato vitio, vt infrà eod. §. aliquando.

¶ f Nam furtiuarum. Similis ratio: quia lex vult: vt §. quibus ex cau. manumit. non lic. in princip. vnde illud, Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Eſt, & alia ratio: quia res vitioſæ ſunt: vt ī. eo. §. nouiſſimè.

N.A. † Lex XII. ta. Vs*, auctoritas fūdi, biēnis eſto, cęterarū rerū ann* eſto. Ci. in To.

N.A. † Lex Attilia. Quod ſuſceptū erit, eius rei æterna auctoritas eſto. Gellius lib. 14. cap. vltim. Item lib. 17. cap. 7. niſi in eius cui ſurreptum erit poteſtatem redierit. l. iiij. §. iiij. l. vltim. ff. hoc tit. l. poteſtatis. 215. ff. de verb. ſign.

¶ g Vi poſſeſſarum. ſcilicet, ſi expulit,

Digitized by Google

lit,& poſſedit:nec ſufficit expuliſſe, vt ff.eod.l.ſequitur.§.ſi tu vi.

¶ a Non eo pertinet.ſ.tantùm.

¶ b Nam his.ſcilicet poſſeſſoribus violentis, & furibus.

ſucceſſori, per authent. malæ fidei. C. de præſcript.long.temp.

¶ Declara,& limita,vt per doct.in d.l. Pomponius.§ cùm quis. ff. de acquir. poſſeſſ.Syluest.

net[a] vt ne ipſe fur, qve per vim poſſidet, vſucapere poſſit,(nam his [b] alia ratione [c] vſucapio nõ competit: quia ſcilicet, mala fide poſſident) ſed ne vllus [d] alius quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiẽdi ius habeat. Vnde [e] in rebꝰ mobilibus nõ facilè procedit, vt bonæ fidei poſſeſſoribꝰ vſucapio cõpetat [f]. Nam qui ſciẽs alienã rẽ vẽdiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtũ eiꝰ cõmittit.

¶ Rem alienã bona fide poſſeſſam, vitióq; reali carẽtem ſi quis bona fide accipienti ex cauſa ad dominiũ idonea tradiderit, tunc vſucapio procedit: licet in facto, vel in iure tradens errauerit.

¶ Sed tamẽ id aliquãdo aliter ſe habet. nã ſi hæres [g] † rem defuncto cõmodatã, aut locatam, vel apud eum depoſitã, exiſtimãs hęreditariam eſſe, bona fide accipiẽti [h] vendiderit, aut

¶ c Alia ratione. Nota, quòd præualet generalis ratio ſpeciali. ſic ſuprà de nupt. §. affinitatis. & §. ſocrum. arg. contrà.ff.de eden.l. quædam.

¶ Mala fide. Ergo vitiũ perſonæ, antequã vitiũ rei exquirẽdũ eſt. l. veluti lex.24.ff.h.t.

¶ d Sed nec vllus.C.quod metus cau. l. ſi vi, vel metu.cõtrà. Sol. hic de expulſiua, ibi de cõpulſiua, quæ voluntatẽ, licet coactam, habet in ſe, vt ff.quod met. cauſ. l. ſi mulier.§.pen.

¶ e Vnde. Quia in rebus mobilibus alienis fit furtum contrectando, vt j.de ob. quæ ex deli. naſ.§.j. & ex eo fit furtiua:& ſic non vſucapibilis: vt ſ. proxi. inde ſequitur quòd in rebus mobilibus,&c.

¶ f Competat. Sed videtur quòd culpa auctoris non comitetur, i.nõ ſequatur accipientẽ:vt ff.de diuer. & tẽp. præ.l. an vitiũ.& ff.de do.ma.ex.l. apud Celſum.§.ſi cum legitima.Reſp.ſi vitiũ eſt rei,comitatur,vt hic:ſi perſonę,comitatur in vniuerſum ſuccedentem, vt C.de acquir.poſſ.l.vitia. & C.communia.de vſuca.l.fin.[Hæres enim eſt ſucceſſor vitiorum, etiam ſi velit incipere præſcriptionem ex perſona ſua, ſecundùm communem opinionem contra Dyn.& ſeq. Iaſ.in l. Pomponius. §. eum qui.ff.de acquir.poſſ.Syl.]ſed ſi in rem ſingularem ſuccedat, non comitatur,vt ff.de doli ma. except. l. apud. §.de auctoris.& C.de peri. & com. rei ven. l. dolum. niſi quando vtetur acceſſio, de temporis eius auctoris:vt ff. de acqui.poſ.l. Pomponius. §.fin. Sed hodie vitium perſonæ nocet ſingulari

¶ Sed tamen. CASVS. Cõmodaui Meſſalæ meũ librum. Defuncto Meſſalæ & Mæuius eſt hæres. Is meum librũ hęreditarium eſſe putãs, vendidit Titio, bona fide. Quæro an Titius eum vſucapiat? maximè. Vſufructum tibi ancillę meę vendidi, ea peperit. Diximus autẽ in §.in pecudũ. ſ. de rer. diuiſ. partũ ancillæ nõ eſſe in fructu. Tu tamẽ cùm eſſe putares,eum vendidiſti Titio.quęro an Titiꝰ poſſit vſucapere? Poterit. C.Vib.

¶ Not.quòd hæres præſumitur ignorare ea,quæ in hæreditate ſunt,quo iure ad defunctũ pertinerent. Item,quòd error iuris non impedit vſucapionem. Item, quòd partus ancillæ ad fructuarium non ſpectat.Syl.

¶ g Nam ſi hæres. Sic ff.eod.l.poteſt.& l.ſequen.

† Si hæres. Qui nihilomagis quam defunctus vſucapere poterat, cũ in ipſius ius ſuccedat. l.iiij.§.hæres. ff. hoc tit. Nota quòd res non poteſt vſucapi niſi pro ſuo poſſideatur: Qui pro alieno poſſidet,non vſucapit. Pro ſuo poſſidet, qui animo & opinione domini poſſidet: id eſt, ſe dominum eſſe exiſtimans.l.pignori.13.ff.hoc tit. Vitium ergo perſonæ,eſt quotiens quis pro alieno poſſidet:id eſt,non opinione domini,ſed rem alienam eſſe ſciens. N.A.

¶ h Accipienti. An ipſe hæres vſucapit titulo pro hærede? Reſp.non:vt ff. de diuer.& temp.præſcr.l. cùm hæres. Alij cõtra, ſi vellet ex ſua perſona cõtinuare poſſeſſionem: vt C. de præſcr. long.temp.l.j.quod falſum eſt. Quãdo

Digitized by Google

donauerit, aut dotis[a] nomine dederit: qui is, qui accepit, vſucapere poſſit, dubiũ non eſt: quippe cùm ea res in furti vitiũ non ceciderit: cùm vtique hęres, qui bona fide, tanquã ſuã alienauerit, furtũ non committat. Item* ſi is, ad quem ancillę vſusfruct⁹ pertinet, partum ſuum eſſe credẽs† vendiderit, aut donauerit, furtũ non cõmittit[b]. Furtũ enim ſine effectu[c] furandi non committitur[d]. Aliis[e] quoq; modis accidere poteſt, vt quis ſine vitio furti, rẽ alienã ad aliquem transferat, & efficiat, vt à poſſeſſore vſucapiatur.

¶ Vacuæ poſſeſſionis occupator ſi cuipiam bona fide accipienti, ex iuſta cauſa eam tradiderit, vſucapiendi conditionẽ transfert.

¶ Adnota. Furtum in rebus ſoli, nequaquam cadere.

¶ Quòd autem[f] ad eas res, quę ſolo continẽtur, expedit, ius *ita procedit, vt ſi* quis loci vocãtis[g] †poſſeſſionẽ propter abſentiã[h], aut negli-

* aut.

* expeditius rectè.
* abeſt.

Vſucapio pro hærede quando habet locum. ergo locum habet vſucapio pro hęrede: cùm nec in ſuis hæredibus locum habeat, vt ff. pro hær. l. ij. §. filium. & C. de vſuc. pro hære. l. nihil? Reſp. quando defunctus retinebat aliquam rem credẽs ſuã: ſed non vſucapiebat, q̃a deficiebat titulus, & hæres eſt extraneus.

¶ Ratio autem, quare in ſuis non habet locum, eſt: quia bona continuãtur, non de nouo quæruntur. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. Syl.

¶ a Doti. pro filia vel alia. nã & hic iuſtus eſt titulus: vt ff. pro dote. l. j.

N.A. † Credens. Eadẽ ratione qua fœtus pecudũ. l. 36. §. j. ff. hoc ti. §. in pecudum §. de rer. diuiſ.

¶ b Furtum non cõmittit. Et ita vſucapitur. Sed nónne fuit in iure erratum, vt §. de rer. diu. §. in pecudum. ergo vſucapio non procedit: vt ff. eod. l. nunquam. ij. in princ. & l. ſi fur. §. j. Reſp. hic errauit tradens, ibi accipiens: vt ex illis legibus colligitur. Vel non prodeſt, vt ibi: ſed non nocet: vt hic.

¶ Ratio differẽtiæ eſt: quia in poſſidẽte requiritur bona fides, & iuſtus titulus: ſed in tradente ſolùm bona fides: & ita communiter tenetur, ſecundum Chriſtoph. hic. & ſic tenenda eſt prima ſolutio. Sylueſt.

¶ c Furtum enim ſine affectu. Sed probo, quòd ſine affectu furtum committitur. Nam in interdictum vnde vi incidit ſine affectu: quod eſt ſimile furto: ergo & furtum fit ſine affectu: vt C. vnde vi. l. cùm quærebatur. §. j. ibi, & generali. & ibi, cùm talis, &c. Reſp. in interdicto eſt affectus, licet non contra perſonã certã: ſed hic ſuũ eſſe credebat.

¶ d Non committitur. Sic j. de oblig. quæ ex delic. naſc. §. placuit.

¶ e Aliis. Vt ſi iuſto errore credam me hæredem, cùm non ſim: vt ff. eod. l. poteſt. Item, mihi legatum, cùm ſit ademptum: vt j. de act. §. ſi quis agens. ſic ff. pro leg. l. iiij. in fi. & alias vbicunque quis putat rem ſuam.

¶ Quod autem. CASVS. Valerius fundum habebat. is peregrè profect⁹, vacuum eum reliquit, aut ſine hærede eſt mortuus. Octauius videns eũ fundum inutilem, ac poſſeſſore vacãtem, poſſidet. quæro an poſſit vſucapere? nõ poteſt, quippe mala fides impedit. Quid ſi eũ Aurelio vẽdidit bona fide accipienti? Aurelius poterit. Habet enim quatuor, quæ requiruntur. fidẽ bonam, iuſtum titulum, rei ſynceritatem, & longũ tempus. Quid? nónne res furtiua eſt, vtpote quam inuito domino Octauius contrectat? Rerum immobilium furtum non fit. Sequens §. per exemplum expoſitus facilis intellectu eſt. Cor. Vib.

¶ f Quod autem. Hucuſque de vſucapione rerum mobiliũ dictum eſt: nunc procedit ad ius immobilium.

Locus dicitur plenus, ſemiplenus, & vacuus. Hæc gloſſa ꝗ̃ vnica. Aegid. Per. ¶ g Loci vacantis. Locus interdum dicitur plenus, vt qui poſſidetur. Interdum ſemiplenus: vt ille in quo aliquis eſt cauſa legatorum vel rei ſeruandæ cauſa, vt ff. de acq. poſſeſ. l. iij. §. fin. de actio. empt. l. j. §. j. Interdum vacuus: & hoc tribus modis, vt hic: ſic ff. de acqu. poſſ. l. ſi id, quod. Accurſ.

† Loci vacantis. Cuius neque hæres, neque poſſeſſor eſt. lege 37. ff. hoc titulo.

N. A. ¶ h Propter abſentiam. Sed hoc videtur falſum, quòd propter abſentiam amittatur poſſeſſio: vt ff. de acq. poſſeſ. l. clam. §. qui ad nundinas. Sed tamen hoc

Digitized by Google

gentiam a domini, aut quia ſine ſucceſſore b deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quãuis ipſe mala fide poſſideat: (quia intelligit † ſe alienũ fundum occupaſſe) tamen, ſi alij bona fide accipiẽti tradiderit: poterit ei longa c poſſeſſione res adquiri. quia neq; furtiuũ †, neque vi poſſeſſum acceperit d. Abolita e eſt enim quorundam veterum* ſentẽtia, exiſtimãtium etiam fundi, locíve f † furtum g fieri. Et eorũ vtilitati, qui res ſoli poſſidẽt, principalibus† conſtitutionibus proſpicitur: ne cui longa, & indubitata poſſeſſio auferri debeat.

¶ Furtiua, & vi poſſeſſa poſſunt vſucapi vitio purgato.

¶ Aliquãdo etiam furtiua, vel* vi poſſeſſa res vſucapi h poteſt: veluti ſi in

hoc propter effectum abſentię dicitur, ſcilicet obliuionem: vt quia longo tempore abſuit, præſumitur, quòd pro derelicto habuit, tempus enim inducit obliuionem: & ita obliuione amittitur dominum: vt ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. non autẽ. quod tempus erit in arbitrio iudicis, vt ff. de iur. delib. l. j. §. fin. & l. ſequen. dummodo longum ſit & obliuionẽ inducat, & animum retinendi habere deſinat, vt ff. eod. l. furtum. §. j. & ff. de acquiren. poſſe. l. quemadmodum. Accurſ.

Tempus obliuionem inducere, qua cõſequitur dominij perditio.

¶ Quod intelligitur ſpatio decem annorum. l. j. vbi gloſ. & docto. C. de ſer. fugit. Syluest.

¶ a Aut negligẽtiam. Tantam, vt reſpuat rei poſſeſſionem: quod facile ſit, vt ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis vi. §. j. & §. differentia.

** Sabini in lib. de fur. Gel. lib. 17. c. vl.*

¶ b Sine ſucceſſore. Idem & ſi cum ſucceſſore, dummodo non fuerit appræhenſa, vt ff. de acquir. poſſeſ. l. cum hæredes.

N.A. † Intelligit. Ac ꝓpterea ipſe vſucapere non poteſt, propter vitium perſonæ.

¶ c Longa. ſcilicet x. vel xx. annis. ſed hic §. duabus rationibus eſt hodie correctus. nam præſumitur hodie talis poſſeſſio violenta, vt C. vnde vi. l. cùm quærebatur. ergo non habet locum hæc præſcriptio, vt s. §. furtiuæ. Item alia ratione: quia bona fides deſideratur ab vtraque parte, aliàs xxx. annorũ tantùm præſcriptio currit. vt in auth. vt ſponſ. larg. §. rurſus. Accurſ.

¶ Hæc gloſſ. communiter approbatur ſecundùm Chriſtoph. hic. quam declara, vt per eum. Syl.

¶ d Acceperit. Verè, non furtiuè.

ADDITIO. Quod verum intellige, ſiue debitor ſubripuit, ſiue alius, ſecundùm communem opinionem, licèt glo. in vltimo caſu variauerit: vt hic per Chriſtoph.

N.A. † Furtiuum. Neque rei, neque perſonę vitio impeditur.

¶ e Abolita. id eſt, perempta. inde abolitio, id eſt, accuſationis peremptio. *Abolitio quid.*

¶ f Loci. id eſt, partis fundi. ſed fundus totus dicitur: vt ff. de verbor. ſignif. l. locus.

N.A. † Fundi, locíve. Fundus eſt quidẽ ruſticus tantùm, ſed ſi in eo ſit ædificium, & ipſum fundi appellatione continetur, vt totus locus fundus ſit. l. locus. 60. l. fundi. 211. ff de verbor. ſignifi. Nota locus ſine ædificio in vrbe, ſ dicitur area, idem in villa dicitur ager.

¶ g Furtum. Et eſt ſimile. ff. eo. l. quare. Sed cõtra. ff. de furt. l. ſi quis vxori. §. ſi ſulphurariæ. & lege, ſi certæ. Solut. ibi non loci, ſed terræ, quæ eximebatur furtum fiebat. Et quòd ſubiicit, & eorum, &c. ſic conſtrue, & proſpicitur principalibus conſtitutionibus, ne cui eorum qui poſſident res ſoli, longa, &c. & tunc non eſt neceſſe, quòd in textu ſit, vtilitati. & ſunt hæ principales conſtitutiones: vt Cod. de præſc. long. tempo. per totum. Accurſ. ** Gr. T.*

N.A. † Principalibus. Vide ſuprà paragrapho primo, in verbo, vſucapiantur.

¶ h Vſucapi. duabus rationibus ſtare non poteſt quod hic dicitur. Primò, quia deſiit eſſe vitioſa: vnde non erit mirabile, quod videtur velle inducere contra id, quod eſt ſuprà eodem §. furtiuæ. Reſpon. dic furtiua, vel vi poſſeſſa. ſcilicet quondam. Secunda, quia dominus non vſucapit, cùm ſua ſit: nec alius ab eo accipiens, cùm tranſeat dominium: vt ff. eodem. l. ſequitur. §. lana. & §. tunc in poteſtatem. Sed reſ. vſucapi poteſt. i. vſucapibilis eſt. vt ſi ab aliquo nõ domino alienatur nõ cõmittente furtum eius, vſucapiet emptor.

Et hoc facit ꝓ ſaluãdo dicto teſtis deponẽtis de filio alicuius, q iã ſit mortuus: qa ſubaudiatur fil. Caij. ſcꝫ quondam &c. Chriſtophor. Por.*

a Domini. Vel quaſi, vt tutoris vel creditoris, ſi alienam rem debitor obligauit: vt ff. eod. l. ſequitur. §. ſi pupilli. & pro ſoluto. l. fin. aliud ſi ſuam, vt ff. eod. l. ſequitur. §. ſi rem.

Item, res filij à patre alienata: niſi xxx. ann. à tempore quo eſt ſui iuris. vt C. de anna. excep. l. j. in fi. & in authen. de nupt. §. ſi vero expectet.] Ratio eſt, quia durante patria poteſtate non poteſt agere. l. j. in fi. C. de ann. except. Syl.] Item, res data Præſidi contra legem Iul. repetundarũ: vt ff. ad legem Iul. repetund. quod contra legem. [Ex quo enim lex reſiſtit traditioni, vſucapio currere nõ poteſt. l. vbi lex. ff. eo. Syl. Item, fundus dotalis: vt ff. de fundo. l. ſi fundum.

b Reuerſa. Vel quaſi: vt ff. de fur. l. quamuis. & ita quod non poſſit ab eo auelli: vt ff. eo. l. ſequitur. §. tũc.

N.A. † Vitio rei purgato. lex Attinia, legi XII. tabularum hanc exceptionẽ adpoſuit: niſi rei vitium ſublatũ ſit, cùm in domini poteſtatẽ res redierit. l. iiij. §. iiij. & l. vltim. ff. hoc tit.

domini [a] poteſtatẽ reuerſa [b] fuerit: tũc enim vitio rei purgato † procedit eius vſucapio.

¶ Res fiſci vſucapi non poſſunt: antè tamen, quàm fiſco denuntiata fuerint, vſucapiuntur Aret.

¶ Res fiſci [c] noſtri* † vſucapi non poteſt [d]. Sed Papinianus ſcripſit, bonis vacantibus † fiſco nondum nũciatis [e], bona fide emptorem tradita [f] ſibi rẽ ex his bonis [g] vſucapere poſſe [h]: & ita diuus Pius, & diui Seue-

*abeſt T.

Res fiſci. CASVS. Titius defunctus erat ſine ſucceſſore. vnde bona eius vacantia dicuntur, & acquirũtur fiſco. Eſt autẽ fiſcus propriè ſparteũ vtenſile ad maioris pecuniæ ſummã capiẽdam. Itaque pro theſauro principis vſurpatur, quaſi dicas Aerarium. Priuſquam autem id reſciuiſſet, eaq; bona in ſuum fiſcum, id eſt, dominium redegiſſet, Aurelius equum ex iis bonis mihi vendidit bona fide accipiẽti, quæro an poſſim vſucapere? Sine dubio. Cor. Vib.

N.A. † Fiſci noſtri. Hoc fiſci priuilegium eſt, vt rerum fiſcalium æterna eſſet auctoritas. l. 18. l. 24. ff. hoc tit.

c Fiſci. id eſt, imperij.

d Non poteſt. Triennio mobilis, vel x. vel xx. annis immobilis. Idem in patrimonlali principis: vt C. ne rei domi. vel templo. l. j. Idem in re ciuitatis: vt C. de ſacroſanc. ecc. l. fi. Idẽ in re eccleſiaſtica: vt Co. de ſacr. ſan. eccl. l. fin. Præſcribuntur tamen dictæ res ſpatio xl. an. excepta re mobili eccleſiaſtica non ſacra, quæ triennio vſucapitur. vt C. de præſcri. xxx. an. l. oẽs. & in auth. de eccl. titu. §. pro temporalibus. & in auth. hæc conſtitutio innouat cõſtitutiones. Itẽ, exceptis publicis, quæ ſunt vſui publico deputatæ, vt ff. de via publi. l. viam. [De hac materia vide Bart. in l. in omnibus. ff. de diuerſ. & temp. præſc. Syl.] Item res pupilli non vſucapitur: vt ff. de acq. rer. do. l. bonæ fid. in fi. j. reſpond. ibi, nec intereſt. [Ratio eſt. quia alienari non poſſunt: vt l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tutor. Syl.]

N.A. † Bonis vacantibus. Quibus mortuis ſucceſſor nullus extitat, eorũ bona caduca dicuntur, quia in fiſcum cadunt: ſed delatores erant qui intra quadriẽnium vacare bona nunciabant, nec antequam nunciata eſſent, in fiſci patrimonio habebantur. l. j. §. diuus. l. 13. §. cùm ante. ff. de iur. fiſci.

Ratio eſt propter prohibitam alienationem eius. l. vnic. §. & cùm lex. C. de rei vxo. act. Syl.

e Nondũ nuntiatis. Ab aliquo: cùm variæ ſint cauſæ, quibus ad fiſcum denuntiatio fieri ſolet: vt ff. de iure fiſci. l. j. in princ.

f Traditam. ſ. ab eo, qui acceperat poſſeſſionem horum bonorum.

g Bonis. ſ. alicuius morientis ſine herede, cui ſucceſſit fiſcus, non idem in ciuitate: vt C. de bon. va. l. j. & l. vacantia. lib. x.

h Vſucapere poſſe. ſ. triennio, vel x. vel xx. ann. cùm habeat titulum. ſi autem titulum non habet, & vult ex tempore delationis ſibi computare tempus: habet quatuor annos: vt ff. de iur. fiſc. l. prima. §. diuus. & de diuerſ. & temp. præſcr. l. inter. §. primo. Sed ſi ex tempore, ex quo cœperunt ad fiſcum peruenire, xx. annos habet: vt ff. de iur. fiſc. l. prima. §. præſcriptio. & hæc vera ſunt ſiue in re ſingulari, ſiue in vniuerſitate. & ſic loquitur. ff. de pet. hæ. l. etiam ſi putauit. §. item ſi quis à fiſco.

Nouiſſimè. CASVS. Omnis res quæ vitiata eſt & contaminata, veluti furto.

Digitized by Google

rus, & Antoninus reſcripſerunt.

¶ Non aliter res vſucapibilis eſt, niſi & vitio reali, aut quaſi reali careat, & eius non ſit cō-mercium interdi-ctum.

¶ Nouiſſimè [a] ſcié-dum eſt, rem talem eſſe debere, vt in ſe non habeat vi-tium [b], vt à bona fidei emptore vſu-capi poſſit, vel qui ex alia iuſta cauſa poſſidet.

¶ Opinatio ſeu credulitas tituli, vſucapionem non inducit.

¶ Error [c] autē fal-ſę cauſę † vſucapio-nem non parit: ve-luti, ſi quis cùm nō emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſſi-deat: vel cùm ei donatum non fue-rit, quaſi ex dona-tione poſſideat.

¶ Bona fides in v-ſucapione ab exor-dio cōſiderāda eſt, ideò defúcti bona fides vniuerſalis ſucceſſoris malám fidē excuſat: & ex contrario, mala fi-des authoris hęre-di, vtcunq; bonæ fidei obeſt. Item, authoris tempora, ſingulari ſucceſſo-ri ad vſucapionem complendam ac-cedunt, & conti-nuantur.

¶ Diutina poſſeſ-ſio, quæ prodeſ-ſe cœperat defun-

ti furto, vi, fuga ſerui, & ſimilibus, vſucapi non poteſt. Rem enim puram, & caſtā, ac ſynceram eſſe oportet nullaque labe ac macula contaminatam, quæ vſucapitur. neque in hoc §. titulū requirit, vt alij putant. Sequens §. planè eſt, Falſa, inquit, opinio tituli, vſucapionē impedit. Cor. Vib.

a Nouiſſimè. i. In vltimis, vt breuiter dicam. ſic §. de ſuſpect. tut. §. nouiſſimè.

b Vitium. Vel quaſi: vt §. proxi. §. & §. aliquādo. Sunt autem vitia, vt quia furtiua, vel vi poſſeſſa: vt §. eo. §. furtiuæ. Nunquid precaria poſſeſſio eſt vitioſa? Reſpond. non arg. ff. commu. diuid. l. cōmuni diuidundo. §. inter prædones. Nunquid litigioſa? Reſp. nō: vt C. de præſcri. long. temp. l. j. Nūquid clādeſtina? Reſpō. non dicitur res clandeſtina aliqua lege ſed poſſeſſio. Quidam tamen dicunt omnia ſupradicta eſſe vitia rerum: vt arg. ff. de acquir. poſſ. l. Pomponius. §. cùm quis.

Rē clandeſtinā non dicit, ſed poſſeſſionem.

Communis doctor. reſolutio eſt, quod vitium precarij, & clandeſtinitatis ſint perſonalia. Item & vitium litigioſi: ita tradunt in l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acquir. poſſ. & in l. ij. in fin. C. de edend. vbi Iaſ. Syl.

c Error. De errore facti loquitur, idem magis in errore iuris: vt ff. eod. l. nunquam. ij. in princ. Sed hic error facti quandoque prodeſt: vt ff. pro empt. l. quòd vulgò *. & ff. pro leg. l. pro legato. & ff. pro ſoluto. l. iij. & ff. pro ſuo. l. hominem. In quibus caſibus dicunt quidam locum habere titulum pro ſuo. & tantùm in his & aliis, qui à lege ſpecialiter inueniun-

Error duplex eſt.

** Ibi eſt iuſtiſſima cauſa erroris, quæ dat cau-*

tur: vt ff. de iur. dot. l. Proculus. ſecundùm Azon. Nos idem ſecundùm Ioan. in omnibus: & de his gratia exempli poſuit lex, & titulo emptoris, vel ſimili vſucapiebatur non pro ſuo tantum: vt tamen in emptione iuſtiorem errorem exigamus: vt ff. pro empt. l. iij. & l. iiij. in princ. [Non diſcedendo à terminis text. noſtri dicas quòd cùm loquatur de errore facti propriè dicitur error iniuſtus, niſi facto aduerſarij ita crederet. Ita diſtinguit & firmat Bar. quem cęteri ſequuntur, in l. Celſus. ff. de vſucap. Syl.] Itē, quid ſi non errat, ſed fecit? Reſpon. nō poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare: vt ff. de acquirēda poſſeſſione. l. iij. §. illud. & ff. eodem. l. non ſolùm. §. quòd vulgò.

ſam vſucapiēdi: ſecundū Bart. & gl. in d. l. quid vulgò. Aeg. Per.

† Falſæ cauſæ. Titulus eſt cauſa poſſeſſionis, veluti pro emptore, pro donato, pro legato. Non poteſt pro donato vſucapere, cui donatum non eſt. Error tamen falſæ cauſæ, ſi traditio interuenerit, quia probabilis eſt, vſucapionem parit. l. Celſus. 27. lege penultima. ff. hoc tit. In vſucapione autem quatuor requiruntur: Titulus, bona fides, res ſine vitio, & tempus legitimum. N. A.

Diutina. CASVS. Herennius bona fide librum alienum per biennium poſſederat. eo defuncto hæres eius ſciens eum librum eſſe alienum, mala fide annum etiā vnum poſſedit. quæro an iſte heres illum librum vſuceperit? Reſpon. vſucepiſſe. Quid, ſi ex contrariò, Herennius mala fide ceperat vſucapere, deinde hæres bona fide abſoluit? Vſucapio non valet. Cor. Vib.

cto, & hæredi [a] & bonorum poſſeſſori cōtinuatur [b] licet ipſe ſciat [c] prędium alienum eſſe. Quòd ſi ille initiū iuſtū † non habuit hęredi, & bonorum poſſeſſori, licèt ignorāti, poſſeſſio non prodeſt. Quod noſtra conſtitutio [d] ſimiliter [e] & in vſucapionibus obſeruari conſtituit, vt tempora continuentur.

¶ Tempus venditionis coniungitur cum tempore emptionis. Aretin.

¶ Inter venditorē quoque, & emptorem cōiungi tempora [f], diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

¶ Alienam rem à fiſco quouis titulo idoneo habēs, mox tutus eſt, dominuſque fit: ius autē in re, vel ad rem ſeſe habere putantes, intra quadrienniū aduerſus fiſcum expediri debent.

¶ Edicto [g] diui Marci * cauetur, eū, qui à fiſco [h] rem alienam emit [i], ſi poſt venditionem

*& commodi. Harm. lib. 3.

a Diutina. ſcilicet decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, vel triennij: vt ff. qui & à qui. l. ſi eum fidei. §. Ariſto. & ſ. eod. in princ. huius tituli. & C. eod. l. diutina.

ADDITIO. Præſentes ſunt poſſeſſor, & dominus quum in eadem prouincia ſunt: abſentes quando in diuerſis. l. fin. C. de præſcri. lōg. temp.

a Et hæredi. Hæres iure ciuili, bonorum poſſeſſor iure prætorio: vt ī. de bon. poſſ. §. quos autem.

b Cōtinuatur. Niſi ipſi hæredi tradita ſit poſſeſſio: vt ff. eo. l. hæres eius.

Et ratio eſt, quia tunc incipit præſcriptio in perſona hæredis. Syl.

c Sciat. ff. De acqui. rer. do. l. quęſitū. ij. reſp. contra. Sol. ibi hæres ſciebat rem eſſe eius, qui cauſam à teſtatore habet, vt legatarij: quod nocebat. hic alterius ſciebat: quod non nocet ad vſucapionem.

Præſcribit hæres cum mala fide.

NA.

† Initium iuſtum. Bona fides ab initio requiritur: ſuperueniens mala fides non nocet. Cùm igitur hæres & defunctus eadem perſona cenſeantur, mala fides hæredis, non impedit vſucapionem à defuncto inchoatam: vice verſa, mala fides ab initio impedit vſucapionem. Quare? bona fides hæredis non iuuat vſucapionem, mala fide à defuncto inchoatam. l. hæres. 43. ff. hoc titulo.

d Noſtra conſtitutio. vt C. de vſucapio. transfor. l. j.

e ſimiliter. non ſolùm in præſcriptione.

Inter venditorem. CASVS. Cornelius fundum bona fide poſſedit annos nouem: deinde Hortenſio vendidit, bona fide ementi, quæro num anno vno hic emptor vſucapionē compleat, & nouennium illud Cornelij, Hortenſio proſit? Reſpondet prodeſſe modò etiam bona fide poſſideat. Cor. Vib.

f Tempora. ſ. vt continuentur: ſed in hoc differt, quia in titulo ſingulari vtrunque, ſcilicet emptorem, & venditorem bonam fidē habere oportet: vt ff. pro emp. l. ij. §. ſi eam rem. aliàs contrà: ſecus in vniuerſali titu. vt hic. Et eſt ratio, quia ſi hæres non adiret, hæreditas compleret: vt ff. eo. l. nunquam. ij. §. vacuum. quia eſt eadem perſona: vt in auth. de iureiu. à mor. præ. in fi. j. reſpō. ibi, cùm vtique concor. cùm hoc. §. ff. pro empt. l. ij. §. empto. & §. ſi defunctus. & fit hæc coniunctio ad lucrum & ad damnum: vt ff. quemadmo. ſer. amitt. l. ſi quis alia. §. tempus.

Edicto D. Marci. CASVS. Antonius rem alienam emit à fiſco ſiue ærario, theſauróve principis. Quanto tempore poterit vſucapere? Conſtitutum eſt, vt qui à fiſco emerit, continuò ſit ſecurus, neque iudicio vexari poſſit. aduerſus tamen fiſcum, dominis rerū vel ius in eas habentibus liceat intra quadriennium agere. Quid autem ſi non ex rebus fiſci, id eſt, de bonis confiſcatis, res empta ſit: ſed de Cæſaris, aut ipſius vxoris dominio ac patrimonio? Idem conſtitutum eſt. Cor. Vib.

g Edicto. id eſt, præcepto generali: aliàs Prætorum dicuntur edicta: vt quod metus cau. & ſimilia: vt ff. quod metus cau. l. ſi mulier. circa princip.

h A fiſco. Vt à procuratore imperialium rerum: nam de patrimonialibus dicitur ī. eod. in fin.

Fiſcus vendit rem, vel vt ſuam vel vt alienū.

i Emit. ſ. à fiſco vendente, vt ſuam, à quo edicto res minorum excipiuntur: vt C. ſi aduer. fiſ. l. fi. Si autem vt alie-

nam,

nam, vt quia ceſſatum eſt in ſolutione tributorum, tria exiguntur, & quod ſit debitum, & quòd ſit ceſſatum: vt Co. ſi aduerſ.fiſ.l.fi.& C. ſi propter pu.pen.l. fi.ij.reſp.fortè biennio: vt ff. loc.& cõdu. l. quæro. §. inter.verſi.quęro. Item, tertiò, quod res ſubhaſtetur.i. præconizetur: vt C. ſi propter pu. pen.l.fi.

¶ Vt autem perfectam habeas doctrinam, breuiter dic, quòd regula eſt iuxta iſtum text. quæ procedit in Imperatore, & quocunque principe habente regalia ſecundùm Bald. in c. ad apoſtolice. de re iudic. libro vj. Item interueniente traditione ſecundùm Bald.in cap.j.§. fin.de no.for.fide lib. Itẽ, quãdo fiſcus tempore alienationis poſſidebat. Barto. in l.fina. C.ſi contra ius, vel vtilit. publ. Item, quando fiſcus bona fide vendidit. glo.in l.ij.Co.de com. rer. aliena. Itẽ, quãdo princeps vendit iure proprio, non creditoris. Bald.in ſecundo prooœm.decretal. Item, non procedit in eccleſia.gl.in c. quicunque, xj.q. ij. Item, præcedentibus ſubhaſtationibus, vt per gloſ.hic.Bal.in l.j. C.de hæred. vel act.vend. Item, de iure canonico. gloſ.in c.ij.de reb.eccle. non alie. Itẽ, ſi faciat de plenitudine poteſtatis. ſecundùm Bald. in d. prooœm. decretal. Item, non procedit in præiudicium minoris, vel doti: vt hic Syl.

N. A. † Quinquennium. Decennium, aut vicennium mutatum in quinquennium. l.vltim.C.ſi aduerſ.fiſc.

quinquenniũ † præterierit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitutio [a] autẽ diuę memorię Zenonis bene proſpexit [b] iis, qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum aliquid accipiunt: vt ipſi quidẽ ſecuri ſtatim [c] fiant, & victores exiſtant, ſiue experiãtur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſſimum ærariũ vſque ad quadriennium [d] † liceat iis intendere, qui pro dominio, vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones [e]. Noſtra autem diuina conſtitutio [f], quam nuper promulgauimus, etiã de iis, qui à noſtra [g], vel venerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfata Zenoniana † conſtitutione continentur.

TITV. VII.

DE DONAtionibus.

¶ Donatio mortis cauſa dicitur, quæ ob mortis imminentis vel futuræ ſuſpicionem fit, quæ (ſeruata veteri dubitatione) inſtar legatorum ferè per omnes redacta eſt. Reuocatio autem donatoris conualeſcentia, & pœnitentia, item donatario præmoriente.

¶ a Conſtitutio. Cod.de quad. præſ. l. omnes.

¶ b Bene proſpexit. Corrigendo edictum diui Marci.

¶ c Statim.ff.de peti. hære. l. etiam ſi. §.item ſi quis. j. in gloſ. emerit.contra. Sol. ibi in vniuerſitate, hic in re ſingulari loquitur. Alij dicunt, ꝙ hic corrigitur. Et eodẽ modo (ſ.primo, nõ ſecundo) reſpon.ad l. C. de hęr.vel acti. vẽ. l.j.Item ibi erat res fiſci.

¶ d Quadrienniũ. niſi ſit minor, vel Reipu. cauſa. abſens, vt C.de reſti. mil. l.neque.

† Quadrienniũ. N.A. Vt dominus agere cum fiſco vſque ad quadrienniũ poſſit. Et notandũ, ærarium & fiſcum hoc loco confundi: cùm propriè ærariũ ſit, rerum ipſius Principis priuatarum, fiſcus verò, rerũ omnium cæterarũ. l.ij. & l. vlt. C. de quadr. præſcript.

¶ e Actiones. Sed quæ? Reſp. condictio ex hac lege, ſecundũ Ioann. ſed Pl. in rem dabat hic non domino contra dominum.argu. C.de hære.vel act.ven.l.j.contra.Solut.ibi de vniuerſitate vendita, hic de re ſingulari.

¶ f Conſtitutio.C.de quadr. præſ.l.bene à Zenone.

¶ g A noſtra.i.à priuata noſtra ſubſtãtia: ſed s̃.de fiſcali dixit: vt C.de quadr. præſc.l.bene à Zenone.

† Zenoniana. Nimirum, vt quadriennij eſſet præſcriptio.l.vltim.C.illo tit. N.A.

DE DONATIONIBVS.

¶ Iſte titulus continuatur per Impera-

Digitized by Google

rorem. Dictũ eſt ſ. de quibuſdã modis acquirendi. ſ. de acquiſitione, quæ fit per vſucapionem, & præſcriptionem. Nunc dicendum eſt de alio modo acquirendi, quæ fit per donationem.

EST & aliud genus acquiſitionis [a] †, donatio. Donationum autẽ duo ſunt generã: mortis cauſa, & nõ mortis [b] cauſa *. Mortis [c] cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei cõtigiſſet [d], haberet, is, qui accepit. ſinautem ſu-

* inter vivos.

EST & aliud. Totus iſte titul° diuiditur in quinq; partes. Primò, ponit cõtinuationem cum diſtinctione bimembri. Secundò, de donatione cauſa mortis. Tertio, de donatione inter viuos. Quartò, de donatione propter nuptias. Quintò, de vna acquiſitione de iure ciuili, quę eſt correcta. Secunda ibi, in §. mortis cauſa. Tertia in §. Aliæ autem. Quarta ibi, in §. Eſt & aliud. Quinta ibi, in §. Erat olim.

CASVS. Quum Vlyſſes prope annos viginti domo abfuiſſet, vbi fidam Penelopem vxorem ſuam, & filium Telemachum reliquerat, Telemachus monitu Mineruæ in Spartam ad Menelaũ regem quærendi patris cauſa profectus eſt. Ibi Menelaus & ipſius coniux Helena Telemachum abeuntem donis affecerunt, ille argenteo cratere, hæc veſte ſplendida, ac pretioſa, quam ipſa ſuis manibus contexuerat, illum donauit. Reuerſus domũ monetur à Pireo, qui ſocius comeſque totius peregrinationis fuerat, vt mittat, qui craterem & veſtem, quas domi ſuæ repoſuerat, ad ſe deferant. Telemachus autem ſic Piræum affatus eſt. Sic proci, qui matrẽ meam Penelopem vxorem petunt, me interficiãt: ea dona tibi do, ac derelinquo: ſin ex illorum manibus quadam, tum ea mihi reddes. Quæro, ſi Telemachus occiſus fuiſſet, Piræine dona illa fuiſſet? Non eſt dubium. Et quomodo hæc acquiſitio appellatur mortis cauſa donatio. Cor. Vib.

¶ Not. duplex genus donationis. Item, quid ſit donatio cauſa mortis. Itẽ not. tribus modis donationem cauſa mortis reuocari: expreſſa pœnitẽtia, per conualeſcentiam, & per prædecedentiam donatarij. Item, quòd ferè per omnia æquiparatur legatis. Syl.

¶ a Acquiſitionis. ſ. de iure ciuili. nã per ſtipulationẽ tantũ contrahebatur, ſ. donatio, quę. ſ. ſtipulatio eſt de iure ciuili: ſed hodie fit nudo pacto: vt C. eo. l. ſi quis argẽtũ. §. fi. & ĩ. de act. §. de cõſtituta, Vel dic eã eſſe iuris ciuilis approbatione, nõ inuentione, ſed iuriſgentiũ: vt ſ. de rer. diuiſ. §. per traditionẽ. Vel dic, ſui origo fuit de iuregentium, vno modo, ſ. per traditionẽ: ac poſtea de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alius inuẽtus, ſ. per ſtipulationẽ. Tertiò, per Iuſtianũ additus eſt tertius, puta per nudum pactum. Accur.

† Acquiſitionis. Reſpectu traditionis, eſt iuriſgentiũ, reſpectu mãcipationis, iuris ciuilis. l. iuſta. 14. C. Theo. de donat. Notanda autẽ locutio eſt: Si quid humanitus, &c. Nam omnis cauſa eam vſurpabant. l. 162. ff. de verb ſign. N.A.

¶ b Et non mortis. Si largè hæc duo membra accipiuntur: in textu nihil deeſt. & propriè ponũtur genera. nam multæ ſpecies ſub quolibet continentur. & hoc approbo. Vel accipe ſtrictè pro duabus ſpeciebus tantùm donationum. ſ. ſimplicis inter viuos, & ſimplicis cauſa mortis: & adde alias donationes, vt legatum: vt ĩ. de lega. in princip. Item, donationem propter nuptias: vt ĩ. eodem §. eſt & aliud. Itẽ, & quod eſt ĩ. eodem §. fin.

¶ c Mortis. ſcilicet inſtantis, & futuræ: vt ff. eod. l. ij. iij. iiij. v. & vj. ſi quidem vbique mors timenda eſt: cùm eius dies incertus ſit: vt ff. eodem. de mort. cauſ. don. l. Senatus. §. mortis. & de condi, & demon. l. j.

¶ d Si quid humanitus ei contigiſſet. id eſt, ſi moriatur vt ff. de verbor. ſig. l. in vulgari. §. fi. & debet hoc exprimi. aliàs non eſt mortis cauſa donatio: vt ff. eod. de mortis cau. donat. l. Seia. §. fi. niſi ex coniecturis appareat eum velle donare cauſa mortis.

Donatio cauſa mortis non eſt, niſi exprimatur mors.

ADDITIO. Nota, quòd ad hoc, vt ſit donatio cauſa mortis, requiritur, quod fiat mentio mortis, Idem not. gl. Bart. Ang. & Raph. & Imol. in d. l. Seia. §. final. & glo. & Bart. in l. Seia. ff. de dot. præleg. & Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol. matrim. aliàs autem licet aliquis ſit in extremis conſtitutus, ſi ſimpliciter donat, nec adiicitur cauſa mortis: intelligitur donatio inter viuos. & eſt text. ſingularis in d. l. Seia. §. fin. quod not. ſecundùm Ang.

¶ a Super

...puixiſſet [a] is †, qui donauit, reciperet: vel ſi eũ donationis pœnituiſſet [b]: aut prior deceſſerit is, cui donatum ſit. Hæ mortis cauſa donationes ad exẽplũ legatorum [c] redactę ſunt per omnia [d]. Nam cùm prudentibus ambiguum fuerat, vtrũ donationis [e], an legati † inſtar eã obtinere oporteret, & vtriuſq; cauſæ quædam habebat [f] inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebãt [g], à nobis conſtitutũ eſt, vt per omnia ferè legatis [h] connumeretur: & ſic procedat, quẽadmodũ noſtra conſtitutio [i] eam formauit. Et in ſumma [k], mortis cauſa donatio eſt, cùm magis *ſe quis vellit [l] habere [m] quã eũ, cui donat: magíſque eum, cui donat, quàm hęredẽ ſuũ. Sic & apud Homerũ [n] *Telemachus † donat Pirço.

*[Τηλέμαχ' αἶψ' ὀτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας.

a Superuixiſſet. i. conualuiſſet. & ita tribus modis reuocatur, vt hic ſubiicitur. & ff. ſi cer. pet. l. non omnis.

N. A. † Superuixiſſet. Poſt illam mortis ſuſpicionem.

b Pœnituiſſet. Quia voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortẽ: vt ff. de adi. leg. l. iij. in fi. quia donatio eſt ob cauſam, ſcilicet ſi moriar. & ſic poſſum pœnitere: vt ff. eodem. de mor. cau. do. l. Senatus. §. j. in fin. & ff. de cõdi. cau. da. l. 3. §. 2.

c Ad exẽplum legatorũ. Quantum ad vim & poteſtatẽ: quia ſicut legata morte confirmãtur, ita donationes cauſa mortis, vt reuocari non poſſint.

d Per omnia. Subaudi ferè, vt ſtatĩ dicet: nã in multis differũt.

e Donationis. ſcilicet ſimplicis, & inter viuos: aliàs nulla eſſet huiuſmodi diſtinctio, cùm omne legatum ſit donatio: vt patet ex definitione eius, vt ff. de leg. ij. l. legatum.

N. A. † Legati. Quia non niſi morte donatoris confirmatur, quia pœnitentia reuocatur, quia res etiam donatario non tradita, tamen donatore mortuo, ipſo iure fit donatarij. l. ſecunda. ff. de publ. actio. Itaque legati nomine comprehenditur. l. 87. ff. de leg. iij.

f Habebat. ſ. donatio cauſa mortis. nam cum donatione inter viuos habet inſignia: vt ſit liberalitas cum legato, vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia: vt C. ad legem Falc. l. fin.

g Retrahebant. Sub. & alij ad aliud.

h Ferè legatis. Dicit ferè, quia in quibuſdã diſcrepat à legatis, ecce enim ſi donas in annos ſingulos: donatio vna eſt, ſed legata plura: vt ff. de don. cauſ. mor. l. Senatus. §. fi. Itẽ legatũ, ab hærede ſẽper traditur: vt patet ex definitione legati. j. de leg. in prin. donatio autẽ vel ab hoc, vel ab alio. Itẽ in donatione obligatur donãs, in legato nõ. Itẽ, ſi teſtamẽtũ accuſo: perdo legatũ, nõ donationẽ: ſi tamẽ accuſo vt falsũ: argum. ff. de iis quib. vt indig. l. poſt legatũ. §, qui mortis. Itẽ, alteri ſubſtituitur in legatis, ſecundùm quoſdã: vt ff. de do. cau. mortis. l. ei cui mortis. & de leg. ij. l. vt hęredib. Itẽ filius familiàs donat: ſed non legat: vt ff. eod. de mort. cauſa dona. l. tã is. & j. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. in princ. Itẽ, in legato tria tẽpora conſiderantur, vt ſit capax legatarius: vt j. de hæredũ qualita. & differen. §. in extraneis. in donatione non: vt ff. de dona. cau. mortis. l. in mortis. Itẽ, quia pro legato datur interdictũ quorũ legatorum: non pro donatione: quod dic, vt in ſumma C. quorum legat. l. j. & in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de donat. cauſa mortis.

Dicas tu, quod communis omnium reſolutio eſt, quòd ſi conſideramus donationẽ, prout in eſſe producitur, illa æquiparatur magis contractui, quàm vltimæ voluntati: ſi verò loquimur de donatione poſtquam eſt in eſſe producta: tunc talis donatio magis æquiparatur vltimæ voluntati: quam reſolutionem totus mundus ſequitur: vt dicit Iaſ. in l. j. de leg. j. Syl.

ADDITIO. Imò habet locum, quorũ legatorũ, ſaltẽ in eo quod excedit Falcidiam: vel ſi per donatarium ſit occupata, ſecundùm Ioann. Fab. & Angel.

i Conſtitutio. ſ. coram quinque teſtibus ſcriptura interueniente, vel non: vt C. eod. l. fin.

k Et in ſumma. i. vt breuiter de hac donatione expediamus: vt ff. eo. l. j.

l Velit. id eſt, vellet.

m Habere. ſ. ſi ſuperuixerit: vt ff. eo. l. ſenatus. §. j.

n Sic & apud Homerũ, i. ſicut recitat poeta

* abeſt.

* Odyſſ. ρ.

* Verſus hic notis [ ] incluſi abeſſe debẽt: nec hos habet Th.

Digitized by Google

poëta Homerus, quòd Telemachus dictis verbis expreſſis donauit.

N.A. † Telemachus. Munera quibus illum Rex Menelaus donauerat, cùm Vliſſem patrem comite Pyræo perueſtigaret. Odyſſ. 17.

¶ Aliæ autem. CASVS. Menelaus dedit Telemacho craterem argẽteum. quomodo appellatur ea donatio? Inter viuos. quid ita? quia ex puro, ac ſyncero liberalitatis fonte profecta eſt. Quid ſi Menelaus non tradidiſſet crateram in manum Telemacho, ſed tantùm id inter illos commiſiſſet? Valet donatio, cogique promiſſor poterit ad dandum. Nunquid non aliud requiritur? ſi excedit ſummam quingentorum ſolidorum ſiue aureorũ, debet inſinuari, id eſt, referri in acta publica. ſi non excedit, non eſt opus. Cornel. Vibul.

¶ Not. quòd donatio ſimplex, non habita mẽtione mortis, dicitur inter viuos, nec æquiparatur legato. Item, quòd donatio perfecta non reuocatur, niſi ex modis expreſſis in l. Item, quòd ſcriptura non de ſubſtantia donationis. Item, quòd donator rem donatam præſtare tenetur: vt venditor rem venditam. Item, quòd donatio excedens ccccc. aureos eſt inſinuanda. Syl.

Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.]
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώια πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Tolemac[illegible]
noſtras famulas age, dirige ſedes.
Vt tibi quæ dederat Menelaus, dona reportent.
Ad quem Telemachus ſapiẽs ita farier orſus.
Piræe, haud equidẽ hac poſſum dignoſcere facta.
Nanque proci ſi me ſpatioſa per atria furtim
Occidant, rapiantq́ ſibi patrimonia fortes:
His te malo frui donis, quàm quẽlibet horum.
Quòd ſi illos fato, merita & multauero morte,
Tum mihi gaudenti referes dona omnia lætus.

¶ Inter viuos donatio eſt, quæ nulla mortis ſuſpicione fit, ſed ex pura liberalitatis fõtib⁹ pcedit: queq́ ſolo cõſenſu pfecta temerè non reuocatur: egétq; publica inſinuatione, ſi quingẽtorũ aureorũ ſũmã prætergrediatur: in certis tamẽ caſibus, etiã citra inſinuationem, effectum ſortitur.

¶ Alię autẽ [a] donatiões sũt q̃ ſine vlla mortis cogitatione fiũt: quas inter viuos † appellam⁹, q̃ nõ omnino * cõparũtur legatis, q̃ ſi fuerint pfectę, temere [b] reuocari nõ poſſũt. Perficiũtur autẽ, cũ donator ſuã volũtatẽ [c]

¶ a Aliæ autem. Nunc proſequitur aliud genus donationis. Dictum eſt de donationibus cauſa mortis, nunc de donatione ſimplici, id eſt, inter viuos. hoc dicit.

† Inter viuos. Quia dominiũ rei, à viuente in viuentem transfertur: quapropter vera, perfecta, & abſoluta dicitur. lege prima. Digeſtis, hoc titulo. lege vigeſima quinta. Codice, eodem titulo. N.A.

¶ b Temerè. ideo dicit temerè: quia quandoque reuocantur: vt infrà eodem paragrapho, ſciẽdum.

¶ c Voluntatem. Etiam nudo pacto: vt Codice eodem, de donationibus. lege, ſi quis argentum. pargarapho finali. Accurſius.

ADDITIO. Si tamen donetur factum, requiritur ſtipulatio & traditio ſicut olim. Item, præſentia donantis, & donatarij, vbi ſit certæ perſonæ, ſecus ſi incertæ.

Donatio an poſſit fieri ſine ſtipulatione.

* omnino.

¶ Mani

ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit [a]. Et ad exemplum venditionis [b] noſtra cōſtitutio [c] eas etiam in ſe habere neceſſitatē traditionis voluit: vt etiā ſi non tradantur [d], habeant pleniſſimum & perfectum robur, & traditionis neceſſitas [e] † incumbat donatori. Et cùm retrò principum [f] diſpoſitiones inſinuati † eas, actis interueniētibus, volebāt, ſi maiores fuerant ducentorum ſolidorū, conſtitutio [g] noſtra eam quantitatem vſque ad quingētos ſolidos ampliauit: quam ſtare, etiā ſine inſinuatione [h], † ſtatuit. Sed * & quaſdā donationes inuenit [i], quę peni-

¶ a Manifeſtauerit. ſ. per verba futuri temporis: vt dabo, vel donabo, ad inſtar ſtipulationis: vt ff. de verb. obl. l. v. §. ſtipulatio, vel præſentis temporis: vt do, vel dono. cum nudo pacto fiat: & pactū etiam fiat per verba præſentis temporis: vt C. eod. de don. l. ſi quis argentum. §. fin. ff. de pac. l. tale. in princip. & in gloſſ. ij.

¶ b Vēditionis. Ex hoc verbo dicebat M. venditorem præciſè teneri ad rē tradendam. ſic ff. de verbo. obl. l. vbi autē non apparet. in fin. Ioan. contra. ſ. vt intereſſe dādo liberetur, vt ff. de actio. emp. l. j. in prin. & ſimilitudo quæ hic fit, eſt in hoc, vt ſicut neceſsitas imponitur venditori ad aliquid, ſic & donanti: licet à principio nullus cogebatur, vt C. de act. & obli. l. ſicut. Sed nunquid donator de euictione tenetur? Reſp. ſi incipit à traditione, non: vt ff. eo. de do. l. Ariſto. in fin. Si à pactione, ſic: vt C. de iur. dot. l. j.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia cum donatio ſit doni datio: iſte paciſcens obligatur expreſsè ad dandum. l. Senatus. §. j. ff. de don. cau. mor. & ideo non liberatur, niſi transferat dominium: ſecus autem, vbi ſola traditio ſine facto interuenit. Ex quo infertur ꝙ pro euictione hic agitur primæua actione, quaſi non dederit, etiam re nondum euicta in totum vel pro parte. Secus in vēditione, vbi pro euictione noua naſcitur actio, quaſi per traditionē obligatione ablata. quod not. pro præſcriptione, & libelli formatione ſecundum omnes hic.

¶ c Conſtitutio. Vt C. de don. l. ſi quis argentum. §. fin.

¶ d Etiam ſi non tradantur. i. Si tradere nolit donator.

¶ e Neceſsitas. Per condictionē ex lege, quæ ſtricti iuris eſt. ff. eod. de dona. l. eum qui. & C. eod. l. ſi quis argentum. §. fin.

N. A. † Neceſsitas. Donatio inter viuos, iure antiquo non perficiebatur, niſi traditione: Nouo iure perficitur nuda cōuentione, qua donator æquè vt venditor obligatur ad tradendum. Itaque Iuſtiniani lege; donatio, eſt conuentio de re liberaliter alienanda, quæ traditionis neceſsitatē adfert l. 35. §. fin autē. C. hoc tit.

¶ f Retrò principum, ſcilicet, eorum qui ante nos fuerunt: ex noſtra etiā patria: vt C. eo. de donat. l. ſancimus. in fin.

N. A. † Inſinuari. In acta publica referri, perſcribi, redigi. l. pen. C. hoc tit.

* abeſt.

¶ g Conſtitutio. Vt C eod. l. pen. in fin.

¶ h Inſinuatione. id eſt, ſcriptura facta in præſentia publicarum perſonarum, & in actis, vbi ſuperfluum eſt teſtes adhiberi: cùm publica monumenta ſufficiant: vt C. eod. l. data. & l. donationibus.

N. A. † Inſinuatione. Donatio mortis cauſa, propter mortis periculum, Donatio inter viuos, propter liberalitatem. Illa fit ab illo, qui ſe quàm donatariū habere mallet: Hæc ab eo, qui donatarium, quàm ſe. Illa incerta, & ſuſpenſa eſt: Nam extincto periculo, pœnitente aut ſuperueniēte donatore, reuocatur: hæc certa & præſens eſt. Illa quinque teſtes, hæc duobus contenta eſt. Illa non inſinuatur hæc inſinuatur.

ADDITIO. Inſinuatio donationū apud Magiſtrum cenſus fiebat Cōſtantinopoli. Erat autem Magiſter cenſus apud quem cenſibus tributiſve obnoxij profitebātur bona ſua, & in cenſum referebant: qui magiſtratus in prouinciis Cenſitores dicebātur, l. j. C. de ſent. l. cenſualis. C. de do. E.B.

¶ i Inuenit. ſ. noſtra conſtitutio: vt ſi donetur in redemptionē captiuorum, vel à magiſtro militum donetur militibus: vel in refectionem domus donetur alicui: vt C. eod. l. pen. Item & ſi donet Imp. vel ei donetur: vt in auth. de non alie. §. ſi verò minus. & in auth. vt non fiant. pig. §. quia igitur. Idem, in

donatio

tus inſinuationem fieri minimè [a] deſiderant: ſed in ſe pleniſſimā habent firmitatem. Alia [b] inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus, quas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt.

¶ Donatio inter viuos etiam perfecta, ex aliquibus cauſis reuocari poteſt. Aret.

Donationes inter viuos certis ex cauſis reuocantur.

¶ Sciēdum eſt tamen*, quòd & ſi pleniſſimę ſint donationes: ſi tamen ingrati † exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt, donatoribus per noſtram cōſtitutionem [c] licentiam præſtitimus, certis ex cauſis [d] eas reuocare: ne illi, qui ſuas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur iniuriam, vel iacturam, ſecundùm enumeratos in conſtitutione noſtra modos.

* *autem.*

¶ Propter nuptias donatio (quæ olim ante nuptias dicebatur) non ſolùm, contracto matrimonio, augeri poteſt, ſed etiam cōſtitui, & initium ſumere.

¶ Eſt & aliud genus inter viuos donationis*, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum: poſteà autem à iunioribus diuis principibus introductum [e] eſt, quod ante nuptias † vocabatur, & tacitam in ſe cōditio-

* *donationum.*

---

donatione propter nuptias: vt in auth. vt ſpon. largit. in prin. Idem in remiſſione vſurarum futuri temporis: vt ff. eod. l. Modeſtinus.

ADDITIO. Idē in donatione facta pro bene meritis. l. Attilius. ff. eod. dummodo appareāt, & eis proportionentur: ſecundùm doctores.

¶ a Minimè deſiderant. Licet quingētorū ſolidorum ſummam excedant.

¶ b Alia. Veluti, ne plures donationes diuerſis temporibus factæ coaceruentur: vt C. eod. l. ſancimus. §. ſi quis autē. Item, vt ij, qui pecuniam recipiunt in redemptionē captiuorum, iurent ſe ibi bona fide expendere. Item, vt ſacramento domini domus quæſtio dirimatur: vt C. eod. l. penult. in fine.

¶ Sciendum. THEMA. Aurelius fundum dederat Lepido. poſteà Lepidus iniuria illum atroci affecit, aut manus impias in eum intulit, aut ei necem intentauit. denique aliquo modo ingratus fuit. quærò an Aurelius fundum reuocare poſſit? poteſt. Corn. Vibul.

N.A. † Ingrati. Donatio quantumuis perfecta, tamen propter ingratitudinem reuocatur. l. vltima C. de reuocanda donatione.

¶ c Conſtitutionem. vt C. de reuocanda donatione. §. fin.

¶ d Ex cauſis. Quinque, ſcilicet, vt ſi atroces iniurias in eum effundat: vel impias manus inferat, vel graue damnum in bonis, vel vitæ periculum intulit: vel ſi legi dictæ in donando non paruerit: vt C. de reuocanda donatione l. fin. Sed donatio liberto facta, ſolo obſequio non præſtito reuocatur. aliud in libertate: vt C. de reuoc. donatione. l. j. & de liber. cau. l. ſolo. Eſt & hic argum. pro domino. vt his cauſis poſſit reuocare feudum. ſic in authent. vt lib. dece. §. illud verò. & ff. de liberis agnoſcendis & alienandis à parentib. &c. l. alimenta.

¶ Eſt & aliud. CASVS. Iſaacus Rebeccæ, quam ducturus eſt in vxorem, fundū aliquem dare cupit. quæro quomodo id facere tutò debeat? Poteſt, ait, & ante nuptias, & cōtractis nuptiis eam donationem facere: poteſt & ante nuptias factam, contractis nuptiis, augere. Quomodo vocatur hæc donatio? Propter nuptias. Dos autem datur à muliere. Donatio propter nupias, à viro. Cornelius Vibul.

¶ e Introductum. vt C. de donat. ante nupt. per totum tit.

ADDITIO. Iuniores autem principes appellat, Aurelium, Diocletianum, & Maximianum. Aemil. Fer.

† Ante nuptias. Donatio propter nuptias eſt, quæ vel à ſponſo in ſponſam cōfertur: & tum propriè ante nuptias, vel ſpōſalitia largitio dicitur: Vel à marito in coniugem, & tunc ἀντίφερνη, hoc N.A.

Digitized by Google

hoc eſt, quaſi antidos appellatur: quoniam vxori, in gratiâ dotis datur, partim, vt dos mulieri ſit cautior, partim, vt ſicuti mulier ſine cauſa diuortium faciens, dote: ſic maritus rebus donatus mulctatur l. vltim. C. de donat. auth. nupt. Nouiſsimo iure debet par eſſe doti, tũ in ſumma, tum in pactionibus. Nouella. 67.

nem habebat[a], vt tunc ratum eſſet * cũ matrimonium eſſet inſecutum[b]. Ideóque ante nuptias appellabatur, quòd [c] ante matrimonium efficiebatur: & nunquam poſt nuptias celebratas, talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iuſtinus, pater noſter[d] cum augeri[e] dotes & poſt nuptias fuerat [f] permiſſum, ſi quid tale [g] eueniret, & * ante nuptias augeri donationem, & * conſtante matrimonio ſua conſtitutione permiſit [h]: ſed tamẽ nomen inconueniens remanebat: cum ante nuptias quidẽ vocabatur, poſt nuptias autẽ tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſſimo fini tradere ſanctiones cupientes, & conſequentia [i] nomina rebus eſſe ſtudentes, conſtituimus[k] vt tales donationes nõ augeantur tantũ, ſed etiã, cõſtãte matrimonio initiũ accipiant. & non ante nuptias, ſed ꝓpter nuptias vocentur, & dotibus in hoc exequẽtur [l], quẽadmodũ dotes cõſtãte matrimonio non ſolũ augẽtur, ſed etiam fiũt: ita & iſtæ donationes, quæ propter nuptias introductæ ſunt, non ſolũ antecedãt matrimonium, ſed eo

* fuerit.

* euenerit etiã.

* abeſt.

¶ a Habebat. & hodie habet, ſi fiat donatio prius, nam & poſtea fieri poteſt: vt infrà eo. §. ſed tamen.

¶ b Inſecutum. De iure & de facto.

¶ c Quòd. id eſt, Quia.

¶ d Pater noſter. Sic ĩ. quibus non eſt permiſſ. face. teſtamen. §. cæcus. ADDITIO. Patrem vocat, adoptiuũ ſignificans. nã re vera fuit eiuſdem Iuſtiniani ex ſorore nepos.

¶ e Cũ augeri. i. cùm hoc non eſſet. Accurſ.

¶ f Fuerat. etiã ante ſe.

¶ g Tale. Puta, quia augeatur dos.

¶ h Permiſſit. ſ. diuus Iuſtinus: vt C. de don. ante nupt. l. penult.

¶ i Et cõſequentia. Aliàs cõuenientia. ſic. C. de epiſc. & cle. l. decernimus. in fi. gl. fi. & in ſummario, & de offi. Præfec. vrb. l. j. in fi. & de defen. ciui. l. defenſores. arg. contra. C. de conſt. pec. l. ij. §. pen. & ff. de adi. leg. l. iij. §. conditio.

¶ k Cõſtituimus. C. de do. ante nup. l. fi.

¶ m Exæquentur, ſi de nouo fiat donatio, vel dos poſt matrimonium, vel vetus augeatur, eſt æqualitas: vt C. de do. ante nupt. l. fin. §. ſi igitur dote. Si ante matrimoniũ, poterat eſſe inæqualitas: vt C. de pact. conuen. l. ex morte in pr. Sed hodie æqualitas eſt ante, & poſt in conſtituendo, & in pactis lucrorum: vt quãtum dat vxor in dotem, tantum det in donatione propter nuptias maritus. & ſicut hic fit dominus dotis, ſic illa donationis propter nuptias: vſumfructum tamen habeat maritus. ne accidat matrimonij oneribus dotem non ſeruire. Nam æquitas ſuggerit, ꝙ dos debeat eſſe ibi, vbi ſunt onera matrimonij: vt ff. de iur. dot. l. dotis fructus. & l. plerũque. §. ſi ſerui. cùm tantundem reddatur vxori: ex qua donatione conſulitur mulieri ſoluto matrimonio, ſi res dotales non exiſtant, & quia non potuit eas alienare maritus, etiã ea conſentiẽte: vt ĩ. tit. prox. in prin. licet alias iuri hypothecæ poſſit renũtiare: vt C. ad Vell. l. etiã. & l. iubemus. & in authen. ſiue à me. eod. tit. C. Et ſicut dos vxori, ſic & talis donatio, iure redditur viro, ſoluto matrimonio: cùm ſit æqualitas: vt in authent. de æqual. dot. §. j. [Poteſt tamen mulier retinere, donec ſoluta ſibi ſit dos, nec dominium retrò transfertur, aut hypotheca perditur: quia non tantùm datur propter lucra nuptialia, ſed pro maiori ſecuritate dotis. ſecundum Ang. hic. Sylu.] Eſt & ſponſalitia largitas, quando ſponſus ſponſæ per verba de futuro, vel è cõtra donat purè, non reſpectu dotis, quæ ſimiliter conditionem matrimonij habet: vt C. de don. ante nupt. l. cùm veterum. & l. ſi à ſponſo. Accurſ.

ADDITIO. Tu dic quòd aliquando ſit ex mera liberalitate, hoc expreſſo, quòd nullo caſu repeti poſſit. & habet

Digitized by Google

habet locum l.ſi mater. C.de don.ante nupt. aliquando fit ſimpliciter nullo expreſſo: & tunc olim præſumebatur ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis l.ij.l.ſi filiæ.& l.ſi tibi.C.eod.hodie verò ob cauſam futuri matrimonij. l.cùm veterum.eo.tit.

¶ a Sed eo etiã contracto. Hodie hoc corrigitur in auth.de æqual.do.

¶ Erat olim. CASVS. Soſia ſeruus erat communis Vatinij, & Ligurij. Ei Vatinius libertatem dedit, quatenus ad ſe pertinebat. Quæro Soſia ſietne ſemiliber, aut plenè liber? Olim, inquit, inhumaniter pars Vatinij Ligurio accreſcebat, atque accedebat: Imperator verò conſtituit, vt Ligurus cogatur ſeruum illũ vẽdere, & eo pretio, quod in ſua lege conſtituit. Cor.Vib.

* Ante hunc §. prænotandum titulum de manumiſſionibus docet Aretus ex vet. exemplari.

¶ Not. quod fauore libertatis cogitur quis vẽdere rem ſuam. Item, quòd laudãda eſt humanitas. Itẽ, quòd inuidia remouenda eſt Sylueſter Ald.

N.A. † Vindicta, vel teſtamento. Hæ manumiſſiones, manumiſſori detrahebant, ſeruo non proderãt, manumiſſori non addebant: quoniã ex parte ſeruus, ex parte liber nemo eſſe poteſt. l.ix.in fine.ff.de liberal.cauſ. Vlp. tit.2.§.communem. in frag.

* Accedere.

¶ b Exemplo. Sic C.de proba.l.exẽplo.

¶ c Noſtram conſtitutionẽ. C.de communi ſer. manumiſſ. l.j.§. ne autem. & §.ſinautem ſocius.

etiam contracto [a] augeantur, & conſtituantur.

¶ Hodie ſi vnus ex dominis manumiſit ſeruum cõmunem, ſeruus efficitur liber: & ſocius conſeruatur indemnis, dato ſibi pretio partis hoc dicit. Aret.

¶ Erat * olim & alius modus ciuilis acquiſitionis per ius adcreſcendi, quod eſt tale. Si cõmunem ſeruum habẽs aliquis cum Titio, ſolus libertatem ei impoſuerit, vel vindicta, vel teſtamẽto: † eo caſu pars eius amittebatur, & ſocio adcreſcebat.

¶ Sed cum peſſimũ fuerat exemplo [b], & libertate ſeruum defraudari, & ex ea humanioribus quidam dominis damnum inferri, ſæuioribus autem dominis lucrum adcreſcere,* hoc quaſi inuidia plenum, pio remedio per noſtram conſtitutionem [c] mederi neceſſariũ duximus.

¶ Habes caſum in quo contra iuris communis regulas quis inuitus rem ſuam vendere cogitur.

¶ Et inuenimus viam, per quam & manumiſſor, & ſocius eius & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur: libertate cum effectu procedẽte (cuius [d] fauore † antiquos legumlatores multa etiam cõtra cõmunes [e] regulas ſtatuiſſe manifeſtũ eſt) & eo, qui eam libertatẽ * impoſuit, ſuę liberalitatis ſtabilitate gaudente: & ſocio indemni cõſeruato, pretiúmque ſerui, ſecundum partem dominij, quod nos definimus, [f] † accipiente [g].

¶ d Cuius. ſcilicet libertatis.

† Cuius fauore. Libertatis fauor, rigore iuris potior l. xxiiij. §. ſi quis. ff.de fid.libert. N.A.

¶ e Communes. ſcilicet, vt libertates per legem Falcid. non minuantur. Item, vbi nõ valet teſtamentũ, libertates non reuocantur. ff.de inoffic. teſtamen. l.Papinianus.§. ſed an & libertates.& §.ſi. Idẽ & ff. de fideicõ. liber. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo.

Libertatis fauor in quibus conſiſtit.

¶ f Definiuimus. C. de commu. ſer. man. l.j.§. ne autem. & §.ſinautẽ ſocius.

† Nos definimus. Singularis caſus, quo fauore libertatis alienare cogitur. l.j.C. de cõmu. ſerui. manumiſ. vbi pretia pro ſeruorũ qualitate finita ſunt. N.A.

¶ g Accipiente. Vel eo depoſito. vt C. de cõmu. ſeru. manu. l.j. §. ne autem. & §.ſin autẽ ſocius. Et not. q cõpellitur quis vendere, quod eſt ſpeciale cõtra reg. vt C. de contrah. empt. l.inuitum. & C. de iure delib. l. nec emere. quod plenè not. in auth. de fideiuſſ. §. pen.

* liberalitatem.

Videre qui cõpellitur aliquando.

QVIBVS ALIENARE licet, vel non.

¶ Expoſitis modis acquirendi dominij rerum ſingularum, inter quos frequentiſsimus

Digitized by Google

tiſſimus eſt, qui per traditionem rei propriæ dominium eius in aliũ transfert: quoniam ea regula traditionis, exceptionibus quibuſdam iure ſingulari corrigitur, eas ſub hoc titulo ſubiecit.

de iure dot. l. quoties. & l. ſi inter virũ. & de fund. dota. l. j. Et dic dotale, vel quaſi: vt ff. de fund. dota. l. iij. & iiij. Quid, ſi res mobilis eſt? Reſpon. poteſt alienari, ſi maritus eſt ſoluendo. C. de ſer. pig. da. ma. l. j. facit. l. ſi ex lapidicinis. ff. de iu. dot. Acc.

TITV. VIII.

QVIBVS ALIENARE LICET, VEL NON.

¶ Etiã vxoris accedente conſenſu, fundi dotalis alienatio & obligatio viro (quamuis ciuili iure dotis dominus ſit) interdicta eſt.

ACcidit aliquando, vt qui dominus rei ſit, alienare non poſſit, & contrà, qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædiũ [a] † maritus, inuita muliere [b], per legem Iuliam * † prohibetur [c] alienare [d]: quamuis ipſius ſit [e], dotis cauſa ei datum: ꝗ nos legẽ Iuliam

* quam tulit D. Auguſt.

ACcidit. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primò, quando dominus nõ poteſt alienare res ſuas. Secundò, è contrà, quando nõ dominus alienat. Tertiò, redit ad primum caſum. Secunda ibi, Contra autem. Tertia ibi. Nunc autem admonuendi. Vel diuide ſubtiliùs. Primò, quando prohibetur alienatio propter rem, quæ eſt inalienabilis. Secundò, quando permittitur ex pactione, vel propter publicam vtilitatem. Tertiò, quando prohibetur ratione perſonæ alienantis, vel ratione perſonæ in quam fit alienatio: quia pupillus eſt.

CASVS. M. Cicero Terentiã in matrimonio habuit. ex eaq́; Formianum fundum nomine dotis accepit. Quæro, an Cicero hũc fundũ aut alienare, aut pignori dare, conſentiente Terentia poſſit? Non poteſt, ait, quacunque terrarum imperium noſtrum extenditur. Cor. Vib.

¶ Not. quòd regulariter dominus poteſt alienare. Item, quòd res dotales, vel quaſi prohibentur alienari: etiam volẽte vxore. Item, not. diſpoſitionem legis Iuliæ, quæ approbatur in his, quæ directò diſponit: in his verò quæ à contrario ſenſu colligi poterant ex ea, corrigitur. Item, quod lex Iulia faciliùs permittebat fundum alienari, quàm obligari. poſſet fortè ipſius ratio colligi ex tex. in l. ſi pupillorum. §. ſi Pretor. ff. eo. Item, not. fragilitatem ſexus mulierum. Syl.

¶ a Dotale prædium. ſ. inæſtimatum: vt C. de rei vxo. actio. l. vnic. §. & cùm lex. verſic. in fundo autem. Aliàs ſi æſtimatum eſſet, poſſet alienari, niſi æſtimatio fiat, vt ſciatur quantum valet; vt C.

ADDITIO. Sed iure canonico indiſtinctè valet alienatio vxore cõſentiente & iurante. c. licet mulieres. de iureiuran. lib. vj. niſi prius iuraſſet ſe nunquam tali alienationi faciendæ velle conſentire.

† Dotale prædium. Quod iuregentiũ in dominio vxoris manet, iure ciuili fit mariti. Alienare tamen illud, aut pignori obligare, nec conſentiente quidem vxore poteſt. l. non. §. & cùm lex. ff. de rei vxor. actio. l. quamuis. 75. C. de iure dot. N.A.

¶ b Inuita muliere. Ergo ea volẽte poterat, vt innuit, quod corrigitur ſtatim.

† Legem Iuliam. de adulter. & dotib. N.A.

¶ c Prohibetur. Niſi prouocetur ad diuiſionem fundi dotalis. vt C. de fund. do. l. fin. Item, niſi ex neceſſitate, vt Co. de libe. cauſ. l. j. Item, niſi cùm vniuerſitate, vt ff. de fund. do. l. j. Itẽ, niſi vertatur ad vtilitatem mulieris, vt ff. de fur. dot. l. fin.

¶ d Alienare. Hoc largè accipias, ſiue dominium mutetur, ſiue ius aliis conſtituatur, vt C. de reb. alie. non alie. l. fi. & in auth. de nõ alie. §. alienationis. & ff. de fun. do. l. Iulianus.

¶ e Ipſius ſit. ſ. de iuregentium, vt per traditionem: & ciuili ſcilicet approbatione: ſecundùm Ioann. Alij dicunt de iure ciuili, ſcilicet fictione, non iuregentiũ: vt Co. de iur. do. l. in rebus. Sed quod ibi dicitur de iure naturali vxorem dominam eſſe, verum eſt primæuo iure, quo dicitur: Quicquid calcauerit pes tuus, &c. non naturali. id eſt iure gentium, ſed rerum domina dicitur, quo ad ſpem, & quantum ad hoc, vt ex eis ſuſtentetur: ſicut filij dicuntur domini rerum pater-

narum:vt ḹ.de hær. quali.& diff.§. ſui ver.ſed ſui quidē.& C.de furt.l.quamuis.& C.rer. amo.l. j. vel domina. eſt inſpecto exitu. ſicut filius dicitur dominus:vt ff.de lib.& poſthu. l.in ſuis.

¶ k In perniciem. id eſt deſtructionem.

¶ l Conuertatur. Similia ſunt,vbi etiā dominus non alienat. vt Co. ad legem Iul.ma.l.fi.& C.de hær.& Ma.l. Manichæos. §.pen.& C.de præd. decu.l.fi.lib. x. & ḹ.eo.§. nunc admonendi.

ADDITIO.

Dotis dominiū an ſit mariti, vel vxoris.

Circa hoc dicas, quod verū, & effectuale dominium habet maritus: ſed fictum & interpretatum habet vxor,ex quo cū viro viuit continuò, & præſumitur eadem perſona.

¶ a Corrigētes. In duobus capitulis, & in aliis non.

¶ b Deduximus. Vt C. de rei vxor. actio. l.vnica. §. & cūm lex.

¶ c Lex. ſcilicet Iulia.

¶ d Italicæ,i.in Italicis prohibebat alienationem: & hoc erat primum eius vitium.

¶ e Inuita muliere. Sed ea volēte concedebat,& hoc erat ſecundum vitium.

N.A. † Hypothecas. Notandum παράδοξον: vt maritus vendere prædium dotale, conſentiente vxore potuerit,oppignerare non potuerit: quia facilius,& leuius ad oppignerationem, quàm ad alienationem mulieres adducuntur.

¶ f Volente ea.ſimiliter prohibebat.

¶ g Vtrique.ſcilicet vitio.

¶ h Interdicta. Quid ſi fiat? Reſpon. vendicat maritus, conſtante matrimonio,contra factum ſuum veniens, cūm fuerit contra legem:vt Cod. de agri.& cen.l.quemadmodum. Circa fi. lib.xj. & de rei ven.l. dote. ſed diſſoluto eo mulier repetit:vt C.de iure do.l.in rebus Idē in prælato eccleſiæ alienante rem eccleſiæ:quia poteſt eam repetere prælatura durante: vt ext.de reb.eccl. non alienandis. cap. ſi quis presbyterorum.

Alienās quandoque repetit, quod alienat.

¶ i Neque conſentientibus. Speciale vt ſuo fauori non poſſit renuntiare: quia etiam rei publicæ intereſt: vt ff. ſol. matri.l.j.ſic ff.de pact.do.l.de die.

corrigentes [a], in meliorem ſtatum deduximus [b]. Cùm enim lex [c] in ſolis tatummodo rebus locum habebat, que Italicæ [d] fuerant, & alienationes inhibebat, quæ, inuita muliere [e], fiebant: hypothecas † autem earum rerum, etiam volente ea [f]; vtrique [g] remediū impoſuimus, vt etiā in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitę sūt, interdicta [h] ſit alienatio vel obligatio: vt neutrum eorum, neque conſentientibus [i] mulieribus, procedat:ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem [k] ſubſtantiæ earum, conuertatur [l] *.

¶ Pignus non ſolum ex debitoris pactione a creditore diſtrahi poteſt, quamuis dominus non ſit: ſed etiamſi nulla pactio de vendendo pignore interuenerit, modò à iure præſcripta forma ſeruetur.

ADDITIO.

Domini multi ſunt,qui ſuas res alienare non poſſunt.

Vnde verſus,Cōiunx, eccleſia, furioſus, ménteque captus, Prodigus,atque minor exiſtens ſub patre natus: Aduerſus fidei, maieſtatis reus, iſti Res alienare proprias de iure vetātur.Prætacto debet ſub iure decurio ſcribi. Aret.

**conuertentur.*

¶ Contra autē. CASVS. Antonius pro mille aureis, quos Vatinio mutuo dedit, fundum eius pignori accepit:ea lege, vt niſi pecuniā intra annum diſſolueretur, fundum ei vendere liceret. Quæro anno confecto, neque diſſoluta pecunia, an liceat Antonio fundum Vatinij vendere, quum dominus eius non ſit:licet. Quid vero ſi ea lex adſcripta non ſit, niſi intra annum, &c. Licebit etiam Iuſtiniani lege. cuius hæc ſumma eſt:vbi de vendendo pignore non conuenit, appellandus eſt primùm debitor, vt ſoluat: qui ſi deinde ceſſarit biennio, pignus diſtrahi poterit. Si non reperiatur emptor, rurſus admonebitur debitor: qui ſi porrò ceſſet,creditor ſibi ius dominij impetrabit. tameſi licebit adhuc intra biennium debitori recuperare rem ipſam, ſi creditori offerat totum debitum, cum eo quod eius intereſt à tempore moræ.Hoc maluimus exponere, ne hiātem ſtudioſi animum relinqueremus: quod Tribonianus præceptor barbarus,& imperitus fecerat. Cor. Vib.

¶ Not.caſum in quo nō dominus trāſfert dominium.Itē quod eo ipſo quod debitor noluit pignus,videtur dare licentia

Digitized by Google

Contra [a] autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non ſit, alienare [b] poteſt. ſed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari: qui ab initio contractus pactus eſt, vt liceret creditori pignus vendere, ſi pecunia nõ ſoluatur [c]. Sed ne creditores ius ſuum perſequi impedirentur [d], neque debitores temerè [e] ſuarum rerum dominium amittere viderentur, noſtra conſtitutione [f] cõſultum eſt, & certus modus [g] impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſſit procedere: cui⁹ [h] tenore † vtrique parti creditorum, & debitorũ, ſatis abundéque prouiſum eſt.

Pupillo rerum ſuarum ſine tutoris auctoritate interdicta eſt alienatio: ideò mutuò datas pecunias accipientis non facit, ſed aut extãtes vendicat, aut bona fide conſumptas condicit, aut ſi mala fide abſumptæ ſint, de his exhibendis agit.

Nunc admonendi ſumus, neq; pupillum, neque pupillam vllam rem [i] ſine tutoris auctoritate alie-

centia vendendi. Item, quòd creditor non eſt impediendus ius ſuum perſequi. Item, quòd ex abrupto non debet amitti res ſua à domino debitore. Syl.

a Contrà. id eſt, è contrario.

N.A. † Ex pactione. Expreſſa, vel etiam tacita. Nã cùm vſitatũ hoc pactum eſſet, & vulgare tandem etiam omiſſum, tamen adhibitũ intelligebatur. l. iiij. ff. de pig. actio. & hæc eſt vis, atque effectus pignoris.

¶ Poſthumi quoque. CASVS. C. Rabirius quū liberos haberet nullos, ſed tantùm vxorem grauidam, teſtamentum ſcripſit, verbum de poſthumo nullum faciens, fortè quod grauidam ſe habere vxorem ignoraret. Et defuncto naſcitur poſthumus. quæro, an valeat teſtamentum? minimè. Sed qua de cauſa? vtrùmne præteritone poſthumi, item, vt filij: an verò agnatione? Agnatione, inquit. Quid ſi mulier abortum fecerit? valebit teſtamentum. Poſthumi namque nomine non continetur abortiuus. Quid ſi nata ſit poſthuma? Teſtator eam nominatim exhæredare non cogitur, ſed tantùm ei aliquid legare. veluti, Poſthumæ meæ, ſi qua naſcetur, centum aureos lego. Corn. Vib.

† Poſthumi. Sunt autem poſthumi propriè, qui ante patris mortem concepti, poſt eius mortem, intra decem menſes naſcuntur. l. tertia. § vltimo. ff. de ſuis & leg. hæred. Gellius libro 3. cap. 13. N.A.

e Inſtitui. Iſta inſtitutione ex præſenti matrimonio naſcituri, & ex futuro inſtitui videntur: vt ff. de libe. & poſthum. l. placet. & l. prima. ideóque. Quid in exhæredatione poſthumorū,

an omnes ſiue ij, qui ſunt in vtero tantùm, an alij qui ſunt naſcituri ex præſenti matrimonio, vel futuro intelliguntur exhæredati? Reſpon. non: cùm maſculi debeant nominatim exhæredari, vt ĩ. eodẽ. §. maſculos. Accurſius.

ADDITIO. Et hæc vera: licèt gloſ. teneat contrarium in dicta l. placet. quam ſaluat Io. Fab. vbi eſſent appoſita verba multiplicatiua, vel vniuerſalia: quiſquis, quicunque, & ſimilia, ſecus, ſi indefinita tantùm, vt hic.

*enim.

¶ a In eo. ſcilicet quod ſequitur: quod & filio, &c.

¶ b Omnium. ſ. poſthumorũ ex ſe naſciturorũ, & ex filiis ſuis: licet in iam natis non ſit par conditio: vt ſuprà eod. §. ſed non ita.

N.A. † Siue fœminini. Nota, maius eſſe ius filiæ poſthumæ, quã natæ.

*poſthuma.

¶ c Maſculini. Siue ex maſculo, ſiue ex fœmina.

¶ d Agnatione. i. natiuitate. ſic ĩ. quib. mod. teſt. infir. §. primo.

¶ e Rumpitur. Si verò exhæredabatur, de inofficioſo agebatur: vt ĩ. de inoffic. teſta. §. poſthumi. Hodie verò exheredari non poſſunt: vt C. de inofficio. teſtament. l. ſi quis. §. legis.

Poſthumi hodie exhæredari non poſſunt.

¶ Adde hoc eſſe eo, quia cùm exhæredatio non valeat ſine iuſta cauſa, poſthumus autem non poſſit committere. non poteſt exhæredatio illius valere. & ponit gloſ. fina Syl.

¶ f Infirmatur. Hic adde quod eſt ff. de milit. teſta. l. ſi filiusfamilias. *l. j.*

vel exhęredari. Et in eo [a] par omniũ [b] conditio eſt, quòd & filio poſthumo* & quolibet ex cæteris liberis, ſiue fœminini † ſexus, ſiue maſculini [c] præterito, valet quidem teſtamẽtum: ſed poſteà agnatione [d] poſthumi, ſiue poſthumæ rũpitur [e], & ea ratione totum infirmatur [f]. Ideóque ſi mulier ex qua poſthumus, aut poſthuma ſperabatur, abortũ [g] fecerit, nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonę [h] *vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari ſolebant: dum tamen ſi inter cęteros [i] exhęredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per obliuionem †. Maſculos verò poſthumos, id eſt, filios, & deinceps placuit nõ aliter rectè exhęredari, niſi nominatim exhęredarẽtur *: hoc ſcilicet modò: Quicũq; mihi filius genit⁹ fuerit, exhæres eſto.

¶ Ex filio nepos viuo patre ſuus hæres, auo non eſt, quamuis in eius ſit poteſtate: ſed viuo auo ſi patrem mori contigerit, eius patris locum ſubintrans quaſi agnaſcendo ſuus hæres fit: idcirco inſtitui: vel exhæres fieri debet: ne illius præteritio aui teſtamentum infirmet.

¶ g Abortum. Qui eſt pro non nato. vt ff. de verb. ſig. l. qui mortui. & Cod. de poſthu. hæred. l. j. Accurſius.

ADDITIO. Idẽ in ſeminato mortuo, antequàm perfectè extrahatur. Secùs tamen in nato exſecto ventre, qui non declinat ad mõſtrum, dummodo habeat pulſum etiam ſi vocem non emiſerit. Vide Ang. hic.

¶ h Perſonæ. ſcilicet poſthumæ. nam iam natis fœminis non erat neceſſe legari: vt Co. de libe. præte. l. maximum. in fine. & §. eodem. §. ſed non ita.

*exhæredentur.

¶ i Inter cæteros. Hodie per conſtitutionem omnes nominatim: vt infrà eo. §. ſed hæc. verſi. noſtra. Sed nouiſſimo iure non, cùm non ſunt ingrati: vt in authent. vt cùm de ap. cog. §. aliud.

ADDITIO. Quæ cauſa debet exprimi, & per hæredẽ probari: vt in auth. ex cauſa. Cod. de lib. præteri. Ang.

† Obliuionem. Legatum poſthumæ relictum, excuſat teſtatorem ab obliuione: ſiue legatum poſthumæ relictum, obliuionis ſuſpicionem adimit. l. vltima. §. vltim. ff. de bon. quæ lib. N.A.

¶ Poſthumorum. CASVS. Aurelius habet filium Lucium in poteſtate, & ex eo nepotem: quæro ſi teſtamentum faciat Aurelius, vtrius mentionem facere debeat? Filij. Quid ſi nepotem præterierit? nihil id teſtamento nocebit. Quid verò ſi Lucius aut mortuus ſit, aut de patris poteſtate exierit? tũc nepos in eius ſuccedet locum, ſitque

Digitized by Google

¶ Poſthumorũ [a] autẽ loco [b] ſunt & ij, qui in ſui hæredis [c] † locum ſuccedendo, quaſi agnaſcẽdo [d] ſiũt parentibus [e] ſui hęredes. vt ecce, ſi quis filiũ, & ex eo nepotem neptémve in poteſtate habeat: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet, quãuis nepos quoque, & neptis ex eo in eadẽ poteſtate ſint. Sed ſi filius eius, viuo eo, moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius: incipit nepos, neptíſve in eius locum ſuccedere: & eo modo iura ſuorum hęredum quaſi agnatione nãciſcitur *, Ne ergo eo modo rumpatur * eius teſtamentum: ſicut ipſum filium, vel nominatim exhæredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum, ita & nepotem, neptémve ex filio neceſſe eſt [f] ei vel hęredẽ inſtituere, vel exhęredare: ne fortè, eo viuo [g] † filio mortuo, ſuccedendo in locum eius nepos neptíſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idq; lege Iulia Velleia [h] * prouiſum eſt: in qua ſimilis [i] exhæredationis modus ad ſimilitudinẽ poſthumorum demonſtrantur.

ſitque hæres ſuus: ideóque præteritus agnaſcendo rumpit teſtamentum. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd hi nepotes ſubintrantes gradum ſuitatis, dicuntur quaſi poſthumi, & ſic non verè. Itẽ, quòd ſuus hęres dicitur, qui obtinet primũ gradum ſuitatis. Item, ꝙ ſemper debemus interpretari, vt teſtamentũ valeat. Sylu.

¶ a Poſthumorũ. Sic ff. de iniuſt. rupt. teſtament. l. poſthumorũ. vbi omnino habetur iſte §.

¶ b Loco. Non tamẽ veri poſthumi ſunt: vt ĩ. eodem. §. hoc in fine.

¶ c In ſui hæredis. Infrà de hęredum quali. & differ. §. ſui.

N. A. † Sui hæredis. Suus hæres dicitur, qui in patrisfam. poteſtate proximũ ab eo locum obtinet. §. ſui autẽ de hæred. qual. & differ. Sui autem, alij ſunt natura, alij ſucceſſione. Natura, vt filij, ſucceſſione, vt nepotes qui in filiorum de familia ſublatorum locum, gradúmque ſuccedunt. Quandiu enim in familia filius eſt, tandiu nepos ſuus hæres eſſe non poteſt. Suus autem idcirco dicitur, quia patre mortuo, non tam alienarum, quàm ſuarum quodammodo rerum plenum dominium adipiſcitur, quarum etiam illo viuo hæres deſignatus fuerat. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. l. vltima. ff. de bon. damnat. Nepotis filio ſuperſtite, antiquo iure haberi ratio non poterat, quia neque vt ſuus, neque vt alienus inſtitui poterat, & in ſui patris poteſtatem recaſurus erat: ſed quia mortuo filio in eius locum ſuccedens, teſtamentum præteritus, quaſi adgnaſcendo rumpebat. lege Iunia Velleia cautum eſt, vt eos inſtitui liceret. l. 13. ff. de iniuſt.

¶ d Adgnaſcendo. Id eſt, ſubtus, vel poſteà naſcendo, ſicut poſthumus verus: non enim naſcitur, cùm natus ſit: vt ſ. de adoptionibus. §. j. Vel dic agnaſcendo. i. incipiendo eſſe agnati, quoad effectum ſuccedendi.

¶ e Parentibus. ſcilicet maſculis. nam teſtamẽtum fœminæ non rumpitur ꝑ legẽ Velleiã, vt ff. de liber. & poſth. l. Gallus. §. nũc de lege. ibi, nã & ſi ita verba ſũt. ſed per querelã irritatur: vt Co. de inoffi. teſt. l. iij. & ĩ. eo. §. mater.

N. A. † Alia ratione. Emãcipatione.

¶ Neceſſe eſt. cauſatiuè, ſ. ne rumpatur teſtamentum, vt ſequitur: nõ præciſè: vt C. de adoptionibus. l. penulti. §. quæ in filio.

¶ g eo viuo. Secus, ſi poſt: vt ff. de iniuſt. rupt. teſt. l. ſi quis filio. & in hoc differt à vero poſthumo. Item, differt ab aſcendentibus: vt ff. de inof. teſtam. l. pater filium.

N. A. † Eo viuo. Eo ergo viuo, patre ſcilicet.

¶ h Velleia. Nomẽ eſt cuiuſdam nouæ legis: ſed ius Galli Aqlij antiquius eſt, & loquitur in verò poſthumo, vt ſtatim dicam, vt ff. de liber. & poſth. l. Gallus. §. ſi eius qui filium.

¶ i Similis. In variis poſthumis talis erat modus: ſi, me mortuo, naſcetur mihi filius intra decem menſes: vt ff. de lib. & poſthum. l. Gallus. j. reſpon. & §. j. ij. iij. & iiij. ſic ergo & hic per legem Velleiam. ſi ſuus hæres ſuus eſſe deſierit, viuo teſtatore: vt ff. de libe,

* nãciſcuntur. D.
* rũpãt.
* In P. F. vbique ſcriptum eſt Iunia Velleia.

& poſth.l.Gallus.§.videndum eſt nun. & in hoc habet locum lex Velleia. ſic etiam eſt paritas ab inteſtato, vt j. de hære.quæ ab inteſtat.§.cùm autem.

ADDITIO. Pro, ſimilis, Aemy.Ferret. legit Simul. quis enim (ait) ſic loquitur, ſimilis ad ſimilitudinẽ? Eſt autẽ ſenſus non ſolũ lege Velleia ſecundo capite fuiſſe conſtitutum, queadmodum nepotes, quaſi poni (vt ita dicã) ſui agnaſcendo nõ rũperẽt teſtamentũ: ſed ſimul idem modus exhæredationis, qui de poſthumo traditus eſt, obſeruetur, ſ.vt hi nominatim exhæredandi ſint, ſi fuerint maſculi fœminę verò ſaltem inter cęteros, dũmodo ex legato oſtẽdatur non fuiſſe præteritas per obliuionem.

a Emancipatos. CASVS. Metelli⁹ filiũ emancipatũ: teſtamentũque faciens mẽtionẽ eius prætermiſit. quæro, an valeat teſtamentum? Iure duodecim tabularum valet, quia emancipati non iam ſui, ſed alieni ſunt. Pretor verò dat eis poſtulantibus patris bonorum poſſeſſionem: contra quam pater in tabulis ſcripſerat. Cor.Vib.

¶ Emãcipati neque liberi inſtituti, vel exhęredari debent: alioqui eis præteritis (quãuis iure ciuili ſuccurſum non ſit) iure prætorio bonorũ poſſeſſio cõtra tabulas datur.

a Emancipatos liberos iure ciuili a, neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe eſt b, quia nõ ſunt ſui hæredes c †. Sed prætor oẽs tã fœminini d ſexus ꝙ maſculini, ſi hæredes non inſtituantur exhæredari iubet: virilis ſexus, nominatim: fœminini verò * inter cæteros: quia ſi neque hæredes inſtituti * fuerint, neque ita (vt dixim⁹) exhæredati e *: permittit * eis Pretor † f contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

¶ Adoptiui quãdiu in adoptãtis nexibus cõſtituti ſunt, haud ſecus quã naturales liberi inſtituẽdi vel exhæredãdi ſunt: adoptione verò ſoluta impune ab adoptãte patre prętereuntur: quo tamẽ ad naturalẽ patrẽ tãquam ab eo emancipati haberi incipiunt.

g Adoptiui liberi quãdiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iu-

* inſtituuntur.

* exhæredantur.

* promittit.

Not. emancipatos incognitos eſſe à iure ciuili. Item, quòd emancipati de iure Prætorio poſſunt contra tabulare teſtamentum. Item, quòd teſtamentum, in quo emancipatus eſt præteritus, non eſt ipſo iure nullum. Hodie tamen ex quo differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis ſublata eſt, non eſt differentia inter ipſos. Syl.

a Iure ciuili. Sic j.de hæ. quæ ab inteſt §.emancipati.

b Neceſſe eſt. Nam nihilominus tenet teſtamentum. aliud in eo, qui eſt in poteſtate: vt ſ.eod.in princip.

c Sui hæredes. Supple, & quia deſierunt eſſe hæredes ſui: aliàs non eſſet bona ratio: cùm filij neceſſe habeant patres inſtituere: licet non ſint patres ſui hæredes ad filios. Filius autem emancipatus per capitis deminutionem deſinit agnatus eſſe, & remanet cognatus, quàm non cognoſcitur à iure ciuili: vt j. de hære. quæ ab inteſt. defer. §. emancipati. & ſ. de legi. agna. tute. §. fi. & ff. de bono. poſſ. l. ſed cum patrono. §. primo. Accur.

† Non ſunt ſui hæredes. Non ſunt ergo ſui: ſuam enim, ac propriam ſibi familiam ſeorſim habent. l. 195. ff. de verbo. ſig. Atque idcirco iam pro extraneis numerantur. §. ij. j. de hær. qualit. & differ. N.A.

d Fœminis. Licèt in ſuis eſſet differentia inter maſculos & fœminas iure ciuili. vt ſ. eod. §. j.

e Exhæredatis. ſ. ritè. aliàs autem exhæredato datur contra tab. vt ff. de bo. poſſ. contra tabu. l. non putauit. §. non quæuis. Item, etiam inſtitutis datur cõtra tab. ſi alius committat eis edictum vt ff. de contra tab. l. iij. §. ſi pater. ver. planè. & ff. de leg. præſtan. petita bonor. poſſeſ. contra tab. l. ſi duo.

† Prætor. Cuius edicto, nimia iuris ciuilis in emancipatos liberos aſperitas emendatur, iiſque bonorum poſſeſſio conceditur. l. j. ff. de bon. poſſ. cont. tab. Vlpianus tit. 22. N.A.

g Adoptiui. CASVS. Mitio adoptauit Aeſchinum, eũmque tamen in teſtamento prætermittit, quæro, an teſtamẽtum rumpat? Maximè. Nam adoptiuorũ ius idẽ eſt, quod naturalium

Quid

ris † habētur[a], cuius ſunt iuſtis nuptiis quæſiti. Itaq; hæredes inſtituēdi[b], vel exhęredādi ſunt, ſecundùm ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo, neque iure ciuili[c], neq; eo iure* quod ad edictum Prætoris attinet[d], inter liberos† connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quandiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorū[e] †numero habeantur: vt eos neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe ſit. cum verò emācipati fuerint ab adoptiuo patre[f], tunc incipiant in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi à* naturali parte emancipati fuiſſent.

¶ Sublata veteri differentia, recentiori iure ſancitū eſt: vt iisdem teſtamento medis & mares, & fœminæ inſtituantur, vel exhæredes fiant, idque in reliquis liberis, vt putà nepotibus, neptibus, & deinceps, necnon & in poſthumis, & emancipatis filiis obſeruare conuenit.

¶ Sed hæc[g] quidē vetuſtas[h] introducebat, noſtra ve

Quid ſi eum Mitio emancipauerit, eadem eſt eius ratio, ac ſi à patre Demea emancipatus fuiſſet. quare præteritus à Demea bonorum poſſeſſionem contra tabulas obtinebit, id eſt, Prætor permittet ei patria bona poſſidere, æquè, ac ſi hæres eſſet, neque ſcripto hæredi petēdæ hęreditatis cauſa actionem, ac iudicium dabit. Quid ergo iudicas de Centumuirali iudicio (de quo Valer. Maxim. libr. 7 cap. 7.) quo naturalis patris teſtamentum, in quo filius in alienam familiā per adoptionē tradictus præteritus erat, reſciſſum eſt? Cōtra ius commune ſingulari aliqua ratione id factum eſſe. nā (vt hic dicitur) adoptiui, quandiu in adoptione ſunt, pro extraneis habentur. Mouit ergo Centumuiros quædā ſingularis ratio, quam Valerius Maximus non debuit omittere. item vt eodem capite C. Piſo Præfectus vrbis motus eſt ratione ſingulari, cùm teſtamentum filij in adoptionem dati, quo naturalis pater erat præteritus reſcidit. Octo enim, inquit, filios habebat. Et exhæredatus dixit Valerius, pro præteritus. neque enim pater exhæredari potuit. Cor. Vib.

N.A. † Eiuſdem iuris. Quia ſuorum hæredum ius, ac nomen æquè vt naturales obtinent. l. prima. §. ſecundo. ff. de ſuis & legi.

¶ a Habentur. Quo ad adoptiuum patrem.

¶ b Inſtituendi. Ab adoptiuo patre. Accurſ.

¶ c Iure ciuili. Quod, ſcilicet ius ciuile (ſcilicet adoptionis) quo vocantur ſui adoptiui ad hæreditatem, alio iure ciuili. ſcilicet, per emancipationē ſublatum eſt, quod eſſe poteſt: vt ʃ. de leg. agn. tut. §. ſi.

¶ d Attinet. Qđ vocat emancipatos: vt §. proxi. §. & eſt ratio: quia deſinunt eſſe filij. Sed naturales nō poſſunt deſinere eſſe filij per emācipationem: vt ʃ. de hæred. quę ab inteſt. §. minus ergo. ibi, nec quia.

† Inter liberos. Adoptiui per emancipationē nomen liberorum in adoptiua familia amittunt: in naturali recuperant. l. 4. ff. ſi tab. teſtan.

¶ e Extraneorum. ff. de con. tabul. l. j. §. & ſui iuris.

N.A. † Extraneorum. Nota, emancipatos, extraneorū numero haberi. §. 3. ʃ. de hæred. qualit.

¶ f Patre. ff. de bon. poſſ. contra tab. l. ſi emancipatus. §. penultimo in fine.

¶ Sed hæc quidem. CASVS. Imperator differentia marium ac fœminarum ſublata, ſanxit, vt eadem ratione tam mares quàm fœminæ exhæredentur, ſiue poſthumi, ſiue iam nati, ſiue emancipati, & ſiue primo, ſiue inferiori gradu ſint. Cor. Vib.

¶ g Sed hæc. ſcilicet ſupradicta à principio tit. vſque ad §. emancipatos. Et dic hæc, ſcilicet differentiam ſexus & gradus, & modi exhæredationis: vt ſuprà eod. §. j. & §. poſthumi. & §. ſed fœminini. non autem dicit de iis, quæ poſtea vſque modo dicta ſunt à §. illo emancipatos.

¶ h Vetuſtas. id eſt, media iuris prudentia, vt ſtatim ſequitur.

rò cōſtitutio a †inter maſculos & fœminas† in hoc b iure nihil intereſſe c exiſtimans: quia d vtraq; perſona in hominū procreatione ſimili *naturæ officio e fūgitur: & lege antiqua f duodecim tabularū omnes ſimiliter ad ſucceſſionē ab initio vocabantur: quod & Prætores poſteà ſecuti eſſe videntur g: ideo ſimplex h, ac ſimile ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilē ſexum i perſonis, non ſolùm iā natis, ſed etiā poſthumis introduxit: vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhæredentur, & eundē habeāt effectum k circa teſtamēta parentū ſuorū infirmāda, & hęreditatem auferēdā, quā filij ſui, vel emancipati habent: ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero cōſtituti, poſteà nati ſint l. Circa adoptiuos autē filios certam induximus diuiſionem, quæ in * noſtra conſtitutione † m, quam ſuper adoptiuis tulimus, continetur.

¶ Præteritio militis in expeditione reſtantis, ſi ſcit ſe habere liberos, pro exhæredatione ei habetur. Aretin.

¶ Sed ſi in expedi-

a Conſtitutio. C. de lib. præt. vel exhær. l. maximum.

N.A. Noſtra verò conſtitutio. Iuſtiniani lege differentia inter ſuos, & emancipatos ſublata eſt. Itaque liberi præteriti cuiuſuis generis, gradꝰ, aut ſexus ſint, teſtamentum vitiāt. l. 4. Cod. de lib. præter.

N.A. Fœminas. Nota, quòd Iuſtinianus in omnibus ferè iuris articulis fœmineo ſexui impenſius fauit.

* ſimiliter.

b In hoc. Aliàs enim multæ differentiæ ſunt: vt ff. de ſta. ho. l. in multis.

c Nihil intereſſe. Vt in auth. quib. mod. natura. effi. ſui. §. nō autem.

d Quia. Prima ratio.

e Officio. id eſt, ſimili officio. vna enim indiget altera ad procreationem ſobolis, & hæc eſt prima ratio. l. xij. tab. vt C. de leg. hæred. l. legem.

f Lege antiqua. Argumentatur ex iure antiquo. Sic ſ. qui manumi. non poſ. §. fi. & hæc eſt ſecunda ratio.

g Videntur. ſcilicet dando filiæ bo. poſſ. contra tabul. in totum: licèt non poſſit dicere nullum. vt C de lib. præter. l. maximum. ibi, & ſi ij, ſic fuerit præteritus, &c. & hæc eſt tertia ratio. Accurſius.

Adde, quòd hæc omnia latiùs ponit gloſ. quàm ſequen. doct. in d. l. maximum: vitium. Syluest.

h Simplex. Ad differentiam antiquæ diſtinctionis: vt ſuprà eodem paragrapho primo.

i Per virilem ſexum. Quid de deſcēdentibus per fœmininum? Reſpon. admittuntur, ſed cum deminutione tertiæ partis: vt ī. de hæred. quæ ab inteſt. §. item vetuſtas. verſic. diu. & C. de collatio l. illam.

Adde, quòd hodie ſublata eſt differētia, & æqualiter, & ſine deminutione ſuccedunt. authent. & ſine. Codice de coll. Syluest.

k Eundem habeant effectum. Quo ad cōmodum, diuerſo tamen iure: nam ſuus præteritus & dicit nullum, & cōtra tab. habet, ſi non vult dicere nullum, quando præteritus eſt. Sed emancipatus tāum habet contra tabu. vt Co. de lib. præt. l. maximum. §. ſancimus itaque, &c. & ff. de leg. præſtand. l. is, qui. Si autem exhæredentur, habent querelam omnes: vt ff. de cōtra. tab. l. non putauit. §. non quis. & de inoffi. teſta. l. Papinianus.

Hæres ſuus præteritus habet duo remedia emancipatus vnum.

* *abeſt.*

Querela datur emancipatis.

l Poſtea nati ſint. Qui exhęredari nō poſſūt: vt diximus ſ. e. §. poſthumi.

m Conſtitutione. C. de adop. l. cùm in adoptiuis. & recitatus. ſ. de adopt. §. ſed hodie.

N.A. Noſtra conſtitutione. Qua etiā cauetur, vt ab alio, quàm auo, vel proauo adoptatus, patri naturali neceſſarius ſit hæres: adoptiuo verò, vel neceſſario, vel volenti: ab illis autem adoptatus ſuus efficiatur illis, patri naturali planè alienus. l. pen. C. de adopti.

Sed ſi in expeditione. CASVS. Thraſymachus dum in caſtris eſſet, teſtamentum condidit. cùm liberos haberet, neque id ignoraret, nullam tamen eorum mentionem fecit: quæro, an valeat eius teſtamentum? Valere reſpondet, idque honori militantium tri-

butum

tione occupatus [a] miles teſtamẽtum faciat, & liberos ſuos iã natos, vel poſthumos nominatim non exhæredauerit, ſed ſilẽtio * † præterierit, non ignorans [b], an habeat liberos, ſilentium eius pro exhæredatione [c] nominatim facta valere, cõſtitutionibus principum * cautum eſt.

¶ Matris aliorúmve per lineã maternam aſcendentiũ præteritis vim exhæredationis obtinet: idem eã ad eorum ſucceſſionem citra querelam aſpirare non poteſt præteritus filius.

¶ Mater [d], vel au⁹ maternus neceſſe non habẽt liberos ſuos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare, ſed poſſunt eos ſilentio * omittere: nã ſilentiũ matris †, aut aui materni, & cęterorum per matrem aſcendentium, tãtùm facit, quãtum exhæredatio patris. neq; enim matri filiũ, filiámve, neque auo materno nepotem, neptémve ex filia, ſi eum, eamve heredem non inſtituat, exhęredare neceſſe eſt: ſiue de iure ciuili [e] quæramus, ſiue de edicto [f] Prętoris, quo Prętor * præteritis liberis cõtra tabulas bonorum poſſeſſionẽ * permittit: ſed

butum eſſe. Cornel. Vibul.

¶ a Occupatus. Quid ſi non eſt in expeditione? Reſp. ius commune obtinet: vt ſ. de mil. teſt. §. illis.

N. A. † Silentio. Silentium militis, valet pro exhęredatione: dummodo filiũ ſe habere non ignoret. l. 9. l. 10. C. de teſtam. milit.

¶ b Non ignorans. Si enim ignorat, nõ valet teſtamentũ: vt C. de teſt. milit. l. ſicut certi iuris. niſi fuerit eius animi, vt ſi filiũ haberet, eſſet exhæres: vt ff. de mil. teſt. l. q iure militari.

¶ c Pro exhæredatione. Ideó que querela inofficioſi teſtamẽti agitur, ſed hoc cũ miles eſt paterfamiliàs: nã tũc, non poteſt habere locũ caſtrenſe peculium: ſi enim eſſet filiusfamiliàs, non haberet locum querela: vt C. de inoffic. teſtament. l. fin. §. ſi.

¶ Adde rationẽ: quia cùm filiusfamiliàs nõ teſtetur niſi in caſtrẽſibus, vel quaſi non ſubiacent talia bona, & peculium tale querelæ. l. fin. de inoffi. teſta. Hodie verò indiſtinctè ſubiacet querelæ, vt per Bartol. & alios in authent. ex cauſa. C. de liber. præter. Syl.

ADDITIO. Iſta gloſ. hodie eſt falſa: vt not. ſ. de mil. teſt. §. illis autem in gloſ. ſuper verbo, iure tamẽ communi.

¶ Mater. CASVS. Tulliola filiũ habuit: quũ ea teſtamentum faceret, nullam filij mentionẽ interpoſuit. quæro quid iuris? Præteritione, inquit, non modò mater, ſed & auus, & proauus materni liberos exhæredant. Cor. Vib.

¶ Not. præteritionem maternam haberi pro exhęredatione. Item, hoc iure non dari contra tabulas, contra teſtamentum matris prætereuntis. Item, quòd nec iure ciuili, nec prætorio requiritur exhæredatio in teſtamento matris, vel eius lineæ. Item, quòd Prætor non annullat teſtamentũ, in quo fili⁹ eſt præteritus: ſed dat contra tabulas. Itẽ, quòd præteritis à matre non datur ius dicendi nullum, aut contra tabulandi: ſed querela inofficioſi. Itẽ, quòd dictio Paulò poſt, verificatur in magno interuallo. Syl.

¶ d Mater. Idẽ intelligo in ſilẽtio liberorũ ad maternã lineã: vt Co. de inofficioſo teſtamen. l. cũ filius. Acc.

ADDITIO. Et hæc vera, quando fuit inſerta cauſa, & tunc hoc (quo ad matrẽ, vel ei⁹ lineã habetur ꝑ exhæredatione: & habet locũ querela, vt hic. Quo autẽ ad patrẽ & ei⁹ lineã, ſi ſit facta præteritio à filio in poteſtate, competit ius dicẽdi nullum: ſi ab emancipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expreſſa cauſa teſtamẽtum eſt nullum: vt §. j. in authent. vt cùm de appellatio. cog.

† Silentium matris. Quia matris ſui hęredes nulli ſunt. l. 4. §. 2. ff. de bon. poſſ. con. tab. N. A.

¶ e De iure ciuili. Quia non habet eos in poteſtate: vt infrà de hæredum qualitate & differentia. §. cæteri.

¶ f Edicto. Quo emancipati vocantur: vt ſuprà eodem. §. emancipatos. quia eos non poteſt emancipare: vnde contra tabulas locum non habet: vt hic, & ff. de contra tabulas. l. illud. §. teſtamenta.

* abeſt.

* l. ſicut. & l. ſi cũ C. de mil. teſt.

Præteritio an habeatur pro exhæredatione.

* abeſt.

* abeſt.

* aliàs promittit rectè.

¶ g Eis

Digitized by Google

¶ a Eis. ſcilicet deſcendentibus per lineam fœmininam. datur tamen & aliis, ſed his maximè: vt C. de inofficioſo teſta. l. filiam.

N.A. † Adminiculum. Subſidium querelæ, vt eorum teſtamenta inofficioſi accuſent. l. 3. Cod. de inoffic. teſtam.

aliud eis [a] adminiculum † ſeruatur, quod paulò poſt [b] vobis manifeſtum fiet.

¶ b Paulò poſt. Vt infrà. de inofficio. teſtam. per totum.

TIT. XIIII.

DE HAEREDIBUS inſtituendis [c].

DE HAEREDIBUS inſtituendis.

¶ Continuatur hoc modo: Vidimus de ordinatione teſtamentorum in tit. de teſt. ordi. Verùm quia cauſa efficiens fuit neceſſaria: ideo poſtea poſuit de perſonis teſtantium: vt in tit. de mili. teſt. & qui teſtari non poſſunt. in titu. quibus licet facere teſtamenta, vel non. aliàs eſt tit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Verùm quia in teſtamentis hæredes inſtituuntur: videndum eſt ergo de hoc in hoc tit. Aretin.

¶ c Inſtituendis. id eſt, qui poſſunt inſtitui: vt infrà eod. vſque ad §. ſi plures. & § fin. Itẽ & qualiter debeant inſtitui: vt infrà eod. §. ſi plures. vſque ad §. fin.

ADDITIO. Inſtituere autem, eſt hæredem In eo iure quod teſtator habet, ſtatuere. Subſtituere verò, ſequenti gradu in eodem iure ſtatuere.

HAeredes. Totus iſte titulus diuiditur in ſeptem partes. Primò ponit regulam generalem, quòd non ſolùm liberi, ſed etiam ſerui, & non tantùm proprij, ſed etiam alieni poſſunt hæredes inſtitui. Secundò, declarat qualiter proprius ſeruus poteſt inſtitui, & quis dicatur proprius ſeruus. Tertiò, quis dicatur alienus, & quomodo poteſt inſtitui. Quartò, quòd non tantùm vnus, ſed etiã plures poſſunt hæredes inſtitui. Quintò, ponit diuiſionem portionum hæreditatis, & de effectu ipſius. Sextò, de inſtitutione ſub conditione. Septimò, quòd etiam ignotus teſtatori poteſt hæres inſtitui. Secunda ibi, Proprios autem. Tertia ibi, Alienus ſeruus. Quarta ibi, Et vnum hominem. Quinta ibi, Hæreditas plerunque. Sexta ibi, Hæres & purè. Septima ibi, Hi quos. Vel diuidas vt diuidit hic gloſ. tit.

CASVS. Aueo nunc ex te audire quoſnam hæredes iure inſtituere poſſimus. ac de liberis quidem hominibus, & ciuibus Rom. nunquam mihi in dubiũ venit: ſed ecce, Simo Dauum habet ſeruum, quæro, an hæredem eum inſtituere poſſit, quum ſerui nihil proprium habeant? Reſpondet poſſe. Quid autem ſi tantùm Daui proprietatem habeat, alius verò vſumfructum? tantundem. Quid, ſi neque proprietatem neque vſumfructum? Tantundem. Syluest.

¶ Liber homo, vel ſeruus proprius, vel alienus, poteſt hæres inſtitui ſine mentione libertatis. Et ille intelligitur proprius, in quo qs habet nudã ꝓprietatẽ. Are.

HAeredes [*] inſtituere [d] ꝑmiſ

*Ex Vlpia. epiſ. ti. 21. 22

¶ Not. quemlibet tam liberum, quàm ſeruum hæredem inſtitui poſſe. Item, quòd hodie ſine mentione libertatis poteſt quis hæres inſtitui. Item, quòd libertas tacitè dari poteſt. Item, quòd proprium dicitur reſpectu nudæ proprietatis. Item, quòd opinio vnius doctoris quando eſt fulcita pluribus rationibus, attenditur cõtra opinionem plurium. Syl.

¶ d Hæredes inſtituere. Quaſi dicat dominos intus in bonis ſuis facere. nam hæres, id eſt, dominus: vt infrà de hæred. qual. & diffe. §. fin. ibi, pro hæred. Item, ideò dixi intus, quia tunc ſubintrat hæres in dominium rerum defuncti, acſi eadem perſona eſſet: vt in auth. de iureiuran. à mori. §. primo. ibi, cùm vtique. & ff. quibus ex cauſis maio. l. cùm miles. in fine primi reſp. Accurſ.

¶ Adde gloſſ. quæ hoc optimè declarat in l. omnium. C. de teſta. ſecùs tamen eſt in poſſeſſione. l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſ. Syl.

ADDITIO. Non tamen eſt idẽ dominiũ, quod erat penes defunctũ: ſed fingitur eſſe idem. Secùs autẽ in poſſeſſione, quã volens perdere, & in alium trãſferre, ſtatim perdit, & noua renaſcitur, ſtatim ꝙ eſt apprehẽſa: & intelligitur ſemper fuiſſe continuata, ſi iterum à nemine fuit occupata. Angel.

* poſſeſſio hæredis an ſit eadẽ cum poſſeſſione defũcti.

¶ a Per

Digitized by Google

¶ a Permiſſum eſt. ſcilicet, à iure.

N.A. † Seruos. Serui perſonam non habēt, in qua ius dominij non conſiſtat l.82. §.vlt.ff.de leg.2. Itaque teſtamenti factio cum ſeruis, ex dominorum perſona introducta eſt.l.31.ff.h.tit.

¶ b Proprios. ſ. ſeruos.

¶ c Alienos. Sic ff.eo. l.non minus.

N.A. † Non aliter. Quia perſonam à mortuo mutuari non poterant: Denique ſeruus heres inſtitutus, à ſemetipſo libertatem accipit.l.xiij.§. 1. ff. de liber. & poſthum.

¶ e Conſtitutione. vt C. de ne. ſer. hæred. inſti. l. cum quidam.

¶ e Eos. ſ. proprios ſeruos.

¶ f Non per innouationē. Quaſi dicat, non induximus hoc de nouo, ſed apud antiquos hoc idē dixerat Attilicinus, vt ſubiicit. Sed contrà ſuprà quibus ex cau. ma. non licet. §. idémque iuris. ibi, Noua humanitatis, &c. Solu. iſte Iuſtin. non inuenit, ſed rationem reddit, cùm non ſit veriſimile, &c. vt ibi, vel aliter. Attilicino placuit & Paulo, ſed in legis neceſſitatem non deduxerunt. ſic & §. de teſt. §. ſed neque hæres. Iuſtin. verò in legis neceſſitatem induxit: vt ex ipſa inſtitutione liber eſſe videatur. Item, nunquid corrigitur, quod aliàs dicitur, ſcilicet, quòd purè inſtitutus, eſt ſub conditione liber: quia expectatur conditionis euentus: vt ff. eod. l. ſeruus. §. j. & l. quoties. §. fin. & l. qui filio. §. j. Reſp. non: quia iſtud locum habet, ꝙ hic dicitur, quādo libertas nec eſt data expreſſè, nec fuit retardata: at ibi expreſsè fuit retardata.

ADDITIO. Quòd autem dicitur in textu, ad Sabinum, ad Plautium: ſic accipe, Annotationes ad libros Sabini, & Plautij.

* ſententiam T.

ſum eſt a, tā liberos homines, quàm ſeruos †: & tā proprios b, quàm alienos c. Proprios autem olim quidem ſecūdùm plurium ſentētias * nō aliter†, quàm cum libertate rectè inſtituere licebat, hodie verò etiam ſine libertate ex noſtra cōſtitutione d hæredes eos e inſtituere permiſſum eſt. Quod non per innouationē f induximus: ſed quoniam · æquius erat, & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tā ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autē ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudā proprietatem g † teſtator habet, alio vſumfructum habente.

¶ Seruus accuſatus de crimine adulterij commiſſi cum domina ſua, nō poteſt ante ſententiā manumitti, nec ab ea hæres inſtitui. Aret.

¶ Eſt tamen caſus, in quo nec cū libertate vtiliter ſeruus à domina hæres inſtituitur: vt conſtitutione h diuorum Seueri, & Antonini cauetur: cuius i verba hæc ſunt k. Seruum adulterio † maculatum l *, non iure

¶ g Nudam proprietatem. Vt iſte liber, & hæres neceſſarius ſit: vt ſuprà eod. §. reſpon. ſed tamen vſufruct. perinde videtur acſi eſſet ſeruus adhuc: vt C. communia de ma. l. j. §. ſin autem proprietarius.

† Nudam proprietatem. Vt proprius eſt ſeruus, in quo nudam proprietatē habemus, ſic viciſſim dicitur alienus, in quo nudū vſumfructum habemus. N.A.

¶ Eſt tamen.

CASVS. Sulpitius Mutiam accuſauerat, ꝙ rem cum Menecrate ſeruo ſuo habuiſſet. Dum iudicium pendet, Mutia teſtamentum facit, & Menecratē hæredem ſcribit: quæro, an valeat teſtamentū? minimè. Corn. Vibul.

¶ Not. ꝙ pendēte iudicio criminali, nihil eſt innouandum. Item, ꝙ mulier non poteſt manumittere, aut inſtituere ſeruū ſecum adulterio maculatum. Syluest.

* adulterij accuſatū. D.

¶ h Conſtitutione. ſ. Græca, quam non habemus, Accurſ.

¶ i Cuius. ſcilicet conſtitutionis.

¶ k Verba hæc ſunt. quæ ſequuntur.

¶ l Maculatum, id eſt, accuſatum. Nam aliàs eſt in litera, accuſatum: vt ff. eod. l. his verbis. §. interdum. vbi de verbo ad verbum ſunt iſta, quæ hic dicuntur: excepto quod non ſcribitur maculatum vt hic, ſed accuſatum. ſimilis expoſitio dicitur in libro Sapientiæ de Ioſeph: Maculauerunt me impij. Et alibi in diuina ſcriptura: mendaces oſtendit, qui maculauerunt eum, id eſt accuſauerunt eum.

† Adulterio. Vel dic, maculatū, id eſt, damnatum, & peractum: Et ita emendanda. N.A.

Digitized by Google

danda l.xlvj.ff. hoc tit. propter l.viij. C. de adulter. Cauſa legis eſt, ne ſerui ante finitam cognitionem, tormentis & quæſtioni ſubtrahantur l.xij. ff. qui & à quib. Dic etiam, adulterio maculatam, id eſt, infamatam, propter dominatū.

¶ a Manumiſſum. ſ. videri: vt poſtea ſubiicit: & dic manumiſſum ſimpliciter, non inſtitutum, & ex hoc infert, quod ſequitur, quòd nec cum inſtitutione fieri poteſt liber, vt ſubiicit: quare ſequitur, &c. Aret.

¶ b Poſtulata. i. accuſata de eodem adulterio cum ſeruo proprio cōmiſſo, pro quo grauiter punitur vterque: vt C. de muli. quæ ſer. pro. ſe iun. l.j. in pr. Quid, ſi cum extraneo commiſit adulterium? Reſp. nec tunc manumittitur vſque ad lx. dies: vt C. de adu. l.iij. & ff. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. [Adde, quia ratio eſt, quòd eis manumiſſis non poſſunt torqueri ad probandum delictum. l. proſpexit. ff. qui & à quib. Syl.] Item, quid, ſi adulterium tale commiſit, non tamen accuſatur adhuc? Reſp. bene poteſt manumittere, ſed in crimine læſæ maieſtatis eſt ſpeciale, vt poſt commiſſum crimen tale, non poſſit manumittere, vel teſtari: vt C. ad leg. Iul. maieſt. l. fi. & ff. de dona. l. poſt contractum. & l. donationes. §. fin.

¶ Adde, quòd hoc eſt verum, niſi maritus fecerit diuortiū gratia accuſandi. d. l. proſpexit. §. fin. cum l. ſeq. ff. qui & à quibus. Syl.

¶ c Nullius momenti habeatur. Quia ſi valeret inſtitutio, valeret libertatis datio: vt ſuprà eod. j. reſp. & ſuprà quibus ex cauſis manumit. non lic. §.j. & ita nota argum. quòd vbi aliquid prohibetur fieri directò, ſimiliter & per obliquum prohibetur: ſic ff. de condi. inſtitu. l. quæ ſub conditione. §. ſed ſi ſub. ibi, ſed eſt verius. Item argu. quòd, caſſato principali, caſſatur quicquid ſequitur ex eo, vel ex his. vt C. de legib. & conſtitutionibus. l. non dubium.

¶ Adde hoc verum, vbi eſt eadem ra-

teſtamento manumiſſum [a] ante ſententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata [b], rationis eſt. Quare ſequitur, vt in eundem à domina collata hæredis * inſtitutio, nullius momenti habeat [c].

¶ Seruus in quo quis habet vſumfructum, dicitur alienus: & ideo inſtitutus cū libertate ab vſufructuario non conſequitur libertatē ipſam. Aret.

¶ Alienus ſeruus etiam is intelligitur, in quo vſumfructum teſtator [d] habet *.

* hæreditatis alias vtrunque abeſt.

* habebat T.

tio. l. ſi is. C. de præd. minor. Item vbi cauſatum eſt quid ratione temporis. l. ij. & ibi glo. ff. de luit. pignor. Aduerte tamen, quia videbatur probari contrarium ex hoc text. quia inſtitutio non ſequitur ex libertate, ſed potiùs libertas ex inſtitutiōe, cùm libertas ſine ea eſſe poſſit: niſi reſpondeas, quòd attenditur ordo intellectus, quod ad hoc videtur, vt inſtitutio ſequatur, requiratur libertas præcedēs tacita, vel expreſſa. Syl.

¶ Alienus. CASVS. Fuluius vſumfructū Daui ſerui habebat. quæro, an poſſit eū inſtituere? quid adhuc dubitas cùm etiā alienum prorſus inſtituere liceat? Et ad quem redit hæreditas? ad proprietarium. Corn. Vib.

¶ Not. quòd noſtrum non dicitur illud, in quo tantùm habemus vſumfructum. Sylueſt.

¶ d Teſtator. Et ideo non poteſt eum cū libertate inſtituere: vt ff. eo. l. ſi alienum. in prin. Sed contradicit ad hunc §. ff. de bon. auctorit. iu. poſſ. l. in venditione. Sed certè quo ad alia eſt loco domini, non quo ad hoc, vt poſſit fieri liber. Sed cùm aliàs manumiſſus eſſet à fructuario ſimpliciter ſine inſtitutione, erit tanquam liber, quandiu duraturus erat vſusfructus: vt C. commun. de manu. l.j. §. ſi autem fructuarius. Nunquid & hic ſeruus alienus hæres inſtitutus erit tanquam liber, licet verè liber non ſit? Reſpon. non. quia ex morte teſtatoris protinus erat futurus quaſi liber, ſi valeret hoc, quòd ageretur: vt argu. infrà de hæred. qual. & diffe. in prin. Item, & tunc erat vſusfructus perdendus: vt ſ. de vſufr. §. finitur. vnde etiam ſic eſſet, quaſi liber, donec duraret vſusfructus: quia niſi duraret poſt mortem teſtantis, nihil valet talis inſtitutio, vt ſit liber, ſed domino ſuo hæreditatem quærit: vt j. eod. §. alienus. Sed quid ſi erat vſusfr. repetitus in perſona primi hæredis, vel etiā vlterius, quod poteſt: vt ff. quib. mod. vſusfru. amit. l. reperti. in prin. Reſpon.

tunc

Digitized by Google

tunc erit quaſi liber toto illo tempore : vt in d. l. communia. de ma. l. j. §. ſinautem fructuarius.

¶ Seruus autem. CASVS. Simò Dauum ſeruum ſuum hæredem inſtituit. Dauus & liber, & hęres erit neceſſarius, id eſt, etiam inuitus cogetur hæreditatem adire. Quid ſi ante mortem ſuam eum manumiſerat: deinde iã libertate fruentem hæredẽ inſtituerit, eritne hæres neceſſarius? minimè. ſed poteſtatem habet adeundæ, vel repudiandæ ſucceſſionis. Quid ſi Simo eũ Chremeti vendidit, & poſtea hæredem inſtituat? In Chremetis erit voluntate ac manu ſitum, velitne illum eam adire, nécne. Corn. Vib.

redit. l. ex parte. Item, & ignorans fit hæres, & liber : vt ff. ſi cert. petat. l. eius qui.

† Suo arbitrio. Nam eſt hæres neceſſarius. N.A.

¶ Simplex proprij ſerui inſtitutio cũ & liberum & domino neceſſarium hæredem facit: qui ſi, viuo adhuc teſtatore, libertate donatus voluntarius efficitur, ſin autem à domino alienetur, nec liber, nec hæres fit, ſed nouo domino hereditatẽ quærit.

¶ Seruus autem à domino ſuo hæres inſtitutus, ſi quidem in eadẽ cauſa [a] † manſerit, fit ex teſtamento liber [b], hæréſque ei neceſſarius. Si verò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio † adire hęreditatem poteſt: quia nõ fit hæres * neceſſarius, cùm vtrunque [c] † ex domini teſtamẽto non cõſequitur. Quòd ſi alienatus fuerit, iuſſu noui domini † adire hæreditatem debet: & ea ratione per eum dominus fit hæres. nam ipſe alienatus, neque liber [d], neque hæres eſſe poteſt, etiã ſi cum libertate hęres inſtitutus fuerit. Deſtitiſſe † enim à libertatis datione

¶ c Vtrunque. id eſt, hæreditatem, & libertatem. nam vt liber ſit hęres neceſſarius, hæc duo cõſequi debet ex teſtamẽto domini: vt j. de hær. qual. & differ. §. j. * abeſt

† Vtrũque. Nota, Neceſſarius hęres is demum dicitur, qui domini teſtamẽto ſimul & hæreditatẽ, & libertatẽ adeptus eſt. §. 1. infr. de hær. qual. N.A.

† Iuſſu noui domini. Vide §. 3. ſup. per quas perſo. nob. adq. N.A.

¶ d Neq; liber. Directẽ enim libertas in ſeruo alieno non poteſt habere locum : ſed inſtitutio poteſt habere effectum, vt hic: ſed aliud in legatis, quæ adimuntur hoc ipſo, quod alienantur ſerui : vt ff. de adi. leg. l. ſeruo cum libertate. & eſt ratio: quia in legato ſpectatur dies, quo cedit, an ſit manumiſſus : vt ff. quand. di. leg. ced. l. ſi poſt. §. ſi cum.

ADDITIO. Hæc ratio non eſt bona : quia ſiue inſpiciamus diem cedentis legati. ſiue diem aditæ hæreditatis: vtroque caſu reperitur alienus : vnde quemadmodum etiam hæreditas venit acquirenda nouo domino : ita & legatum. propterea noua redditur ratio : quia facilius legata reuocantur, quàm hæredum inſtitutio. l. ex parte. ff. de adimen. leg. cùm enim faciliùs legata inſtituantur, faciliùs deſtruuntur: vt in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. Chriſtophor.

† Deſtitiſſe. Dominus ſeruum quem teſtamento manumiſerat alienans, libertatem reuocaſſe intelligitur l. xlvij. ff. de cond. & demonſtr. N.A.

¶ Not. quòd manumiſſus in vita omnino remanet hæres, ſed voluntarius. Item, quòd vbi duo requiruntur ad aliquem actum copulatiuè, non ſufficit alterum eorum. Item, quòd per alienationẽ ſerui inſtituti videtur reuocata volũtas dandi libertatem, non autem hæreditatem. Item, quòd quælibet diſpoſitio quantumcunque pia in teſtamento facta poteſt reuocari. Syl.

¶ a In eadem cauſa, id eſt, ſeruus eiuſdem domini. Io. vt ff. ſi ex nox. cau. aga. l. j. §. j.

N.A. † In eadem cauſa. Id eſt, in eadem familia. Vlpianus tit. 22. §. proprius.

¶ b Liber. Niſi aliqua lex impediat libertatem: vt ff. eod. l. ſi non lex. ad fin. tit. vel conditio : vt ff. eod. l. quoties. §. fin. vel quia ex lege peruenit ad libertatem : vt ff. eod. l. teſtamento. ad fin. titul. ſecundum Io. Item, fit liber à ſemetipſo, niſi inſtitutus fuerit ita: cùm quis mihi hæres erit, Stichus liber & hæres eſto. nam tunc à cohærede accipit libertatem : vt ff. de acquir. hæ-

¶ a Alie

a Alienauit. ſcilicet alicui habenti factionem teſtamenti: vt ff. eod. l. ſeruum meum. in j. reſpon. & hoc niſi redimatur ab eodem teſtatore qui eum inſtituit, & poſteà eum alienauit. tunc enim reuiuiſcit libertas: vt ff. de manu. teſtam. l. verum. & ff. eo. l. quoties. §. fin. & l. ſi non lex. & l. penult.

Alien⁹ quoq;. CASVS. Chremes Dauum Simonis ſeruum hæredem inſtituit, cuius iuſſu adibit hæreditatem? Simonis. Quid ſi Simo illum Phædriæ vendidit, aut Chremete viuo, aut poſt eius mortem, eiúſq; tamen Simonis iuſſu Dauus hæreditatem adiſſet? Phædriæ iuſſu adire debet. Quid ſi aut Chremete viuo, aut poſt eius mortem, ante aditionẽ tamen, eum Simo manumiſerit? Arbitratu ſuo nullius imperio obnoxius. Corn. Vib.

videtur dominus, qui eum alienauit a.

¶ Seruus alienus hæres inſtitutus quærit domino ſuo hæreditatem, ſi iuſſu ſuo hæreditatem adit. Si verò fuerit alteri alienatus, debet iuſſu noui domini adire. Si verò ante, quàm adeat, fuerit manumiſſus, poteſt ſuo arbitrio adire. Aret.

Alienus b quoq; ſeruus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa † durauerit: iuſſu c eius domini adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius d antè, quàm adeat, debet iuſſu noui domini e † adire. at ſi manumiſſus eſt, viuo teſtatore, vel mortuo antè, quã adeat, ſuo arbitrio f adire poteſt hæreditatem.

¶ Serui alieni poſt domini morte collata inſtitutio non modò efficax eſt, ſed eius quoq; qui vel hæreditarius eſt, vel eius qui naſciturus nondũ natus eſt.

¶ Seruus etiam * alienus poſt domini mortem g rectè

cuſante, adire, vel ante aditionẽ mortuo teſtatore, poſſunt adire ſuo iure: vt per Ang. Aret. hic.

d Poſt mortem eius. Etiam poſt iuſſum eius antè, quàm tamen adiret: vt ff. de acqu. hær. l. Antiſtius. §. j. Accurſ.

e Noui domini. Hoc eſt enim in hæreditatẽ, vt illi acquiratur, qui tempore aditionis eſt dominus, vel ſibi, ſi liber eſt tunc: ſed in legato ſpectatur dies ceſſionis: vt ſi tẽpore mortis legantis ſit meus: licet alienum, tamen mihi debeatur legatũ: vt ff. quãdo dies leg. ce. l. ſi poſt §. ij. & ibi glo. in verb. ſtatim. *Dies ceſſionis ſpectatur in legatis.*

† Noui domini. Noui domini, in cuius poteſtate eſt, adeundæ hæreditatis tempore l. vij. ff. hoc tit. N.A.

* antè.

f Suo arbitrio. Sic §. eo. §. ſi verò. Accur.

¶ Not. quòd ſeruus iuſſu domini tempore aditionis debet adire. Item, quòd ſi inſtitutus ſeruus liber efficiatur, nihilominus conſequitur hæreditatem. Syluest.

b Alienus. Qui ſic iuſtitui poteſt, cùm liber erit, prius non: vt ff. de condi. inſtit. l. ſeruus alienus. & l. quia.

N.A. † In eadem cauſa. In eiuſdem domini poteſtate Vlpian. tit. 22. §. alienus in fragm.

c Iuſſu. præcedente aditione: vt ff. de acquir. hære. l. ſi qui mihi bona. §. Iuſſum: & ita domino quæritur. aliàs ſi ſeruus nolit adire (quod poteſt eſſe, etiam domino iubente) non quæritur: vt eod. l. cùm C. proponas.

ADDITIO. Si tamen coactus adeat, valet aditio. Sed pater, filia recuſante: item, monaſterium monacho recuſante, adire, vel ante aditionẽ mortuo teſtatore, poſſunt adire ſuo iure: vt per Ang. Aret. hic.

¶ Seruus etiam alienus. CASVS. Chremes ita ſcripſit, Dauus Simonis ſeruus poſt Simonis mortem hæres meus eſto: quæro, cùm in bonis nullius ante aditam hæreditatem Dauus ſit, vtrum inſtitutio valeat, maximè. Hæreditas enim nõ heredis futuri, ſed defuncti domini loco eſt. quod vel ex eo intelligi poteſt. Serui demũ inſtitui poſſunt, quorũ domini etiam poſſunt, inſtitui. Iam verò poſthumus alienus inſtitui non poteſt. finge Cornelium defuncti ſeruum Erotem ſibi hæredem inſtituiſſe. Si Eros eſſet poſthumi ſeruus, inſtitui nõ poſſet. At poteſt inſtitui: ergo non poſthumi, ſed defuncti vicem ſubſtinet. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ quis per alium conſequitur, quod per ſeipſum non poteſt. Syl.

g Poſt domini mortem. Verba legis ſunt omnia, & ſecundum hoc planum eſt,

Digitized by Google

eſt, vel teſtatoris: quia ſic dicat, inſtituo ſeruum hæredem poſt mortem domini. & probatur hæc lect. ij. ff. eo. l. qui filio. j. reſponſ. nec obſtat, quod videatur in diem fieri hæc inſtitutio: vt j. eo. §. hęres. quia incert⁹ eſt dies mortis: vt ff. de condi. & demõ. l. j. §. dies autẽ. vnde valet & ff. eo. l. in tempus. in princip.

hæres inſtituitur. quia & cum hæreditariis ſeruis eſt teſtamenti factio [a]. Nondum [b] enim adita hæreditas perſonę vicẽ ſubſtinet, nõ hęredis futuri, ſed defuncti [c] †, cũ etiam eius, qui in vtero eſt [d], ſeruus rectè hæres inſtituatur.

¶ Seruus plurium ab extraneo inſtitutus acquirit vnicuique pro parte dominica. Aret.

¶ a Teſtamenti factio. ſ. paſſiuè non actiuè: vt j. de hær. quali. & diffe. §. teſtamẽti. & iuſſio hæredũ ſpectatur, ſi modò cũ defuncto fuit, licet cũ hęrede inſtituto nõ ſit teſtamenti factio: vt ff. eod. l. ſeruus hæreditarius.

Hæreditas iacens, defunctum & non hæredẽ repræſentat.

¶ b Nõdũ. Bene dico ſeruũ hæreditarium poſſe inſtitui: quia non eſt nullius, ſed alicuius. ſ. hęreditatis, quæ vicem defuncti obtinet.

¶ c Defuncti. Et eſt fortè ratio: quia defunctus eſt certus quis fuerit, ſed non ſic de hærede: quia & ſi certus ſit inſtitutus, poterit eſſe quòd non adeat hæreditatẽ: quia poteſt deſiſtere multia de cauſis: vt j. quibus mo. teſt. infir. §. poſteriore. & facit ad hunc. §. j. de ſtip. ſer. in princ. & ff. de acqui. re. dom. l. in eodem. in fin. & l. ſeq.

¶ Adde, quòd quouſque non aditur, repræſentat perſonam defuncti, adita autẽ hæredis: & retro trahitur, itaque fingitur repræſentaſſe hæredem à morte defuncti. l. hæres quandoque. ff. de acq. hær. vt dicit hic Aret. & hanc rationem gloſſ. ſequuntur communiter docto. hic. & in l. ſi is, qui pro emptore. in vlt. no. ff. de vſucap. Syl.

N.A. † Defuncti. Vel hoc ait: Quia hæreditas iacens, vacans, nondum adita, ſeruorũ, cæterarumq; rerũ omniũ domina eſt. l. 31. §. j. ff. h. t. & defuncti locum obtinet. Itaque cum defuncto debet eſſe teſtamenti factio, non cum hærede futuro.

¶ d Eius, qui in vtero eſt. Cùm pro nato ſit habendus, quo ad commodum: vt ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. & ff. eod. l. eius. in princ.

¶ Seuerus autem plurium. CASVS. Stichus ſeruus erat Metelli, Manilij & Fabij. Eum ego hæredem inſtitui. Tres illi, quorum iuſſu meam Stichus adiuit hæreditatem, pro parte ſui dominij, meam hæreditatem participabunt. Corn. Vibul.

¶ Seruus autem * plurium, cum quibus [e] teſtamẽti factio eſt ab extraneo inſtitutus [f] hęres, vnicuiq; dominorũ, cuius iuſſu [g] adierit, pro portione † dominij acquirit hæreditatem.

** abeſt.*

¶ Hæredes quot volumus, facere poſſumus.

¶ Et vnum hominẽ, & plures vſque in infinitũ [h], quot* quis * hęredes velit [i] facere, licet.

** quantos.* ** quiſque.*

¶ Not. quòd capacitas ſerui pẽdet à capacitate domini. Itẽ, quòd ſeruus inſtitutus non omnibus quærit indiſtinctè: ſed præcipientibus tantùm. Syl.

¶ e Cũ quibus. ſ. dominis.

¶ f Ab extraneo. Si verò ab altero ex dominis ſit inſtitutus, acquiritur cæteris ſociis hęreditas: quod dic: vt ff. pro ſoc. l. verum. §. ſi ſeruo communi.

¶ g Iuſſu. dic quòd ſufficit vna iuſſio, licèt ſint plures domini: vt ff. de acqui. hære. l. ſeruus duorum.

¶ Et vnum. THEMA. Quæro quem ad numerum hæredes inſtitui poſſunt? numerus non eſt præſcriptus. quare? quamuis multos, inſtituere tibi licebit. Cor. Vib.

¶ Portione. Non pro virili, ſed pro dominica parte. l. 67. de adquir. hæred. Itaque ſi ſeruus communis hæres inſtitutus, cuius dominium non fuerit æquale, adquiritur hæreditas pro dominicis partibus. N.A.

¶ h In infinitum. Quid ergo, ſi inſtituam omnes homines quicunque ſunt in mundo? Videtur nullum eſſe, cùm effectum habere non poſſit: puto tamen valere, vt hic, ſed tamen non poterit confirmari aditione, propter nimiam difficultatem, vel impoſſibilitatem.

Hæc gl. non eſt Accur.

Hæredes inſtitui poſſunt ſimul omnes homines mundi.

¶ i Velit. Cùm ſua voluntas ſit lex: vt in authentica de nuptiis. §. diſponat.

Voluntas teſtatoris eſt lex.

¶ Hæreditas. CASVS. Quoniam in plures partes ſolet hæreditas diuidi, commodiſſimum eſſet certa quædam ac definita eſſe nomina, quibus pars quæuis hæreditas deſignari poſſet. Ec-

S

¶ Vniuerſa quæuis hæreditas in vncias xij. (quæ aſſis appellatione continentur) ſcinditur: quarum quęlibet certum nomen à lege ſortita eſt: poteſt tamen in plures paucioréſve vncias (prout teſtatori libitũ erit) diſtribui:

¶ Hæreditas plerumque [a] diuiditur in duodecim vncias, quę [b] aſſis appellatione [c] continentur. Habent autem & hæ partes [d] propria nomina ab vncia vſque ad aſſem, vt putà hæc: ſeſcunx [e], ..

quæ igitur nomina conſtituta ſunt? Aſſis nomina, quæ ſunt numero totidem, quot vnciæ. Itaque ſi Pomponius duntaxat bonorũ ſuorũ partem heredi ſuo velit relinquere, ſic pronuntiet, Flauium hæredem meum ex vncia eſſe iubeo. ſi duas partes, dicet, Ex ſextãte. ſi tres, Ex quadrante, ſi quatuor, Ex triente, ſi quinque, Ex quincunce. ſi ſex, Ex ſemiſſe. ſi ſeptem, Ex ſeptunce. ſi octo, Ex beſſe. ſi nouem, Ex dodrãte. ſi decem, Ex dextante. ſi vndecim, Ex deunce. ſi duodecim, ac proinde totum, Ex aſſe. neque enim aſſis plures ſunt partes. Quid autem, ſi pronuntiet, Flauius ex ſextante mihi hæres eſto, neque alium vllum inſtituat? Re vera tantùm Flauius duas partes habere debet, proximus autẽ agnatus reliquas decẽ. ſed quia regula eſt, Neminem ex parte teſtatum, ex parte inteſtatum eſſe: ideò Sextantis, aut alterius cuiuſuis partis nomine totus as intelligetur. Idque apparet in milite: nam ſi miles ex ſextãte hæredem ſcriberet, qui ab inteſtato hæres eſſet, decem reliquas partes acciperet. propterea ſcilicet quòd miles ex parte teſtatus, ex parte inteſtatus poteſt decedere. Cor. Vib.

¶ Not. diuiſionem aſſis. Item, quòd dictio, plerunque, facit regulam. Item, quòd inſtitutus in parte, non dato cohærede habet totum. Item, neminem pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum decedere poſſe, niſi ſit miles. Syluest.

¶ a Plerunque. Ideo dicit plerunque, quia quandoque in plures: vt J. eod. §. ſi plures. quandoque in pauciores diuiditur: vt infrà eo. §. non autem.

¶ b Quæ. ſ. vnciæ ſimul collectæ.

N.A. ¶ Aſſis. Aſſis nomine appellatur omnis res ſolida, quę in partes diuiditur: auctore Voluſio Metiano. Vide l. 50. §. 2. ff. hoc titulo.

¶ c Appellatione. i. ſignificatione.

¶ d Hæ partes. infrà poſitæ, in quãtitate differentes. vel dic melius, hę partes, ſ. vnciæ xij. ad partes redactæ. eſt enim ad ſuperiora facienda relatio.

¶ e Seſcunx. id eſt, vncia & dimidia: vt ff. de inoffic. teſtam. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. in fin. Sed quare non poſuit nomẽ, quod vnciam ſignaret? Reſp. quia plura ſunt negotia, quam vocabula: vt ff. de præſcri. ver. l. natura. [Adde, ſatis potuiſſe, dum dixit aſſem diuidi in xij. vncias, quælibet enim pars, & ſic pars vna, vncia dicitur. Sylu.] Et nota, quòd primum, & ſecundum, & tertiũ, & quartum nomen interpretationem ſumit, ex eo, quod quotam deſignat hęreditatis portionem. Seſcunx enim dicitur quaſi ſemiuncia & vncia. & eſt tertia eius litera ſcilicet ſ, non x. ſextãs, quia ſextam partem ſignat. i. duas vncias. Quadrans, quia quartam: & ita tres vncias ſignat. Triẽs, quia tertiã partem, & ita quatuor vncias ſignat. Sequẽtia verò nomina etymologiã habent ex eo, quod certum numerum vnciarum ſignant. Dicitur enim quincunx, non quia quintam partem habet: ſed quia quinque denotat vncias. Semis, quia ſex: & ſic de ſingulis per ordinem. [Adde veram etymologiam & deriuationem horũ nominum per M. Varronem libr. v. linguæ Latinæ, vbi melius declarat, & dicetur infrà. Syluest.] Item not. quòd non omnes vnciæ, quæ ſignantur per iſta nomina, continentur in aſſe: licet hoc innui videatur. Sic enim contineret as lxxviij. vncias & dimidiam. Ideò autem ponit has partes: quia quęlibet poteſt in aſſe contineri. hac ratione, & homo dicitur riſibilis: & actio legis Aquiliæ pœnalis dicitur: vt infrà ad leg. Aquil. §. his verbis. Item not. iſta tria nomina As, Pōdus, Libra, idem ſignificare. Itẽ, quandoque as ponitur pro obolo: vnde illud, Nónne duo paſſeres aſſe veneunt? Vnde verſus, As, obolus, pondus, as eſt poſſeſſio tota, id eſt, hæreditas: vt hic. ſed & pōdus largè dicitur omne, quod eſt in ſtatera poſitum. ſed hic ſtrictè accipitur pro pondere xij. vnciarum. vnde dupondium, quaſi duplex pondus

Digitized by Google

ſextās a, quadrās b, triēs c, quincunx d, ſemis e, ſeptunx f, bes g, dodrās h, dextās, i deunx k, as l. Non autem vtiq; ſemper† duodecim vncias eſſe oportet. † nam tot vnciæ aſſem efficiūt, quot teſtator voluerit: & ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hęredem ſcripſerit, totus as m in ſemiſſe erit. Neque enim idem ex parte teſtatꝰ†, & ex parte inteſtatus n, decedere poteſt, niſi ſit miles o: cuius ſola volūtas in teſtando ſpectatur, Et è contrario, poteſt quis in quotcunque p *voluerit plurimas vncias ſuam hæreditatem diuidere.

¶ Qui partibus nō deſignatis hęredes ſcripti ſunt, a quis portionibꝰ ſcripti videntur: qui verò iam aliquot incertis partibus inſtitutis, ſimpliciter inſtituuntur, quotquot ſint in reſiduo aſſis hæredes ſiūt: aſſe autē toto diſtributo, qui ſine partibꝰ ſcripti ſūt ſemiſſem hæreditatis conſequūtur.

¶ Si plures inſtituantur *hæredes: ita demum in hoc caſu* partiū diſtri-

dus, ſcilicet xxiiij. vnciarum. vt infrà eod. §. & ſi plures. & facit ad hunc §. ff. eod. l. ſeruum meum. §. fin.

ADDITIO. Vox ſeſcunx abundat in quibuſdam codicibus: itaque vertiſſe Theophilum, neque ad rem pertinere, Aemyl. Ferret. tradit. Antonius verò Aug. lib. ij. ca. viij. à Tuſco lib. abeſſe affirmat. & ſecuncia dicendum, auctore Metiano, nō ſeſcūx, quod nomen ab Accurſianis dictū putat. (* abeſſe rectè.)

(Aſſis partes declarantur.)

¶ a Sextans. id eſt, duæ vnciæ, quaſi ſexta pars aſſis.

¶ b Quadrans. id eſt, tres vncię, quaſi quarta pars aſſis.

¶ c Triens. id eſt, quatuor vnciæ, quaſi tertia pars aſſis.

¶ d Quincunx. id eſt, quinque vnciæ.

¶ e Semis. i. ſex vnciæ: ſcilicet, dimidium aſſis.

¶ f Septunx. i. ſeptem vnciæ.

¶ g Bes. id eſt, octo. vt olim des, quaſi dempto triente.

¶ h Dodrans. id eſt, nouem. quaſi dempto quadrante.

¶ i Dextans. i. x. quaſi dempto ſextante.

¶ k Deunx. i. xj. quaſi dempta vncia.

N.A. † Non oportet. Nomine non oportet, ſed re certè oportet. Nominibus abuti licet, ſed quamuis plures aut pauciores fiant partes, tamen vi ipſa, & tacito iure ad numerum XII. rediguntur. l. 13. ff. hoc titulo.

¶ l As. id eſt, duodecim.

¶ m Totus às. Nā in totum pręſumitur inſtituiſſe defunctus, cùm aliū non inſtituit: vt hic, & ff. eod. l. interdum. §. j. Idem quoque pręſumitur in milite: vt C. de teſt. mil. l. iij. §. nam niſi, quod hic ſequitur, non ad ſuperius prox. reſpōſum, ſed ad hoc, quod ſequitur. refertur. ſ. neque enim, &c. Sed ſi miles fecit teſtamentum in caſtrenſibus, poteſt decedere inteſtatus in paganicis: vt Codice de teſtamento milit. lege ſecunda.

N.A. † Teſtatus. Quia teſtamentum eſt diſpoſitio de hæreditate, quę eſt vniuerſitas, eaque indiuidua. l. 8. ff. de rei vindic. l. 1. §. 2. ſi pars hær. pet. Qua de cauſa vnius hominis duæ non poſſunt hereditates intelligi. l. 30. §. de excuſ. l. 141. §. primo. ff. de reg. iur.

(* quantaſcunque.)

¶ n Inteſtatus decedere. Imò videtur quòd ſic: vt ff. de inoff. teſt. l. nam & ſi parētibus. §. pe. & ſi. quę eſt cōtrà. Sed hoc verum ab initio: ſed ex poſtfacto poteſt: vt Cod. de inoff. teſtam. l. cum duobus. Et not. hic idem iuris non eſſe in parte quo ad partē, q eſt in toto quo ad totū: vt ff. fa. erciſ. l. in hoc iudicio. Arg. contra ff. de pact. l. iuriſgentium. §. adeò. & §. ſequ. & facit ad hunc. §. ff. de reg. iur. l. in teſtamentis.

(* conſtituantur ita. * abſunt.)

ADDITIO. Et melius. l. ius noſtrū. eod. tit. Et procedit iſte text. indiſtinctè, ſiue ſimpliciter ſit facta inſtitutio in re certa, vel parte de reliquo non facta mentione: ſiue dixerit teſtator in reſiduo ſe velle inteſtatum decedere. Ioan. Fab. & Angel. Aret.

¶ o Niſi ſit miles. Nā miles bene poteſt pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus: vt C. de teſta. mil. l. ij.

¶ p Quotcūq;. Et facit ff. eo. l. interdū. §. paterfamiliàs. & l. ſe. vſq; ad l. ex facto.

¶ Si plures. CASVS. Licinius duodecim hæredes inſtituit, neque partes vllas nominauit. Omnes æquabiliter ex vncia ſunt hæredes. Quid ſi lex inſtituit? omnes æquabiliter ex ſextante. denique non præfinitis parti-

butio [a] neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus [b] † hæredes eſſe: ſatis enim conſtat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes eſſe. Partibus autem in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidem aliqua pars aſſi * deerit, ex ea parte† hæres ſit [c]. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eādem partem concurrunt. Si verò totus ac cōpletus ſit, ij qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam † partem [d] vocantur [e]: & ille, vel illi omnes [f] in alteram dimidiā. Nec intereſt [g], primus, an medius, an nouiſſimus, ſine parte hæres ſcriptus ſit: ea enim pars data intelligitur, quę vacat†.

¶ Pars hęreditatis per teſtatorem nō diſtributa, accreſcit hæredibus pro portionibus hęreditariis. Itē, econtra ſi teſtator plus diſtribuit, quā ſit in hęreditate: tunc enim cuilibet hæredum decreſcit pro rata. Aret.

¶ Videamus [h], ſi

bus, æquales datæ intelliguntur. Quid, ſi ſic dixerit, Mæuius, Titius, Antonius, ex ſextante quiſque hæres eſto. prætereà Cęcilius hęres eſto? Hic, cui pars definita non eſt, reliquas omnes, nimirum ſex obtinebit. Quid autem ſi plures ſine parte nominarit, putà Cæcilius, Flauius, Cornelius hæredes ſunto? Succedunt ex ęquis partibus in reliquo ſemiſſe. Quid verò ſi duodecim ex vncia inſtituerit, deinde decimū tertiū ſine parte? Decimus tertius ſemiſſem, duodecim alij alium ſemiſſem tantùm conſequentur. neque refert quo in loco ſcriptus ſit, an primo, an medio. an vltimo. Cor. Vib.

* aſſu.

¶ Not. quòd aliquibus vocatis ſimpliciter, intelligūtur vocati æqualiter. Sylu.

¶ a Diſtributio. i. aſſignatio partiū quam, ſ. partem velit teſtator quemlibet habere.

¶ b Ex æquis partibus. Facit ff. eod. l. quoties §. hæredes.

N.A. † Nullis partibus. Quia non pares cuiuſque partes eſſe vult, eas cuique definit. l. 9. §. 3. ff. hoc tit.

N.A. † Ex ea parte. Quaſi relictam partem ei qui reliquus erat, reliquerit. l. 17. ff. hoc tit.

¶ c Hæres ſit. Eadem eſt ratio in dupondio: vt ff. eo. l. item quod Sabinus. & j. eo. §. & ſi plures. Item hoc eſt verum, ſi teſtator non ignorat: vt ff. eod. l. quo loco. §. j. quæ eſt contrà.

¶ d In dimidiam partem. Aliter enim ſi aſſe expleto ſcripſit, ex reliqua parte hæres eſto: tunc enim cùm nihil reliquum ſit, ex nulla parte hęres inſtitutus eſt: vt ff. eo. l. item quod Sabinus. §. vnde. veri. ſed ſi aſſe.

† Dimidium. Ait ergo dimidiam: vt eorum cuique quibus definitæ partes ſunt, pro rata parte decreſcant. l. 13. §. j. ff. hoc titulo. N.A.

¶ e Vocantur. ſ. illi, qui erant inſtituti in tota hæreditate partibus expreſſis.

¶ f Omnes. qui erāt inſtituti, ſine partibus.

¶ g Nec intereſt. Hoc refertur non ad proximum caſum: ſed ad ſuperiorē. ſ. quādo pars vacat: idem tamen in ſecūdo: ſed non haberet locū ratio quæ redditur. Ea enim, &c. vel dic quod ad proximū §. & ſtatim cùm ſic ſit inſtitutio intelligitur pars vacare: & facit ad hoc. ff. eod. l. quo loco. j. reſponſ.

† Vacat. Quæ nulli nominatim attributa eſt. N.A.

¶ Videamus. CASVS. Cornelius tres hæredes ſcripſit ex certis partibus, putà ex quadrante ſingulos. Quid fiet de eo quadrāte qui ſupereſt? Accreſcet iis ipſis, & pro tribus partibus habebunt quatuor. Quid ex contrario? Mæuius quatuor hæredes ſcripſit ex triente ſingulos. Atqui tres tantùm in aſſe ſunt trientes, quid fiet? ita decreſcit ſingulis, vt tres tantùm ſinguli, partes habeant. id eſt, vnuſquiſque quadrantem. Cor. Vibul.

¶ h Videamus. vt ff. eo. l. interdum. §. paterfamiliâs. vſque in finem legis.

¶ Et ſi plures vnciæ. CASVS. Flauius hęredes ita ſcripſit, Gaius quinq; partes habeat, Titius ſex, Liuius octo, Seſtius præterea mihi hæres eſto, ecce vnum aſſem, ſiue pondo ſuperatum: & ad duos aſſes, ſiue duo pondo ferè propinquatum eſt. qua ex parte Seſtius erit hæres? Hæreditas in dupondium. i. duo pondo, ſiue duos aſſes diuidetur.

tur. habebítque Seſtius reliquas partes. id eſt, quinque vncias. Duo ſequentes §§. nihil habent obſcuritatis. Cor. Vi.

N.A. † Tertiis partibus. Id eſt, ſingulis ex triente: vel trientibus, ſiue quatuor vnciis.

N.A. † Quarta parte. Id eſt, quadrante.

a Dupondio. Dicitur autem dupondium, pōdus, ſiue hæreditas, In xxiiij. vncias diuiſa. ſic enim pōdus dicitur ea, quæ in xij. diuiditur, & tripondium, quod in xxvj. & quadripondium quod in xlviij. & ſic de ſingulis.

Dupondium. *Pondus.* *Tripondium.* * *adcreſcere.* * *abſūt.*

ADDITIO.

Dupondius ex duo, & pondo dictus. pondo autem idem eſt, quod as. Dupondius enim, vt ait Varro, duos aſſes pendebat.

pars aliqua vacet, nec tamē quiſquã ſiue parte ſit hęres inſtitutus, quid iuris ſit: veluti ſi tres ex quartis partib9 hęredes ſcripti ſunt. Et cōſtat vacātē partē ſingulis tacitè pro hęreditaria parte accedere *: & perinde haberi acſi ex tertiis partibus † hęredes ſcripti eſſent: Et ex diuerſo, ſi plures hęredes ſcripti * in portionib9 ſint, tacitè ſingulis decreſcere: vt ſi (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus hęredes ſcripti ſint perinde habeantur, acſi vnuſquiſque ex quarta parte † ſcriptus hęres fuiſſet.

¶ Si plures vncię quàm duodecim ſint diſtributæ, & alius ſit inſtitutus ſine parte, tranſit ad dupondium. Aretinus.

¶ Et ſi plures vnciæ, quàm duodecim diſtributę ſīt: is, qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio a † deeſt, habebit. Idémque erit b, ſi dupondius

† Dupondio. Duo pondo, ſiue duo aſſes. Ergo ſi primus ex beſſe, ſecundus ex ſemiſſe ſcriptus eſt, tertius indefinitè ſcriptus, dextantem habebit: quantum, videlicet, ad alterum aſſem complendum requiritur: vt eadem ratio in dupōdio, quę in aſſe ſeruetur. l. 18. ff. hoc titulo. N.A.

b Idémque erit. i. quod diximus, ſi quis expleto aſſe fuit inſtitutus hęres in dimidiam vocatur: vel non expleto aſſe in vacantem partē vocatur: vt s. e. §. partib9 autē. vel trāſcendente in vacantem vſque ad dupōdium: vt s. proxi. reſpon. Idem eſt, etiam ſi dupondius ſit expletus. Sed contrà ff. eo. l. item quod Sabinus. in fi. l. vbi dicit, expleto dupondio inſtitutum non habere partem vacantem vſque ad tripondiū. Sed certè, imò dicit, ꝙ ſic: ſi rectè illa litera intelligitur: & ita concordat. Item videtur contra. ff. eo. l. ex vnciis. vj. Sed certè, & illa eſt concordantia, ſi rectè ibi fiat computatio vnciarum. Sed magis videtur contra. C. de legat. l. cùm quæſtio. vbi dicit non fieri tranſitū ad dupondium, vel tripondiū: ſed tantùm videtur adimi primo, quantum confertur ſecūdo. Sed diſtingue aut voluit teſtator excedere aſſem, vel dupondium: quod poteſt, vt s. eo. §. non autē. & ita hic intelligitur. Aut noluit: & tunc habeat locū lex contraria. Item & tunc, quando dubium, quæ eſt cōtra. [Adde, ꝙ hæc ſolutio communiter approbatur: vt dicit Iaſ. in d. l. cùm quæſtio. in j. parte glo. Et pro reſolutione dic, ꝙ aut teſtator voluit ad dupondiū tranſire, & fit tranſitus, vt hic: aut noluit, & hoc conſtat, & non fit. d. l. cum quęſtio. aut ſumus in dubio, & attendūtur coniecturæ: quibus deficientibus non præſumitur voluiſſe tranſire: ſed quã-

Partes hæreditatis ſunt, aut.
- Omnes indefinitæ; & tunc æquales intelliguntur.
- Partim definitę, partim indefinitæ ſi in partibus definitis.
  - Aliquid aſſi deeſt: tum id quod deeſt, in eos qui indefinitè inſtituti ſunt, æqualiter diuiditur.
  - Nihil aſſi deeſt indefinitè inſtituti ſemiſſem aliis detrahunt, atque inter ſe diſtribuunt.
  - As ſuperatus eſt: indefinitè inſtituti, ꝙ dupondio deeſt, habebunt.
- Omnes definitę ſunt: ac tunc ſi quid aſſi deſit, vnicuique pro rata parte adcreſcit, ſi ſuperatus ſit, pro rata parte decreſcit.

expletus † ſit, quæ omnes partes ad aſſem poſtea reuocantur [a], quamuis ſint plurium vnciarum.

¶ Heres poteſt inſtitui pure, & ſub conditione: nõ autem ex certo tempore, vel ad certũ tempus. Si tamen ſic inſtituatur, valet inſtitutio tanquam pura, vitiata tali adiectione.

¶ Hæres & purè, & ſub conditione† inſtitui poteſt: ex certo tẽpore[b]†, aut ad certum tẽpus † non poteſt: veluti POST QVINQVENNIVM, QVAM MORIAR: vel, EX CALENDIS ILLIS: vel VSQVE AD CALENDAS illas hæres eſto. Denique diem* adiectũ haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, acſi purè hæres inſtitutus eſſet.

¶ Impoſſibilis cõditio adiecta inſtitutioni, legato, vel fideicommiſſo vitiatur, diſpoſitione pura remanente.

¶ Impoſſibilis cõditio [c], in inſtitu-

tum dedit ſecundo, adimere à primo. d.l.cùm quæſtio. Syl.] Alij dicunt hanc corrigi per illam. Accurſ.

ADDITIO. Aduerte diligẽter, quòd ſi nominatim aſſem expleuit, videtur tranſire ad dupondium, aliàs non: vt l. qui nõ militabat. §. filiis. ff. eo. Et de effectu an fiat tranſitus ad dupondiũ, vel nõ: vide Ioan. Fab. hìc, qui infert, quòd ſi Papa ex certa ſcientia prouideat duobus de eadem prębenda: quòd vterque admittatur. extra. de reſcript. c. duobus. in fi. lib. vj.

N.A. † Expletus. Id eſt, exſuperatus, vt eadem ratio in tripondio, quæ in aſſe ſeruetur. Ergo cùm as ſuperatus eſt, & vnus indefinitè inſtituitur, res ad vnum aſſem ita reuocãda eſt, vt partis ſuæ dimidium vnicuique relinquatur tantùm: cùm autem dupõdius, pars tertia: cùm treſſis, ſiue tripondius, pars quarta.

a Reuocantur. Hæreditas enim non ideo augetur, quòd in plures diuiditur vncias, ſicut nec libra, licet per ſolidũ vel alium numerum diuidatur: & ideò quotam partem quis debet habere in dupondio, totam poteſt partem habere de aſſe: vt hic, & ff. eodem. l. ex vnciis.

N.A. † Sub conditione. Quia exſiſtente conditione retrotrahitur inſtitutio, vt hęres ſtatim à mortis tempore fuiſſe intelligatur. l. 54. de adq. hęred. Deficiente ſtatim defunctus inteſtato deceſſiſſe intelligitur. d. l. 54. Notandum autem, filium iure ciuili, inſtitui ſub conditione hęredem non poſſe, extraneum verò poſſe. d. l. 4. ff. hoc tit.

b Ex certo tempore. Sed in diem incertum, quis poteſt inſtitui hęres, puta cùm ipſe poterit capere ex teſtamento, vel cùm ipſe morietur: vel cùm Titius morietur: vt ff. eodem. l. in tempus. & l. qui filio. primo reſpon. & ff. de liber. & poſthu. l. filius à patre. primo reſpon. & Cod. eodem. l. extraneũ. Miles autẽ poteſt etiã extraneum, ex certo tempore, vel in certum tempus inſtituere: vt ff. de militari teſtam. l. miles. & facit ad hunc §. ff. eod. l. hęreditas. argumẽtum tamen eſt contra, ff. de regul. iur. l. actus. ſed ibi non loquitur de hoc actu, ſcilicet factionis teſtamẽti: vnde interpretandum eſt, vt magis valeat, quàm pereat, vt ff. de reg. iur. l. quoties.

*Diẽmque.

† Ex certo tempore. Quia hæreditas eſt ſucceſſio, eáque nõ interrupta, ſed continua. d. l. 54. & l. 13. §. 3. ff. de adquiren. poſſ. l. 193. ff. de reg. iur. Non ex interuallo, ſed ex ipſo moriendi momento intelligitur, quod vitę attribuitur, quaſi hæreditas per manus hæredi tradatur. l. 3. §. j. de neg. geſt. Hinc hęredis familia, ex die mortis teſtatoris, funeſta. l. 18. §. vlti. de ſtipul. ſeruor. N.A.

† Ad certum tempus. Quia qui ſemel hęres fuit, hæres eſſe deſinit. l. 7. ff. de minor. Tacitè tamen, ex æquo & bono diem recipit: veluti cùm capere poterit, cùm morieris. l. 33. ff. de vul. & pup. & l. 9. ff. hoc tit. N.A.

c Impoſſibilis conditio. Tribus modis poteſt dici conditio impoſſibilis. Vel de natura: vt ſi cælum digito tetigerit, hæres eſto: vt infrà de inut. ſtipul. §. ſi impoſſibilis. [Adde, quòd hoc eſt, verum, niſi cõdictio ſit de præterito vel de pręſenti: tunc enim vitiatur diſpoſitio. l. 1j. ff. de hære. inſtit. quę tamen reputatur impoſſibilis. l. vetum. ff. de regul. iur. Sylu.] Item de iure: vt ſi

Cõditio impoſſibilis eſt triplex.

patre

tionib⁹, & legatis, necnon in fideicõmiſsis, & libertatibus, pro non ſcripta [a] habetur.

¶ Ad veritatẽ copulatiuæ requiritur implementum vtriuſque partis. Ad veritatem verò alternatiuę ſufficit verificatio alterius.

¶ Si plures † cõditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt, ſi quidẽ coniunctim: vt puta, SI ILLVD ET ILLVD FACTVM FVERIT. omnibus parendũ eſt [b] ſi ſeparatim [c]: veluti, SI ILLVD, AVT ILLVD FACTVM ERIT: cuilibet conditioni* obtemperari ſatis eſt.

¶ Etiam penitus ignotus, & quem teſtator nunquam vidit, poteſt inſtitui. Aret.

¶ Ij, quos nunquã teſtator vidit, hæredes inſtitui poſſunt: veluti ſi fratris filios [d] peregri

patrẽ ab hoſtibus non redemeris, vel ſimilis. nam hoc facere nos non poſſe præſumimus: vt ff. de condit. inſtituti. l. conditiones: in gloſſa j. & l. filius. & in his duabus habet locum iſte. §. impoſſibilis. [Adde hoc verũ, quando lex non reſiſtit, ſecus ſi lex non aſſiſtat, vt in captatoria inſtitutione: tũc enim vitiat. l. ſi quis Semproniũ. ff. eo. Sylu.] Item de facto: vt ſi montem aureũ dederis, hæres eſto. Et hoc caſu non valet inſtitutio, vel libertas: cùm nec animus dãdi fuerit, iuris præſumptione: vt ff. de ſtatu libe. l. cùm hęres. §. j. Itẽ eſt quædam quarta impoſſibilitas propter perplexitatẽ, quę vitiat: vt hæc, ſi Titius hæres erit, Sei⁹ hæres eſto: vt ff. de conditionibus inſtitu. l. ſi Titius. quæ lex eſt huic cõtra. Sed certè hic de impoſſibilitate naturæ dicit: vt §. de inutilibus ſtipulationibus. §. ſi impoſſibilis. Sed certè idem videtur in primis duabus, puta, quod vitietur inſtitutio: vt j. de legatis. §. fin. in gloſ. impoſſibilia. quæ eſt contra. Sed ſolue, vt ibi. Item, facit ff. de legatis primo. l. ſi mihi. §. j. & ff. de condi. inſtitu. l. j.

¶ a Pro non ſcripta. Sed cur ſecus in contractibus, vbi vitiat cõtractum impoſſibilitas: vt j. de nupt. ſtip. §. ſi impoſſibilis. & ff. de act. & ob. l. non ſolum? Reſp. hoc ſolum eſt fauore vltimæ voluntatis.

¶ Si plures. THEMA. Differentiam ponit ante copulatiuam Et: & diſiunctiuam, Aut. Nam ſi dixi, Cor. hæres eſto, ſi Pompeius Mithridatem vicerit, & in triumphum duxerit. Cor. hæres eſſe non poterit, niſi vtrumque acciderit. quod ſi dixi, Aurelius hæres eſto, ſi Pompeius ducat in triumphum Mitridatem, aut Tigranem: ſatis eſt ſi alterutrũ euenerit. Sequens §. lucet per ſe plus ſatis, neque interpretationem deſiderat. Cor. Vio.

¶ Si plures. Si conditiones coniunctæ ſint, impleri omnes oportet: ſin diſiũctæ, vnã impleri ſatis eſt. l. 5. ff. de cond. & demonſtr. N. A.

¶ b Parendũ eſt. Si ſit poteſtatiua: vt hęc ſi decẽ dederis, vel mixta: vt ſi iueris Romã: vt ff. eo. l. ſuus quoque. §. puto generaliter. ſi autem caſualis, tũc ſufficit primam exiſtere: vt ff. de condi. inſtitut. l. ſi plures inſtitutiones. Accur. * abeſt vetuſt.

¶ Adde, quòd hæc gloſ. communiter reprobatur: & ad textum. in d. lege, ſi plures. reſpõdetur, quòd ibi erãt plures cõditiones adiectæ pluribus inſtitutionibus in perſona vnius. quo caſu prima purificata, non eſt expectanda purificatio alterius: quia iam eſt hæres pro rata: & conſequitur reliquum iure accreſcendi. Syl.

¶ c Si ſeparatim. id eſt, ſub diſiunctiua coniunctione. Idem in legato ſeruatur, quòd hic in inſtitutione dicitur. Sed ſi in diuerſis partibus teſtamenti inſeratur, nouiſſimæ debet obtemperari. Sed in libertate directa cuilibet obtemperari ſufficit: vt ff. de condit. & demon. l. ſi ſub diuerſis. in fideicommiſſaria nouiſſimæ: vt ff. de condit. & demon. l. per fideicommiſſum. & l. quod traditum. ſecundùm Ioann. Et facit ad hunc §. ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis ſtipuletur.

¶ Adde, hoc verum in legatis, vt nouiſſimæ pareatur: ſed in inſtitutionibus alteri ſufficit parere. Ita concludunt hic omnes. Syl.

¶ d Fratris filios. Vel etiam ſuos ſeruos, vel quemcunque alium. vt Co. eo. l. extraneum.

a Peregrinantes. Aliàs peregrinatos: putà quia viſitat limina ſancti Iacobi, vel ſancti Petri. aliud ſi eſſet peregrinus.i.deportatus:tũc enim inſtitui non poteſt:vt C.eo.l.j.quæ eſt huic contra. & ff.eo.l. ſed & ſi in cõditione. §. ſolemus. Itẽ, ſunt & alij qui non poſſunt inſtitui hæredes, vel habere cõmodũ ex teſtamẽto:quos not. j.de le.§.legari.

*peregrinato.

N.A. † Ignorans. Aliud eſt igitur incertum,aliud ignotum inſtituere. Incertũ, veluti: qui primus ad meũ funus venerit: quia certum conſilium debet eſſe teſtantis, non valet. Vlpianus in fragm.tit.22. Ignotus autem certus eſſe poteſt. l.10. Cod. hoc tit.

nãtes[a] *,ignorãs† qui eſſent,heredes inſtituerit. Ignorãtia enim teſtantis inutilem inſtitutionem nõ facit.

TITV. XV.

DE VVLGARI ſubſtitutione†.

¶ Poteſt quis plures gradus hæredũ facere, & in ſubſidium ſubſtituere ſeruum neceſſarium hæredem.

¶ Eſt autẽ ſubſtitutio, vt Caius in Inſtit. definit, heredis ſecundo gradu, vel deinceps inſtitutio. ſubſtituitur enim res rei quę in locum gradúmq; alterius ſufficitur. Vulgaris ſubſtitutio eſt,quę vulgò & promiſcue omnibus hæredibus tam puberibus, quàm liberis impuberibus fieri ſolet ſub conditione, Si hęrés priore gradu inſtitutus non erit.

Poteſt autem quis in teſta-

nius hæreditatem repudiet? Poteſt ne alterum ei ſubſtituere? Poteſt etiam in infinitum, ſi Pomponius hæres non ſit Cæcilius eſto: ſi Cæcilius non ſit, Metellius: & ſic deinceps. imò verò etiam ad extremũ. ſi veretur ne omnes hęreditatem repudiẽt, ſeruum ſuum neceſſariũ hęredem ſubſtituere poterit. Cor.Vib.

¶ Not. ex hoc textu, formam ſubſtitutiònis vulg. Itẽ, quod qs plures hęredũ gradus facere poteſt. Syl.

† Subſtitutio, eſt ſecundi hæredis inſtitutio. l.43.§.lucius.ff. hoc tit. vel ſic. eſt ſecunda inſtitutio in prioris deficientis ſubſidium comparata,hoc modo: Si inſtitutus hæres non erit, N.A.

ille hæres eſto. Inuentæ ſunt autem ſubſtitutiones ſuſtinendorum teſtamẽtorum cauſa: Ne videlicet, qui teſtati eſſent, inteſtati decederent, & exitum facerent. Vnde triplex effectus ſequitur: vt impediantur legitimæ ſucceſſionis caduca, & ius adcreſcendi. Caduca, in fiſcum cadebant, ſi inſtitutus capax non eſſet, veluti cœlebs. Ius adcreſcendi eſt, cùm deficientis pars alteri adeũti adcreſcit. Pars enim partibus accedit. Porrò ſubſtitutionis duo ſunt caſus:prior delatę tãtùm, alter delatę & adquiſitę hereditatis.l. 8.C.de impub. & al. Si primus hæres non erit, ſecundus hęres eſto. Si filius meus hęres non erit,& intra pubertatem deceſſerit, ſecundus ei hęres eſto. Per primum caſum,teſtator ſibi hęredem inſtituit:per ſecundum, non ſibi, ſed filio. Prior dicitur vulgaris, quia vſitatum, & priuilegiatum eſt, vt quis ſibi hæredẽ inſtituat. Paterfa.vti ſuper familia,pecuniaq; legaſſit,ita ius ei eſto. Nõ dixit ſuper aliena.Nã de aliena pecunia teſtari non licet.l.cũ pater.77.§. manda.ff.de leg.2.l.13. Cod. de teſtam. Poſterior

DE VVLGARI SVBSTItutione.

Suprà dictum eſt de inſtitutionibus primis:vt ſ.eo.ti.§.j. nunc de ſecundis: quæ ſubſtitutiones dicuntur, ſiue primo gradu fiant,ſiue alio:vt j.eodem.in princi. Et quia vulgaris eſt magis cõmunis,quia & à quolibet, & cui libet fieri poteſt.ideo de ea vulgari pręmittit.Accurſius.

Poteſt. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, quod cuilibet liberum eſt facere pluralitatẽ graduũ hęredum.Secundò, quod loco vnius inſtituti poſſunt plures ſubſtitui,& contra. Tertiò,quando partes ſunt in inſtitutione expreſſæ,& non in ſubſtitutione. Quartò, quando ſeruus alienus, vt paterfamiliás inſtituitur. Secunda ibi, Et plures. Tertia ibi,Et ſi ex diſparibus. Quarta ibi, Si ſeruum.Et not. quod iſtud principium textus,cum §.j.habetur ferè ſub eadem forma verborum in l. poteſt. ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.

CASVS. Titius hæredem ſcripſit Pomponium, ſed veretur,ne Pompo-

Digitized by Google

Poſterior pupillaris dicitur: quia vulgare non eſt, imo inuſitatum, vt alteri, eiq; qui ſui iuris & paterfam. eſt, hæredem inſtituamus. Pupillus non eſt filiusfam. ſed paterfam. l. pupillus. ff. de verb. ſignif.

mento ᵃ ſuo plures gradus ᵇ † hæredū facere: putà, SI ILLE HAERES NON ERIT, ILLE HAERES ESTO, & deinceps in quantum ᶜ velit teſtator ſubſtituere ᵈ: vt nouiſſimo ᵉ loco in ſubſidium, vel ᶠ ſeruum neceſſarium † hæredem inſtituere † poſſit.

¶ Poſſunt plures in locum vnius, & vnus in locū plurium: & ſinguli ſingulis, vel omnes inuicem ſubſtitui. Aretinus.

¶ Et plures in vnius locū poſſunt ſubſtitui: vel vnus ᵍ in plurium, vel ſinguli in ſingulorum*, vel inuicē ʰ † ipſi ⁱ qui hęredes inſtituti ſūt.

* ſingulis D.

¶ a In teſtamento. In alia autem voluntate, quam in teſtamento, vt in codicillis, vel aliqua alia non fit. ſ. huiuſmodi ſubſtitutio, vt directò valeat, ſicut nec inſtitutio fieri poteſt: vt infrà de codi. §. pe. & Co. de co. l. hæreditatē. fit tamen in codicillis ex certa ſcientia: vt per fideicommiſſum ſaltem directò ſubſtitutus per hæc verba, ſubſtituo, admittatur: vt ff. ad Treb. l. Scæuola. reſpon. niſi teſtator putaret ſe facere teſtamentum, & facere codicillos non deſtinaſſet, licèt poſſet. Nam tunc ſubſtitutus in his, nec directò, nec per fideicommiſſum admitteretur, licèt poſſet: vt C. de codic. l. fin. §. illud quoque. & facit ff. eod. l. poteſt.

¶ Adde, quòd ita ſe habet communis opinio in l. Scæuola. ſ. allega. & in l. verbis ciuilibus. ff. eod. de vulga. Et dic præſumi voluiſſe teſtari quando in ſua diſpoſitione adeſt inſtitutio, vel exhęredatio, quę non fiunt in codicillis: aliàs pręſumitur voluiſſe codicillari, vt per Aretinum & alios hic. Sylu.

¶ b Gradus. Ad ſimilitudinem enim graduum ſic dicuntur, qui faciunt ſcalas: ſic & dicitur gradus conſang. vt ff. de grad. l. iuriſconſultus. §. gradus.

ADDITIO. Gradus hęredum dicimus, vt cognatorum: quòd remotior in locum propioris deficientis iure dati, & à teſtatore ſubſtituatur. E.B.

N.A. † Plures gradus. Inſtitutionis vnus eſt gradus, ſubſtitutionis plures eſſe poſſunt. Subſtitui enim poteſt ſubſtituto, i. tertio & quarto gradu, & in infinitū. Sed ad intellectum ſecundi reuocantur, quia deficiente ſecundo, tertius fit ſecundus. l. 36. ff. hoc titulo.

¶ c Inquantum. id eſt. Quot.

¶ d Subſtituere. ſcilicet poteſt.

¶ e Nouiſſimo. id eſt, vltimo: ſic ſ. de ſuſp. tu. §. nouiſſimè. Sed nunquid in alio niſi in vltimo, fieri poteſt? Reſp. nō. cùm enim ipſe ſeruus omnino eſſe hęres compellatur: vt hic ſubiecit. & j. de hęre. quali. & diffe. §. j. patet aliū, qui eſſet ei ſubſtitutus, non admitti: vt Co. eo. de impube. & ali. ſubſtit. l. poſt aditam.

ADDITIO. Et ſic licet datio ſubſtituti vulgaris tollat ſuitatē in filio, non tamē tollit neceſſitatem in ſeruo: & intelligitur tunc collata ſubſtitutio in caſu impotētię. Ang.

¶ f Vel. Pro ſaltem.

† Neceſſarium. Vide ſuprà ad titul. 6. lib. 1. & ad titulum de hæred. inſtit. lib. 2. N.A.

† Inſtituere. Imò ſubſtituere, l. 162. ff. de verb. ſignif. Sed ſubſtitutio etiam inſtitutio eſt. itaque appellatur. l. 26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. N.A.

¶ Et plures. CASVS. Hortenſius ſic ſcripſit, Papyrius hęres eſto: ſi nolit, eſto Cornelius. valētne vnius vni ſubſtitutio? valet. quid, ſi ſic, Papyrius hæres eſto, ſi nolit, Corneli⁹ & Seſtius ſūto. valétne? valet. Quid, ſi ex contrario pluribus vnus ſubſtituatur, aut plures pluribus: valebit. Quid verò, ſi inuicem ſubſtitui ſint? hoc modo: Papirius ex ſemiſſe hęres eſto: Cornelius itē ex ſemiſſe. Quod ſi nolit eſſe Papyrius eſto in eius ſemiſſē Cornelius. ſin verò non adierit Cornelius, Papyrius in ei⁹ partem ſuccedito: valet ſubſtitutio. C. Vib.

¶ Not. formam ſuſtitutionis reciprocæ. Sylu.

¶ g Vel vnus. ſcilicet, ſubſtitui poteſt in locum plurium.

¶ h Inuicem. Sic j. tit. j. §. ſubſtituitur. & per talia verba fit ſubſtitutio compendioſa.

† Inuicē. Quæ ſubſtitutio modo mutua, modo reciproca dicitur. l. 1. ff. hoc tit. N.A.

¶ i Ipſi, ſcilicet poſſunt ſubſtitui.

Digitized by Google

¶ Et ſi ex diſparibus. CASVS. Cęlius hæredē Titiū inſtituerat ex beſſe. Flauiū ex triēte. deinde eos inuicē ſubſtituerat. nunc accidit, vt Titius repudiarit hæreditatem. quæro, an Flauius totum beſſem accepturus ſit, an trientē tantùm? Imò beſſem vniuerſum. C. Vib.

¶ a Diſparibus partibus. Puta vnum in ſex vncias, alium in quatuor, alium in duas inſtitutum ponas: nam ſi non adeat inſtitutus in ſex vncias, quatuor accreſcunt habenti quatuor, & duæ habenti duas: vt hic, & ff. eod. l. ſi in teſtamento. & l. ſi plures. & C. eo. l. j.

N.A. † Eas partes. Quia tacitè repetitæ intelliguntur. l. j. C. de impu. & al. l. 5. l. 8. l. 24. ff. hoc tit. Denique vſitatum eſt, vt tacitæ repetitiones intelligātur, vt expreſſa in inſtitutione, cenſeantur repetita in ſubſtitutione. l. Latinus. 63. de leg. 2. l. auia. 77. de condit. & demonſt.

¶ b Expreſſit. Contra ff. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. ſed hic loquitur, cùm non expreſſit propria nomina: nam ex æquis partibus ſubſtitutos dare iuſſit.

¶ Sed ſi inſtituto. CASVS. Cælius ſic hæredes inſtituerat, Titium ex ſemiſſe, & Mæuium ex ſemiſſe. deinde dixit, Si Mæuius hæreditatē repudiet, Titius ei ſuccedat. Quòd ſi Titius repudiet, Septimius hæres eſto. Quæro, an Septimius hæres non ſit, niſi ſimul & Mæuius & Titius repudiarint: quoniam de Titio mentio facta eſt hoc ordine? Imò etſi vterque repudiauit in totum hæres erit: & ſi alteruter repudiarit, in eius qui repudiauit partem. Cor. Vib.

¶ Sed ſi inſtituto. Titius & Seius inſtituti ſunt hæredes, & Titio Seius ſubſtitutus, & Seio fuit ſubſtitutus Mæuius. primò Titius, ſecundò Seius repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriuſque hæredis: vt hic, & ff. eodem. l. ſi Titius. & l. cohæredi. in princip. Accurſius.

¶ Inſtitutis portionibus nō ęquis, mutuoq; ſubſtitutis, partibus non definitis, eædem partes in ſubſtitutione datæ videntur.

¶ Et ſi ex diſparibus partibus[a] hæredes ſcriptos inuicē, ſubſtituerit, & nullā metionem partium in ſubſtitutione habuerit, eas videtur in ſubſtitutione partes † dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit[b], & ita diuus Pius præſcripſit.

¶ Quum ſubſtituto ſubſtitutus datur, & hæredis & ſubſtituti ſimul atque ſeorſum hæres eſſe poterit: prout cuiuſq; pars vacabit.

¶ Sed ſi inſtituto hęredi[c] & cohęredi * ſuo[d] ſubſtituto dato, alius[e] ſubſtitutus fuerit, diui Seuerus, & Antoninus ſine diſtinctione[f] reſcripſerunt ad vtramque partem † ſubſtitutum admitti.

¶ c Hæredi. ſ. Seio.

¶ d Cohæredi ſuo. ſcilicet Titio.

N.A. * Cohęredi ſuo ſubſtituto. i. hęredi inſtituto, qui cohæredi ſuo ſubſtitutus eſt, hoc modo. Primus, & ſecundus hęredes ſunto. Si ſecundus nō erit primus hęres eſto: ſi primus non erit, tertius hæres eſto. Primi repudiātis partem, ſecundus non obtinebit, ſed terti*. Quia ſcriptura ordo non ſpectatur. l. 27. l. 41. ff. hoc titulo.

* cohærede & abeſ. &

¶ e Alius. ſcilicet Mæuius.

¶ f Sine diſtinctione. ſ. ordinis pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutionis, quaſi dicat, nō diſtinguitur, ſi fuerit pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutio: & quę fuerit primò facta, vel inſtitutio, vel ſubſtitutio. & idem in vulgari. Sed hanc probant quidam: quia debet ibi eſſe ordo: vt primò principalis inſtitutio, & poſtea ſubſtitutio fiat: vt ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. ſecunda. §. prius. Sed certè ille. §. prius corrigitur per ſeq. §. vſque in fi. dictæ legis. Sed ego hoc reprobo: quia non eſt hæc huius literæ intentio, ſed hęc: quia ſic fuit de facto, quòd non diſtinxerūt cùm ab eis quæreretur. Eſt tamē diſtinguendū à nobis, ſicut & aliàs. ff. de iudi. l. non poteſt. in fi. & de poſt. l. Imperator. in fi. glo. §. ij. Itē, nō dicitur hic. de pupillari, ſed de vulgari tantùm: vt patet ex ſerie ti. per quod etiā reprobatur ſuperior ſententia, ſ. quia in princ. gloſ. fuit dictum, ſecundùm quoſdam non diſtinguitur an fuerit pupillaris, an vulgaris ſubſtitutio. Diſtingue ergo, vtrū inſtitutus adierit, vel cohæres, vel ambo, vel nullus:

lus: ſi enim vterque adiuit, ſubſtitutus repellitur. ſi cohęres tantùm. l. Seius, idem, quia Mæuius repellitur. Item ſi neuter, habet locum quod hic dicitur. ſ. quòd Męuius habeat totum. ſi autē Titius tantùm, ſ. primus hęres adeat, & Seius non: in partem repellitur. ſ. Męuius. nam in partem repellitur, quā adiit Titius: vt C.eo.l.poſt aditam.& ff.de vulga. ſubſt. l. qui habebat filium. j.reſpon.

N. A. † Ad vtramque partē. ſiue primus ex inſtitutione, ſiue etiā ex ſubſtitutione hæres eſſet.d.l.27.

¶ Vulgariter ſubſtitutus alieno ſeruo, quem teſtator liberum opinabatur, quamuis domini iuſſu ſeruus hęreditatem adierit, ad partem hæreditatis admittitur. qualis autem ſit horum verborum, Si hæres non erit, interpretatio, hic traditur.

¶ Si ſeruum alienum quis patremfamiliàs [a] arbitratus † hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non eſſet, Mæuium ei ſubſtituerit, iſque ſeruus iuſſu [b] domini adierit hæreditatem: Mæuius * ſubſtitutus, in partem [c] admittitur †. Illa

¶ Si ſeruū alienū. CASVS. Titius partheniū liberū putans cùm Tyberij ſeruus eſſet, eum hæredem ſcripſit, eique Mæuium ſubſtituit. Parthenius iuſſu domini hęreditatem adiit: quęro an repelletur Mæuius, minimè: ſed in partem dimidiam admittetur. Quomodo ergo verba illa, Si hęres non erit, interpretabimur: diſtinguo. Nam teſtator Parthenium inſtituebat, aut ſciens ſeruum eſſe, aut ignorans. Si ſic accipiuntur, Si Parthenius neque liber factus ac mutato ſtatu, hęres erit: neque ſeruus manens iuſſu domini adeundo dominum hęredem fecerit. Sin ignorans, hoc modo, Si Parthenius neque ſibi (vtpote libero, ſic enim teſtator crediderit) liber manens acquirat, neq; mutato ſtatu, ac ſeruus factus ei, cuius ſeruus efficietur. Cor. Vib.

¶ Not. quòd exiſtentibus hinc inde rationibus & dubiis, eligetur media via. Item, quod error in perſona hęredis inſtituti, quòd ſit liber vel ſeruus, non vitiat. Item, quòd illa verba, Si hæres non erit, in ſeruo intelliguntur, vel ſi aliū hęredē nō fecerit. Itē, quòd princeps fuit iudex in propria cauſa. Syl.

¶ a Patremfamiliàs. id eſt, liberum hominem. Accur.

ADDITIO. Et hoc verum, niſi error eſſet in ea perſonę qualitate, quæ pręſumeretur cauſa fin. ipſius inſtitutionis, puta in conſanguinitate: vt l.ſi pater. C.de hæred.inſt. Ang.

N. A. † Arbitratus. Eúmque nihilominus inſtituturus propter leg.4. Co.de hęred. inſtit. & l.id eſt. 13. §. ſi ſeruum. ff. de teſtam. mil. Præſertim, cùm vbi non valet inſtitutio, valere ſubſtitutio non poſſit. l.44. ff. hoc tit.

¶ b Iuſſu. Quem Iuſſum neceſſariò oportet pręcedere. vt ff. de acqui. hęr. l. ſi quis mihi. §. iuſſum.

¶ c In partem. Sed in quam? Reſpon. hęreditas in duas partes diuiditur: & iterum vnus ſemis diuiditur in duas partes: quę ſunt duę quartę totius: & vnā harum particularum habet dominus inſtituti, aliam ſubſtitutus: vt ff.de hęr. inſtit. l.ſi paterfam. in fin. Sed de alio ſemiſſe quid erit? Reſp. quidam, quòd ſubſtitutus habet, inſpecta opinione teſtantis, ſcilicet qui credidit inſtitutum liberū fuiſſe: & ita per conſequēs credit ſubſtitutum admitti: ſi hęreditatem ſibi inſtitutus non acquiſierit, vel alij, cuius iuri poſtea ſubiectus foret: vt in fine huius §. ergo ſi aliquod iſtorū duorum non contingit, debet habere ſubſtitutus ſecundùm opinionem teſtantis totam hęreditatem: ſed quia non erat liber, vt teſtator credidit, de æquitate datur domino ipſius quarta hęreditatis: & facit pro hoc illud generale, opinionem conſiderandam: vt ff. pro empt. l.ij. §. ſi à pupillo. in gl. ſi in re. & ff. de acquir. hæred. l. is qui putat. Alij dicunt, quod domino datur conſiderata veritate magis quàm opinione: quia verè ſeruus eius domini factus erat ille, qui inſtitutus fuit: quod verius eſſe videtur, veritate magis attenta. vnde facit & illud generale, veritatem ſpectandam: vt j. de leg. §. ſi quis rem. Accurſ.

Opinio an ſitne ritati antepo-nenda.

* *abeſt ribiè.*

¶ Adde ꝙ hęc glo. communiter approbatur: tamen contraria opinio, ſaltem diſputando, ſuſtentabilis eſt, cuius tota vis eſt in l.ſi paterfamiliàs. ff. de hęred. inſtit. vbi propriè deciditur dubitatio glo pro ſubſtituto: & ſic eſt cōtra gl. dicitur enim in princi. ſubſtitutum admitti in partē: & cùm non declaret in

in quam, de dimidia eſt intelligẽdum. l.nomen. §.portiones. ff. de verb.ſign. ponit poſtea rationem ille text. quare ſubſtitutus admittitur, tandem dicit duos ſemiſſes fieri: vnum diuidi inter eos: de altero videtur nihil dicere. quod ideo fecit: quia iam ſ. dixerat ad ſubſtitutũ pertinere. & ſtante tali intellectu omnia argumẽta gl. facillimè reſoluũtur. Syl.

ADDITIO.

Dic quod vlt. opin. gl. eſt verior. & ita not. glo. & docto. in d.l. ſi paterfamiliàs. videlicet, quod dominus ſerui habeat totum alium ſemiſſem. Angel. Aretin.

N.A. † Admittitur. Et ita notandum, ſubſtitutionem cum inſtitutione concurrere, iure ſingulari. *Pius I.

enim verba [a] SI HAERES NON ERIT [b], in eo quidem quem alieno iuri ſubiectum eſſe, teſtator ſcit [c] ſic accipiuntur, ſi neque ipſe hæres erit [d] neq; alium [e] hęredẽ effecerit [f]. In eo verò, quem patremfamiliàs eſſe arbitratur [g], illud ſignificant †, ſi hæreditatem ſibi, vel ei, cuius iuri poſtea ſubiectus [h] eſſe cœperit, non adquiſierit [i]. Idque Tyberius * Cæſar in perſona Parthenij ſerui [k] ſui conſtituit.

a Illa enim verba. Nũc mutat caſum: nam ſuprà dixit, quando aliud arbitrabatur teſtator, & aliud erat: in his autem duobus reſponſis, quæ ſequuntur, idem eſt id quod arbitratur teſtator. Accurſ.

b Si hæres non erit. Quæ apponuntur in ſubſtitutionibus vulgaribus.

c Teſtator ſcit. Et verum ſcit. aliàs enim non diceretur ſcire: niſi eſſet: vt ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. item. Labeo ait cum quæritur.

d Erit. ſcilicet, liber factus.

e Neque alium. id eſt, ſi neque ſibi, ſi liber fieret, vel domino ſuo pręſenti, vel etiam futuro quærat.

f Effecerit. Nam tunc quando non eſt aliquod iſtorum duorum, admittitur ſubſtitutus.

g Arbitratur. Scilicet teſtator, ſubaudi, & verum arbitratur. Accurſius.

N.A. † Significant. Vnde apparet mentem teſtatoris illam fuiſſe quam diximus ex lege 40. & lege ſeq. ff. de hæred. inſtituend.

h Subiectus. Puta, quia vendidit ſe ad pretium participandum, vel quia dedit ſe in arrogationem, quod poteſt.

TIT. XVI.

DE PVPILLARI ſubſtitutione.

¶ Qui liberos impuberes in ſuis habet ſacris conſtitutos, non ſolum vulgariter, id eſt, ſi hęredes non erunt, ſed etiam pupillariter, ſi hæredes fuerint, & intra pubertatem deceſſerint, eis ſubſtituere poteſt: ideo primo caſu contingẽte, ſubſtitutus ſ.c teſtatoris hæres: ſecundo verò caſu, ipſi pupillo hæres efficit:ir.

i Acquiſierit. ſupple in litera. At in noſtro caſu princ. ſ. huius. §. aliud, & aliud arbitratur: vnde ibi in partem admittitur, vt ibi diximus. & hæc omnia diſtinguendo ſeruauit princeps, quando ſeruus ſuus fuit inſtitutus, & alius ſubſtitutus, vt hic dicit, & ff. de hæred. inſtituend. l. & hoc Tyberius. Collige ergo talẽ diſtinctionẽ: quia cùm hæredem aliquẽ inſtituo, & ſi hæres non erit, ſubſtituo, aut ſcio liberũ, aut ſcio ſeruũ: & tunc ſeruatur q in ſecunda, & tertia reſp. huius §. dicitur. Aut puto liberũ falsè, cùm ſit ſeruus, & tunc ſubdiſtinguo, aut per eum volui, aut nolui aliũ fieri hęredẽ: quia hoc expreſſi, & tunc ſeruatur mea voluntas: vt C. de hæred. inſt. l. cùm proponas. in gl. pen. ibi, item not. quæ eſt huic contraria. Aut eſt dubium, an volui, vel non, alium fieri hæredem per eum: & tũc ſeruatur, quod in prin. huius §. dicitur. Si autem puto ſeruum, cùm ſit liber: hic caſus indubitabilis eſt. ſcilicet, quòd erit liber hæres.

k Serui. ſ. inſtituti, cui fuerat alius ſubſtitutus. Nam diuiſa fuit hęreditas inter Tyberium dominum ſerui, & inter ipſum ſubſtitutum: vt patet in l. & hoc Tyberius. ff. de hæred. inſtit.

DE PVPILLARI SVBſtitutione.

Pupillaris ſubſtitutio eſt, quæ à parente, liberis impuberibus, quos in poteſtate

teſtate habet, fieri ſolet ſub conditione, Si hæres priore gradu inſtitutus non erit.

* Ex Gaio. lib. 2. tit. 4.

Liberis a * ſuis impuberibus, quos in poteſtate quis habet nõ ſolũ ita, vt ſuprà diximus b, ſubſtituere poteſt. i. vt ſi hæredes ei non extiterint, alius ſit ei heres: ſed eo amplius, vt ſi hęredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis hæres: veluti, ſi quis dicat hoc modo c: TITIVS FILIVS MEVS HAERES MIHI ESTO. d ET

Liberis. Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes. Primò, ponit qualiter quis poſſit facere pupillarem ſubſtitutionem. Secundò, de exẽplari ſubſtitutione, cui fieri poteſt. Tertiò, redit ad pupillaris ſubſtitutionis materiam. Quartò, ꝙ etiam exhæredatis poteſt fieri illa ſubſtitutio. Quintò, citra pupillarem ſubſtitutionem aliquos caſus ponit, & potiſſimè vſque ad quam quantitatem fieri poſſit. Sextò, quòd maiori, vel puberi, vel extraneo fieri non poteſt pupillaris. Secunda ibi, Qua ratione. Tertia ibi, Igitur. Quarta ibi, Non ſolùm. Quinta ibi, Quæcunque. Sexta ibi, extraneo.

¶ Liberis ſuis. CASVS. Metellus ſic hæredes inſtituit, Lucius filius meus hæres mihi eſto. & ſi filius meus mihi hæres nõ erit: ſiue hæres erit, & prius moriatur, quàm ad annum xiiij. peruenerit, qua ætate ſibi ipſe tutor erit: tunc Seius hæres eſto. Quæro, quando Seius hæres eſſe poſſit? Siue Lucius, viuo patre, moriatur, Seius hæres Metello erit vulgari ſubſtitutione: ſiue Lucius hæres ſit patri: ſed ſi ante annum decimumquartũ moriatur, Seius erit hæres Lucio. Et quomodo Lucio, quum alteri hæredem facere non liceat? hæres autem fuit Lucius. cur igitur pater illi hæredem ſcribit? Contra ius commune moribus receptum eſt, vt parentes liberis, quos in poteſtate habent, vſque ad pubertatem teſtamentum faciant. Corn. Vib.

¶ Not. quòd parentes filiis ſuis impuberibus poſſunt nodum vulgariter, ſed etiã pupillariter ſubſtituere. Item not. ad eſſentiam pupillaris ſubſtitutionis quæ requirantur. Item not. formam concipiendæ ſubſtitutionis pupillaris. Item, quòd ſubſtitutio aliquando duplex eſt, aliquãdo ſimplex. Item, quòd per vulgarem ſuccedirur teſtatori: per pupillarem pupillo. Item, ꝙ pupillaris expirat, aduenięte pubertate. Item, quòd hæc ſubſtitutio inuenta eſt moribus & cõſuetudine. Item, quòd conſuetudo poteſt tribuere formam teſtamento condendo. Item, quòd conſuetudo poſtquam eſt redacta in ſcriptis, adhuc dicitur conſuetudo. Itẽ, ꝙ ſubſtitutio pupillaris inducta eſt ex æquitate, vt qui ſua imbecillitate impediuntur teſtamentũ cõficere, poſſint habere ex teſtamẽto hæredem ſibi datum à patre. Syluest.

¶ a Liberis. Nota, ex hac litera tria eſſe neceſſaria, vt pupillaris ſubſtitutio teneat. Primum, vt ſit de liberis cui ſubſtituitur: nam extraneo ſubſtitui non poteſt: vt infrà eod. §. extraneo. Secundum, quòd ſint impuberes: nam puberibus non poteſt pupillariter ſubſtitui: vt infrà eod. §. maſculo. Item tertiò, quòd habeat in poteſtate: vt in hac litera probatur per ordinẽ. emancipatis autem non poteſt ſubſtitui: vt ff. eod. l. ij. §. j. Item, eſt neceſſarium quartum, quòd filij ſint inſtituti, vel exhæredati, aliàs nullum eſſet principale teſtamentum: vt ſuprà de exhæred. lib. in princip. & ff. eod. l. j. in fin. vnde nec pupillare valeret: vt infrà eodem §. liberis. & hæc omnia ſimiliter in nepotibus ſeruantur, ſi non ſint recaſuri in ſui patris poteſtatem: vt ff. eod. l. ij. §. planè poſthum. aliàs cum ſunt recaſuri, non valet teſtamentum: cùm in ea cauſa ſint, vt eorum teſtamenta non valeant, etiam ſi ipſi ſint maiores.

Subſtitutio pupillaris habet quatuor neceſſaria.

¶ Dic, quòd ſunt octo requiſita ſecundùm Bart. in l. ij. ff. eod. in ij. q. quem alij ſequuntur. quinque hic poſita: & quòd nõ deſierint eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris: vt ff. eod. l. cohæredi. §. cum filiæ. Item, quòd pater ſibi faciat teſtamentum. l. j. in fin. ff. eod. vltimò, quòd patris adeatur hęreditas. d. l. ij. verſic. adeò. ff. eod. Syl.

¶ b Ita vt ſuprà diximus. ſcilicet, vulgariter. ſ. tit. j. & hoc idem hic ſubiicit: vt ſi hæredes, &c.

¶ c Hoc modo. Hic cautè not. quòd primò ponit verba inſtitutionis. Secundò ſubſtitutionis vulgaris. Tertiò ſubſtitutionis pupillaris.

¶ d Eſto. Hæc eſt inſtitutio tantùm.

¶ a Et

SI * FILIVS [a] MEVS HAERES MIHI NON ERIT, SIVE HAERES [b] ERIT, ET PRIVS MORIATVR, QVAM IN SVAM TVTELAM † VENERIT, id eſt, ante quàm pubes [c] factus ſit, TVNC SEIVS HAERES ESTO, quo caſu [d], ſiquidem non extiterit hæres filius: tunc ſubſtitutus patri fit hæres [e] †. Si verò extiterit hæres filius, & antè pubertatem deceſſerit: ipſi filio [f] † fit hæres ſubſtitutus. nã moribus [g] † inſtitutum * eſt, vt cùm eius ætatis [h] filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant.

*ſ verò.

* introductum.

¶ Qua ratione poteſt pater filio impuberi pupillariter ſubſtituere, eadem poterit filio furioſo, aut mente capto exemplarem ſubſtitutionem facere. itaque ſicuti pupillaris, pubertate adueniente, expirat, ita exemplaris furore ſedato, & ſanitate mẽtis reſtituta euaneſcit.

¶ Qua ratione excitati [i], etiã conſtitutionẽ [k] in noſtro poſuimus Codice, qua proſpectum eſt, vt ſi qui mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes cuiuſcunque ſexus, vel gradus, liceat eis

N.A. † Tutelam impubes alienæ tutelæ eſt: pubes ſuæ. Hinc veniſſe in ſuam tutelam dicitur, qui pubes factus eſt. l.50. ff.de legat.3.

¶ a Et ſi filius. Ecce vulgaris.

¶ b Siue hæres. Ecce pupillaris.

¶ c Pubes: Benefacit, quòd exponit: aliàs interdũ pro xiiij. annis, interdum pro xxv. an. ponitur hæc oratio: cùm in ſuam tutelã venerit: ff. de leg. iij. l. cum filio.

ADDITIO. Vetus eſt locutio, quia pubertatis anni demonſtrãtur. Cicero in Bruto: Cùm ita hæres inſtitutus eſſet, ſi pupillus ante mortuus eſſet. & lib. de orat. 1. Negarétq; niſi poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelã veniſſet, mortuus eſſet, hęredẽ eſſe non poſſe.

¶ d Quo caſu. Supradicto.

¶ e Patri fit hęres. Et ſolius patris habeat bona, ſecundum Azo.

N.A. † Patri fit hæres. Atque hoc vulgari modo.

¶ f Ipſi filio. Et nihilominus patri: vt ff.eod.l.paterfamiliàs, & bona pupilli vndecunque quæſita ſint habet: vt ff. eodem.l.ſed ſi plures. §.ad ſubſtitutos. [Quod dic verum, etiam ſi ſubſtitutus pupillariter ſit ſubſtitutus in certa re: quia detracta illius mentione, admittitur in totum text. eſt ſing. in l.cohæredi §.fin.ff.eod. Syl.] Niſi in duobus caſibus, vt in teſtamento militis, & arrogatoris: vt ff.eod. l. ſed ſi plures.§. in arrogato. & §. ad ſubſtitutos in fin. Accurſ.

N.A. † Ipſi filio. Et ſic, pupillaris ſubſtitutio, non patri, ſed filio hæredem attribuit.

¶ g Moribus. Aliàs à maioribus: vt C. de impuberibus & aliis ſubſtitutionibus.l. humanitatis.

N.A. † Moribus. Plato non immerito in ſuas leges retulit libro vndecimo. Patria poteſtas moribus recepta dicitur: quam tamen ex legibus Regiis in duodecim tabulis relatam cõſtat. l. viij. De his qui ſunt ſui. Tutelæ datio, quam ex duodecim tabulis introductã conſtat, iure patriæ poteſtatis inſtituta dicitur l. xl. de adminiſt. tutor.

¶ h Aetatis. Vt maſculi ante decimumquartum annũ fœminæ autẽ ante duodecim.ann.ff.de teſtamen.l. quia ætate. & ſuprà, qui manumitt. non poſſunt. §. cum ergo.

¶ Qua ratione. CASVS. Aurelius cùm haberet filiũ mente captum, ita ſcripſit, Lucius filius meus hæres mihi eſto. ſi Lucius filius meus hæres mihi non erit, aut furioſus deceſſerit, Septimius hæres eſto. quæro, an valeat ſubſtitutio, quum hæredem alteri conſtituere iure non poſſit? Contra ius commune propter morbum filiorum, Imperator voluit, vt pater furioſi filij hæredem ei facere poſſit. Nam ſi ad ſanam mentem redierit, ſubſtitutio nullius eſt. Cornelius Vibul.

¶ i Excitati. ſcilicet nos Iuſtinianus.

¶ k Conſtitutionem. C. de impuberibus & aliis ſubſtitutionibus. l. humanitatis.

Digitized by Google

& ſi puberes † ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas [a] ſubſtituere, ſin autem reſipuerint [b], eandem ſubſtitutionem infirmari: & hoc ad exemplū [c] pupillaris ſubſtitutionis quę [d] poſtquàm pupillus adoleuerit [e], infirmatur.

N.A. † Et ſi puberes. Ita tamen, vt legitima ipſis relinquatur, vt ſi liberos benè ſanos habeāt, ſubſtituatur; ſi non habeāt, fratres illorum l.ix.C.de impu.& al.

a Certas perſonas. ſcilicet filios mēte captorū, ſi habeant: aliàs fratres mēte capti: alias quoſcunq; volet: vt in dicta l. humanitatis. cōtinetur.

Et in hoc diſcrepat à pupillari: & ratio eſt, quia pupillaris introducta eſt ſecundum iuris ciuilis rigorem ratione patriæ poteſtatis, quę durat, etiam ſi extraneus ſubſtituatur: ſed exemplaris fit ex quadam humanitate & pietate, quę ceſſat ſubſtituendo extraneos, cùm furioſus haberet filios vel fratres. Et hæc eſt ratio Bart. in l. ex facto. ff. eod. verſ. tertio quæritur. quæ diſputatiuè patitur difficultatem. Syluest.

b Reſipuerint. id eſt, cum compotes mentis, vel ſani facti fuerint.

c Ad exemplum. Et ita hæc vocatur exemplaris ſubſtitutio. Vnde vt plene de his habeas notitiā, diſtingue quinque genera ſubſtitutionum: quia alia eſt vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, alia compendioſa. *Subſtitutio vulgaris.* Prima, ſcilicet vulgaris ſubdiuiditur: quia alia expreſſa, vt quæ fit verbis negatiuis: vt, ſi hæres non eris, Titius erit hæres: vt §. proxi. Alia tacita, quæ fit verbis affirmatiuis, vt his, Vos inuicem ſubſtituo, vt ff. de hæred. inſtitu. l. cùm in teſtamento. §. j. Item hæc, quiſquis erit mihi hæres, ſit filio meo impuberi hæres: vt ff. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. & hæc vulgaris adita hæreditate, expirat: vt C. eod. l. poſt aditam. *Subſtitutio pupillaris.* Secunda autem, ſcilicet pupillaris, ſimiliter ſubdiuiditur: quia alia expreſſa: quæ fit verbis affirmatiuis: vt hic, ſi hæres eris, & morieris in pupillari ætate, Titius ſit hæres: vt §. proxi. Alia tacita, ſ. vt ſi vulgariter tātùm pupillo ſubſtituatur, quo caſu tacita ſubintelligitur pupillaris. ſic & ſub pupillari tacita, vulgaris intelligitur: vt ff. eod. l. iam hoc iure. in princ. & C. de impu. & ali. ſubſt. l. quamuis. & hæc adueniente pubertate, expirat: vt in fin. huius §. *Subſtitutio exēplaris.* Tertia ſcilicet exemplaris, ſic ideo dicitur, quia ad exēplū pupillaris eſt inducta, vt hic dicitur. In multis tamen differunt: quia hæc etiā maioribus fit, ſed alia tantùm impuberibus. Item, vſque ad certam ætatem fit pupillaris, ſcilicet decimum quartum annum, vel duodecimum annū in fœmina: vt J. eo. §. maſculo. vel etiam minus tēpus certum, non maius: vt ff. eod. l. ſi ita quis ſubſtituerit. & l. in pupillari. at hęc exēplaris in incertum. Item in hac, ſ. exemplari, certæ perſonæ ſubſtituuntur: vt C. eod. l. humanitatis. in pupillari autem quilibet poteſt ſubſtitui. [Item, illa fuit introducta moribus, hæc lege. Itē, pupillaris non poteſt fieri naturalibus tantùm, hæc ſic. Item, ſoli parentes maſculi ſubſtituunt pupillariter: hic etiam matres. d. l. humanitatis. Item, pupillaris poteſt fieri exhæredato, hęc non quia ſaltem debet habere legitimam. Differunt etiam in aditione hæreditatis. Syl.] *Subſtitutio breuiloqua vel reciproca.* Quarta autem. i. breuiloqua, fit ita duobus hæredibus inſtitutis, vos inuicem ſubſtituo: & ſi ambo pupilli ſunt. nam quatuor ſubſtitutiones his verbis breuibus comprætenduntur: & appellat lex hanc reciprocam ſubſtitutionem: vt ff. eo. l. iam hoc iure. §. j. *Subſtitutio compēdioſa.* Quinta, ſ. compendioſa, fit his verbis aliquo inſtituto: quandocunque deceſſerit, Titium ſubſtituo. & ſi quidem hoc fiat à milite pupillo, vel non pupillo, valet iure directo, quandocunq; decedat inſtitutus: vt ff. de mili. teſtam. l. miles ita hæredem. §. j. niſi mater ſit in medio. quo caſu iure fideicommiſſi valet, ſi pubes iam factus decedat inſtitutus, vt C. eod. l. precibus. Si vero paganus, ſiue non miles, faciat eā: valet iure directo, ſi moritur inſtitutus in ætate pupillari. Si verò poſtea, tunc aut per hæc verba fit, ſubſtituo illum: & tunc trahitur ad fideicommiſſariam: vt ff. ad Trebellia. l. Scæuola. aut per hæc verba, te inſtituo: & ſi deceſſeris quandocunque tibi illum facio hæredem, & hæc non valet, vt ff. eod. l. verbis ciuilibus.

Materia huius gl. excedit vires aditionis: & modum, & etiam caput iuuenum, ideo pertranſeo. Syl.

d Quæ. ſcilicet pupillaris.

e Adoleuerit. Item, finitur arrogatione impuberis: vt ff. de adopt. l. nec

et.

ei.in fine. Item, ſi patris non fuit hæreditas adita: vt ff.eod.l.ſed ſi plures. §.ſi ex aſſe. [Intellige, niſi ſubſtituatur per edictū, ſi quis omiſſ. cau.teſtam. vt ibi, vel niſi exiſtentia ſui hæredi, confirmet pupillares tabulas. l. ſi filius, qui patri. ff.eo.Syl.] Item, ſi naſcitur poſthumis teſtatori: vt ff.eo.l. ſi pater filium. [Dic hoc verū olim, hodie ſecus. authent. ex cauſa. C.de lib.prǽter. Syl.] Item, per ſecundum teſtamentum, quod tamen valet, vt ff.eod. l. ſi quis eum.§.fi. Item, ſi teſtamentum paternum rumpatur per querelam in totū: aliud ſi pro parte, vt ff. eod.l.in ſubſtitutione. & de inoffic. teſta. l.Papinianus.§. ſed nec impuberis. Sed contra tabulas bonorū poſſeſſio mota, non facit pupillarem ſubſtitutionem ceſſare: quia ibi nō quǽritur de viribus teſtamenti: vt ff. eo.l.ex duobus. §.fin.& de inoffic.teſt.l.filius.§.j.

Item, ſi teſtamentum patris fiat irritum. l.ſi quis filio. §. irritum.ff.de iniuſ. rup. Item, ſi ſubſtitutus tempore mortis ſit incapax.l.ſi is, qui hæres.ff. de hæred.inſtit. Item, ſi ante mortem patris fuit emancipatus. l.cohæredi.§. cum filiæ.ff.eod. Item, ſi daretur filius pupilli ante pubertatem, quod videtur impoſſibile, finiretur.l.ex facto.in pr. ff.eod.Syl.

a Præfatum modum. Vt ſuprà eod.in princ.

b Duo. Nota, quòd duo dicitur quo ad quid: quia duobus fit.nam inſtituitur hæres duobus, patri ſcilicet, & filio. Item duarum hæreditatum. vnum verò dicitur, quia ab vno factum: & facit ad hoc.ff.eod. l. patris, & filij. & ff. de cond.& demon. l.hæc ſcriptura. & ff. de bon. poſſeſ. ſecundum tab.l.ſi ita ſcriptum.§.fin.& l.vt bonorum.

¶ Facta pupillari ſubſtitutione, cēſentur duo teſtamenta: vel vnum, duarum hæreditatum. Aret.

¶ Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundùm præfatum modum a ordinata, duo b quodammodo ſunt teſtamēta: † alterum patris, alterum filij: tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredē inſtituiſſet, aut certè vnum teſtamētum † eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum.

¶ Poteſt pater facere ſubſtitutionē pupillare filio ſeparatim clauſam, & ſignatam: & diſponere, quòd non aperiatur, viuo filio. quæ diſpoſitio valet, etiam ſi non fuerit perfecta clauſa, & ſignata. Aret.

¶ Sin autem quis ita formidoloſus c ſit, vt timeat * ne filius ſuus * pupillus adhuc ex eo, quòd palam ſubſtitutum acceperit, poſt obitū eius periculo inſidiarū ſubiaceat d: vulgarem quidē ſubſtitutionem e palàm facere, & imprimis teſtamenti partibus ordinare * debet. Illam autem ſubſtitutionem, per quam ſi heres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſe-

* timeret.

* eius

* abeſſ.

Dic clarius, quod dicitur vnū reſpectu vnius teſtatoris, vnius ſolennitatis, & validitatis, & iuris accreſcendi. l.qui patri.ff.de acqui.hære. Dicuntur autē duo reſpectu hæreditatum, & quia duobus prouidetur, & quia poſſunt diuerſimodè repudiari, & quia duobus temporibus confici poſſunt. l. ſi quis eum.§. fin.ff.eod. Eſt tamē re vera vnū: quia aliàs concurrerēt tres fictiones, quod factū à patre, cēſeatur factū à filio. Itē quod impubes poſſet teſtari. tertia, quod factū ante mortē, cenſeretur factū poſt mortē. Syl.

† Duo teſtamēta. Dixit ergo duo, Quia ideo paſſim duæ tabulæ appellantur: Principales, & pupillares: Quoniam vnius duæ non poſſunt eſſe hæreditates l.xxx.§.1.de excuſat. N.A.

† Vnum teſtamētum. Quod verius eſt, vt ſecūdæ tabulæ ſint adpendices priorum l. penult. ff. teſtam. quem aper. Quia duæ hæreditates ita in vnam coaluerunt, vt vna tantùm intelligatur l.iij.de reb.cred. N.A.

c Formidoloſus. id eſt, timidus & meticuloſus.

d Subiaceat. Quibus inſidiis cum ſubiiceret ſubſtitutus, vt haberet eius hæreditatem, vt fecit Zacharellus.

e Subſtitutionem. ſcilicet cum ipſa inſtitutione. nam hic eſt ordo, vt primò inſtitutio, ſecundò vulgaris ſubſtitutio.

Digitized by Google

rit, ſubſtitutus vocatur [a] ſeparatim in inferioribꝰ partibus † ſcribere [b], eámq; partem proprio lino [c] † propriáque cera conſignare: & in priore parte teſtamenti cauere [d], ne inferiores tabulę viuo filio, & adhuc impubere aperiãtur*. Illud palàm eſt, non ideo minus [e] valere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdẽ tabulis [f] ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hæredem inſtituiſſet: quanuis pupillo hoc periculoſum ſit.

¶ Subſtitutio pupillaris poteſt fieri non ſolùm filio inſtituto, ſed etiã exhæredato: & veniunt in ea omnia bona pupilli vndecunque quæſita, quod locum habet etiam in poſthumis. Arcenus.

¶ Non ſolùm autem hęredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, vt ſi* hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis hæres is, quem ipſi voluerint: ſed etiã exhęredatis [g] †: itaque eo caſu [h] ſi quid exhęredato* pupillo ex hęreditatibus, legatíſve, aut donationibus propinquorum atque* amicorũ aduenerit...

*r tionẽ affert Gaius libr.2. tit.4.

* & ſi.

* abeſt.

* aut Th.

tutio, tertiò pupillaris fiat: vt ſ. eodem titulo in principio.

a Vocatur. Quæ eſt pupillaris.

N.A. Inferioribus partibus. In ima cera, vt Suetonius loquitur in Iul. Cæſ. Sceuola imam teſtamenti partẽ appellat. l. 34. de vſufru. lega. Vide Caium Inſtitut. li. 2. c. 4.

b Scribere. Vel etiam alia charta: quia & hoc fieri poteſt: vt ff. eod. l. patris & filij.

c Proprio lino. Linum appellat ipsã chordulam, quæ fit de lino: vt videmus fieri in literis domini Papæ, in quibus chordulis teſtamenti apponebantur ſeptem ſigilla de cera. Et ideò dicit proprio lino, quia ſi alieno, vendicaret dominus, & ita aperiretur: & conſilium legis nullũ eſſet. vel dic proprio, id eſt, ſeparato ab aliis partibus teſtamenti. Sed nónne magis in ſidiabitur ſubſtitutus. cùm tãtam conſtructionem, id eſt, ordinationem videat, & propter ſe? Reſpon. hoc ignorabit, an propter ſe, an propter alium facta fuerit illa ordinatio. Accur.

ADDITIO. Nec ideo inualidabitur illud conſilium, quia ſub expreſſa vulgari tacita pupillaris contineatur: quia illud verum, niſi de mente tacita, vel expreſſa teſtantis contrarium appareat. vt hic, & l. iam hoc iure. ff. eodem.

N.A. Proprio lino. Spartianus in Nerua. Aduerſus falſarios tunc primum repertum, ne tabulæ niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto, obſignarentur.

d Cauere. idem eſt & ſi hoc non caueat: dum tamen ſeparatim ſignet.

e Non ideo minus. Quaſi dicat, diximus, quòd ſic cautè fieri poteſt. Sed ſi non ita fecerit, nunquid valet ideò minus? Reſpon. non ideò minus, &c. vt hic dicit.

f Tabulis. ſ. apertis.

Non ſolùm. CASVS. Minutius filium ſuum exhæredauit, ſed tamen ita ſcripſit, Si Lucius filiꝰ meꝰ intra annum decimũ quartum moriatur, Lucretius ei hęres eſto. valet ſubſtitutio, & Lucretius hæres erit bonorũ aduentitiorum, id eſt, quæ ex propinquorum, vel amicorum hæreditatibus, legatis, donationibus Lucius acquiſierat. C. Curius ſic ſcripſit, Poſthumꝰ meus mihi hæres eſto. & ſi hæres nõ erit ſiue hæres erit, & ante xiiij. annos moriatur, tũc Seius hæres eſto. Siue poſthumus hæres nõ ſit, Seius vulgariter ſubſtitutus intelligetur, ſiue ante annum pubertatis moriatur, pupillariter ſubſtitutus erit Seius, hæréſque futurus eſt. Cor. Vibul.

Not. Exhæredatis ſubſtitui poſſe. Item, quòd in pupillari veniunt omnia bona pupilli. Item, quòd ſubſtitui poteſt non tantùm iam natis, ſed etiam poſthumis. Syl.

g Exhæredatis. ſcilicet, ſubſtituere poſſunt.

Etiam exhæredatis. Quia teſtator nõ ſuis, ſed impuberis bonis hæredẽ inſtituit. l. 1. l. 10. §. 4. ff. hoc tit. In aduẽtitiis enim hæres inſtitui poteſt, etiam qui à patre exhæredatus eſt. N.A.

h Eo caſu. ſcilicet quando exhæredato ſubſtituitur.

Digitized by Google

quiſitum fuerit [a], in omne [b] ad ſubſtitutum pertinebit. Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel hæredum inſtitutorum [c], vel exhæredatorum [d], eadem etiam de poſthumis † intelligimus.

¶ Nõ poteſt pater pupillo ſuo ſubſtituere pupillarem, niſi ſibi faciat teſtamentum: & ſi non valet teſtamentum patris, non valet ſubſtitutio. Accurs.

¶ Liberis autẽ ſuis teſtamẽtum nemo facere poteſt, niſi & ſibi [e] faciat [f] † nã pupillare teſta-

¶ a Fuerit. Vt quia gratioſus erat hic pupillus, ſic vt ei donaretur, vel legaretur.

¶ b Id omne. Imò videtur, quòd tantùm in eis bonis valet ſubſtitutio, quæ à patre peruenerunt ad filiũ exhęredatum: vt ff. de mili. teſta. l. miles. §. exhæredato. quæ eſt huic contraria. Solut. ibi miles emãcipato ſubſtituebat: quod in alio, ſcilicet pagano non toleratur, vt infrà eo. §. extraneo. & ideo cum vnum pro eo inducitur, ſcilicet quòd poteſt ſubſtituere emãcipato: & aliud contra eum inducitur, ſ. quod non poteſt ſubſtituere emancipato, niſi in his bonis, quæ ſibi dedit: vt argum. ff. de iureiur. l. eum qui. in principio.

ADDITIO. Imò exiſtenti in poteſtate: quod patet, quia exhæredatur: quæ exhæredatio eſſet inepta in emãcipato. vnde dic, quòd ibi loquitur in milite, qui inſtituto, vel emancipato poteſt ſubſtituere pro parte: & pro parte non: ſecus in pagano. Angel.

¶ c Ad ſubſtitutum. Qui ſubſtitutus nullo poteſt grauari legato, etiam in ea re, quæ pupillo fuit relicta: vt Codice de leg. l. cùm quidam. ſed ipſe exhæredatus ſic in re ſibi relicta: vt ff. eodem. l. cohæredi. §. cum filiæ. in fine §. Et nota hunc §. non poſſe hodie habere locum, niſi talis ſit impubes, qui poſſit eſſe ingratus: vt proximus pubertati: vt not. ſuprà quibus modis tutel. fin. §. item ſi in ſeruitutem. aliàs non poteſt exhæredari: vt Cod. de inoffic. teſtam. l. ſi quis in ſuo. §. legis.

¶ d Inſtitutorum. Vt ſ. eod. in princip. vſque ad proximum §.

¶ d Exhæredatorum vt ſ. proximo §.

N.A. ¶ f Poſthumis. Ad hunc textum pertinet cauſa illa Curiana nobilis, vt apud Ciceronem celebrata de Oratore libro ſecundo, & in oratione pro Cecinna. Subſtitutus hæres erat, ſi poſthumus ante tutelæ ſuæ annos deceſſiſſet, non eſt natus, propinquus bona ſibi vindicabat. Sed nouo iure controuerſia illa ſublata eſt Diui Marci conſtitutione, qua cauetur, vt etiam pupillari ſubſtitutione, vulgaris contineatur. l. 2. hoc tit.

¶ Liberis autẽ. CASVS. Sulpitius non poteſt ſubſtitutionem filio ſuo pupillarem facere, niſi ipſemet teſtamentum ſibi faciat. Nã ſubſtitutio pupillaris eſt appendicula teſtamenti paterni, quod exemplo intelliges. Sulpitius in ſuo teſtamento hæredis nomen manu ſua non ſcripſit. deinde ita ſcripſit. Quòd ſi Lucius filius meus intra annos xiiij. deceſſerit, Sextus illi ſit hæres. Quoniam teſtamentum patris non valet, ne hæc quidem appendicula valere poterit. Sublato enim principali, tollitur etiam quod ex eo pendet. Cornelius Vibulanus.

¶ Not. quòd nullitas teſtamenti paterni influit in nullitatem tabularum pupillarium. Syl.

¶ e Et ſibi. Hic not. quòd ſi filium exhæredet cui ſubſtituit: prius ſibi, deinde debet facere filio teſtamentum. Si autem eum inſtituat, tunc vel ante, vel poſt valet inſtitutio, vel ſubſtitutio: vt ff. eodem. lege ſecunda. §. prius. & §. ſed ſi quis. & §. ſed & ſi. & §. finali.

ADDITIO. Sed hanc reprobant doctores, quia non habet rationem, & dicunt iſtum textum. & dictum §. prius procedere, quando ſubſtitutio fit ex interuallo: ſecus ſi eodem contextu, quia non curatur quid præcedat. Ang.

¶ f Faciat. Hoc fallit in milite, qui poteſt ſubſtituere pupillo: licèt non inſtituat ſibi aliquem hæredem: vt ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitutio. l. ij. §. quiſquis.

¶ f Sibi faciat. Poteſt tamen quilibet, pupillum, vel extraneum hæredem inſtituere: quia ex hæredis inſtitutione teſtamentum pendet. lege prima in fine, ff. hoc tit. N.A.

¶ a Pars,

Digitized by Google

mentum, pars [a], & ſequela eſt paterni teſtaméti: adeò, vt ſi patris teſtamentum non valeat [b], nec filij quidem valebit †.

¶ Pupillaris ſubſtitutio poteſt fieri ſingulis pupillis, vel ei qui vltimus morietur. Aretinus.

¶ Vel ſingulis * [c] † liberis, vel ei, qui eorũ nouiſſimus [d]

* autem.

a Pars. Sic ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. penultima.

b Non valeat. ſcilicet à principio: vt quia filius fuit præteritus: vt ff. eod. l. ſi quis eũ. in fine legis, vel aliàs ſcilicet non valet teſtamentum à principio: cùm multi ſint modi, quibus teſtamentum nõ valet: vt ff. de iniuſ. rup. teſta. l. j. Idem etiam ſi ex poſt facto rumpatur in totum. ſ. teſtamentum patris. Secus ſi pro parte tantùm, quia tunc ſubſtitutio remanet: vt ff. eodem. l. in ſubſtitutione. & ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec. Item hæc ſunt vera, ſi iure ciuili expugnetur teſtamentum. Aliter autem ſi iure prætorio: vt ſi per contra tabul. expugnetur teſtamẽtum: quia remanet ſubſtitutio: vt ff. eodem. l. ex duobus in fin. & l. ſeq. quæ huic l. contrariæ ſunt. [Ratio eſt, quia in vltimo caſu teſtamentum de iure ciuili valet: ideo ſubſtinetur ſubſtitutio pupillaris. Syl.] Sed certè aliud eſt, cùm expugnatur iure ciuili, vt hic. aliud cum iure prætorio: vt ibi. nam prætor non poteſt facere eſſe, nec deſinere hæredem: vt j. de bono. poſſeſ. §. quos autem. Item nota hic, quòd de alienis rebus quis teſtatur: vt pater de bonis filij, ſic & aliàs. ff. de don. inter vir. & vxor. l. cum his. §. ſi donator. ver. ſi miles. & ff. de iniu. rup. teſt. l. ſi quis filio. §. ſed & ſi quis fuerit. Eſt & alius caſus ſecundùm quoſdam: vt Cod. de ſec. nupt. l. fœminæ. §. fin. Sed de iure communi aliter eſt: vt ff. de teſtam. l. eius qui. §. j. & de iure cod. l. conficiuntur. §. ſi poſt.

N.A. † Valebit. Quia pupillares tabulæ non ſuis, ſed principalibus teſtamenti viribus nituntur. lege ſecunda. ff. hoc titulo.

¶ Vel ſingulis. CASVS. Ebutius quatuor liberos habebat quos ſibi hæredes inſtituit. Poteſt Lucretium illis omnibus ſubſtituere duobus modis. primùm ſingulis. hoc modo, Si primus intra pubertatem deceſſerit, Lucretius hæres eſto: ſi ſecundus, ſi tertius, ſi quartus, ſimiliter. Tunc enim nemo illorum morietur inteſtatus, ac proinde non ſuccedent ſibi inuicem, tanquam agnati proximi ex lege xij. tabul. Poteſt item hoc modo, Primus, ſecundus, tertius, quartus liberi mei hæredes ſunto: ſi quartus intra pubertatem deceſſerit, Lucretius ei hæres eſto. Nam hoc modo & prim⁹, & ſecundus, & tertius inteſtati morientur, ac ſine ſcriptis hęredibus: ſuccedéntque ſibi inuicem, vt proximi agnati, ex lege xij. tabul. ſolique quarto ſubſtitutus erit Lucretius. Cor. Vib.

¶ Not. quòd ſubſtituendo vltimo videtur mens teſtatoris eſſe conſeruare ius, legitimarum hæreditatum. Syl.

¶ c Vel ſingulis. Poteſt enim eſſe, quòd quis habeat plures filios, & omnes impuberes, ſi ergo cuilibet ſubſtituere vult, poterit: ſi autem vltimo loco morienti, & hoc poteſt: vt hic: & ff. eod. l. vel ſingulis. & hoc caſu vno moriente, defertur ſua portio iure legitimo, ſcilicet per l. xij. tabu. ad fratres: vt hic, & j. de legi. agn. ſucceſ. §. j. Sed certè ex eo, quod tantùm vltimo morienti ſubſtituit, videtur eos inuicem ſubſtituiſſe vſque ad vltimum: & ita iure ſubſtitutionis magis, quàm legitimo inter eos ſuccedi videtur: vt ff. de lega. ij. l. Titia Seio. §. Seia. in fin. quæ eſt huic contra. Sed certè ibi dixit plus, ſcilicet, quòd non alienarent, quod teſtator eis dimittebat. & ex hoc ibi dicitur iure ſubſtitutionis ſuccedere: non quia vltimo tantùm ſubſtituitur: vt ff. de lega. iij. l. is qui. in fine.

¶ Dic, quòd communis ſolutio eſt: quia hic ſimpliciter eſt facta ſubſtitutio, ibi in toto, ſecundùm Bart. in d. l. vel ſingulis, vbi communiter approbatur. Syl.

ADDITIO. Et nota, quod iſte §. eſt lex. ff. eod. tit. & incipit, vel ſingulis. ideo non abs re ſic. §. iſte debet incipere. & ita habent correcti codices.

† Vel ſingulis. Priore caſu, tot ſunt ſubſtitutiones, quot liberis, poſteriore, vnica eſt ſubſtitutio. l. 25. l. 37. ff. hoc titulo. N.A.

¶ d Nouiſſimus. id eſt, vltimus: puta his verbis, Qui ex liberis meis impubes vltimus morietur, ei Titius hæres eſto.

impubes moritur, ſubſtitui [a] poteſt. Singulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatū* decedere voluerit: nouiſſimo, † ſi ius legitimarum hæreditatum integrū inter eos cuſtodiri velit.

¶ Pupillo ſubſtitutus dari poteſt certo & proprio nomine, aut generaliter, his verbis (quiſquis mihi erit hęres, filio meo impuberi ſit hæres) quo caſu qui ex teſtatoris iudicio hæredes fuerunt, pro hęreditariis portionibus ſubſtitui videtur.

¶ Subſtituitur* autem impuberi, aut nominatim [b]: veluti, TITIVS HAERES ESTO: aut generaliter, vt QVISQVIS MIHI HAERES ERIT [c] †. Quibus [d] verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi,* qui & ſcripti ſunt hæredes [e], & extiterunt [f], & pro qua † parte [g] hęredes facti ſunt.

¶ Tempus memoratum ætatis pupillaris, tam in maſculo, quàm in fœmina definit: quo cōpleto pupillaris ſubſtitutio infirmatur.

¶ Maſculo igitur vſq; [h] ad quatuordecim annos † ſubſtitui poteſt, fœminæ vſque ad duodecim annos, & ſi hoc tempus exceſſerint*, ſubſtitutio [i] euaneſcit.

¶ Extraneo & puberi filio poſt aditam hæreditatem directò ſubſtitui non poteſt: ſed per fideicōmiſſum poteſt.

¶ Extraneo verò, vel filio puberi hęredi inſtituto, ita ſubſtituere nemo poteſt †, vt ſi hęres extiterit, & intra aliquod tempus* deceſſerit, alius ei ſit † hęres: ſed hoc ſolùm permiſſum*

a Subſtitui. Scilicet pupillariter.

N.A. † Nouiſſimo. Qui ſupremus morietur. l. in vulgari. 162. ff. de verb. ſig.

Subſtituitur. THEMA. Queadmodum ſubſtitutio pupillaris nominatim fieret, hactenus dictum eſt. Generatim autem fit hoc modo: Titius quatuor hęredes cum filio ſuo inſtituit: deinde ſic ſcripſit? Quiſquis mihi hęres erit, is etiam filio meo ante pubertatē morienti, ſubſtitutus eſto: filius mortuꝰ eſt. quatuor illi partē filij habebūt. ita ſ. vt pro qua parte hæredes inſtituti erant, pro ea parte portionem defuncti filij inter ſe diuidant. Cor. Vibul.

b Nominatim. ſic ſuprà de exhæredatione libero. §. nominatim.

c Hęres erit. Subaudi, ſit hæres filio meo.

N.A. † Hæres erit. ſubaudi, idem filio meo, ante pubertatē morienti, hæres eſto.

d Quibus. ſ. generalibꝰ verbis.

e Hæredes. ſ. patris.

f Extiterunt. ſ. ipſimet hæredes. nam ſecus, ſi alij quærant, vt puta patri, vel dominoꝝ tales, ſcilicet pater & dominus, qui ſunt hæredes, per filium, vel per ſeruum: ex his verbis generalibus non admittūtur ex ſubſtitutione. Idem dicas de hærede hæredis: vt hæc notantur. ff. eodem. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hæc verba. & l. ſeq.

g Pro qua parte. Prout enim dilexit teſtator eos, inſtituit æqualiter vel inęqualiter: ſic in ſubſtitutione præſumitur: vt hic, & ff. eodem. l. ſi pater. & §. titul. j. §. & ſi ex diſparibus.

N.A. † Et pro qua. Vt tacitè repetitæ partes intelligantur. §. 2. ſuprà titul. proximo. & l. 3. ff. hoc titulo.

h Vſque ad xiiij. ann. ſcilicet, completos: nam pupilli eſſe deſinunt: vt §. quib. mod. tu. fini. in princip. ſed intra hos annos poteſt ſubſtitui: vt ff. eo. l. ſi ita quis. & l. qui plures.

N.A. † Vſque ad quatuordecim annos. Id eſt, annū ætatis decimum quartum, eúmque completū, tranſactum, exactum, quia eo completo facere hæredes ſibi poſſunt. l. 5. ff. de teſtam. l. 14. ff. hoc tit.

i Subſtitutio. ſcilicet directa: ſi tamen aliqua verba inueniātur fideicommiſſi in teſtamento iure fideicōmiſſi valebit, vt C. de fideicom. l. ſi frater tuus.

N.A. † Nemo poteſt. Quia ſumma teſtādi libertas puberibus tributa eſt, legibus XII. tabularum. l. verbis legis. 120. ff. de verb. ſig.

* inteſtate.
* Vide Th. hîc.
* abſq.
* exceſſeris.
* vvv. ann. Th.
* nobis

† Alius

N.A. † Alius ei ſit. Adeò, vt ne rogari quidem aliquis poſſit, vt ſibi hæredem aliquem faciat.l. vltim. C.de hæredib. inſtitu.l. ex facto. 17. ff.ad Trebell.

a Per fideicommiſſum. Quod ſemper feciſſe videtur, cùm dicit, ſi filius meus quandocunq; deceſſerit, ſubſtituo ei Vitalem: quia verbum ſubſtituo, cùm ſit generale verbum, & ad directã & fideic. ſubſtitutionẽ poſſit trahi: ad id reſtringetur, quod eſt rei aptius, i. ad fideicõmiſſum: quia directa nõ habet locũ, quãdocunque decedit: & probatur hoc. Co.de impub.& aliis ſubſti.l.precibus.§. ſi verò ſubſtitutio.& ff.de vulg. ſubſti.l.cohęredi. §. cùm filiæ.& ff. de leg. & ſen.con.l. in ambigua.fortè idẽ, ſi dicat, Vitalis hæres eſto: nam trahitur ad fideicommiſſariam: quia de hæreditate reſtituenda rogaſſe videtur: vt ff.ad Treb. l.ex facto.j reſpon. & l. Scæuola. Sed contra eſt: vt not. ſuprà in diſtinct.

Dic, quòd verbum hæres eſto, eſt verbum directum, quod non obliquatur: vt dicit gloſ. & tradit Bart. in l. Centurio.verſ.quintò. & vltimò.prin. ff eodem.

N.A. † Fideicommiſſum. Hoc factum teſtatoris, vocatur etiam ſubſtitutio, ſed abuſiuè, & impropriè.l.57. §.j. & §.2. ff. ad Trebell. Sed hæc ſubſtitutio fit verbis ciuilibus, ſiue directis, vnde directa dicitur: *eſto, fanto*. l. 7. l.41. §. 1. ff. hoc. tit. Illa precariis: *Rogo te*, &c. Vnde precaria nominatur. l. 14. Cod. de fideicom.

Notandæ ſunt obiter hæ differentiæ inter vulgarem & pupillarem ſubſtitutionem. Pupillaris, illi tantùm ætati fit, vulgaris, cuiuis. Illa ſolis filiisfamil. & ſuis hæredibus: hæc cuiuis, ſiue filius ſit, ſiue extraneus. Illa hęredem facit filio, hæc teſtatori.

b Obliget. Rogando eum per fideicommiſſum, vt reſtituat. Accurſ.

c Trademus. Vt infrà de fideic. hær. per totum.

eſt, vt eum per fideicommiſſum † teſtator obliget b alij hæreditatem eius, vel totam, vel pro parte reſtituere: quod ius quale ſit, ſuo loco trademus c.

TIT. XVII. QVIBVS MODIS teſtamenta infirmentur.

¶ Si quis facto teſtamento quempiam ſibi ſeu in filium arrogauerit, vel ex ſuis deſcendentibus aliquem adoptarit, protinus quaſi ſui heredis agnatione, quod prius fecerat, rumpitur teſtamentum.

Teſtamentum* iure factum, vſque eò valet, donec rumpatur, irritúmve fiat. Rũpitur autem teſtamentũ, cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti ius* vi-

QVIBVS MODIS TESTAmenta infirmentur.

Vſque nunc qualiter firmẽtur teſtamenta, nunc qualiter infirmentur: nã nihil eſt adeò firmum, quod non rumpatur. in auth.de nup. §.nuptias.

Hæc, inquit Aſconius, teſtamenta non ſolent valere, Improbum, inofficioſum, inhumanum. Improbum, contra leges: inoffic. contra merita: inhumanum, contra pietatem. *Ex Epis. Vl. tit. 23.*

Teſtamentum. Tot iſte tit. diuiditur in quinque partes. Primò, ponit, qualiter teſtamentum tollatur agnatione ſui heredis nouiter adoptati. Secundò, qualiter per ſecundum teſtamentum tollatur primum. Tertio, qualiter teſtamentum irritetur capi.deminu. teſtantis. Quartò, an voluntas ſolennis poſſit tolli nuda voluntate teſtantis. Vltimò, quòd etiam Imperator non capit ex teſtamento imperfecto. Secunda ibi, in §. poſteriore. Tertia ibi, Alio quoque. Quarta ibi, Ex eo autem. Quinta ibi, Eadem ratione. *vis.*

Teſtamentum. CASVS. Quemadmodum teſtamenta iure fierent, hactenus explicatum eſt. Videamus nunc quonam modo, quamuis iure facta ſint, tamen reſcindantur. Flauius teſtamentum fecit, poſtea non manſit in eodem ſtatu quoad liberos, ſed quum antea liberos non haberet, poſtea ſibi aliquem adoptauit, manétne firmum teſtamentum? minimè. Nam quemadmodum, ſi mortuo teſtatore, naſcatur poſthumus, eius ortu atque agnatione rumpitur teſtamentum: ſic quaſi agnatione ſui hæredis Flauij teſtamentum reſcinditur. Cornelius Vibulanus.

Digitized by Google

Not. teſtamentũ nullum rumpi non poſſe: quia priuatio prçſupponit habitũ. Item, quòd ſolenne teſtamentũ poteſt rumpi, & irritari. Item quòd tunc rũpitur, quãdo in ea ſtatu manente teſtatore, ius teſtamenti vitiatur. Item, quod arrogatione filij rumpitur. Itẽ quòd dictio quaſi, eſt nota improprietatis. Syl.

ADDITIO.

Quoniam verò in hac materia verborum ignoratione multi lapſi ſunt, lubet Vlpiani verba ſubſcribere, ex tit. xxiij. Teſtamentum iure factũ infirmatur duobus modis: ſi ruptum aut irritum factum ſit. Rumpitur teſtamentum mutatione alterius teſtamenti, aut agnatione, adoptione, &c. Irritum fit, ſi teſtator capite diminutus fuerit, aut ſi iure facto teſtamento, nemo extiterit hæres. vbi autem legitur hic, In eodem ſtatu manente teſtatore, Franc. Hotom. putabat & ſententiam loci, & Theophili auctoritatem poſtulare, vt cum negatione legatur, Non manente. Status enim intelligitur, quoad liberos pertinet: non quoad teſtatorem.

tiatur †. Si quis enim poſt factũ teſtamẽtum adoptauerit a ſibi filium per Imperatorem, eum qui eſt ſui iuris: aut per Prætorem, ſecũdùm noſtram conſtitutionem b eum, qui in poteſtate parentis fuerit, teſtamentũ eius rumpitur c, quaſi adgnatione d ſui hæredis.

¶ Poſteriore quoque teſtamento, quòd iure perfectum eſt, ſuperius rumpitur e. nec in-

N.A. † Vitiatur. Nõ initio vitio, ſed aduẽtitio, & extrinſecꝰ oblato. Rũpitur enim, cum id quod iure conſtabat, ſuperueniẽte vitio corrũpitur: veluti agnatione, aut quaſi agnatione ſui hęredis prçteriti. Nã qui adoptatur, quaſi agnaſci videtur. l. 8. ff. hoc tit. Nota, ambulatoria eſt voluntas teſtatoris vſq; ad mortem. l. 4. ff. de admin. leg.

a Adoptauerit: id eſt, arrogauerit.

b Conſtitutionem. Puta auus eſt, qui adoptat: vt Co. de adopt. l. cùm in adoptiuis, & ſuprà de adop. §. ſed hodie.

c Rumpitur. Si autem eum prius inſtituiſſet non rumperetur, licet poſtea arrogaretur: vt ff. de lib. & poſth. l. filio. §. fi. [Ratio eſt, quia iã reperitur inſtitutus: & cùm teſtamentum ſortiatur effectum ſecũdùm tempus mortis, illo tempore reperitur inſtitutus, quod ſolet eſſe cauſa rupturæ. Syl.] Si autẽ fuit exhęredatus filius emãcipatus, & poſteà arrogetur: tunc non rumpitur: aut extraneus, qui poſteà arrogatur, & tũc rumpitur: vt ff. de contra tab. l. non putauit. §. ſi quis emãcipatum. Extraneum autem nepotẽ accipe, qui non eſt ſuus hæres, cùm alius eum præcedat. aliàs fruſtrà tũc exhęredaretur: vt ff. de verbor. obl. l. quidam cum filium. & de lib. & poſt. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium.

d Quaſi adgnatione. i. ſicut natiuitate alicuius poſthumi: nam tunc certũ eſt rumpi: vt ff. de iniu. rup. teſta. l. j. in fi. & l. iij. in princi. & l. certum. & hoc in maſculi teſtamen. ſecus in teſtam. fœminæ: vt ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. nunc de leg. Velle. in fi. §. & eſt ratio: quia prçteritio matris habetur ꝓ exhæredatione: vt ſ. de exh. lib. §. fi. ſed de inof. teſt. agit talis poſthumus: vt C. de inof. teſt. l. iij.

Poſteriore quoq;. CASVS. Vetus eſt prouerbium, Poſteriores cogitationes ſolent ſapientiores eſſe. Quare prius teſtamentum poſteriore reſcindi rectum eſt. Itaque quum Iulius Cæſar primo teſtamento ſolùm Cn. Pompeium hæredem inſtituiſſet, idque militibus pro concione recitatum eſſet: tamen quia altero teſtamento Octauium, Pinarium, & pedium inſtituit: hi ſoli hæredes fuerunt: vt ſcribit Suetonius. ſed ecce, Titius teſtamentum fecerat, in quo Manilium hęredem inſtituerat. deinde & alterum fecit, in quo Roſcium inſtituit. Roſcius hæreditatem repudiat, aut ante Titium moritur. quæro, nónne Manilius hæres erit? minimè. quis ergo? Is, qui ab inteſtato debet ſuccedere. Titius enim pro inteſtato habetur. Cor. Vib.

Not. teſtamentum primum tolli ipſo iure per ſecundum perfectum. Item, quod eſt neceſſe, quod ex ſecũdo poſſit adiri hæreditas, licet effectualiter non adeatur. Item, quòd tollitur, dato quod in ſecundo ſit inſtitutus heres ſub conditione, quæ etiam defecerit. Syl.

e Rumpitur. Hoc eſt verùm ſecundùm quoſdam, quando ſecundum non concordat cum primo: aliàs durat primum

Teſtamentum ſecũdum

præfertur primo: ſed prima ſententia præfertur ſecunda.

mum: vt C. de teſt. l. ſancimus. Sed certè hoc ſtare nõ poteſt. nam ſi valet ſecundum, non valet primum: cùm idem non poſſit duo teſtament. facere: cùm ex ſecundo tantùm adeatur hæreditas. Econtrà in ſententia. nam valet prima, non ſecunda ab eodẽ & ſuper eodem lata: vt ff. de re iud. l. iudex.

Ratio eſt, quia lata ſententia expirat officiũ quodãmodo iudicis, qui funct' eſt officio ſuo. In teſtamento verò, voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem. Syl.

a Ex eo, ſcilicet poſteriore teſtamento.

Exiſtere potuerit. Nota, nõ cõſiderari quid eſt, ſed quod eſſe poteſt: vt hic, & ff. de hære inſti. l. pater filio, & ff. de iniuſt. rup. teſt. l: cùm in ſecundo. in prin. & ſ. in futurum. Sed cõtra. ff. de libe. & poſth. l. ſi filius chariſſ. j. Solut. ibi, ſecundùm teſtamentum non valuit, etiam in principio: hic autem valuit, licet ex eo non adeatur hæreditas. Item not. quòd id quod valet plus, rumpitur per id quod minus valet: ſic ff. de adimen. leg. l. legatum ſub conditione. ſ. j. Argumen. contr. ff. de reſcind. vend. l. ſi id quod. in princ. & ſ. fin. dic ibi not. in gloſſ. j.

Aliud eſt in legato, in quo ſola voluntas ſpectatur: aliud in contractu, vbi duorum exigitur ſecundùm Ioan. Fab. hic. Syl.

c Ideóque ſi quis. ſ. inſtitutus hæres in ſecundo teſta. Et iſte verſi. eſt exemplum, quando valet ſecundum teſta. & non extitit ex eo hæres. & vide tertium exemplum.

d Deceſſerit. Quare non tranſmittit, nec olim, nec hodie ad hære-

tereſt, extiterit aliquis heres ex eo[a], an non: hoc enim ſolùm ſpectatur an aliquo caſu exiſtere[b] potuerit. Ideóque ſi quis[c], aut nõ luit heres eſſe, aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius antè quàm hæreditatem adiret*, deceſſerit[d], aut cõditione, ſub qua heres inſtitut' eſt, defectus ſit: in his caſibus paterfamiliàs inteſtat' †moritur. Nam & prius teſtamentum non valet ruptum à poſteriore: & poſterius æquè nullas habet vires: cùm ex eo nemo hæres extiterit.

*adierit

¶ Etiã poſteriori rite facto teſtamẽto, in quo in certis rebus quiſpiã inſtitutus fuit, primũ cui hæres eſt vniuerſalis, tollitur teſtamentum: ſin autem ſecũdis tabulis, vt priores quoque vim obtinerent, iuſſerit teſtator: tunc qui ex re certa ſcriptus eſt: vt vniuerſam hæreditatẽ hæredi, qui prior inſtitut' eſt teſtamẽto reſtituere tenetur.

Sed & * ſi quis[e] priore teſtamento[f] iure perfecto, poſterius æquè iure fecerit: etiã ſi ex certis re-

*abeſt.

des: vt Codice de cad. tol. ſ. in nouiſſimo.

N.A.

† Inteſtatus. Id eſt, inteſtati facit exitum. Nam vtrum inteſtatus aliquis ſit, an inteſtati faciat exitum, nihil intereſt. ſ. primo. J. de hæredit. quæ ab inteſtat.

Sed & ſi quis. CASVS. Titius in primo teſtamento Manilium hæredẽ fecit. deinde alterum teſtamẽtum condidit, in quo ſic ſcripſit: Roſcius heres eſto Tuſculani & Formiani fundi. Quæro, an Manilius non ſaltem tertij fundi, reliquarũmque rerum heres erit? minimè. Age, quid ſi plures hæredes in teſtamẽto priore Titius fecerit, deinde in ſecundo ita ſcripſerit, Roſcius hæres eſto Tuſculani fundi: ita tamen, vt & prius meum teſtamentum valeat, ratũmque ſit. quid iuris? Roſcius ſolùm habebit Tuſculanum, ex quo hæres ſcriptus eſt. ita tamen, vt ſi Tuſculanus non impleat quartam partem hæreditatis, ſuppleri debeat quod quadrati deeſt. Cor. Vib.

e Sed & ſi quis. Iſte ſ. eſt lex. ff. ad Trebellianum, & incipit, Si quis priore.

f Priore teſtamento. Nota, hic argum. pro ſententia appellationis: vtrum ex ea, vel ex prima agatur. [Dic quod aut prima ſententia confirmatur per lapſum temporis, quia appellatio deſeritur, & agitur ex prima: aut confirmatur à ſecunda, & ex ea agitur. gloſſ. in l. eos. vbi Bartol. C. de appellat. Sylu.] Sed contra argum. Co. de don. inter vir. & vxo. l. ex verbis. Et ſimile poteſt notari in l. penulti. eiuſdem tit. Accurſ.

a Ex certis rebus. Quia totum habet, licèt ex certa re ſit inſtitutus, & ideò rumpitur primum teſtamentum, vt hic, & ff. de hæredib. inſtitu. l. j. §. ſi ex fundo. in gloſ. inſtitutus.

N.A. Ex certis rebus. REBVS, vel certis aſſis partibus: nam qui ex certis vel rebus, vel partibus inſtituitur, ex aſſe inſtitutus intelligitur. l. j. §. 4. l. 10. de hæred. inſtit.

ADDITIO. Et hoc verum, quando in eod. teſtam. non eſt datus alius cohæres, aliàs haberetur loco legatarij, prætterquam in querela inofficioſi teſtaméti: de quo dic, vt per Ang. hic.

b Inſeri iuſſimus. Hoc titulo ſtatim.

c Aliud. ſ. quod expreſſè cõfirmari poteſt primũ in ſecũdo, & aliàs: vt patet in ſequentibus.

d Imperatores. Ecce verba conſtitutionis. Accurſ.

e Campano. ſcilicet reſcripſerunt ſaltem.

f In eo. ſ. ſecundo teſtamento.

g Valere. Accipe, dubitari non oportet: quod eſt infrà. Accurſ.

h Scriptum. ſ. in ſecundo teſtamẽto.

i Suppleta quarta. ſ. ſi res ſibi datæ non faciant quartam.

ADDITIO Falcidiæ autem nomen generaliter vſurpauit: tametſi S. C. Trebelliano hoc additum ſit Falcidiæ, vt qui reſtitueret hæreditatem, quartam detraheret.

N.A. † Suppleta. Si in his rebus minus ſit quadrante Falcidico. lex Falcidia de legatis nominatim lata, producta eſt ad fideicommiſſa. l. 29. ff. ad Trebell. lege 18. ad leg. Falcid.

N.A. † Inſerta. Inſerta ergo, quia in fideicommiſſis nuda voluntas dominatur. l. 22. & paſſ. Codice de fideicomm. Cæterùm quod de Falcidia dixit, hæc hodie vulgò dicitur. Quarta Trebellianica: quia legata fideicõmiſſis exæquata ſunt, & hæc ſucceſſit in locum illius.

bus [a] † in eo hæredem inſtituerit, ſuperius tamẽ teſtamentum ſublatum eſſe, diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt. cuius conſtitutionis verba & hic * inſeri iuſſimus [b]: cùm aliud [c] quoque præterea in ea conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores [d] Seuerus & Antoninus, Cocceio Campano [e], Teſtamentum ſecundo loco factũ, licet in eo [f] certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde iure valere [g], ac ſi rerum mẽtio facta nõ eſſet: ſed teneri heredem ſcriptum [h], vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta [i] † quarta ex lege Falcidia, hereditatem reſtituat iis, qui in priore teſtamento ſcripti fuerãt, propter inſerta † fideicõmiſſi verba ſecudo teſtamẽto *, quibus vt valeret prius teſtamẽtum expreſſum eſt [k]: dubitari nõ oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo [l] efficitur.

* abeſt.

* abſunt.

* abundat ſecundo teſtamẽto.

¶ Per capitis deminutionem, teſtamentũ propriè fit irritum. Et largo modo teſtamentum ruptum, vel iniuſtum dicitur irritum, & econtra. Aretin.

¶ Alio quoque * modo teſtamenta iure facta infirmãtur, veluti, cùm is, qui fecit teſtamẽ-

* ali. alis, autem.

k Expreſſum eſt. Nam teſtator voluit primum teſtamentum manere: & tamen non potuit, niſi de iure fideicom. ex tacita tamen voluntate, quæ ex ſecundo teſtamento percipitur, remanet primum: vt ſi dicam in ſecundo, ideo inſtituo talem: quia mortuus eſt quẽ inſtitueram in primo: nam ſi errauit, remanet primus hæres, & legata ex vtroque præſtantur, ſcilicet à primo hærede: vt ff. de hæredib. inſtit. l. fina.

Ille text. probat contrarium, vt animaduertit hic Chriſtoph. Sylu. Aldobr.

l Hoc modo. ſcilicet, tribus modis per arrogationem, & agnationem: vt ſuprà eodem §. j. Item, & per ſecundi teſtamenti compoſitionem: vt ſuprà eodem §. poſteriore quoque. vſque huc.

Alio autẽ modo. THEMA. Nullâne alia ratione teſtamentum infirmatur? Imò verò. Illud enim ſcire te oportet, Infirmare, verbũ generale eſſe: quo omnis teſtamenti diſſolutio comprehenditur. Eius autem duas eſſe ſpecies. Nã teſtamentum aut cũ per ſe valeret ex poſt facto diſſolutum eſt, ideóque

Digitized by Google

eóque ruptum dicitur quod accidit adoptione, agnatione ſui, & poſteriore teſtamento: ſicut ex me ſuperius audiſti. Aut per ſeipſum teſtamentum intercidit, veluti quum ipſius auctor

ſtatũ ſuum mutat, nempe per vnam ex tribus capitis deminutionibus. quibus caſibus dicitur non ruptũ, ſed irritum teſtamentũ non ſanè valdè exacta & accurata differentia: ſed iuriſcõſulti potius de verborum proprietate paulisper deflectendum putarunt, quàm non ſingulis nominibus res deſignare. Cornel. Vibul.

tũ, capite †deminutus ſit a: quod quibus modis accidat, primo libro retulimus b. Hoc autẽ caſu c irrita† fieri teſtaméta dicũtur d, quum alioqui e & quę rũpuntur irrita fiant: & ea*, quæ ſtatim ab initio nõ iure fiũt, irrita ſint. (* al. eſt.) Sed & ea, quæ iure facta ſunt: & poſtea per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſanè commodiùs erat ſingulas cauſas f ſingulis appellationibus g diſtingui, ideò quædam non iure facta h dicuntur, quædam iure facta rumpi i, vel irrita fieri k.

¶ Capitis deminutione teſtatoris iure ciuili irritum fit teſtamentũ: quod tamen (ſi hæres mortis tẽpore priſtinum ſtatum recuperarit) iure prætorio conualeſcit: & ex eo ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſio peti poteſt.

¶ Non tamen per omnia† inutilia ſũt ea teſtamenta, quę ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta ſunt. Nam ſi ſeptem teſtium ſi-

a Deminutus ſit. Licet minima capitis deminutione: vt infrà eodem §. non tamen in fin. & ff. de iure codicillorum leg. conficiuntur. §. ſi poſt factum teſtamentum. ſed cõtrà. ſuprà de milit. teſtam. §. penultimo. Sed illud ſpeciale eſt in milite. Poteſt & alius modus irritandi teſtamentum adiici: quia per legem quandoque caſſatur in duobus caſibus, vt in authentica, vt cum de appell. cognoſc. §. ſi quis de prædictis. & §. ſi vnum ex parentibus.

N.A. † Capite deminutus ſit. Capite inquã, nam qui paterfam. eſſe deſiit. teſtamenti factionem amiſit. cum in lege XII. ita ſit. Paterfamilias, vti legaſſit, &c. lege penultima. §. ſecundo. de bonor. poſſ. ſec. tab. lege 8. §. ſecundo, de iur. codicill.

b Retulimus. Vt ſuprà de capi. deminut.

c Hoc autem caſu. ſcilicet, qui ſi capite deminuitur.

N.A. Irrita. Quia quæcunque ratæ non ſunt, irrita ſunt. Subtiliter tamen, aliud eſt irritum fieri, aliud irritum eſſe. l. j. de iniuſto. rup.

d Dicuntur. ſcilicet, propriè.

e Alioqui. ſcilicet, ſi impropriè dicere velim, & largè.

f Cauſas. id eſt, differentias.

g Singulis appellationib⁹. id eſt, propriis nominibus. & facit ff. de ſupp. lega. l. Labeo. §. fina.

h Nõ iure facta. Vt ſunt illa, quæ carent ſolénitate teſtiũ. Vel quando teſtator non habuit teſtamenti factionem, & fecit. vel quando filium in poteſtate conſtitutum præteriuit: vt lege prima. ff. de iniuſt. rup. teſtam.

i Rumpi. ſcilicet tribus modis. videlicet p arrogationem, per agnationẽ, & per ſecundi teſtaméti compoſitionem.

k Irrita fieri. Vt per capitis deminutionem teſtatoris, vel quando hæres inſtitutus non adit hæreditatem, quia tunc teſtamentum conſtituitur irritum: vt l. j. ff. de iniuſt. teſt.

† Per omnia. Quia iure ciuili deſtituta, à Prætore tamen iuuantur. N.A.

Non tamen. CASVS. Titius integro capite teſtamentum fecit. deinde deminutus eſt, ad extremum etiam in integrum caput reſtitutus: puta cùm adoptatus eſſet, ſui iuris factus eſt, quæro an valeat teſtamentum? iure ciuili non valet, vt modò dicebamus: ſed Prætor pro ſuo iure atque imperio bonorum poſſeſſionem peteti hæredi ſcripto decernit, teſtamentúmque confirmat. Nã ius Prætorium introductum eſt adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam. Cor. Vib.

Digitized by Google

Not. quòd reconualeſcit, quòd aliàs non valuit ceſſante impedimento, ſaltem de æquitate. Item, quòd ad hoc, vt bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas detur neceſſe eſt quod teſtamentum ſit ſolemne de iure ciuili. Syl.

a Signata sūt. Et poſtea teſtator capite deminutus eſt.

b Ciuis Romanus. Vt quādo maximā vel mediam capitis deminutionem paſſus fuerit, & poſtea reſtitutus.

c Suæ poteſtatis. Vt in minima. Accurſ.

d Fuerit. Et aliquo iudicio voluntatē primam retineat: vt ff. de bonor. poſſeſ. ſecundū tabulas. l. qui ex liberis. §. teſtamento.

Hæc glo. cōmuniter approbatur, quæ voluntas debet declarari, ſaltem coram quinque teſtibus. lege, hæredes. §. ſed ſi notam. ff. de teſtam. & ibi doc. Sylueſter.

e Libertatem. Imò etiam facto ſeruo teſtatore: vt quia capiatur ab hoſtibus, & ibi ſeruus moriatur. nam tunc valet teſtamentum: vt ſuprà quibus non eſt per. fa. teſta. §. fina. qui eſt contra. ſed illud eſt propter fictionem legis Cornel. vt ibi, & ff. de vulg. ſub. l. lex Cornelia.

N.A. † Mortis tempore. Subtilis quæſtio: nam Vlpianus ſola taciturnitate conualeſcere teſtamentum ſignificat. lege prima. §. quinto. ff. ſecun. tabul. Papinianus exigere comprobationem videtur, ne teſtamenta nuda voluntate conſtituantur. l. penultima. ff. eodem titulo. Rurſus Vlpiani regula. titulo 23. rem ita tranſigit. Si nemo alius legitimus ſit hæret. Dabitur ergo petitio, ſed dabitur ſimul exceptio, quæ tamen ex perſona opponentis (legitimi ſcilicet hæredis) æſtimabitur, v-

...gnis ſignata sūt [a], poteſt ſcriptus hęres ſecundùm tabulas teſtamēti bonorum poſſeſſionem agnoſcere: ſi modò defunctus, & ciuis Romanus [b], & ſuæ poteſtati [c] mortis tēpore fuerit [d]. Nam ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum: quia ciuitatem vel etiā libertatem [e] teſtator amiſit: aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore † in adoptiui patris poteſtate ſit, non poteſt ſcriptus hęres ſecundùm tabulas [f] bonorum poſſeſſionem petere.

¶ [illegible]

Ex eo autem ſolo [g] non poteſt infirmari teſtamētum, quod poſtea teſtator id * noluerit [h] † valere vſque adeò, vt & *

trum ſine re, an cum re danda ſit: vt in ſpecie. lege duodecima. ff. de iniuſt.

Et tunc quando impedimentum tollitur per viam fictionis. vt ibi: vel reſtitutionis in integrum à principe: vt l. ſi quis filio. §. penul. ff. de iniuſt. teſta. recōualeſcit teſtamentum etiā de iure ciuili, niſi quoad relictum tali damnato factum, vel Ipſius inſtitutionem, ſecundùm Angel. hic.

f Secūdùm tabulas. Nota quod de iure ciuili non admittitur: cùm ſit irritum teſtam. ſed iure prætorio: quo inſpecto, non potuit infirmari, quod erat factum: cùm circa • abeſt. talia ius Prętoriū non habeat • abeſt. vim: vt infrà de bono. poſſeſ. §. quos autem. Accurſ.

Ex eo autem. Casus. Titius teſtamentum fecerat, idque ritè ac legitimè: deinde dixit quibuſdam ſe nolle illud valere, aut aliud inchoauit, ſed non perfecit: atque ita mortuus eſt. quæro an valeat teſtamentum illud, quòd ritè ac legitimè antea fecerat? Valet, ratumque ac fixum permanet. Sequentem §. clarum per ſe, non illuſtramus. Cor. Vib.

Not. teſtamentum ſolenne non tolli nuda voluntate contraria. Itē, quòd illud non dicitur teſtamentum, quod quis poſt aliquarum rerum diſpoſitionem, morte præuentus, perficere non potuit. Syl.

g Solo. Bene dicit ſolo: quia ſi plus interueniat, licet non ſit perfectum, ſecundum tamen quandoq; rumpit, primum: vt in fi. huius §. dicemus.

h Noluerit. ſcilicet, dicendo hæc verba, Nolo teſtamentum quod feci, valere.

† Noluerit. Nam vt nuda voluntate N.A. teſt-

teſtamentum non conſtituitur. l. pen. ff. ſec.tab. Sic nuda voluntate, & pœnitentia non euertitur, niſi aperta indicia ſint. l. pen. ff. eod. l. 1. §. 5. ff. ſi tab. teſ. null. ex.

ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſteri⁹ facere cœperit, & aut morte * † præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit: diui Pertinacis † oratione * cautum ſit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant: niſi ſequentes iure ordinatę, & perfectæ fuerint [a]. Nam imperfectũ † teſtamentum ſine dubio nullum eſt [b].

¶ Si quis ideirco principem hæredem ſcripſerit, vt aduerſario, cum quo ſibi lis erat, durniorem conſtitueret litigatorẽ, nulla eſt diſpoſitio huiuſmodi.

¶ Eadem oratione expreſſit [c], non admiſſurum ſe hæreditatem ei⁹, qui litis cauſa princi-

N.A. † Morte. Vel mortalitate, veluti ſi teſtes cõteſtatus non ſit. l. 11. §. 1. de leg. 3. Vel ſi cũ plures nuncupare vellet, prius obmutuit. lege 25. de teſtam.

* Aliàs, mortalitate.

N.A. † Pertinacis. Capitolinus. Legem (inquit) tulit, vt teſtamenta priora non prius eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent.

* Cuius meminit Capitol in Perti.

a Perfectę fuerint. Imò quandoque & ſi ſint imperfectæ, ſecundæ rumpũt primò factas: vt Co. de teſtam. l. ſancimus. quæ eſt contra. Sed ibi tam ex curſu decennij, quam mutatione voluntatis illud euenit, non ſola mutatione. Item contra. ff. de mili. teſt. l. eius militis. §. militia miſſus. Sed ibi primum erat minus ſolenne, iure communi inſpecto: vnde facilè potuit rumpi. [Facilius enim tollitur actus ſubnixus iure ſingulari, quàm iure communi. lege quarta. ff. de fideic. liberat. Sylueſt.] Item, contra. ff. de iniuſt. rup. teſtam. lege ſecunda. Sed ibi ſecundum, licet non ſit perfectum iure communi, eſt tamen perfectum iure militari: vnde rumpit primum. Item contra. Cod. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. Sed ibi in ſecundo fuerunt inſtituti, qui & aliàs inteſtato ſucceſſuri erant: vnde facilè rumpitur primum teſtamentum, in quo extranei ſunt inſtituti: & faciliùs admittuntur venientes ab inteſt. vt argu. ff. de vulgari & pupil. ſubſtit. l. ſi filius. Item contra. Codice de teſtamentis. lege, noſtram. & ad idem contra. ff. ſi ta. teſt. nullæ ex. lege prima. §. ſi hæres. Sed in iſtis legibus plus fecerat teſtator, vt rumperet primum quia inciſit, quod magis eſt, quàm ſi aliud teſtamentum facere voluiſſet: arg. ff. de iis, quæ in teſt. delen. l. ſecunda. Item contra. ff. de acquir. hære. l. Claudius. Sed ibi non valet primum: quia ruptum ſit à ſecundo: ſed quia hæres inſtitutus in primo non adiuit ex eo hæreditatem. vnde non valet teſtamentum, quod hæredem non habet: vt ff. de iis, quæ in teſtam. delen. l. proximè. nec potuit eam tranſmittere ſuo hæredi adeundam: vt Cod. de cadu. tollen. l. vnica. §. In nouiſſimo. Item contra. Codice de his quib. vt indig. l. hæreditas. Sed ibi dixit talia verba, quòd hæres erat indign⁹. vel ſimilia, quæ pl⁹ faciunt, quàm ſi ſimpliciter diceret, nolle prius valere: vel quàm ſi ſecundum cœpiſſet facere, & ideò ibi receditur à primo. Vel dic illud quod hic dicitur, eſſe verum de iure directo, vt non rumpatur primum, ſed tamen auferatur ei hæreditas, vt indigno: vt ibi, cùm hoc cogitauerit teſtator: vt argumen. ff. de condi. inſtit. l. quidam. in fin.

† Imperfectum. Veluti non ſubſcriptum, aut obſignatum. l. hac conſultiſſima. §. non ſubſcriptum. & §. ex teſtamento. Cod. de teſtam. & l. ſexta. ff. de falſ. N.A.

b Nullum eſt. Not. nihil eſſe quod perfectum non ſit. Codice de iis, quibus vt indignis. l. cùm Syllanianum, in fin. Sed contra. ff. quemadmodum teſtamen. aperian. lege ſecunda. §. teſtamentum. Sed ibi abuſiuè dicitur aliquid, quod non erat perfectum. Itẽ, contra. Codice de teſtamentis. l. hac conſul. §. ex imperfecto. Sed illud ſpeciale eſt fauore liberorum, vt ibi dicitur: ſicut & illud eſt ſpeciale in illis, vt difficilius rumpat teſtator illud in quo ipſi inſtituti ſunt: vt in authentica de teſtament. imp. §. penultimo.

c Expreſſit. ſ. diuus Pertinax.

ADDITIO. Eam orationem Iulius Capito

Capitolinus commemorat his verbis, in Pertinace: Pertinax legem tulit, vt teſtamenta priora non priùs eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent: néve ob hoc fiſcus aliquando ſuccederet, ipſéq; profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes & neceſſarij priuarentur. addiditque S.C. hæc verba, Sanctius eſſe inopé Rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per diſcriminum & decorum veſtigia peruenire.

pe reliquerit [a] hæredem, neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam [b] hæres inſtitutus erat, probaturũ [c]: neque ex nuda vocé † hæredis nomen admiſſurum [d]: neque ex vlla ſcriptura, cui iuris auctoritas [e] deſit, aliquid adepturum. Secũdùm hoc diui* Seuerus & Antoninus ſæpiſſimè reſcripſerunt [f]. Licet enim (inquiunt [g]) legibus ſoluti [h] ſimus, attamen legibus viuimus [i] †.

*hæc diui quoque.

TIT. XVIII.

DE INOFFICIOSO teſtamento.

¶ Liberi in iuſtè exhæredati, inofficioſi querela propoſita, parentum poſſunt impugnare teſtamẽta: quod ius parentibus quoque à liberis exhæredibus factis competit, itẽ fratribus, turpi ſcilicet perſona inſtituta: reliquis autem cognatis non conceditur hoc querelæ beneficium.

Quia plerunq; parentes fi-

a Reliquerit. ſcilicet in ſolẽni teſtamento: quod facit, vt duriorem faciat aduerſariũ ſuis aduerſariis: quę inſtitutio eſt odioſa & inuidioſa: vt ff. de hæred. inſtit. l. penul.

b Ob eam cauſam. ſ. litis. nam ſi legitimas non probat. ſ. princeps, multo minus probabit non legitimas.

c Probaturum. id eſt, commendaturum.

N.A. † Nuda voce. i. non ſolemni nuncupatione, ſed ſimplici iactatione. l. ſancimus. C. de teſtam.

d Admiſſurum. id eſt, niſi ſolemniter ſit inſtitutus, nollet etiam nomen hæredis habere.

e Auctoritas deſit. Vt quia aliquid deſit propter quod teſtamentum non valet, cùm multa ſint in eius factione neceſſaria: vt ſ. de teſta. §. j. & ij.

f Reſcripſerunt. Vt Cod. de teſta. l. ex imperfecto.

g Inquiunt. Imperatores.

h Soluti. Vt ff. de leg. & ſenat. conſ. l. princeps. & facit ff. de iure fiſci. l. fiſcus. i. §. finali.

i Viuimus. id eſt, viuere volumus: vt hic, & C. de leg. & conſtit. princip. l. digna vox. & facit ff. de lega. ij. l. quod principi & l. ſeq. & ff. de leg. iij. lege, ex imperfecto: & ff. de inofficioſ. teſtamen. l. Papinianus. §. ſi Imperator.

ADDITIO.

Imò contra fiſcum in dubio eſt ferenda ſententia, ſi cauſa ſit merè lucratiua: aliàs ſecus, vt hic. Angel.

† Legibus viuimus. Princeps lege regia legibus ſolutus fuit. l. Princeps. 31. ff. de legib. l. 7. de conſt. Princ. ſed hoc de ciuilibus legibus tantùm, id eſt, de priuato iure latis intelligitur, non de naturali, aut gentiũ iure. Quin etiam Principis auctoritas, ex iuris auctoritate pendere dicitur. l. 5. Co. de legib. l. pen. de hæred. inſtit. l. 23. de legat. 3. Paulus libro 5. ſentent. titulo 12. & lib. 4. tit. 5. Scitum eſt illud Baldi. Cùm animalia omnia naturalis iuris peritia cenſeantur Principes, qui ſe naturæ legibus ſolutos contendunt, ne inter animalia quidem cenſendos. Bal. in d. l. 5. C. de legib. N.A.

DE INOFFICIOSO teſtamento.

¶ Qualiter ipſo iure teſtamenta infirmentur, ſ. titulo j. dictum eſt. Nunc autem qualiter officio iudicis, id eſt, per ſententiam iudicis intentetur querela inoffic. teſtam.

Quia plerunque. Totus iſte titulus diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit, quibus perſonis competat querela. Secundò, quando querela ceſſet. Secunda ibi, Sed hæc ita. Item prima ſubdiuiditur.

Digitized by Google

videtur. Nã primò, de querela deſcendentium contra teſtamenta aſcendentium. Secundò contrà, de querela aſcendentium contra teſtamenta deſcendentium. Tertiò, de querela collateralium. Quartò, quòd querela eſt remedium ſubſidiariũ. Secunda ibi, Non autẽ. Tertia ibi, Soror. Quarta ibi, Tam autem.

CASVS. Marcellus crudelis pater, atque amens[*] filium exhæredauit: aut mater Mẽmia, præteriit: quum tamen eius rei cauſam honeſtã haberet nullam. * vt. D. Nihilne remedij adoleſcenti bono comparatum eſt? * &. imò, actionem Prætor ei dabit teſtamenti inofficioſi. Quid ſi pater aut mater à filio impio & inhumano exhæredatus eſt? Idem ipſum remedium eis comparatum eſt? Quid autem ſi alij cognati exhæredati ſunt, veluti frater, aut patruus, aut cæteri? Frater & ſoror inofficioſi teſtamẽtum accuſare poſſunt, ſi turpes perſonæ hæredes inſtitutæ ſunt, veluti mimi, aut gladiatores, aut adulteri. Alij autem cognati non poſſunt. Corn. Vib.

ne cauſa liberos ſuos vel exhæredant [a], vel omittunt [b] †: inductum eſt, vt de inofficioſo teſtamẽto agere poſſint [c] liberi, qui [d] quæruntur [e], aut iniquè ſe exhæredatos [f], aut iniquè præteritos [g]: hoc colore [h], quaſi non ſanæ mentis fuerint, cùm * teſtamentum ordinarent. Sed * hoc dicitur, non quaſi verè furioſus † ſit: ſed rectè quidẽ fecerit teſtamẽtum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi verè furioſus * ſit, nullum teſtamentum [i] eſt. Non autem liberis tantùm permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare: verùm etiam liberorum [k] parenti-

* vel demens.

N.A. † Teſtamentum inofficioſum eſt, quod contra humanitatis officium, literis, parentibus, aut fratribus debitum, factum eſt: Id eſt, cum hi qui inſtituendi erãt iniuria exhæredati ſunt. Actio, ſiue querela inofficioſi, eſt petitio hæreditatis quæ liberis, parentibus, fratribus exhæredatis, aduerſus poſſeſſorem conceditur, vt eam, reſciſſo teſtamento recuperent. l. xx. ff. hoc tit. l. penult. ff. de bon. poſſ. con. tab.

¶ a Exhæredant. Hoc refertur ad eos qui aſcendunt per lineam maſculinam & fœmininam: ſed ſequens clauſula reſpicit tantùm fœmininam.

¶ b Vel omittunt. Hoc tantùm ad fœmininam lineam refertur. Nã illarum præteritio pro exhæredatione habetur: vt ſuprà de exhæred. lib. §. mater. Si autem aliquis de linea maſculina omitteret filium in poteſtate, nullum ipſo iure eſſet teſtamentum: ſi emancipatum filium omitteret, valeret: ſed per contra tab. rumpitur: vt ſuprà de exhære. lib. in princ. & §. emancipatos. hodie etiã emancipatus præteritus poteſt dicere nullum ipſo iure: vt ſuprà de exhæred. libero. §. noſtra. aliàs §. ſed hæc quidẽ. & C. de liber. præter. l. maximum. Accurſ.

ADDITIO. Quod eſt verũ, ſi ſine legitima cauſa ſit facta præteritio, aliàs contra tabu. habet locũ: ſecundùm cõmunem opinionẽ. Ang.

N.A. † Omittũt. Talis omiſſio exhæredationis vim obtinet. §. vlti. ſup. de exhib. liber.

¶ c Agere poſſint. ſcilicet ab adita hæreditate intra quinquennium: vt C. eodem. l. ſcimus. §. fin. & l. ſi quis filium. in fin. & ff. eodem. l. Papinianus. in fine. & C. in quibus cauſis in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. l. ij. Et hoc propoſita quadam petitione ad hoc, vt teſtamentum reſcindatur, quæ non eſt actio prorſus, nec accuſatio, ſed medium tenet, & quandoque actio, quandoque accuſatio dicitur: ſed propriè dicitur querela: vt not. ff. eod. l. poſthumus. §. ſi quis ex perſonis. in gl. j. ſi quis. in fine.

¶ d Qui. ſcilicet liberi.

¶ e Queruntur. id eſt, conqueruntur.

¶ f Se exhæredatos. A qualibet linea.

¶ g Præteritos. Ab aliquo de linea fœminina.

¶ h Hoc colore. id eſt, hac honeſtate verborum.

N.A. † Verè furioſus. Id eſt, non in omnibus negotiis mentis errore adfectus; ſed in eo ſolùm, quod contra officium teſtamentum illud fecerit l. ij. l. v. ff. hoc titul.

¶ i Nullum teſtamẽtum. Vt ſuprà quibus non eſt permiſſum facere teſta. §. item furioſi.

¶ k Liberorum. Parentibus, ſcilicet eſt permiſſum accuſare filiorũ teſtamentum, quando ſunt ab eis exhæredati.

& hoc

Digitized by Google

& hoc accipe in filio pagano emancipato : aliàs ſi eſſet miles. non ſubiiceretur querelæ : vt C. eod. l. fin. in fin. [Quod hodie correctum eſt ſecundùm gloſ. quæ communis eſt in d. l. fin. quia datur querela. Syl.] Item, ſi eſſet in poteſtate, teſtamentũ ipſo iure non valeret : vt §. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. in prin. & facit ff. eodem. l. nam & ſi parentibus.

ADDITIO. Et præteritos, & exhæredatos queri poſſe parentes Eg. Baro hîc cenſet. Licet præteriti etiam contra tab. bon. poſſeſ. petant. liberi tamen in querela anteponentur parentibus. l. ſi pater. ff. de inoffic.

bus. † Soror autem [a] & frater turpibus [b] perſonis ſcriptis hæredibus, ex ſacris conſtitutionibus prælati ſunt [c]. Nõ ergo [d] contra omnes hæredes agere poſſunt [e]. Vltra [f] fratres igitur & ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes vincere [g].

¶ Querela inoffi- [illegible]

¶ Tã aut naturales [h] liberi, quàm ſecundum noſtræ conſtitutionis diuiſionẽ [i] * adoptati [k], ita demum de inofficioſo teſtamẽto agere poſſunt, ſi nullo alio iure ad defuncti bona venire poſſunt. Nam qui ad hæreditatẽ totam,

* definitionem.

N.A. Liberorum parentibus. Cum orbi liberi deceſſerunt: Nam eo caſu, liberorum hæreditas piè parẽtibus debetur. l. xv. ff. hoc tit. hoc de emancipatis intelligendum eſt.

¶ a Soror autem & frater. Hoc accipe in conſanguineis & vterinis, vel conſang. tantùm : nam vterini nõ poſſunt : vt C. eod. l. fratres. Et not. quòd duo dicit iſte §. primum, quòd frater & ſoror poſſunt agere querela: ſecundum, quòd hoc verum eſt, quãdo turpes perſonæ inſtituuntur hæredes.

¶ b Turpibus. ſ. infamibus ipſo iure, vel per ſententiam, vel etiam de facto.

ADDITIO. Et talis infamia iuris, vel facti etiam excludit à querela: vt l. in arenam. C. eod. Angel.

¶ c Prælati ſunt. id eſt, admiſſi ſunt, & tunc turpibus perſonis, ablatiui ſunt abſoluti. Vel dic, Prælati ſunt, id eſt, præpoſiti turpibus perſonis, datiuè legendo.

¶ d Nõ ergo. Hoc refertur ad primum reſponſum, vel potius ad ſecundum. Accurſ.

¶ e Poſſunt. ſcilicet de iure.

¶ f Vltra. Hoc ad ſecundum, vel potius ad primum, ſi rectè inſpiciatur ſeries textualis.

¶ g Agentes vincere. ſ. etiam de facto agentes, non vincerent : melius ergo facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent: vt ff. eo. l. j. Sed contra ff. eod. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. Sed ibi nemo repulit agentem: repelli tamen potuit, vt hîc. Sed an filij fratrum agant? Videtur ex hac litera eos excludi : ſed cum hodie vocentur ab inteſtato, & fratribus æquiparentur, fortè & ipſis querela datur, vt in auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. reliquũ. & in auth. vt fratrum filij. §. j. collat. ix. quæ eſt in C. de legi. hæred. authent. ceſſante. & arg. ff. de inoffic. teſtam. l. poſthumus. in princ. Sed reſpondent quidam, quòd non admittuntur ad querelam: & tamẽ vnà cum eo, qui poteſt agere, admittũtur ab inteſtato, vt C. de inoffic. teſt. l. fratres. & C. communia de ſucceſſ. auth. itaque. Vel poſſet reſponderi, quòd admittuntur iure diuerſo. nam frater agit querela & rumpit: & filius alterius fratris cum ſit ruptum teſtamentum, admittitur ab inteſtato. Accurſius.

ADDITIO. Si autem eſſet ſolus, à querela excluderetur. Angel.

¶ h Naturales. ſcilicet & legitimi : nam naturales tantùm non agunt in bonis patris, ſed matris : vt ff. eod. l. ſi ſuſpecta. §. j.

¶ Ratio eſt, quia ab hæreditate matris non excluduntur, à patris ſic. l. humanitatis. C. de natur. lib. l. placet. C. ad Orficia. vel quia contra votum patris non ſuccedunt. glo. in l. j. §. j. ff. de contra tabul. Syl.

¶ i Diuiſionem. Vt ab auo paterno, vel materno.

¶ k Adoptati. id eſt, arrogati qui habent quartã ex conſtitutione diui Pij: vt ff. eod. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. Item adoptati, ſi auo paterno dati ſunt: vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis. & ſuprà de adopt. §. ſed hodie. & hoc prædixit.

¶ a Pa

Digitized by Google

vel partem [a] eius alio iure veniūt [b], de inofficioſo agere non poſſunt †. Poſthumi [c] quoque, qui nullo alio iure venire *poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt.

¶ Ceſſat querela, vbi aliquid relinquitur, quia tunc ad ſupplementum agitur.

¶ Sed hæc [d] ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento [e] relictum eſt: quod noſtra cōſtitutio [f] ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacunque hæreditatis pars vel res eis fuerit relicta: de inofficioſo querela quieſcēte, id, quod eis [g] deeſt, vſq; ad quartā legitimæ † partis repleatur: licet non fuerit adiectum [h], boni viri arbitratu debere eam compleri*.

¶ Qui officii neceſſitate coactus legatum exegit, in quo exhæres factus fuerat, teſtamento petit, non prohibetur illud inofficioſi querela impugnare, è regione etiam, qui impugnauit, legato ſibi eo teſtamento facto minime priuatur.

¶ Si tutor [i] † nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex teſtamento patris ſui legatū acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo: nihilomi-

a Partem, ſcilicet quartam. ſi autem minus, tunc ad ſupplementum agitur: vt infrà proximo.

b Veniunt. id eſt, venire poſſunt, vt iure legati vel donationis: vt infrà eo. §. pen. vel quia eorum filij vel ſerui ſunt inſtituti: vt ff. eod. l. nihil.

N.A. Non poſſunt. Quia per querelā quæ furoris, iniuriæ, inhumanitatis parentes arguit, lædi pietas videtur.

c Poſthumi. ſ. exhæredati. nā ſi præteriti, ipſo iure rumpitur teſtamentum: vt ſuprà de exhæred. libe. §. poſthumi. ſed hodie non poſſunt exhæredari. vt C. eod. l. ſi quis in ſuo. §. legis.

d Sed hæc. Hoc refertur ad ſuprà dicta, à principio vſque huc.

e Teſtamēto. ſcilicet iure inſtitutionis cùm teſtamentum facit: vt in auth. vt cum de appellat. cog. §. aliud. ſed ſi aliā voluntatem facit, ſufficit quoquo relinquatur titulo vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. j. collat. iij.

f Conſtitutio. Vt C. eo. l. omnimodo. Accurſ.

g Eis. ſ. exhæredatis. vel præteritis.

N.A. † Quartam legitimæ. Hæc vulgò legitima dicitur, abſurdò tamen, quoniam pars eſt legitimæ, id eſt, quarta debitæ portionis ab inteſtato l. viij. §. quoniā. ff. hoc tit. Poteſt dici portio legitimaria. At nouo iure, ſui plures non ſint liberi quàm quatuor, trientem habēt: ſin plures, ſemiſſem Nou. 118. quæ nominatim etiam ad parentes & fratres producitur.

h Non fuerit adiectum: vt C. eod. l. ſcimus. in princ.

Si tutor. Casvs. Aurelius filiusfam. & in patris poteſtate tutelam pupilli Annij gerebat. Aurelium illū pater exhæredauit: & Annio legauit centū. Defuncto patre, Aurelius legatū pupilli nomine accepit: deinde vult agere inofficioſi. quæro, an poſſit? Reſp. poſſe. Quid ex contrario? Sulpitius filiū ſuū pupillum exhæredauit, & ipſius tutori Mæuio legauit centum, Mæuius pupilli nomine agit inofficioſi, cauſa cadit, deinde vult petere ſuū legatū. poteſtne? poteſt. Cor. Vibul.

* impleri.

Not. ꝙ dictio ſed ſi, nō aduerſatur ſecundùm ſuam naturā in iure & in facto: ſed in facto tantùm. Syl.

i Si tutor. Teſtator extraneū inſtituit, & filiū exhæredauit, & cuidam pupillo exiſtenti in tutela filij ſui legatum reliquit: quod petiit filius nomine pupilli ſui: nō tamē ideo repellitur à querela ſuo nomine. Sed cōtra. ff. eo. l. ſi. primo reſpōſio. Sed ibi certè aduocatus, procurator ſponte faciebat, cùm illa officia ſint ſpōtanea: vt j. mand. §. mandatum. at hic etiā ex neceſſitate: quia tutela ex neceſſitate ſuſcipitur: vt ff. de tut. & curat. da. ab his. l. necnon. & neceſſario geritur: vt ff. de admi. tut. l. j. in princ. *Adnotati & Procuratoris officium eſt ſpōtaneum.*

Quando autē etiam officium aduocationis eſſet neceſſarium iuxta l. prouidendum. C. de poſtul. cum ſimil: tunc non ſubmoueretur à querela. Syl.

N.A. † Si tutor. Dubitationis cauſa eſt: Quia qui

qui ſemel teſtamentum cognouit, arguere poſtea illud non poteſt. Nemo ex parte teſtamentum probare, & ex parte improbare poteſt: quia indiuiduum eſt.l.x.§.vlt.& ll.ſeqq.ff.hoc tit.

diatū.quid ſi ſint tres? ſingulis vnciam vnam.& ſic deinceps. ſic enim quarta perpetuò relinquetur. Corn.Vib.

¶ d Igitur quartū. Contrariū formatur ex eo, quod habes §.eo.§.ſed hæc ita. vbi dicit etiā ſi minus, quarta habet, non agit querela, ſed ad complemētum. Solu.hic loquitur ante Iuſtinianū, vt C.eo. l.cum queritur. & ff. eo.l.Papinianus. §. quoniā autē quartam. at §.ſecundùm Iuſtiniani tempora, per legē.C.eod.l.omnimodo. Et illud igitur, quod eſt hic, ponitur inceptiuè, nō illatiuè. ſic ff. de iuſt. & iur. l.ius ciuile.§.hoc igitur. vel lege illatiuè ex eo, qđ habes.§.eo. §.tā autem.in fin. * abeſt.

nus[a] poterit nomine ſuo de inofficioſo patris[b] teſtamēto agere. Sed ſi è cōtrario[c] †pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt: ipſe tutor*, quod ſibi in teſtamento eodē legatum relictum eſt, non amittit.

¶ Sufficit, quòd filius habeat vnam quartam quoquo relicti titulo, ad hoc vt excludatur a querela ſiue ſit vnus, ſiue plures. Azerinus.

¶ Quartā dico totius hæreditatis, ſi vnus ſit: vel quartam partis hæreditariæ, ſi ſint plures, qui quæri de inofficioſo velint.

¶ Igitur quartā[d] quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſſit, ſiue iure hæreditario, ſiue iure legati[e], † vel fideicommiſſi: vel ſi mortis cauſa ei quarta donata, fuerit, vel inter viuos[f], in his tantummodo caſibus, quorū noſtra conſtitutio mētionem facit: vel aliis modis[g], qui in noſtris* conſtitutionibus cōtinentur. Quod autem de quarta diximus[h], ita intelligendum eſt: vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures quibus agere de inofficioſo teſtamèto permittitur, quarta eis dari poſſit: vt ea pro rata eis diſtribuatur: id

¶ a Nihilominus. Nam videbatur paternum iudicium approbaſſe, & ſic non poſſe poſtea q̄rela agere: ſed tamen nihilominus poteſt, vt hic dicit.

¶ b Patris. ſcilicet ipſius tutoris, imò erat exhæredatus. Accurſ. * abeſt.

¶ c Sed ſi econtrario. hic teſtator filiū ſuū pupillum exhæredauit, & tutori, quem ipſemet pater filio dabat, legatum dimiſit. licet ergo agat de inoffic. nomine pupilli, & ſuccumbat, tamen ad legatum admittitur. Et ita not.arg. ex hoc & ſuperiori reſponſo, ꝙ quis agit aliquid interdum non vt ipſe, ſed vt alius: ſimile ff. de adopt.l.ſi pater.§. qui duos. & ff.eod.l.is qui.§.ſi hæres.& l.aduerſus.§.j.& C.de adm. tut. l.cum quædā. & ff.de compen.l.pen.C.de dol.l.j.

N. A. † E contrario. Dubitationis cauſa eſt, quia teſtamentum qui oppugnauit, ei tanquàm indigno, quod relictum fuerat aufertur l. j. & paſſ. de his qui. vt indig.ff. Solutio. Eſt diuerſitas iurium & cauſarum l.xxxij.ff.hoc tit.

¶ Igitur. THEMA. Pater non vult filium inſtituere, apertè exhæredare non audet: quid ei faciendum cenſes? Relinquat ei quartam bonorum ſuorum partem: veluti tria ex duodecim. Sed ecce, duo ſunt filij: quid fiet? vtrique ſeſcuncem, id eſt, vnum & dimi-

¶ e Iure legati. Sed hodie iure inſtitutionis, ſi facit teſtamētū: vt in auth. vt cū de app. cog.§.aliud. Si verò alia ſit voluntas, ſufficit quoquo relicti titulo: vt in auth. de triē. & ſemiſ.§.j.

¶ Quod introductum eſt tam reſpectu honoris, quia titulus eſt honorabilis: quàm vtilitatis, propter ius accreſcendi. Syl.

† Legati. At nouo iure legitimaria portio, ſolo hæreditatis, atq; inſtitutionis tit. relinquēda eſt. No.115.§.3.abrogata per No.181. Quod ſummè notandū eſt. N.A.

¶ f Inter viuos. ſ. data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartam computetur: vt C. eo.l.ſi quando. §.generaliter.& hic ſubiicit.

¶ g Aliis modis. Vt dotis cauſa, & donationis propter nupt. vt C. de inoffic. teſt.l.quoniam nouella.

¶ h Diximus. ſuprà prox.§.

¶ a Pro

¶ a Pro virili portione. Vt ſcilicet quilibet habeat quartam huius partis, quam habiturus erat ab inteſtato: vt C.eo. l. parentibus. & l.cùm quæritur. hoc tamen eſt hodie iure authen. muratum. ſ. vt tertia detur. ſi sũt quatuor vel pauciores. Si verò plures ſit filij exhæredati, habent dimidiam: vt in authen. de trien. & ſemiſ. §. j. quæ eſt Co.eo. authé. nouiſſima. Vnde vers⁹. *quarta.*

eſt, pro virili portione a *†.

TIT. XIX.

DE HAEREDum qualitate & differentia.

¶ Triplices ſunt hæredes. Angel. Aret.

HAeredes autem, aut neceſſarij b, dicuntur, aut ſui & neceſſarij, aut extranei c.

Quatuor aut infrà, dant natis iura trientem:
Semiſſem verò dant natis quinque vel vltrà.

Et not. in fi. huius tit. quod quidam dicunt hunc tit. hodie non habere locũ, niſi inter fratres, turpibus perſonis hæredibus inſtitutis. & hæc fuit ſententia M. per auth. C. de libe. præte. vel exhæred. auth. non licet. & authen. ex cauſa. Sed nos dicimus, quòd habet locum, vt olim: quòd plenè diximus in authen. vt cùm de appel. cog. §. aliud. in gloſ. nominatim. in fin. & d. auth. ex cauſa. niſi quòd quædam capitula in d. auth. circa querelam ſunt innouata: vt quia olim non tranſmittebatur ad hæredem etiam ſuum, niſi eſſet præparata: vt ff. eodem. l. poſthumus. §. fi. & l. ſequ. hodie ſic ad ſuum hæredem: vt C. eo. l. ſcimus. in fi. Item, olim quarta dabatur, hodie triens, vel ſemis. vt dictum eſt. Item, olim filij ſe gratos eſſe probabant: hodie hæredes probant ingratos: vt C. eod. l. omnimodo. in gl. arguantur. Item, nota hunc titu. loqui de gratis filiis. ſi enim eſſent ingrati, nihil teneretur pater eis relinquere; vt in authent. de hęred. & fal. §. exhæredatos. in glo. iuſtè ibi, vt quia. & authen. de immen. do. in fine §. fi. Et ſunt cauſæ ingratitudinis quatuordecim, quibus filij exhæredantur: & vij. quibus pater à filiis: vt in authent. vt cum de appel. cog. §. cauſas. & tres quibus frater à fratre: vt in authent. de nup. §. ingratitudinem. Accurſ.

Pater filium 14 caſibus, filius patrem ſeptem, & frater fratrem tribus exhæredare poteſt.

¶ Plures autem ſunt in filio, quàm in aliis: quia magis tenetur. l. an tibi. Co. de in lit. dand. tutor. l. altius. §. ſi ſerui. vendic. Syl.

ADDITIO. Iſtæ omnes cauſæ facile habentur per hos verſus,

Bis ſeptem cauſis exhæres filius eſto:
Si patrem feriat, vel maledicat ei: Carcere detruſum ſi negligit ac furioſum:
Criminis accuſet, aut paret inſidias:
Si dederit grauia ſibi damna, nec hoſte redemit, Teſtari prohibet, vel dat arena locum Si prauos ſequitur, vel amat genitoris amicam: nõ orthodoxus, filia quãdo coit. Sed pater ex ſeptem, ſi nati ſpernet honorem. Hunc accuſabit, dira venena dabit. Teſtari vetat, aut vxorem diligit eius: Non redimit captũ, dum furit, odit eum: Pellitur à fratre frater cauſis tribus: vt ſi arguit hunc ſceleris: vel ei vult tollere vitam: vel ſi iacturam rerum ſibi mouerit vnquam.

† Pro virili portione. i. Vt virilis ſingulorũ portio quarta ſit eius partes legitimæ, quã habituri ab inteſtato fuerant. d. l. 8. §. quoniã. ff. hoc tit. ſed hæc proportio abrogata eſt d. Nouella 115. N.A.

DE HAEREDVM QVAlitate & differentia.

¶ Quia hæredes, de quibus ſuprà dictum eſt, diuerſi ſunt, ideo de eorum differentia, & qualitate, id eſt, differenti qualitate videamus. Accurſ.

HAeredes. Totus iſte not. tit. diuiditur principaliter in duas partes. Primò, ponit regulam quòd hæredum ſunt tria genera. Secundò, illa genera proſequitur, & declarat ſeriatim. Secunda ibi, neceſſarius hæres.

¶ b Neceſſarij. ſcilicet tantùm.

¶ c Aut extranei. De his autem omnibus hic tit. dicit per ordinem: vt infrà proxi. §. & §. ſui. & §. cæteri.

¶ Neceſſarius. Diuiditur in tres partes. Nam primò, proſequitur primum genus hæredũ, ſcilicet qui ſunt neceſſarij hæredes tantùm. Secundò, proſequitur ſecundum membrum ſiue genus: videlicet, qui ſunt ſui, & neceſſarij. Tertiò, proſequitur, qui ſunt extranei hæredes. Secunda ibi, Sui autem. Tertia ibi, Cæteri qui. Item ſubdiuiditur prima pars in quatuor partes. Primò, quis ſit hæres neceſſarius tantùm. Secundò, rationem aſſignat quare ſic vocetur. Tertiò, infert, conſulendo teſtatori, qui non eſt ſoluen-

Digitized by Google

do. Quartò, prouidet ipſi ſeruo Secunda ibi, ideóque. Tertia ibi, Vnde qui. Quarta ibi, Pro hoc tamen.

¶ Neceſſarius. THEMA. Quęro, quẽ appellas neceſſarium? Seruũ hæredem inſtitutũ. Quid ita quęſo? quoniã velit nolit, hæres eſſe cogetur: vt defuncti exiſtimationi conſulatur. Quod habebit pro iſtis incommodis pręmiũ? Duplex. Primũ enim libertatẽ cõſequetur, quę res nullo pretio æſtimanda eſt. deinde quicqd alia ex cauſa, quàm hæreditatis acquiret, ſibi acquiret, neq; creditorum rapinis obnoxium erit. Cor. Vibul.

¶ Not. triplicẽ hæredũ differẽtiam. Item quis dicatur neceſſarius hæres, & quare. Itẽ, not. conſilium illorum, qui nolũt bona ſua poſt mortẽ diſtrahi nomine ſuo. Itẽ, ꝙ hęreditas adita non amplius dicitur hæreditas. ibi, potius hæredis bona q̃ teſtatoris. Item, ꝙ bona quæſita poſt mortẽ non ſunt obligata creditoribus. Item, quòd qui in vno grauatur, in alio releuatur. Item argumentum à ſpeciali hic, quòd hęres tenetur de ſuo creditoribus hæreditariis. Syl.

¶ Neceſſarius ſeruus quis dicatur, & cur ita appelletur: & deniq; quonam conſilio ſeruus à domino hæres inſtituatur, ſubiicit.

¶ Neceſſarius [a] hæres, & ſeruus hæres inſtitutus: ideò ſic appellatus: quia ſiue velit, ſiue nolit, omnino poſt mortem teſtatoris protinus [b] liber, & neceſſarius [c] hęres ſit†. Vnde [d] qui facultates ſuas ſuſpectas [e] habent, ſolẽt ſeruum ſuũ primo, aut ſecundo, aut etiam vlteriori gradu hæredẽ inſtituere †: vt ſi creditoribus ſatis non fiat [f], potius eius hęredis [g] bona quàm ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur, & vel diſtrahantur, vel inter eos diuidãtur. Pro hoc tamen incommodo [h], illud ei commodum præſtatur [i], vt ea quæ poſt mortẽ [k] patroni [l] ſui, ſibi acquiſierit†, ipſi reſeruẽtur [m]. Et quamuis non ſufficiãt bona defuncti creditoribus, iterum *tamẽ ex ea cauſa res eius, quas ſibi ac-

¶ a Neceſſarius. Ad hoc, vt ſit neceſſarius eſt neceſſe, vt ſit ſeruus teſtatoris tempore teſtamenti. vt hic, & ff. eodẽ. de hæred. inſtit. l. ſi alienum. in princi, Item, & tempore mortis: vt ſ. de hære. inſti. §. ſeruus. j. Item, quòd non ſit alteri legatus, tunc enim legatario quæreret hæreditatem, & ipſe eius eſſet: niſi idem ſeruus ſibi ſubſtitutus eſſet hæres & liber: vt ff. de pup. ſub. l. fin. §. j.

¶ b Protin⁹. i. ſtatim: & ſi quidẽ purè inſtitutus eſt, à ſeipſo libertatẽ cõſecutus videtur: vt ff. de ac. hær. l. ex parte. & ff. de hære. inſtit. l. ſed & ſi in conditione. §. ſi. & etiam ignorans: vt ff. ſi cert. peta. l. eius qui. in prin. & in gloſ. ſtatus. & ff. de teſtam. l. qui in domini.

¶ c Et neceſſarius. Niſi ſit inſtitutus ſub hac conditione, ſi vellet: quæ verba faciũt eũ voluntariũ: ſed in extraneo nihil operantur: vt ff. de condit. inſtit. l. verba. & ff. de hæredi. inſtitu. l. Cornelius.

† Hæres ſit. Vide ſ. lib. 1. tit. 6. vbi lex Aelia Sẽtia nominatur. *N.A.*

¶ d Vnde. Quia neceſſarius.

¶ e Suſpectas. Vt quia ſciũt ſe nõ eſſe ſoluẽdo. & facit ſ. quib. ex cau. ma. non licet. in prin. & ſ. de vulgar. ſubſtitut. in princ.

† Inſtituere. Primo gradu propriè dicitur inſtitutus, ſecundo, & vlteriore ſubſtitutus. N.A.

* *abeſt Th. reſtit.*

¶ f Satis non fiat. ſ. ab hoc ſeruo hęrede, & libero inſtituto.

¶ g Hæredis. i. ſerui inſtituti. & hoc ne defunctus iniuria afficiatur: vt ſ. qui. ex cau. ma. non lic. §. j. in fin.

¶ h Incommodo. Quia inuitus hęreditati adſtringitur.

¶ i Cõmodũ pręſtatur. Sic & aliàs inuenitur in multis locis: vt qui in vno caſu grauatur, debet in alio releuari: vt ff. de iureiu. l. eũ q in prin. in gl. probandi.

¶ k Poſt mortẽ. ſ. ante aditã hęreditatẽ: vt C. ad Sylla. de his, qui. vt indig. l. cũ Syllanianum. Vel certè hîc protinus videtur adita hæreditas: & d. l. cum Syllanianum in alio caſu loquitur.

ADDIT. ſ. quãdo libertas eſt legata ſine inſtitutione: q̃ ſtatim nõ cedit: vt l. vnica. §. libertatibus. C. de cadu. tol.

¶ l Patroni. id eſt, qui eſſet patronus, ſi eſſet liber in vita illius.

† Adquiſierit. Non ex cauſa hæreditaria, atq; idcircò bonorum ſeparatione poſtulabant. l. j. in fine. ff. de ſepar. N.A.

¶ m Reſeruentur. Separatione impetrata

quiſierit, non væneunt [a].

¶ Vt quis ſui nomine dign⁹ ſit, duo copulatim interuenire neceſſum eſt: vt, ſcilicet, in poteſtate ſit morientis, & priorem locum tunc temporis obtineat: quorũ alterum nequaquã ſufficere aperto iure oſtenditur. & quanquam olim, qui ſui erant, hi quoque eſſent neceſſarij. iure tamen Prætorio eis abſtinendi beneficium conceditur.

¶ Sui autem, & neceſſarij hęredes ſunt, veluti filius, filia, nepos, neptiſve ex filio: & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate [b] morientis modò fuerint. Sed vt nepos neptíſve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum, eámve in poteſtate aui mortis tẽpore fuiſſe: ſed opus eſt vt pater eius viuo patre ſuo deſierit [c], ſuus hæres eſſe, aut mortè interceptus [d], aut qualibet alia ratione [e] liberatus à patris* poteſtate. tunc enim nepos, neptíſve in locum patris ſui ſuccedit [f] †. Sed ſui quidem hæredes ideo appellan-

trata, ſi bona patroni nõ attingat, i. nõ inceperit adminiſtrare: vt ff. de ſepa. l. j. §. ſi. aliàs. i. ſi incepit adminiſtrare, nõ poterit poſteà impetrare ſeparationẽ, niſi ſit minor: vt ff. de minor. l. ait Prętor. §. nõ ſolum. quo caſu tantũ. ſ. cũ eſt minor, ſeparationẽ impetrabit: etiã ſi iã attigerit hęreditatem: nõ autem vt ab hęreditate ſe abſtineat: vt ff. de acquir. hær. l. neceſſariis. §. ſi.

¶ a Nõ væneũt. l. nõ vendũtur.

¶ Sui autem. Iſte §. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit, qui ſunt ſui, & neceſſarij hęredes. Secundò, hoc limitat, & reſtringit. Tertiò rationẽ reddit, quare dicũtur ſui hęredes. Quartò, rationẽ ponit, quare dicuntur neceſſarij. Secunda ibi, Sed vt nepos. Tertia ibi, Sed ſui quidem. Quarta ibi, Neceſſarij.

¶ Sui autem. THEMA. Qui ſunt ſui & neceſſarij? Liberi qui in morientis manu ſunt. quid ita, quæſo? Sui, quoniam patri morienti ita ſuccedunt, vt continuari tantùm, non autem mutari dominium videatur. Neceſſarij, quia lege xij. tab. vellent nolent, hæredes erãt, item vt ſerui. Sed Prætor illis abſtinere hæreditate permiſit, ne duo ciues Rom. ſimul contumelia afficerentur. Cor. Vib.

¶ Not. qui ſint ſui, & neceſſarij. Item, quòd nepotes ita demũ ſuitatem nanciſcuntur, ſi obtinent primum locum. Item, quòd ſui de iure ciuili cogebantur eſſe hæredes. Item, quòd ius abſtinendi habent à Prætore. Syl.

¶ b In poteſtate. Aliàs ſi ſunt emancipati, extranei ſunt: vt j. eo. §. cæteri.

¶ c Deſierit. Impropriè ponitur: quia, viuo patre, non fuit hæres: ſed dicitur deſinere, quantum ad id, quod futurum erat. ſic & aliàs: vt ff. de vſufru. quemadmod. ca. l. iij. §. deſinere.

¶ d Interceptus. ſcilicet filius. & aliàs eſt interemptus. aliàs interceptus, id eſt remotus ab hoc ſeculo.

¶ e Alia ratione. Veluti emãcipatione vel deportatione: vt §. quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu. §. præterea. & §. cùm autem.

¶ f Succedit. Ita vt etiam filius emancipatus repellatur: & nepos qui remanſit in poteſtate ex eo, vel alio filio natus, admittatur: & hoc iure ciuili, quod non cognouit emancipatos: quia erãt capite minuti: vt j. de hær. quę ab inteſt. §. emãcipati. de iure autem prętorio ſoli filij emancipati admittũtur, non nepotes: vt d. §. emancipati. ſed per edictum de coniungendis cum emancipato liberis eius, admittuntur ſimul filius & nepos: vt ff. de coniungen. cum eman. l. j. ij. reſpon. Quod (id eſt, quòd ſimul nepos cum patre vel fratre patris admittatur) locum hodie non haberet. cùm ſit ſublata omnis differentia, quæ fiebat occaſione emancipationis: vt in authent. de hæred. quæ ab inteſt. §. primo. columna nona. Accurſius.

ADDITIO. Quod eſt verum, quando ab inteſtato ſucceditur nullo facto teſtamento: vel facto, ſed non ſolenniter: aut eo per querelam penitus expugnato. ſecus ſi per contratabul. de iure prætorio filius ſuccedat: quia etiam hodie procedit dictus titul. de coniungendis, &c. Ang.

† Succedit. Nam ſuus is demum dicitur, qui in poteſtate patriſfam. proximum ab eo locum obtinet. l. 7. ff. ſi tab. teſt. nul. ext.

turqui[a] : a domeſtici[b] † hęredes ſũt, & viuo quoq; patre, quodãmodo domini exiſtimantur[c].

¶ Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur, prima cauſa in ſucceſſione eſt liberorũ[d]. Neceſſarij verò ideò dicũtur[e], quia omnimodo* ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento [ex lege * xij. tabularũ] hæredes fiũt[f]. Sed his Prætor † permittit[g] volentibus abſtinere ſe hæreditate, vt potius parẽtis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur.

¶ Qui non eſt in poteſtate teſtantis tẽpore mortis, dicitur hæres extraneus. Aretinus.

¶ Cæteri, qui teſtatoris iuri ſubiecti nõ ſunt, extranei † hęredes appellãtur[h]. Itaq; liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes à nobis inſtituti, extranei hæredes videntur. Qua de cauſa, & qui hęredes à matre inſtituũtur, eodem numero ſunt : quia fœminæ in poteſtate liberos non habent[i] †. Seruus quoque hæres à domino inſtitutus, & poſt teſtamentum † factum ab eo manumiſſus, eo-

* omnimodo.

* inclusa abſunt veterib. libris & Th.

¶ a Appellantur. ſcilicet ſupradicti filij & nepotes.

ADDITIO. Suus hæres is dicitur, qui patriæ poteſtati ſubiectus, patri morienti ita ſuccedit, vt continuari tantùm, nõ autẽ mutari dominium videatur. Nã emãcipatus filius vxore ducta, item agnati diuerſas familias, quaſiq; colonias (vt Ciceró in offic.ſcribit) conſtituunt, eóque extranei. §.ſeq.appellantur. at filiusfam. penates à patre diuerſos nõ habet, ſibique ipſi quodammodo hæres videtur eſſe: cùm dominium, (vt dixi) nõ mutetur, ſed continuetur.

¶ b Quia domeſtici. Not. filium domeſticum patri. Sunt & alij multi domeſtici: vt C. de his q ad ecc.confu. l. præſenti.§.ſanè enim, & ibi gl. prima.

N. A. † Domeſtici. Hoc ait, vt patre mortuo, non nouam hæreditatem, & aduentitiam, ſed veterum bonorum liberam adminiſtrationem conſequi videantur. l. 11. de ſuis & leg. ff. l. vlt. ff. de bon. damnat. Itaque non adire, ſed retinere hæreditatem dicuntur. l. 12. §. vlt. ff. de bon. liber.

¶ c Exiſtimantur. ſcilicet, ex artificio iuris ciuilis : quod fingit eandem perſonam patrem, & filium: vt C. de impu. & ali. ſub. l. fi. in fi. Item, eandem vocem vtriuſque : vt j. de inutil. ſtip. §. ei qui. Item, & ideo videtur dominus: quia in bonis patris alitur ſicut ipſe pater: ſicut vxor domina dotis dicitur, & habere poſſeſſionem: vt C. de iur. do. l. in rebus. ad princ. & in gloſ. iure naturali. & C. qui pot. in pig. l. fin. Item, & poſſeſſionem viuo patre habere videtur filius: vt ff. pro hær. l. ij. in fin. hinc eſt, quòd ſola adminiſtratio dicitur trãſire ad filium, cum pater moritur : vt ff. de lib. & poſth. l. in ſuis.

¶ d Liberorum. Vt infrà de hære. quæ ab inteſta. §. j.

¶ e Dicuntur. ſ. dicti filij.

¶ f Hæredes fiunt. ſcilicet iure ciuili inſpecto. aliud de prętorio : vt ſubijcit quod præualet.

† Prætor. Eáq; inter ſeruos hęredes neceſſarios, & liberos differentia eſt, quòd illis abſtinere non licet, his per Prętorem licet. l. 57. de adq. hær. Vlpian. fragm. tit. 22. N. A.

¶ g Prætor permittit. ſcilicet liberis in poteſtate poſitis : nõ vt habeant neceſſitatem adire Prætorem : ſed ſufficit, ſi ſe non immiſceant : vt ff. de acquiren. hæreditate. l. eſ qui ſe. & Cod. ſi mi. ab hæred. ſe abſt. l. j.

† Extranei. Extranei hæredes domeſticis opponuntur. Nam hi, in teſtatoris familia ſunt : illi, extra ipſius familiam. l. 55. de ritu nupt. Emancipati enim ſuam ſeorſum familiam habent. l. pronunciatio 195. §. pater. ff. de ver. ſi. N A.

¶ h Appellantur. Sic Cod. de rei vxor. act. lege vnic. §. accidit. verſi. extraneum.

¶ i Non habent. Vt ſuprà de adopt. §. fœminæ.

† Non habent. Non habent : quia qui ex iuſtis nuptiis naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur. l. 196. ff. de verb. ſig. N. A.

† Poſt teſtamentum. Not. differentiam inter manumiſſum teſtamento, & manumiſſum poſt teſtamentum, ſiue inter viuos. §. ſecundo. ſuprà de hęred. inſtit. N. A.

¶ a Ha

Digitized by Google

¶ a Habetur. ſ. vt ſit hæres extraneus: nam non conſequitur iſte vtrunque. ſ. libertatem, & hæreditatem ex domini teſtamento, quod eſt neceſſe, vt ſi hæres neceſſarius: vt ſ. de hære. inſtit. §. ſi vero à viuo.

poteſt quilibet, exceptis quibuſdam. quos not. ī. titu. j. §. legari.

¶ d Eorum. Nam ſeruo inſtituto, domini perſona inſpicitur: vt ſ. de hæredib. inſtituend. §. ſeruus autem plurium.

¶ In extraneis. THEMA. Hæredē inſtituere non poſſumus, niſi ciuē Romanū. quod tribus temporibus ſpectare oportet, quo teſtamentū ſcriptū eſt quo teſtator eſt mortuus, & quo hereditas adita eſt: Exemplum: Valerius teſtamēto Seium heredem fecit, deinde Seius captus eſt ab hoſtibus, ante Valerij mortē redit, mediū tēpus ei nō nocet. Itē, ſcript⁹ erat ſub cōditione, ſi Pompeius Tigranem in Triūphū duceret. Dū Pompei⁹ eſt in Aſia, Sei⁹ captus eſt, redit poſtea, cōditióq; exiſtit. an medium ei tempus nocet? minimè. Tres ſequentes §§. lector attentus & non prorſus habes per ſe intelligit. Cor. Vib.

dem numero habetur[a].

¶ Extraneum hæredem (quo ex teſtamento ſibi delatam aſſequatur hæreditatem) tribus tēporibus eſſe capacem iura requirunt, teſtamenti ſcilicet tempore, & mortis teſtatoris, item aditionis: media autem tempora inter prędicta, hæreditatis capeſcendæ, eum minimè inhabilē reddunt.

¶ In extraneis[b] hęredibus illud obſeruatur, vt ſit cū eis teſtamenti factio[c]: ſiue heredes ipſi inſtituantur, ſiue ij, qui in poteſtate eorū[d] ſunt & id[e] duobus * tēporibus[f] inſpicitur[g]: teſtamenti quidem facti tempore, vt conſtiterit† inſtitutio, mortis verò teſtatoris, vt effectū† habeat. Hoc amplius, & cùm adit * hęreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio: ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit. Nā ius hęredis, eo vel maximè † tēpore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio[h] iuris non nocet hæ-

¶ e Id. ſ. quod ſit capax.

¶ f Duobus tēporibus. Aliàs tribus, & aliàs duobus: ſed tamen tria ſpectātur tempora, vt ſubiicit. * aliàs tribus.

¶ g Inſpicitur teſtamenti facti. Vt conſtiterit inſtitutio: & mortis teſtatoris, vt effectū habeat, ita eſt text. in l. ſi alienum. ff. de hær. inſtit. & re vera melius & ornatius, quàm hic. * adierit

† Conſtiterit. Reſpicit ad regulam Catonianam: Quod ab initio, &c. N. A.

† Effectum. Vt ſit, cui deferri hæreditas emiſſa poſſit: id eſt, vt ſit perſona, quæ emiſſam hæreditatē excipiat. l. 49. ff. de hære. inſtit. Nam & ſi multo poſt adeatur hæreditas, tamē retro adita continuò fingitur. l. omnes. 139. l. 193. ff. de reg. iur. N. A.

† Eo vel maximè. Prius enim fruſtrà, vel capax, vel incapax fuerit. l. 52. ff. de leg. 2. Nam etiam ex æquo & bono differri delatio in tempus capacitatis poteſt. l. 62. ff. de hær. inſt. N. A.

¶ Not. in extraneis heredibus tria tēpora obſeruari debere quoad capacitatē. Itē, quòd mutatio ſtatus facta medio tēpore non nocet. Itē, ꝗ teſtamētj factio accipitur actiuè & paſſiuè. Itē, ꝗ mutus, ſurdus, furioſus poſthumus, infans, filiusfam. & ſeruus habent teſtamenti, factionem paſſiuam. quamuis non habeant actiuam. Syl.

¶ b In extraneis hæredibus. Iſte §. habetur ſub eadem verborum forma in l. ſi alienū ſeruū. ff. de hæred. inſtit. circa princip. vſque ad finem legis.

¶ c Teſtamenti factio. paſſiuè accipe. ſ. vt poſſit capere ex teſtamento: quod

¶ h Mutatio. Vt quia medio tempore efficiatur non capax: tamen his tribus temporibus bene inuenitur capax: vt hic, & ff. de hæred. inſtit. l. ſed ſi in conditione. §. ſolemus. & l. ſi alienum. §. in extraneis. Sed contra. ff. de acquir. hæreditate. l. ſi ſeruus eius, qui. Sed certè quòd ſeruus in ſeruitute non dicebatur capax: vt ibi: ex perſona domini principaliter erat: nā dominus erat nō

capax, vnde eo manumiſſo non nocet ei manumiſſio: cùm præſumatur, nunc quòd tunc fuerit capax. Item ſunt argumen. contrà. ff. pro empto. l. ij. in princ. & in authen. vt cum. de appellatio. cogno. §. generalem.

ADDITIO.

inſpicimus. Dic prout loqtur ibi in cōtractu emptionis concordat: ſed quum loquitur in aliis contractibus, contradicit: ſed ibi loquitur in capace, & qui non patiebatur defectum in perſona ſua, ſed hic ſecus. Ang.

Iſta glo. non eſt. Accur. *Iſta glo. etiā non eſt. Acc. ſed additio.*

In ſecundo verò cōtrario dicūt, ꝙ loquitur fauore furti, vt parentibus remittatur. Syl.

a Tria tempora. ſ. in extraneo hærede: ſed in ſuo, & neceſſario exigitur vnum, ſecūdùm Ioan. ſ. tempus mortis: vt §. eo. §. ſui. Vel ſecundùm Azonem, etiā tempus teſtamenti inſpicitur, tempus autem aditæ hæreditatis non inſpicitur: quia ſtatim sūt hęredes patre mortuo, ſcilicet de iure ciuili: vt ff. de ſuis, & legiti. l. in ſuis. In neceſſariis autem tantùm duo tempora inſpiciuntur, ſcilicet teſtamenti, & tempus mortis: vt ff. de hæredibus inſtituend. l. ſi alienum. primo reſpon. & l. ſeruum.

& ſundat.

b Factioné. ſ. in actiua ſignificatione.

N.A. Sed etiam. Proprie dicitur habere teſtamenti factionem & preciſé, qui faciendi teſtamēti ius habet: habere cum aliquo, qui capere ex teſtamento poteſt. l. 16. ff. qui teſta. facer. poſ. Vlp. t. 22.

c Adquirere. ſcilicet poteſt.

d Factioné. In paſſiua ſignificatione.

redi: quia (vt diximus) tria tēpora[a] inſpici* debent.

¶ Teſtamenti factio eſt facultas teſtamentandi & accipiendi.

¶ Teſtamenti autē factionem[b] non ſolùm is habere videtur, qui teſtamētum facere poteſt: ſed etiam † qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt, vel alij adquirere[c] licet nō poſſit facere teſtamētum. Et ideo furioſus, & mutus,* & poſthumus, & infans, & filiusfamiliâs, & ſeruus alienus teſtamenti factionem[d] habere dicuntur. Licet enim teſtamentum facere nō poſſint, attamen ex teſtamento vel ſibi[e], vel alij[f] adquirere poſſunt.

¶ Extraneis hęredibus facultas libera eſt adire vel repudiare, niſi ſemel fuerit hæreditas adita: quia tūc non poteſt repudiari, niſi à minore. Aretinus.

¶ Extraneis autē hęredibus deliberandi † poteſtas eſt de adeunda hæreditate, vel non adeunda. Sed ſiue is, cui abſtinendi[g] † poteſtas eſt, immiſcuerit ſe bonis hæreditatis, ſiue extraneus, cui de adeunda[h] hæreditate deliberare licet[i], adierit, poſtea relinquēdæ hæreditatis facultatem † non habet, niſi minor ſit viginti quinq; annis. Nam huius ætatis hominibꝰ (ſicut in cæteris omnibus[k]

e Sibi. Si ſunt ſui iuris.

f Alij. Si ſunt in aliena poteſtate, vt hic. & ff. de teſt. l. filiusfamiliâs. & facit ff. de flumi. l. j. §. fi.

Deliberandi. Olim centum dies à teſtatore dabantur. Vlp. tit. 22. §. cretio. N.A.

g Abſtinendi. Vt eſt ſuus hæres, cui datur abſtinendi facultas per Prætorem: vt §. eo. §. neceſſarij.

N.A. † Abſtinēdi. Notāda proportio: ſuus abſtinet, aut immiſcet. l. 11. de adqu. hæred. Extraneus repudiat, aut adit.

N.A. Facultatē. Regulariter nec quæſita hereditas repudiari, nec repudiata quæri poteſt. l. 3. l. 4. Co. de repud. hæred.

h De adeūda. Nota hic quatuor proportionabilia. ſ. immiſcere & abſtinere, quę duo pertinēt ad ſuos hęredes. Item adire & repudiare: quæ duo pertinent ad extraneos, vt hic dicitur. Sed quādoq; ſuus dicitur adire & repudiare: vt C. de legit. hęre. l. defunctis.

Hæredes ſui immiſcent & abſtinent, adeunt & repudiāt extranei.

Confunduntur enim quandoque: vt l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. in l. ſiue patronus. §. fin. ff. de iur. patro. Syl.

i Deliberare. Intra annum deliberationis, petito tempore, & indulto ab Imperiali culmine: à noſtris autem iudicibus intra nouem menſes: & non niſi ſemel peti poteſt, vt C. de iur. delibe. l. ſcimus. §. & hæc quidem.

k Omnibus. Niſi ſint vſi iure communi. vt ff. de mino. l. verum. §. item. non reſtituitur. [Intellige. i. facit id

quod

cauſis † deceptis) ita & ſi temere dānoſam hæreditatem ſuſceperint, Prętor ſuccurrit [a]. Siendum eſt tamē, diuum Adrianum etiam maiori [b] vigintiquinq; annis veniā [c] dediſſe, cū poſt aditā hæreditatem grande ęs [d] alienum, quod aditę hereditatis tēpore latebat, emerſiſſet. Sed hoc quidem diuus Adrianus cuidam ſpeciali beneficio pręſtitit: diuus autē Gordianus [e] poſtea militibus tantúmodò hoc conceſſit*.

¶ Quiſquis inuentarium rerum hæreditariarum ritè confecerit, tutus etiā cōtra deliberationē ſubire hę reditatem poteſt. creditoribꝰ etenim eatenus tātùm tenebitur: quatenus hereditatis vires ſeſe extendunt.

¶ Sed noſtra beneuolentia † cōmune omnibus ſubiectis imperio noſtro pręſtitit [f] hoc [g] beneficiū, & conſtitutionem [h] tam ęquiſſimam [i], quàm nobiliſſimam [k] ſcripſit: cuius tenorē ſi obſeruauerint homines, licet eis* adire hæreditatem: & in tātùm tenori, quātùm valere bona hęreditatis cōtingit: vt ex hac cauſa neque deliberationis auxiliū ſit* eis neceſſariū: niſi omiſſa obſeruatione noſtræ cōſtitutionis [l], & deliberandum exiſtimauerint, & ſeſe veteri grauamini [m] aditionis ſupponere maluerint.

¶ Etiam nuda voluntate verbis, aut facto declarata, aditur hæreditas: facto autem declarat, qui ſe pro hærede gerit: id eſt, hos actus exercet, qui non niſi ab hęrede & domino fieri queunt.

---

quod quilibet paterfamilias feciſſet, non iure communi, prout ſonat ſecundùm Chriſtoph. hic. Syl.] Item niſi iurauerit adultus ſuper contractum: vt in l. Fride. hac edictali. de pact. tenen. §. item ſacramenta. li. ij. feud. quæ eſt in auth. ſacr. pub. C. ſi aduer. vēd.

N.A. † Omnibus cauſis. Ex clauſula: ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. l. j. ff. ex quib. cauſ.

¶ a Succurrit. Vt ff. de min. l. ait Pretor. §. ſed & ſi hereditatē.

¶ b Maiori. ſcilicet, cuidā pro priuilegio.

¶ c Veniam. abſtinendi.

¶ d Grande æs. Sic ff. de condi. indeb. l. ij. §. ſi quid. & l. iij.

¶ e Gordianus. Sed vbi ſunt leges iſtorum Imperatorū. Reſp. non habemus. ſed habetur mētio earum. C. de iur. delib. l. ſcimus. in princ.

• Al. in milites, tantummodo hoc extendit.

N.A. † Noſtra beneuolentia. Heres adhibitis teſtibus, & tabulario, rerum hæreditariarū inuentarium cōficit: Ipſe vel manu ſua, vel per tabularium ſubſcribit: ac tum pro earum rerum pretio tātùm creditoribus tenetur l. vltim. C. de iur. deliber. Et hoc eſt, quod vulgò dicitur, BENEFICIVM INVENTARII. Gallicè, *Se porter heritier par benefice d'inuentaire.*

¶ f Præſtitit. Aliàs præſtauit.

¶ g Hoc. ſ. vt aliquis non grauetur propter improuiſum debitum, vel etiam prouiſum, ſi non eſt ſufficiens hæreditas: vt Codice de iu. del. lege, ſcimus. §. ex omnibus. & hoc facto inuentario, ſi res præſentes ſunt, intra tres menſes: ſi abſuerint intra annale ſpatium: vt Codice de iur. del. lege, ſcimus. §. ſinautē dubius. & §. ſinautem à locis.

Inuentarii faciendi tempus.

¶ Quot, & quæ requirantur in inuentario, vide hic plenè & ordinatè per Ang. Aret.

¶ h Conſtitutionem. vt Codice de iure delib. lege, ſcimus.

• &.

¶ i Aequiſſimā. Quantum ad tractatum.

¶ k Nobiliſſimam. Quantum ad ſententiam.

• ſtat.

¶ l Conſtitutionis. Quæ de compoſitione dicti inuentarij loquitur.

¶ m Veteri grauamini. Sed quod erat grauamen? Reſpon. tenebatur in ſolidum omnibus creditoribus & legatariis, etiam ſi excederent menſuram hæreditatis. vt Codice de iur. delib. lege finali. §. ſi verò poſtquam. Si autem periit tempus ad deliberandum, & fecit etiam inuentarium: creditoribus quidem tenetur in ſolidum, ſed de legatis detrahit Falcidiam: ſiue adierit hæreditatem intra deliberationis tēpus, ſiue non recuſauerit. ſed ſi non feciſſet inuentarium, omnibus in ſolidū teneretur: vt C. de iure delib. l. fi. §. ſi autem hoc aliquis. & §. ſi quis autem.

Inuentarium non facientes vel grauantur.

Item extraneus. THEMA. Additio fit aut re, aut verbis. Repudiatio, ſolis verbis. Quid ergo de muto, vel ſurdo? adeunt re, modo ſe hæreditatem attingere intelligant: repudiant nutu, modò probe ac rectè quid annuant, intelligatur. C. Vio.

Not. quòd ſolo animo aditur, & repudiatur hæreditas, ſiue verbis, ſiue factis oſtendatur. Item nota quid ſit pro hęrede gerere. Item, quòd nihil impedit, quo minus mutus & ſurdus gerat ꝓ hærede, ſi intelligat, quid agit. Item, quòd ad hoc vt poſſit adiri, neceſſe eſt quòd ſit certus de morte ipſius teſtatoris, & ſciat ſibi delatam hæreditatem. Syl.

¶ Item extraneus hæres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam a hæreditatē vocatus, poteſt aut pro hęrede gerendo, aut etiā nuda voluntate b † ſuſcipiendę hæreditatis hæres fieri. Pro hęrede c † autē gerere quis videtur, ſi rebus hæreditariis tanquā hæres vtatur, vel vēdendo res hęreditarias, vel prædia colendo, locandóve, & quoquo alio modo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo * de adeunda hæreditate: dummodò ſciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, teſtatum inteſtatúmve obiiſſe d & ſe ci hæredē eſſe e. Pro hærede enim gerere, eſt pro domino f gerere. Veteres enim

a Ad legitimam. ſ. iure ciuili: aliud ſi iure prætorio. tunc enim neceſſe habet coram Prætore agnoſcere: vt Cod. de iur. delı. l. j. l. puberem. & l. ſuum. & C. qui adm. ad bon. poſ. l. poſ.

ADDITIO. Dic, quòd ſola agnitio bonorum poſſeſſionis facta corā Prætore, etiam non auctorante, ſufficit, ſiue ſit bonorum poſſeſſio: ſecundū tab. ſiue ab inteſtato, ſiue etiam contra tab. vt eſt gl. ſingu. in lege fin. §. ſin autem ex alia. C. de curat. furi. in ver. antiqua. Ang.

¶ b Nuda voluntate. Oportet tamen, ꝙ extrinſecus declaretur. Si quid ergo pro hærede velut hęres geſſit, vt hic dicit: tunc voluntatem illam declarat, niſi proteſtetur, ſe non vt hæredem facere: vt hic, & ff. de acq. hære. l. pro hærede in princ. & l. gerit. Sed contra id, quod dicit hic, nuda volūtate eſt. C. de iure delibe. l. potuit. Sed certè eſt neceſſaria voluntas & actus, ſi ab actu incipias. ſic & aliàs. ff. de acquir. poſſ. l. quemadmodum.

ADDITIO. Nuda vt hic dicitur, quæ facto aliquo non cumulatur, ſigno tamen certo aliquò patefacta ac verbis declarata eſt, vt ſi dixerit ſe velle eſſe hæredem. Pro hęrede autem animi eſt & facti. l. pro hęrede. ff. de ac. poſſ. Aemy. Fer.

† Nuda voluntate. Veteres dixiſſent cretione. Vlpianus tit. 22. Nudā voluntatem dixit, pro teſtatione voluntatis, quæ in cretionis locum ſucceſſit. l. 17. C. de iure delib. & mox nuda accuſatio, nudæ voluntati opponitur. N. A.

* verbis.

¶ c Pro hærede. id eſt, factis ipſis gerendo pro hærede.

† Pro hærede. Plautus in Memech. Prandit, potauit, atque abſtulit hanc, cuius heres nūquam erit poſt hanc diem ſolam. Sic hæreditas interpretatur dominiū. l. 2. §. 9. de bon. poſſ. ſec. tab. N. A.

¶ d Obiiſſe. Aliàs enim niſi hoc ſciat, non præiudicat ſibi aditio. nam non videtur adire: vt hic, & ff. de acquir. hæred. l. ſi is. & l. eum, qui.

¶ Dic tamen, ꝙ nō requiritur ſcientia poſitiua cauſata ex actu corporeo: ſed ſatis vehemens eſt opinio ipſius hęredis: vt declarat Bar. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. & ibi Moder.

¶ e Hæredem eſſe. etiam purè. nam ſi ſub conditione, non ante exiſtentem conditionem adiret: vt ff. de acq. hær. l. is qui hęres. §. cæterū. Sunt & alia neceſſaria, ſ. vt ſit liber, & ſui iuris qui adit, aliàs nō poterit adire niſi iuſſu patris, vel domini præcedente: vt ff. eod. l ſi quis mihi. §. iuſſum. & l. quoties. Itē, oportet ꝙ ſit cōpos mētis: vt in fine hui9 tit. Itē, ꝙ ſit maior quatuordecim ann. aliàs non poteſt adire: vt C. de iure deli. l. potuit. & l. ſi infanti. in princip. Itē, ꝙ ſciat mortuū eſſe teſtatorē: aliàs non poteſt adire: vt ff. de acq. hære. l. is qui hæres. §. ſi quis dubitet. & l. qui hęreditatem. & l. neminem. & l. qui ſuperſtitis. Item, certus de conditione teſtatoris eſſe debet: vt ff. de acq. hæred. l. hæres. j. §. fin. & l. ſequen.

¶ f Pro domino. Vnde herus, id eſt, dominus: vt ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. item & cum eo. verſi. legis autem

tem

tem Aquiliæ. Item dicunt Teuthonici, berus, id eſt, dominus.

¶ a Deſtinatione. Dummodo & hoc actu extrinſeco declaretur. arg. tamen contra. ff. de pecu. leg. l. non ſtatim.

¶ e Propoſitam. ſ. per quas perſo. no. acqui. §. ſi. Accurſ.

¶ f Loquimur. i. locuti ſumus. Et ſic tẽpus pro tẽpore ponitur, vt C. ex quibus cauſ. irrog. infam. l. ſi Poſidonium.

hęredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit: ita & contraria deſtinatione [a] † ſtatim ab hæreditate repellitur. Eum, qui ſurdus, vel mutus natus vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro hærede gerere, & acquirere ſibi hæreditatem: ſi tamen intelligit [b], quod agit*.

TITV. XX.

DE LEGATIS.

¶ Quoniam in teſtamentis legata relinquuntur, titulo de teſtamentis hic conuenienter ſubnectitur.

POſt hæc [c] videamus de legatis: quæ pars [d] iuris extra propoſitam [e] quidem materiã videtur: (nã loquimur [f] de iis iuris figuris [g], quibus per vniuerſitatem † res nobis adquiruntur:) ſed cùm omnino [h] de teſtamentis [i]: & de hæredibus [k], qui in teſtamento inſtituuntur, locuti ſimus *, non ſine cauſa ſequenti [l] loco poteſt hęc iuris materia tractari.

N. A. † Deſtinatione. Id eſt, repudiatione quæ in iure fit. l. 3. l. 4. C. de repud. hære. vel recuſatione, quę fit quoquo modo. l. recuſari. 95. ff. de acq. hæred.

¶ b Intelligit. Non ergo demens, vel furioſus.

DE LEGATIS.

¶ Textus continuat iſtum titulum.

*agitur. POſt hæc. Totus iſte titul. diuiditur in octo partes. Hæc enim ferè explicat. Cur hoc loco de legatis, Quid ſit legatũ, Quotuplex olim fuerit, Quid differat à fideicommiſſis, Quæ res legari poſſint, vel contrà, Quibus perſonis ea præſtẽtur, Quibus actionibus legata petãtur, Quęnam legata deficiant, extinguantur, inutilia ſint, vel contrà.

¶ Poſt hæc. THEMA. Quum de modis acquirendi totum explicare cœperis, cur hoc loco de modis acquirendi partẽ diſputas? Quoniã legata relinquũtur in teſtamẽtis ſtatĩ poſt teſtamẽta de legatis explicãdũ putauimus. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ materiæ ſunt ſubordinandæ vna alteri: non quòd titulus titulo cõtinuetur. Item ibi, quæ pars, ꝙ aliquando appellatione partis nõ venit dimidia. Itẽ, quòd in hoc titulo nõ videtur tractari de legatis vniuerſalibus. Syl.

¶ c Poſt hæc. ſcilicet quæ diximus ſuprà de teſtam. ordi. huc uſque.

¶ d Pars. ſ. quæ eſt circa legata. & longa eſt: vt patet ff. co. per multos tit.

¶ Adde, ꝙ hæc expoſitio eſt falſa: quia cũ ſ. tãtũ tractatũ ſit de teſtamẽtis nõ verificatur numerus pluralis dicẽdo de his iuris figuris. Iniẽdit ergo Imperator, dum dicit loquimur, idẽ ac ſi diceret, nos ſim⁹ in tractatu. Sylu. Vel loquimur. i. loqui deberem⁹, ſi materiã præcedentẽ ꝓſequeremur. ſic in authẽ. de conſan. & vter. fra. l. ſi igitur.

¶ g Figuris. i. partib⁹, vel formis, ꝗ quatuor ſunt: per ſucceſſionẽ ciuilẽ, per prætoriam, per arrogationẽ, ꝑ addictionẽ cõſeruãdę libertatis cauſa vt ſ. ꝑ quas perſ. nob. acqu. §. fin.

*ſumm.

¶ Adde, quòd videbatur, quod eſſent duæ tãtùm nominãdæ, ſ. ciuilis, & prętoria: quippe ꝙ aliæ duæ ſunt de iure ciuili, vt patet in illis titulis. Attamen quia ſunt illæ multùm diſſimiles, cùm ſint ſucceſſiones in vniuerſũ ius viuentis, illæ in vniuerſum ius defuncti, ſunt ſeparatim poſitæ à gl. quamuis ſint etiam de iure ciuili. Syl.

N. A. † Per vniuerſitatẽ. Nec res ſingulæ, per inſtitutionem, nec vniuerſæ per legatum adquiruntur. l. 10. de hæred. inſtit.

¶ h Omnino. i. diligentiſſimẽ.

¶ i Teſtamentis. Vt ſ. de teſta. & tribus ſeq. tit. Accurſ.

¶ k Hæredibus. Vt ſ. de hæredib. inſtit. vſque huc. Accur.

¶ l Sequẽti. Quia nec debentur, niſi in teſtamento relicta: & poſt hæredis inſtitutionem. Sed hodie contrà in vtroque: vt j. de fideic. hęr. §. pręterea. & j.

eod.§.ſed non vſque.& §.ante. Accurſ.

Poteſt & alia ratio aſſignari: quia voluit priùs ſuprà tractare de acquiſitione directa vniuerſali, poſteà de particulari directa, deinde de vniuerſali obliqua. Sy.

ff manda.l.ſi hæreditatem.& arg. ff.de eden.l.quædam.§.nihil intereſt.

ADDITIO Vlp.in epito.tit. xxiiij. Legatum,inquit, eſt quod legis modo, i.imperatiuè, teſtamento relinquitur.

¶ Definitio legati.

¶ Legatũ[a] itaque, eſt donatio quædam[b] *† à defuncto relicta [ab hærede præſtanda.]

¶ Antiqua ſolennitas verborum, quæ olim in legato obſeruabatur, eſt hodie ſublata. Aretinus.

¶ Sed olim * quidem erant legatorum genera quatuor: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modò, per præceptionem. Et certa quædam verba[c]

* abeſt.

Incluſa abſunt. Th.

¶ Legatum. Diuiditur in ſeptẽ partes. Primò, ponit qualiter definiatur legatum. Secundò, quot erãt olim genera legatorũ. Tertiò, qualiter vnũquodque genus legatorũ fiebat: quia erant certa verba aſſignata. Quartò, qualiter dicta verborum ſolẽnitas eſt hodie ſublata. Quintò, qualiter per Iuſtinianum omnes iſti modi legandi, vel omnia iſta genera legatorum ſunt redacta ad vnam naturam: & legatariis detur ius perſequendi legata altero de tribus modis. Sextò, remouet differentiam, quæ erat inter legata, & fideicommiſſa: & ea adæquat. Septimò, reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi, Sed olim. Tertia ibi, Et certa quædam. Quarta ibi, Sed ex conſtitutionibus. Quinta ibi, Noſtra. Sexta ibi, Sed non vſque. Septima ibi, Sed ne in primis.

CASVS. Cæſar hæredes tres inſtituit. deinde ex bonis ſuis ſelegit hortos amœniſſimos, qui Tyberim tangebant, quos populo Romano donauit. Hæc donatio quomodo vocabitur? Legatum. Quid duobus proximis §§. Imperator ſcribat, docet Vlpianus in Epitom. titul. xxiiij. ex quo quæ ad hunc locum pertinebunt, ſtudioſis ſumere licebit. Cor. Vibul.

a Legatum. ſic ff.de lega.ij.l.legatam. ſed aliter definitur. ff.eod.j.l. legatum eſt. ad finem titul.

b Donatio quædam. Sunt enim tres donationes: vt ff.de don. l.j.[& differt hæc à donatione cauſa mortis: vt diximus ſ.de don.§.j.in fi. Item, à donatione inter viuos: cùm legatum reuocari poſſit vſque ad mortem: vt ff.de adimen.leg.l.iij.in fin.& l. iiij. Sed in donatione inter viuos non eſt ita: vt ſ. de don. §.aliæ. Itẽ differt ab hæreditate: cùm hoc ſingulare,]& ſine onere ſit. illud verò vniuerſale,& cum onere: vt

Nam ea quæ precatiuo modo relinquũtur, Fideicommiſſa vocantur. Legamus autem quatuor modis. Per vindicationem his verbis, Do, lego, capito, ſumito, ſiue habeto. Per damnationem his verbis, Hæres meus damnas eſto, dare, dato, facito: hæredem meum dare iubeo. Sinendi modo ita, Hæres meus damnas eſto ſinere. L. Titium ſumere illam rem, ſibique habere. Per præceptionem ſic, L. Titius illam rem præcipito. *Ex Gaii li.2.ti.5 & Vlp. tit.24.

† Donatio quædam Hæreditas, eſt ſucceſſio in ius vniuerſum: legatũ, in rem incertam. Illa poteſt eſſe damnoſa, hoc ſemper lucroſum eſt. l. 32. ff. mandat. Non eſt tamen ſimplex donatio, vel inter viuos, vel mortis cauſa. Sed quædam, id eſt, quodam genere donatio. Itaq; ſeparatur à mortis cauſa capione, quæ non ex defuncti patrimonio proficiſcitur, ſed ex hæredis bonis. l.55. ff.de condit.& demonſtr. Quinetiã antiquis in libris addebatur, ab hærede præſtanda: qua clauſula, mortis cauſa donatio ſeparatur, quæ ipſo iure donatario, per donatoris mortem adquiritur, quamuis ab illo non tradita. l.2. ff.de public. in rem ac. Quod autem ſubdit, ſolẽnitates quaſdam ſuperfluas legatorum ſublatas eſſe à Principibus Græcos intelligit, qui Conſtantinopolim ſedem, ac nomen imperij tranſtulerant. l.21. c.hoc tit. N.A.

c Quædam verba. Vt ſi dicat legatario, Vendica tibi rem talem. vel hæredi dicat, Damno te illum ære alieno liberare: vt l.eod.§. ſed & tale. Item, ſi ſi dicat, Sinito illum habere talem rem. Item, ſi dicat vni hæredum, præcipito rem illam, id eſt, ante partem capito: vt ff.eo.l.ſi à pluribus. in prin. ibi, præcipere iubeatur. Accurſ.

Adde, quòd Angelus ampliat, ſiue fiat verbis directis, ſiue obliquis, & nihil allegat.

Digitized by Google

allegat: eſt text. in l. ij. C. eod. de lega. in princi. Quæ autem in legatis dicantur verba directa q̄ precaria, eſt glo. in d. l. ij. vbi P. Caſtr. optimè declarat. Syl.

¶ a Ex conſtitutionibus. Quas non habemus. Accur.

¶ b Sublata eſt. Scilicet dudum retrò. Accur.

¶ c Conſtitutio. quę eſt C. commu. de leg. l. j.

¶ d Lucubratione, id eſt vigilatione, maximè nocturna. nam ſecundùm Philoſ. Luna dicitur habere radios lugubres, ſed Sol claros: ſic in authen vt iudi. ſine quo. ſuffra. in prin.

¶ e Voluntates. Interdum non eſt voluntas validior ſcriptura: vt ff. de vſufr. leg. l. ſi alij. & ff. de ſup. l. Labeo. Et facit ad hoc, quòd in textu dicitur, ſ. quòd voluntas ſit validior ſcriptura, quod eſt verum: vt ff. de leg. ij. l. cùm pater. §. cum imperfecta. & de leg. j. lege quarta. ſecundùm Ioann. & hoc niſi ſit impoſſibilis, vel probroſa: vt infrà eod. §. fin. vel inepta: vt ff. eod. in l. ſeruo alieno. §. fin.

¶ f Validiores. Quàm ſint verba ſolennia, vel quàm ſit ſcriptura.

¶ g Omnibus legatis. id eſt, omni genere legatorum.

¶ h Vna ſit natura. Quantum ad hoc, vt debeantur: ſunt tamen quædam fauorabilia aliis: vt j. de obl. quæ ex quaſi contra.

N.A. †. Natura. Iuſtiniani inſtituto vnum omnium legatorum ius eſt: omnia paribus, iiſdem actionibus perſequuntur. l. j. C. com. de lega.

¶ i Quibuſcunque verbis. Aptis tamen ad hoc. ſic ff. de conſtit. pec. l. qui autem. in fine. & ibi gloſſ. fin. & l. ſequenti.

¶ k Perſonales. ſ. ex teſtamento.

¶ l Per in rem. id eſt, per rei vendicationem. nam recta via tranſit dominium in legatarium rei legatæ: vt ff. de fur. l. à Titio. Accurſ.

ADDITIO. Id eſt, fictè à morte teſtatoris, & verè ab adita hæreditate, reuocabiliter tamē: & hęc vera, quādo purè legatur res teſtatoris, & legatarius nō repudiat. Et tunc fruct⁹ poſt mortem & ante aditionem poſt moram tamen adeundi ab hærede percepti, demum facta aditione debent legatario reſtitui. Si verò legetur res hæredis, nullo modo tranſit dominium, niſi facta traditione.

cuique generi legatorū adſignata erant, per quę ſingula genera legatorū ſignificabantur. Sed ex conſtitutionibus a diuorum principum ſolennitas huiuſmodi verborum penitus ſublata eſt b.

¶ In omnibus legatis in quibus ſpectatur potius volūtas, quàm verba: vna natura imponitur: habentq; legatarij ius perſequendi legatū tribus actionibus.

¶ Noſtra autē cōſtitutio c quam cum magna fecimus lucubratione d, defunctorum voluntates e validiores f eſſe cupientes: & non verbis, ſed voluntatibus eorum fauentes, diſpoſuit, vt omnibus legatis g vna ſit natura h † & vt quibuſcunque verbis i aliquid relictum ſit, liceat legatariis id perſequi, non ſolùm per actiones perſonales k, ſed etiam per in rem l, & per hypothecariā m. Cuius conſtitutionis

¶ m Per hypothecariam. ſ. in rebus aliis, quæ fuerunt defuncti. [Adde quòd hæc opinio gl. cōmuniter reprobatur: ego aliàs diſputando defendi ſententiam gloſ. quæ verior eſt in puncto iuris, quam etiā defendit Præpo. Senen. in x. q. viij. caſu. Syl.] Et not. quòd ſi legatum ſit in ſpecie, & ſit res teſtatoris, competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt ſeruus, competunt duæ. ſ. ex teſtamento, & hypothecaria. ſed in caſu tātùm vna actio, ſ. ex teſtamento, & vna exceptio competit: vt ſi lego: debitori liberationem: vt ff. de lib. leg. l. quod mihi. & ff. vt in poſſeſ. lega. l. j. §. ſi debitori. Si autem ſit res aliena, duę tantùm competunt. ſ. perſonalis & hypothecaria: vt C. commu. de leg. l. j. Non tamen omnibus aget, id eſt, actione in rem, & ex teſtamento, ſed vna quam elegerit: vt ff. de leg. ij. l. cùm filius. §. variis. Sed ſi legatarius ſit dominus, qualiter perſonali aget. vt j. de act. §. ſi itaque. Reſp. ratione poſſeſſionis: vt ff. de condic. tri. l. ij.

ADDITIO Et ſic ex teſtamento agitur ad præſtandum, ſeu tradendum: nō autem ad dandū. Vel dic, quod §. ſic itaque.

Digitized by Google

Itaque. loquitur in vero domino facto per traditionem de iure communi, hic verò de iure ſpeciali ſine traditione: Igitur non eſt mirum, ſi datur concurſus: vt l. in rebus. C. de iur. do. ſecũdùm doct.

legatum non cogitur quis adire, ſed propter fideicõ. vniuerſale ſic: vt j. ad leg. Fal. §. quantitas. ver. ex diuerſo. & ad Treb. l. quia poterat. & j. de fideic. hære. §. ergo. ver. ſed ſi recuſet.

¶ a Perpenſum. i. deliberatum.

¶ Sed nõ vſque. THEMA. Olim fideicõmiſſorum petendorum cauſa nulla erat prodita actionis formula, ſed cognitio erat Romæ quidẽ Conſulis, aut Prętoris, qui fideicõmiſſarius vocabatur in ꝓuinciis verò Pręſidũ prouinciarũ. Hodie verò exęquata legatorũ cum fideicommiſſis ratione, etiã actione ex teſtamento & in rẽ fideicommiſſa petũtur. Cor. Vib.

¶ b Sed nõ vſq; ad eã. i. nõ ſum⁹ contenti. ſ. dicta conſtitutione: imò & aliã fecimus circa iſtã, & eandem materiam: vt Co. comm. de leg. l. ij. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legat. ſcilicet, in quo erat differentia inter ſe. Secunda verò remouet differentiam inter leg. & fideicom. Accur.

perpenſum [a] modũ ex ipſius tenore perfectiſſimè accipere poſſibile eſt.

¶ Subiecta legatorum, & fideicommiſſorũ multiplici differentia, omniũ hodie vna, eademque natura eſt.

¶ Sed non vſque ad eam [b] conſtitutionem ſtãdum eſſe exiſtimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidẽ ſtrictè [c] concludẽtem, fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis [d] deſcendebant defunctorũ pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare [e] †, vt nulla ſit interea differentia, ſed quod deeſt [f] legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum. * & ſi quid amplius [g] eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis [h] permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus quandam introducamus difficultatem, operæpretium eſſe, duximus [i], in-

¶ Adde, ꝙ hæc gl. eſt falſa: quia ſunt plures differentiæ, & ſaluantur iura exæquentia. vidẽda ſunt, quę ponit Iaſ. in l. j. ff. eo. in gloſ. in fi. verſ. ego nouiſſimis, & ad vltimã partem glo. dic rationẽ diuerſitatis eſſe, quia in ſecũdo caſu hæres non patitur damnũ: quia omnia iura actiuã, & paſſiua tranſeunt in fideicommiſſarium. l. apud Iulianum. §. Antiſtita. ff. ad Trebellia. in j. notab. notat. in l. j. §. ſi hæres. ff. eo. Syl. *fidei-com-miſſi.

† Exæquare. Omnes inter legata & fideicõmiſſa differentiæ, quæ veteri iure variæ, ac multiſplices fuerũt, à Iuſtiniano ſublatę ſunt, vnáque ambobus natura attributa. l. 2. C. com. de lega. N. A.

¶ c Strictè. id eſt, ſtricto iure: ſic vt teſtamento tantùm debeantur: vt infrà de fideicommiſſa. hæreditat. §. præterea.

¶ d Magis. ſcilicet, quàm legata: vt ab inteſtato etiam debeantur. vt infrà de fideicommiſſariis hæreditatibus. §. præterea. Vel dic ex voluntate magis, quàm ex ſolennitate teſtamenti. Accur.

¶ e Exæquare. Quantum ad ſententiam, & tractatum: non quantùm ad verba. nam non dicitur hodie legataria libertas & hæreditas: licet fideicommiſſaria appelletur. Item, propter

¶ f Sed quod deeſt. In tribus enim deeſt: vt infrà eodem. §. poſt mortem. & infrà de fideicom. hæred. §. præterea. & infrà de ſing. re. per fideicom. rel. in principio.

¶ g Amplius. ſ. vt ex neceſſitate dentur. quod non erat in fideicommiſſis: vt j. de fideicom. hære. in prin.

¶ Adde, quòd hæc gloſ. eſt falſa, quia tempore Iuſtiniani fideicommiſſa erãt neceſſaria, vt j. de fideicom. hęredit. per totum. Syl.

¶ h In primis legum cunabulis. id eſt, hoc volumine: vt ſuprà in proœ. circa medium.

¶ i Operæpretium eſſe duximus. id eſt, pulchrum putauimus, & vtile, vt dicitur in Salluſtio.

¶ a Inte

terim [a] ſeparatim priùs de legatis [b], poſtea de fideicõmiſſis [c] tractare: vt natura vtriuſque iuris cognita [d], facilè poſſint permiſtionem eorũ eruditi [e] ſubtilioribus auribus accipere.

¶ Etiam res aliena poteſt legari: & hæres tenetur eam redimere, ſi poteſt, & ſoluere: alias tenetur æſtimationem præſtare. Et hoc verum, ſi teſtator ſcit eſſe rem alienam: & agẽti incũbit onus probandi. Aret.

¶ Non ſolùm autem teſtatoris vel hæredis [f] res, ſed etiam * aliena [g] † legari poteſt: ita vt hæres cogatur redimere [h] eam & præſtare: vel ſi eã * non poteſt redimere [i], æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res cuius cõmercium † non

¶ a Interim. i. antè, quàm veniamus ad illam conſtitutionem, vbi tractantur communia eorum.

¶ b De legatis. Vt hoc titulo, & duobus ſequentibus.

¶ c De fideicõmiſſis. Vt infrà de fideicommiſ. hæredit. & alio ibi proximo tit.

¶ d Cognita. id eſt ſeparatim.

¶ e Eruditi. Sic ſuprà de iuſti. & iur. §. his igitur generaliter.

¶ Non ſolùm.

CASVS. Licinius legauit rẽ nõ ſuam Antonio. quæro, an hęres dare cogi poſſit? Diſtinguo. Nam aut eam rem legauit, cuius non erat commerciũ, vt res, quas publicas eſſe diximus: veluti campum Martium, comitium, baſilicas: & tunc inutile eſt legatum. aut rem legauit, quæ emi vendique poſſit: veluti Tuſculanum Ciceronis. quo caſu aut cogitur hæres Tuſculanum emere: aut ſi eum fundum nolit Cicero vendere, cogetur hæres, quanti æſtimatus erit, tantũ perſoluere. Quod ita tamen intellige, ſi modò teſtator alienũ eſſe rem illam ſciebat, nam ſi ſuam credebat, inutile eſt legatum. Quid ergo eſt? Hæres dicebat defunctum putaſſe rem illam ſuam eſſe, legatarius cõtrà defendebat probè ſciuiſſe eſſe alienam. Cuius erit probare? Legatarij. Nam actori ſemper incumbit probatio. Corn. Vib.

¶ Not. quòd res hæredis poteſt legari, ſicut res teſtatoris. Item, quòd licet aliàs qui tenetur ex diſpoſitione teſtatoris, teneatur præcisè. l. fideicõmiſſa. §. fin. ff. de leg. iij. nec liberatur ſoluendo intereſſe: tamen in caſu noſtro præſtatur æſtimatio propter impoſſibilitatem. l. impoſſibiliũ. ff. de reg. iur. Item, ꝙ legatũ rei, quæ nõ eſt in commercio, non valet. ratio eſt, quia hæres nõ grauatur, niſi idem vel quid ſimile ex teſtamento conſequatur. l. planè. ff. de lega. j. Item, ꝙ legatum rei alienæ factum à teſtatore ſciente, valet: ſecùs ſi ab errante, aut ignorante. Item, quòd actori incumbit onus probandi. Syl.

¶ f Hæredis. & in his nihil refert, an ſcierit hoc defunctus, an ignorauerit, vt j. eo. §. ſi quis rem ſuã. & ff. de leg. ij. l. vnũ ex familia §. ſi rem tuã. Idẽ de re communi legata, & ſecundùm Ioan. vt ff. eod. l. v. §. j. & ij. ſed certè ibi non valet legatũ, niſi pro ea parte, pro qua non eſt error.

¶ Adde, ꝙ Ioan. Faber hic intelligit, ꝙ vbi credidit totã ſuã, nam valeat niſi pro parte: ſi verò ſciret cõmunem, nõ valeret niſi in totum: quod nõ voluit dicere gloſ. ſed ſolùm ampliare text. dum dicit poſſe legari rem teſtatoris & hæredis, vt etiam habeat locum in re communi, ſed quod in communi valet, tantùm in parte: & hoc probat text. allegat. ea ratione: quia cùm legatũ valeat in parte, non eſt veriſimile voluiſſe in plus grauare hæredem, & quia præſumitur tãtùm legati ius, quod quis habet. l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. j. Syl. Aldo.

¶ g Alienam. Etiam hoſtium: vt ff. eo. j. l. ab omnibus. §. etiam. ſecundum Ioan. Item, ab hoſtibus capta: vt ff. eod. j. l. ſeruus ab hoſtibus. & l. id quod.

† Aliena. Olim tantum per damnationem. Vlp. tit. 24. quia non de reb. hæreditariis ſed de iuris vniuerſitate relinquebatur paterfam. *uti ſua*, &c. nõ alienæ, Ergo legatum, hoc, eſt, delibatio hæredis, non rerum hæreditariarum. N. A.

¶ h Cogatur redimere. Speciale ꝓpter præceptũ teſtatoris: ſic ff. commu. diui. l. cõmuni diuidundo. §. fi. Regulariter cõtrà: vt C. de cõtrah. empt. l. inuitum.

¶ i Non poteſt redimere. Vllo modo: quia non vult vendere: vel ſi vult, tamen nimium petit pro pretio: vt ff. eo. l. non dubium. §. fin. & de leg. j. l. apud Iulianum. §. conſtat.

† Commercium. Quarum enim rerum commercium nõ eſt, earum æſtimatio non eſt. l. xxxix. §. vlt. ff. de leg. j. N. A.

¶ a Com

eſt [a], vel adipiſci [b] non poteſt, nec * æſtimatio [c] eius debetur: veluti ſi quis cāpum Martium, vel Baſilicas [d], vel templa, vel quæ publico vſui deſtinata ſunt [e], legauerit: nā nullius momēti tale legatum eſt. Quòd autem diximus, alienam rem poſſe legari: ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat † alienam rem eſſe, non ſi ignorabat [f]. forſi-

Aliàs, nec ipſa, nec æſtimatio, &c.

¶ a Commercium non eſt. id eſt, non poteſt ſuper ea re contractus haberi.

ADDITIO. Commercium eſt, vt ait Vlp. in tit. xix. emendi, vendendiq; inuicem ius.

¶ b Adipiſci. Paſſiuè accipitur, id eſt, acquiri, vel haberi.

¶ c Nec æſtimatio. Si apud eos nullū eſt commerciū: vel etiā eſt, ſed cū grandi difficultate, non valet legatum: vt hic, & ff. eod. l. apud Iulianum. §. ſi. niſi teſtator voluerit cōtrarium manifeſtè: vt ff. eod. l. ſi quis inquilinos. ad fin. tit. & ibi gloſ. iij. & niſi in alio caſu: vt ſi lib. homo ſibi legetur, qui fuerat redēptus ab hoſtibus: quo caſu à pignore eximitur: vt ff. eo. l. Senatus. j. §. fin. Si autem commercium eſt in communi, ſed nō eſt ei. ſ. à quo relinquitur: valet vt ipſum detur, vel eius æſtimatio: vt ff. eod. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. ij. reſpon. & ſic intelligitur ff. de leg. j. l. ſed ſi res. Si autem tantùm eius nō eſt, cui præſtari debet: ſi propter ſuum delictum, vel ſectæ diuerſitatem, vt in Iudæo & mancipio Chriſtiano: vt C. ne Iud. Chriſtia. man. l. j. non valet: nec æſtimatio datur: vt ff. de leg. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. j. reſpon. & de verb. obl. l. multum intereſt. Si propter ſtatus conditionem, vel corporis vitium: vt quia ſeruo militia, vel contracto * legetur ſtipendium curſoris, ſi teſtator ſcit vitiū ineſſe, detur æſtimatio: aliàs non: vt ff. de leg. iij. l. fideic. §. ſi ſeruo alieno. & ff. eod. j. l. filiusfamiliàs. §. ſi quid alicui.

**Claud. fortè.*

Baſilica. ¶ d Baſilicas. Baſilica Græcè. Latinè regia domus regis dicitur. Accurſ.

ADDITIO. De campo Martio vide Hotomanū in orationē pro Quintio Baſilicæ autem Romæ, loca fuerunt ampla. & publica, circum forum tecta, in quibus iudicia exercebantur: dicta quaſi regiæ domus.

¶ e Deſtinata ſunt. Vt via publica.

N. A. † Si defunctus ſciebat. Benignè de teſtatoris animo erga hæredem præſumitur: Itaque qui rem, quam ſuam putabat legauit, præſumitur, ſi alienam ſciſſet, legaturum non fuiſſe, & hæredem non oneraturus. l. lxvij. §. ſi rem. de leg. 2. ff. l. x. C. hoc tit. Et nota, legatum hæredi onus eſt; legatario, lucrum.

¶ f Ignorabat. Quæ ignorantia nocet, niſi coniunctæ perſonæ ſit relictum: vt C. eodem. l. cum alienam rem. [Adde, quòd coniuncta perſona dicitur vſque ad quartum gradum ſucceſſibilem, ſecundùm Barto. in l. ij. de accu: ſed quo ad terminos noſtros ſtatui arbitrio iudicis ſecundùm docto. in d. l. cum alienam. Syl.] Et niſi cum relinquitur libertas ſeruo alieno: vt ff. de fideicommiſſ. lib. l. Paulus. j. reſpon. Quid ſi res legata fuerit euicta? Reſpon. in ſpecie, non teneri debet hæres de euictione: vt ff. de euict. l. hæres. & ff. de leg. j. l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. Si in genere, ſiue extra iudicium, ſiue in iudicio tradita fuerit legatario non ſtipulanti, de euictione aget: ac ſi nihil ſibi datū eſſet: ſi eſt extraneus, ſcilicet iſte legatarius: vt ff. de leg. j. l. ſi domus. §. j. & l. non quocunque. & de leg. iij. l. qui concubinam. §. ſi hæres. & de euict. l. hæres. [Adde, quòd ratio poteſt eſſe duplex: quia cùm genus ſit in abſtracto, nō eſt qualificabile, cùm non magis hoc quàm illud cenſeatur eſſe legatum. l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij. In legato verò ſpeciei talis præſtari debet, qualis eſt d. §. hæres. Item, quia in legato generis, cùm habeat hæres latas habenas, debet eligere talem rem, qua liceat vti effectualiter legatario: at in legato ſpeciei, tenetur ad illud præciſè. Syluest.] Si de coniunctis eſt legatarius, vt ſi vni de fratribus eſt prælegatum non agit, ne creſcat inuidia inter eos: vt C. de bon. quæ liber. l. cum oportet. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis. Sed quando omnibus eſt prælegatum, omnes agunt, ſiue diſtributio prælegatorum ſit per iudicem facta, ſiue per partes. Si autem à teſtatore excipiendo ſeruant non agendo: vt C. com. vtriuſque iud. l. ſi fratres. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis.

Legatum ſi euincitur, an hæres defuncti teneatur.

¶ Adde, quòd hæc gloſſ. debet intelligi, quòd diſtinguat de coniunctione in legato generis: quod tamen eſt falſum.

ſum. Et aduertendum eſt ad §. euictis. in quo eſt tota vis, quòd ille text. loquitur in legato ſpeciei: primò, quia dicit, qui ſe dominū crediderat, quod oſtendit legatum eſſe in ſpecie. Item, quia ibi prædiū fuerat legatum, cuius legatum ſi fuiſſet, in ſpecie, non valuiſſet, cùm potuiſſet dari gleba terræ. l. cū poſt. §. gener. ff. de iur. do. Syl.

** abſunt.*

a Si ſciuiſſet. In eo caſu quo ignorauit.

** vel obligatā.*

b Et verius eſt. Vt ff. de probationib. l. verius. C. de rei vendicatione. l. fin. & ibi gloſſ. fin. & C. de edendo. l. qui accuſare volunt. C. de exceptionibus. l. ſi quidem. infrà de interdictis. §. commodum. C. de actionibus & obligationibus. l. negantes. & C. de probationib. l. actor.

tan enim, ſi ſciuiſſet [a] alienam rem eſſe, * non legaſſet: & ita diuus Pius reſcripſit. Et verius eſt [b] ipſum, qui agit, id eſt, legatarium, probare oportere, ſciuiſſe, alienā rem * legare defunctum: non hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit [c].

c Qui agit. Niſi qui negat, neget ius, & niſi præſumeret ius pro actore. tunc enim probat reus negans: vt ff. de probationibus. l. ab ea parte. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. Quintus.

Sed & ſi rem. CASVS. Marcellus Titio pecuniam debebat, fundum ei ſuum pignori oppoſuit. deinde ſic dixit, Damno te hæres, meum fundum Cornelio dare. quæro, an hæres cogetur, pecunia Titio diſſoluta, fundum redimere, & Cornelius dare? Diſtinguo. nam aut Marcellus obligatum eſſe fundū ſciebat, aut neſciebat: priore caſu cogetur: altero minimè. Quid ſi teſtator ſic dixit, fundum meum oppigneratum Cornelius redimat, ſibiq; habeat? Ipſe Cornelius luet. id eſt, redimet. Corn. Vib.

Not. quòd dictio, Sed & ſi, importat diuerſitatem facti, non iuris. Item, & quòd legatum rei obligatæ debet relui per hæredem. Item, quòd ſi teſtator vult expreſsè legatarium luere quòd ipſe luit. syl.

Legata

d Luere. Tribus caſibus luit hæres. Si ſciebat teſtator rem eſſe obligatam, vt hic. Item, ſi ignorabat, ſed relinquit coniunctæ perſonæ: vt C. de fideicommiſſ. l. prædia. vel pro tanto res erat obligata, quantum valet, vel pro maiori ſumma: vt de leg. j. l. ſi res obligata. §. j.

res obligata per hæredem in tribus caſibus eſt luenda.

¶ Rei hypothecatæ, quam teſtator cuipiā ſciens prudenſq; legauerat, luitio ad hæredem ſpectat: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem appareat.

¶ Sed & ſi * rem obligatā creditori aliquis legauerit: neceſſe habet hæres eam * luere [d] †. Et hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: vt ita de-

** aliàs rem ſuā obligatam.*

** abeſt.*

ADDITIO. Nota, quòd quando teſtator legat rem pignoratam, obligatámve pro tanto vel pluri, quàm valebat: ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit obligatam: tenetur hęres luere. Nam ſi tenetur legatarius, ex legato nullum cōmodum reportaret. Sed tamen dubium facit, quia quando obligatur res pro tanto vel pluri, quàm valeat, videtur res ipſa haberi pro alienata. facit quod notat gloſſa. in lege qui habebat. ff. de legatis tertio. Sed quando legatur extraneo res aliena ignoranter, non tenetur hæres luere. ergo nec hoc caſu. & hanc tenuit Rapha. ſed hæc eſt communior. Iaſon. Aduerte diligenter, quòd luo eſt verbum equiuocum ad quatuor. Vno modo ſignificat redimere ſiue liberare: vt luo pignus ære: & ſic accipitur hic. Secundo modo, eſt ſuſtinere ſiue pati, vel punire: vt fur luit pœnas, & crux luit mala, id eſt, punit. Tertio modo, eſt purgare vel expellere: vt lux luit tenebras. Quarto modo, pertinet ad actum venereum, cùm oues ſunt in ardore coëundi. Vnde verſus.

Luo laſſi habet quatuor ſignificata.

Aëre luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras.
Dicitur & luere, quando ſalitur ouis.
Vel ſic, & breuius,
Crux luit, æs, crepo, lux, mala, pignus, ouem tęnebráſque.

De hoc eſt gloſſa notata in lege licet certis. Codice de locato & conducto.

† Luere. Luere pignus eſt, ſoluta creditori pecunia, liberare. N. A.

Neceſ

mum luere neceſſe habeat † hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatā eſſe: & ita diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerūt. Si tamen defunctus voluerit * legatariū luere, & hoc expreſſerit, nō debet hæres eam luere. *voluit.

¶ Legatarius rei ſibi legatæ dominium ex cauſa lucratiua nactus, legatū nequaquam petere poteſt: diuerſum erit, ſi ex oneroſa, cui tamen lucratiuo titulo æſtimationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipſam petere.

¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei, * viuo teſtatore [a] legatarius dominus factus fuerit, ſi quidem ex cauſa emptionis, ex teſtamento * actione pretiū conſequi poteſt [b]. Si verò ex cauſa lucratiua † veluti ex donatione, vel ex alia [c] ſimili cauſa: agere [d] non poteſt. nam traditū [e] eſt duas lucratiuas cauſas in eundem

* abeſt. * teſtamenti.

N. A. † Neceſſe habeat. Primùm, quia onus æris alieni ad hæredē pertinet: deinde, quia cum legatum ſit donatio, præſumitur teſtator fauiſſe legatario: cuius alioquin legatum inane eſſet l.vj.C.de fideic. l.xxxvij. ff.de leg.j.

¶ Si res aliena. CASVS. Seruilius Antonio rem alienā legauit. deinde viuo Seruilio Antonius eius rei dominus factus eſt. quæro, an hæres cogatur Antonio æſtimationem præſtare? Diſtinguo. nam Antonius aut ex cauſa oneroſo, veluti emptionis, dominus factus eſt, & tunc heres cogetur: ex cauſa lucratiua, veluti donationis, & tunc non cogetur. Sed ecce. Seſtius & Septimius legarūt Quintio rem alienā, quid fiet? Diſtinguendum eſt. Nam ſi rem Quintius ex vnius teſtamento ſit aſſecutus, æſtimationem petere non poterit: ſi verò æſtimationē, ex altero teſtamento rem petere poterit. Sequens §. per ſe facilè intelligitur. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ ſi legatarius effectus eſt dominus rei legatę ex cauſa oneroſa, poteſt legatarius agere ad æſtimationē cōtra hæredem: quia cùm pretium abſit, non videtur quaſi rem habere. Item, ꝙ titulus legati dicitur lucratiuus. Item, ꝙ legatarius poteſt emere rem ſibi legatam. Item, quòd duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt in eundem hominem, & eandem rem concurrere. Syluest.

¶ a Viuo teſtatore. Idē & ſi poſt mortem: vt infrà.§.ſi cui.

¶ Adde ſecundum Ioan.Fab. quod melius probat text. in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.ff.de leg.j.Syl.

¶ b Conſequi poteſt. Nota, cautè ponit conſequi: nam pretium petere nō poteſt: ſed rem, quæ tantùm eſt in obligatione, ſecundùm nos: æſtimatio tamen datur propter defectum: vt ff. de verbo.oblig.l.ſi ſeruum.§.effectus. Sed cōtra nos eſt ff.de leg.iij.l.ſi res mihi. Reſp. ibi propter defectu iuris petēdi, ex præſumpta voluntate defuncti rem legatam, legatarius amiſit: ſed hic, non ex voluntate defuncti amiſit emendo. Quidam tamen dicunt æſtimationem eſſe in obligatione: vt ff.de cond. furt. l. in re furtiua. in prin. ibi, ſed verū in fin. [Adde, quod ex cōmuni opinione in d. §. effectus eſt, ꝙ vtrunque peti poſſit. Syl.] Et not. quatuor caſus, quibus peto id, quod habeo. Primus eſt, vbi res mihi data poteſt auferri: vt ff.de ſol.l. ſi rem. & l. qui res.j.reſp. Item, ſi habeo ex alia cauſa, quàm debeā habere, quia non videor habere, cūm pretium abſit: vt hic. Item, ſi aliquid iuris rei deeſt, id adhuc tradendum eſt: vt ff.de ſolu. l.etiam.& de verb obl.l.Iulianus.§.fin. Item, ſi res deterior eſt dolo dantis: ex cauſa ſtricti iuris datur actio de dolo, licet habeat rem: vt ff.de dol.l.& eleganter. §.non ſolùm: ſed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: vt ff.commo.l.iij.§.ſi reddita.

† Lucratiua. Lucratiua cauſa eſt, propter quam accipienti nil abeſt: veluti donatio, legatum, fideicommiſſum, ius adcreſcendi. Oneroſa verò, propter quam aliquid abeſt: veluti emptio, permutatio, pignus l. iiij.§. ſi quis.:6.ff. de doli except. N.A.

¶ c Ex alia. Vt legati: vt ff.man.l.ſi hæreditatem: non dotis promiſſione: vt ff.de act.& oblig.l.ex promiſſione.

¶ d Agere. Etiā ſi ſua poſteà eſſe deſinit vt ff.de legat.ij.l.Mæuius.§.duobus.

¶ e Traditum. A iure: vt ff. de act. & oblig.l.omnes. & ff. de leg.j.l.ſi ſeruus legatus.§.Stichum.

¶ a In

hominem a, & eãdem rem b concurrere † non poſſe c. Hac ratione d, ſi ex duobus teſtamentis e eadẽ res eidem debeatur, intereſt, vtrũ rem, an æſtimationẽ ex teſtamẽto cõſecutus ſit. Nam ſi rem habet,* †agere nõ poteſt f: quia habet eam ex cauſa lucratiua: ſi æſtimationem agere poteſt g.

¶ Etiam res futura, quæ tamen eſſe ſperatur, legari poteſt. Aretin.

Ea quoq; res h, quæ in rerum †natura non eſt, ſi modò futura* eſt i, rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quòd ex illa ancilla natum erit k.

¶ Eiuſdem rei legatum duobus cõiunctim, aut ſeparatim factum, vtrique acceptanti æquis portionibus quæritur: ſin autem alterius portio defecta fuerit: accreſcendi quodam iure ad collegatarium pertinebit.

a In eundem hominem. ff eo. l. ſi ſeruus. §. j. contra. Sol. ibi per obliquum concurrunt, non directò: vt hic, & arg. ff. de vulg. ſubſtit. l. quæ liberis. §. fin.

b Rem, id eſt, ſpeciem. aliud ſi quantitatem: vt ff. de legat. ij. l. Titia Seio. in princ.

N.A. † Concurrere. Quia bis eandẽ rem lucrari nõ poſſumus. l. 17. l. 19. ff. de oblig. & actio.

c Non poſſe. ſed cur ſecus, quando emit? Reſpõ. quia nec rem habere videtur, cùm pretium ei abſit, & loco rei ſucceſſerit: vt ff. de petit. hęred. l. ſi & rẽ. & quod met. cau. l. videamus. & l. ſi ipſa.

* leg.

d Hac ratione. ſ. ſupradictę regulæ.

e Ex duobus teſtamentis. ſcilicet, duorũ hominum: ſi enim vnius eſſet, primum per ſecundum corrigeretur: vt §. quibus mod. teſt. infir. §. poſteriore. Quid ſi in eodem bis legauit? Reſpon. diſtingue ſpeciem à quantitate: vt ff. de leg. j. l. planè vbi. §. ſi eadem. vſque ad illum §. ſi coniunctim.

N.A. † Si rem habet. Qui rem habet, eius æſtimationem habet. At non qui æſtimationem habet, idem etiam rem habet. l. planè. 35. §. 1. ff. de lega. 1.

f Agere non poſt. Vt ff. de legat. primo. lege, planè vbi. §. ſi eadem. verſ. ſed ſi duorum. contrà: vt ſequitur ex eodem teſtamento. Solu. illa intelligitur ſecundùm huius §. diſtinctionem.

g Agere poteſt. ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. j. contra. Solut. ibi teſtatoris & hæredis teſtantis eſt eadem perſona: vt in authentica de iureiurando à mor. in principio. Vel ibi in ſecundo legato commodum repræſentationis primi legati relictum videtur: vt infrà eodem §. ex contrario, quia non videtur legari bis in duobus teſtamentis: ideò non habebit niſi ſemel.

h Ea quoque res. Sic ff. de legat. j. l. quod in rerum. in prin. & de leg. iij. l. etiam. Accurſ.

N.A. † In rerum natura. Quia magis ſpes legatur quam res: & ſi non naſcatur, nihil debetur. lege 24. ff. de leg. j. Eodem modo res ſperatę donari, vẽdi, oppignerari, in ſtipulatum deduci poſſunt.

* ἰατια ξήμιοι.

i Futura eſt. Si autem nec fuit res, nec eſt in rerum natura, nec erit: vt chimera: vel fuit, ſed non eſt: vt homo mortuus, non poteſt legari: vt infrà de inut. ſtip. in princ. Si autẽ eſt dubiũ, an ſit, vel non ſit in rerum natura, cauet hæres de perſequendo, & reſtituendo: vt ff. de leg. j. l. ſeruo legato. §. fin. Idem in ſeruo legato, qui fugerat ante teſtamentum: aliud in eo qui fugerat poſt, ſcilicet teſtamentum. qui ſcilicet eſt periculo legatarij: vt ff. eod. titu. l. cùm ſeruus. & l. ſi ſeruus legatus. j. reſpon.

Adde, quòd de hoc eſt gloſ. communiter approbata in lege, cùm ſeruus. de leg. j. quæ diſtinguit quatuor tempora, ſcilicet teſtamenti, mortis, aditionis & poſt aditam hæreditatem: de quo vide quæ dixit Præp. Senen. in quarta quæſt. quinti caſus. Syluester.

k Natum erit. Et tunc competit ſibi actio: vt ff. de verb. oblig. l. interdum. j. reſpon.

Si eadem res. CASUS. Stathius ſeruus Antonio, & Meſſalæ legatus eſt. quid iuris eſt vtrique? Stathius erit vtriuſque ex ſemiſſe: ita vt ſi dècem valeat, quinque ſint Meſſalæ, quinque ſint Antonij. Quid, ſi Meſſala moria-

Digitized by Google

tur ante perceptum legatum? eius pars accreſcet Antonio, totúſque erit Stathius Antonij. Cor. Vib.

Not. quòd plures legatarij eiuſdem rei faciunt ſibi partes per concurſum: quando omnes legatum acceptant, ſiue diſiunctim, ſiue coniunctim legatum ſit. Item, quòd inter legatarios habet locum ius accreſcēdi: & portio deficiens, ei accreſcit: non autem remanet apud hæredem. Item nota, quomodo diſiunctim, & quomodo coniunctim legetur. Sylu.

Si eadē res duobus [a] legata ſit, ſiue coniunctim [b], ſiue diſiunctim [c] ſi ambo † perueniant ad legatum, ſcinditur [d] † inter eos legatum. ſi alter deficiat †: quia aut ſpreuerit legatum, aut viuo teſtatore [e] deceſſerit [f], vel alio quoquo modo defecerit [g],

a Duobus. Quid ſi dicat, illi aut illi lego? Reſpon. duo rei ſtipulandi eſſe videntur: vt ff. de legat. ij. l. ſi Titio aut Seio.

N.A. §. Si eadem res. Ius adcreſcendi, eſt ius obtinendi partem eius, qui vel coniunctim vel diſiunctim, cum alio ad eandem rem vocatus, aut non concurrit, aut concurrere deſiit.

Coniunctio triplex eſt: Re tantùm, Verbis tantùm, Re ſimul & verbis. l. triplici. 142. ff. de verb. ſig. l. re coniuncti. 89. de leg. 3.

Re coniuncti ſunt, quibus eadem res diſiunctis enunciationibus legata eſt, Titio fundum Tuſculanum lego, Mæuio, fundum Tuſculanum do, lego.

Re & verbis coniuncti, quibus eadem res vna enunciatione legata eſt. Titio & Seio fundum Tuſculanum do, lego: vel, Titio, Seioq; : vel Titio, cum Seio.

Verbis coniuncti ſunt, quibus res eadem, ſed partibus definitis vna enunciatione legata eſt. Titio & Seio fundum Tuſculanum æquis partibus lego.

Concurrere dicuntur, qui ad eādem rem in ſolidum vocati, ſimul ad eam veniunt, & ſinguli ſuam partem ferūt. l. 7. C. hoc tit. Eius contrarium eſt deficere: qua de cauſa ius adcreſcendi definitur, ius excipiendi partem eius, qui deficit. l. 53. §. 1. ff. de adq. hæred.

Inter eos demum ius adcreſcendi eſt, inter quos ius eſt concurrendi. lege tertia. ff. de vſufruct. adcreſc. Nam ſi coniunctus non concurrat, quippe quia repudiat, eius portio iure non decreſcendi, alteri debetur. l. prima. §. ſi verò nemo. C. de cad. tollend.

Ius adcreſcendi locum habet, inter re tantùm, aut re & verbis coniunctos. Inter verbis tantùm coniunctos locum non habet. l. pen. ff. de vſufr. adcreſc. Quia partes ab initio definitæ ſunt: & quot partes ſunt, tot res eſſe intelliguntur. l. rectè. 25. ff. de verborum ſign. Itaque regulariter hæc coniunctio nullius momenti eſt.

Inter collegatarios re & verbis diſiunctos, nullus eſt iuri adcreſcendi locus. d. l. pen. inter cohæredes eſt locus. l. 63. de hæred. inſtituen. quia hæreditas eſt ſucceſſio in ius: legatum eſt ſucceſſio in rem. l. nona. §. primo. ff. de edend.

Adde, quòd vrget in contrariū text. in l. pen. C. de verb. ſignifi. Ideo diſtinguit, quòd aut electio datur hæredi, & procedit lex Titio. & hoc verum, quando alternatiua eſſet expreſſa: ſecus ſi tacita: quia tunc hærede non eligente, admittuntur omnes pariter ad legatū. l. ſi quis Titio. §. fi. ff. eo. Aut non datur electio, & reſoluitur in coniūctiuam, & copulatiuam, & ſic omnes pariter admittuntur. d. l. ij. niſi donetur inter perſonas, inter quas cadit affectio. l. cùm pater. §. pen. ff. eo. ij. Syluest.

b Coniunctim. ſ. per copulatiuam coniunctionem: vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita quis hæredes.

c Diſiunctim. id eſt, ſeparatim: vt j. proximo §.

Si ambo. Id eſt, ſi concurrant, concurſu partes fiunt. N.A.

d Scinditur. Virilliter, niſi ſimul duo coniuncti eſſent, qui locum vnius obtinent: vt ff. de hæred. inſtit. l. Titius. & l. interdum. in princip.

Scinditur. Id eſt, partes viriles inter eos fiunt, vel pro diuiſo, vel pro indiuiſo. N.A.

Deficiat. id eſt, non concurrat. N.A.

e Viuo teſtatore. Nam ſi teſtatore mortuo legatarius decedat: ad hæredem ſuum legatum tranſmittit: vt Co. de cadu. tol. l. vnic. §. cùm igitur.

f Deceſſerit. Poſt teſtamentum tamen: vt differat à ſequenti.

g Defecerit. ſ. legatarius vt per mortem ciuilem. Vel dic legatū, quod tribus * Legatū quinque

bus

totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim [a] † autem legatur, veluti, ſi quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum do, lego. Diſiunctim [b] ita, Titio hominem Stichum do lego, Seio hominem Stichū do lego [c]. Sed & * ſi expreſſerit, eundem hominem Stichum, æquè diſiunctim [d] †legatum intelligitur.

¶ Si legati fundi proprietas ad legatarium oneroſo titulo peruenerit, vſusfructus verò lucratiuo : pro-

caſibus deficit, & legatario accreſcit.

bus caſibus deficit, & accreſcit legatario, præter duos, qui ponūtur hic. Primus, ſi non eſt collegatarius in rerum natura tēpore teſtamenti: vt C. de cad. tol. l. vnic. §. j. in prin. Secundus, ſi mihi & poſthumo legatur, qui oborietur poſtea: vt ff. eo. l j. ſi duobus. §. fin. Tertius, ſi mihi, & hæredi ſuo legat: vt ff. eo. j. l. planè vbi. §. ſi duobus. & ſic ſunt quinque caſus. Ecōtra ſunt tres caſus, quibus deficit legatum : ſed collegatario non accreſcit. Primus ſi mihi, & ſeruo ſuo legat: vt ff. eod. j. l. planè vbi. §. ſi coniunctim. Secundus, ſi mihi, & tibi res tua legatur: vt ff. eo. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. Tertius, ſi mihi, & non capaci legatur: vt ff. de leg. ij. l. ſi Titio.

Legatū in trib. caſibus deficit, nec legatario accreſcit.

¶ Adde, & declara per duas regulas poſitas in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de leg. j. per Bart. Syl.

¶ a Coniunctim. ſ. re, & verbis: vt ff. de leg. iij. l. re coniuncti.

N.A. † Coniunctim. Hi ſunt coniuncti, re & verbis, vt quod mox ſequitur, diſiunctim, qui ſunt diſiuncti verbis, re coniuncti. Nam vna res eſt, enunciationis duæ.

¶ Adde, quòd hæc gloſ. communiter approbatur per doctor. in l. re coniuncti. ff. eo. iij. Syl.

¶ b Diſiunctim. ſ. verbis tātùm. nam re ſunt coniuncti.

¶ c Do lego. Sed nónne dando Seio, adimit Titio, vt ff. de pupil. ſubſtitu. l. ſi quis eum. & de adi. leg. l. iiij. in princ. & l. ſicut? Reſp. ſic, ſi probatur teſtatorē, hoc, ſ. adimere Titio, & dare Seio voluiſſe: non aliàs: vt ff. eodem. j. l. ſi pluribus. §. j.

¶ Adde, ꝙ in hac materia ita dicēdum eſt, Quādo teſtator legat vni rē, quam alteri legauit ſine commemoratione primi legati, tunc ambo concurrunt d. l. ſi pluribus. Quando verò teſtator legat cum aduerſatiua ſub commemoratione primi, cenſetur in totū ademptum, ſecundùm doct. in l. ſi fortidianum. C. eo. Et idem, quando in diuerſa voluntate legat alteri ſub commemoratione primi, eidem cenſetur ademptū. l. nō ad ea. §. ſi. ff. de condi. & dem. Quando verò in eadem voluntate rem legatā vni alteri legat ſub commemoratione primi, cenſetur facta ademptio pro parte. l. Iulianus. ff. de hered. inſt. & d. l. ſi pluribus. & ita communiter tenetur, quamuis in hoc vltimo aliàs diſputādo, contrarium defenderim. Syl.

* Sed ſi.

* Aequè diſiunctim. Verbis diſiunctim, re cōiunctim. N.A.

¶ d Diſiunctim. Verbis tantùm, re tamen coniuncti ſunt: vt ff. de lega. iij. l. re coniūcti. Sūt & alij re & verbis diſiūcti: vt ſi ita dicā, lego Titio dimidiā ſerui: Sempronio lego dimidiā eiuſdē ſerui: vt ff. eo. ij. l. & Proculo. Nec obſtat eo. tit. de leg. ij. l. Mæuio. in prin. quia illa intelligitur, quando vnā dimidiā vtrique legauit. Et in iſtis non habet locum acceſſio, id eſt, ius accreſcendi: vt d. l. & Proculo. Sunt etiam re diſiuncti, ſed verbis coniuncti: vt ſi dico, lego tibi & Sempronio pro æquis portionibus. Sunt & alij re & verbis coniuncti : vt §. proxi. Et coniuncti vtroque modo, præferuntur diſiunctis vtroque, vel altero tantummodo coniunctis. Coniuncti verò vno modo tantùm ſimul admittuntur, ſ. re tantū. Coniuncti verbis tantùm, diſiuncti re, & verbis præferuntur: vt ff. de hæred. inſtitu. l. ſi ita quis hæredes. & ff. de legat. iij. l. re coniuncti. § pen. & §. fin.

Legatariorum quidam ſunt cōiūcti re tantùm, alij verbis tantùm: alij re & verbis: alij prorſus diſiūcti.

ADDITIO. Similem gl. habes in l. j. §. fina. ff. de vſufru. accreſcendo.

¶ Si cui fundus. CASVS. Flauius fundū alienū Rabirio legauit, qui centum erat, & quinquaginta aureorum. deinde Rabirius eum fundum emit deducto vſufructu, qui quinquaginta aureorū erat, fructuarius paulo poſt moritur, ex quo conſolidatio facta eſt, & fundus factus eſt integer Rabirij. Quæro, an Rabirius poſſit fundi illius æſtimationem integram, id eſt, centum & quinquaginta aureos petere, & an Prætor ei actionem hoc nomine dabit? Maximè. Prætor tamen poteſtatem iudici permittet, iubendi ſolius

proprietatis æſtimationem dari.id eſt, tametſi centum quinquaginta Rabirius petet, non tamen niſi centum ei adiudicabit. Sequentes duos §§. non illuſtramus exemplo, cùm exemplo ſint expoſiti. Cor.Vib.

¶ Nota, quòd quamuis appellatione fundi veniat plena proprietas, tamen libellus in quo peto fundū, cuius vſusfructus eſt apud me, ſaluatur. Itē, quòd vſusfructus, qui reuertitur ad proprietatem: quia finitur, dicitur reuerti ex cauſa lucratiua, quamuis proprietatem habeam ex titulo oneroſo. Sylu.

prietatis æſtimationem iudicis officio tantùm conſequetur.

¶ Si cui fundus alienus legatus ſit, & emerit [a] proprietatē deducto * vſufructu, & vſusfructus ad eum peruenerit [b] †, & poſtea ex teſtamēto agat: †rectè eum agere, †& fundum [c] petere [d] Iulianus ait: quia vſusfructus [e] in petitione [f] ſeruitutis [g] locum obtinet: ſed officio iudicis † continetur, vt deducto [h] *vſufructu, iubeat æſtimationem [i] † præſtari [k].

detractio.

¶ a Emerit. ſcilicet, legatarius.

¶ b peruenerit. ſcilicet morte vſufructuarij, vel capitis deminutione: vel ſimili cauſa, lucratiua tamen: vt ſuprà de vſufru. §.finitur.& ſic factus eſt caſualis.

N.A. † Peruenerit. Ex cauſa lucratiua, qualis eſt conſolidatio mortua fructuario.

N.A. † Agat. Et ſimpliciter fundum petat. Nam qui fundum petit, plenum dominium petit.

N.A. † Rectè eū agere. Dubitabatur contra. Quia cùm vſusfructus plerunque dominij pars ſit. l.4. ff. de vſufruct. plus petere videbatur, qui partem habens, totum nihilominus petebat. l. 82. §. L de lega.2. Reſponſio, quia per illam actionem vſusfructus petebatur: non tanquam pars fundi, ſed tanquam ſeruitus. l.rectè. 25. ff.de verbor.ſignific. quæ ſeruitus in iure non in parte conſiſtit l. 66. §. penultimo. ff. de leg. 2. Seruitutem autem legatarius non habebat, cùm ſua res nemini ſeruiat, cùm vſumfructum ſeparatum in re ſua nemo habeat. l. quod noſtrum. 63.ff. de vſufr.

¶ c Et fundum. id eſt, proprietatem plenam: de iudicis tamen officio aliter fit: vt infrà ſequitur.

¶ Adde, quod de hoc eſt caſus in lege, ſi Titio fundus. ff. de vſufruct.leg. Sylueſter.

¶ d Petere. Hic repete quod diximus ſuprà eodem.§.ſi res.

¶ e Quia vſusfructus. Dixit fundum peti, & ſic in plena proprietate. Sed opponitur: plena proprietas conſtat ex duobus, ſcilicet, ex nuda proprietate, & vſufructu, & etiā habet partem, id eſt vſumfructū ex cauſa lucratiua: quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Reſpond. vſusfructus hoc caſu cùm fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partē dominij, ſed vice ſeruitutis prædialis, quæ non eſt pars rei, quum non poſſit eſſe ſine re: & ideo non videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex cauſa lucratiua, ſcilicet vſusfructus, & hoc de rigore: ſed contrà de æquitate, vt ſubiicit. *Vſusfructus an ſit pars dominij.* *detractio.*

¶ f In petitione. ſcilicet tali, id eſt, prædicti fundi per actionem ex teſtamento. aliàs in multis locum dominij habet: vt ff. de damn. infect.l. qui bona.§.& ſuperficiarium: & ff. de bon. auctorita. iudic. poſſiden. l. in venditione.in princip. & ff.famil. erciſcundæ.l. & puto. §. ij. & ff. de vſufruct.l. iiij.& v. *Vſusfructus in multis dominij locum habet.*

¶ Adde, quòd non eſt pars prædicatiua, ſeu ſubiectiua: ſed integralis, ſecundùm gloſ.in l.rectè. ff. de verbo.ſignificatio. ita dicunt hic doctor. Sed tu dic, quod ſi loqueris de formali, eſt pars ſubiectiua: ſi de cauſali, eſt integralis. Syluest.

¶ g Seruitutis. ſcilicet, realis.

† Officio iudicis. Propter iudicium bonæ fidei.l.7.ff.de negot.geſt. N.A.

¶ h Deducto vſufructu. id eſt, æſtimatione vſufructus. quem, ſcilicet vſumfructum ex cauſa lucratiua habet: ideo non debet plus habere: vt ſuprà eod. §.ſi res.

¶ i Aeſtimationem. ſcilicet proprietatis.

† Aeſtimationem. Nudæ proprietatis tantùm. Marcellus pleniùs. Quantum mihi abeſt, id eſt, quanti illam emerim. dicta lege 82. §. ſecundo. de legat.1. N.A.

¶ k Præſtari. ſ. ab hærede ſuo.

¶ a Ie

¶ Legatũ rei propriæ legatarij non valet etiam ſi poſt teſtamentũ ſua eſſe deſierit. Aret.

¶ Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile † eſt legatũ [a]: quia quod proprium eſt ipſius, amplius eius fieri non poteſt [b]. Et licet alienauerit [c] † eam: non debetur nec ipſa res, nec æſtimatio eius.

¶ Valet legatum rei teſtantis, licet teſtator putauerit alienam.

¶ Si quis rem ſuã quaſi alienã [d] legauerit, valet legatũ. Nam plus valet †, quod in veritate eſt, quàm quod in opinione [e]. Sed & ſi legatarij eſſe putauit, valere conſtat: quia exitũ [f] † voluntas defuncti habere poteſt.

¶ Ita demũ rei legatę alienatio aut pignoris datio legatũ adimit, ſi teſtatorem adimendi animo alienaſſe conſtet.

¶ Si rem ſuam legauerit teſtator, poſteáque eam alienauerit [g], Cel-

a Legatum. Vt ff. de lib. lega. l. j. contrà. Solu. ibi liberatio relinquitur, quæ non erat debitoris.

N.A. † Inutile. Rei enim ſuæ donatio non conſiſtit. l. 3. C. hoc tit.

b Non poteſt. Sic j. de act. §. ſic itaque. ff. de leg. iij. l. cùm quis. primo reſponſo. & ff. de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actioneſs. & de ac. poſ. l. iij. §. ex pluribus.

c Alienauerit. ff. de reg. Cato. l. j. in fi. contra. Solu. ſecundum B. ibi viuo teſtatore alienauit, hic poſtea. Vel hic purum fuit, ibi conditionale, ſecũdũ Ioan. arg. ff. eo. l. cætera. §. ij.

N.A. † Alienauerit. Viuo teſtatore, idque propter regulam Catonianam: quia legatum ab initio vires non habuit. l. 41. §. 1. ff. de leg. primo.

Adde, quòd ſecunda ſolutio vera eſt: quia legata conditionalia ſunt ſuſpenſa ex conditione: ideo talis regula non poteſt in ea locum ſibi vendicare. Syl. Aldobr.

d quaſi alienam. i. credens alienam.

e In opinione. Not. ſic ff. de manu. vind. l. ſi pater. §. quoties. ibi plus eſt enim & ff. de iur. & fact. igno. l. regula. §. qui ignorauit. argu. contra. ff. de acqui. hæred. l. is qui putat. Sol. ibi de re, quæ conſiſtit in animo.

ADDITIO. Aem. Ferr. dicit, quod diſtinguendum eſt ſic in hac materia: vt illud inſpiciamus, quod pręcipuum, ac principale eſt. nam ſi potentior cauſa eſt animi atque opinionis, quàm rei vt in acquirenda hæreditate, opinionem magis ſequimur, quàm veritatẽ: è contrario, ſi cauſa vtraque comparata res principalis eſt, quòd in veritate eſt, potius inſpicimus. vt in legato,

N.A. † Plus valet. In hac legati ſpecie, ſed non regulariter. Valet autem id circo, quia multò lubentius pręſumitur legaturus fuiſſe, ſi ſuam ſciuiſſet. l. 67. §. 6. ff. de leg ij.

f Exitum. i. effectum: vt ff. quemadm. teſt. appe. l. vel negare. ibi publicè enim expedit ſuprema hominũ iudicia exitum habere, id eſt, res talis legatario acquiri poteſt.

† Exitum. id eſt, euentus voluntati reſpondit: nam legandi voluntas in teſtatore fuit, qua de cauſa ęquum viſum eſt errore voluntatem non impediri, præſertim, quam rei veritas non adiuuabat. N.A.

Si rem ſuam. CASVS. Quintius ſuum fundum Aurelio legauit. deinde alienauit: quæro an nihilominus ab hærede debeatur? Diſtinguo: nam aut animo adimendi alienauit: veluti ſi cum alteri donauit, & tunc non debetur: aut non adimendi animo veluti ſi rei familiaris neceſſitate coactus id fecerit, & tunc debetur. Quod ſequitur apertum eſt. Nam quod valet in alienatione, multò magis in obligatione: & quod in toto, peræquè etiam in parte. Corn. Vibul.

Nota, quòd per alienationem aut pignorationem non amittitur legatum. Item, quòd in caſibus in quibus hæres tenetur luere rem legatam, legatarius poteſt in libello concludere ſuper ipſa luitione. i. petere hæredem compelli vt luat. Item, quòd per alienationem partis alia pars non cenſetur adempta. Item, quod idem iuris eſt in parte, atq; in toto. Sylueſt.

g Alienauerit. Vendendo: ſed donando indiſtinctè videtur adimere. nec diſtinguitur, an valeat donatio, vel non: & etiam ſi reuocetur, vt ff. de adi. leg. l. cùm ſeruus. & l. rem legatam. & l. legatum ſub conditione. §. j.] Adde, quòd

hæc glo. communiter approbatur: diſputando tamen Præpoſ. Senen. in v. q. ij. caſus tenet, quod eadem diſtinctio text. noſtri adhibeatur in donatione, ſicut in qualiber alia alienatione. Syl.] Si ex alia cauſa à donatione, diſtingue animũ: vt hic, & in dubio probat hæres mutatã voluntatem: vt ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. & ff. eod. ij. l. Luci*. §. pe. ibi. niſi heres. & ff. de prob. l. cũ qui.

* exiſtimat.

* idque.

Adde, quòd hæc gl. intelligenda eſt in alienatione neceſſaria: & ratio quare hæres pbat, eſt, quia habet iuris præſumptionẽ contra ſe: quã etiam legatarius non allegare tenetur, quia non reſultat ex facto ſuo. Alexan. in l. qui aliena. de adq. hæred. Syluest.

* legauerat.

* abeſt.

* abeſt.

ſus putat*, ſi non adimẽdi animo a † vendidit, nihilominus deberi b: idemque c *diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Iidem d reſcripſerũt, eum qui poſt teſtamentum factum prædia, quæ legata erãt *, pignori † dedit e, ademiſſe legatum non videri f, & ideo legatarium cum hærede eius* agere poſſe, vt prædia à creditore luantur. Si verò g quis h partẽ rei legatæ alienauerit: pars, quæ non eſt alienata omnino *debetur, pars autem alienata ita debetur, ſi non adimendi animo alienata ſit.

¶ Liberationis legatum legatarium, eumque in poſſe iuris ſucceſſores reddit: Actionemque ei aduerſus creditoris herede, vt liber ab obligatione fiat, acquirit.

¶ Si quis debitori ſuo liberationẽ le-

a Non adimendi animo. Qui animus ex hoc probatur, quia ſi neceſſitate rei familiaris, non videtur reuocaſſe: aliàs ſic. quæ diſtinctio in donatione non cadit. vt ff. de adi. lega. l. rem legatam. & not. C. eo. l. qui poſt. Accurſ.

N A. Animo. Adimendi animus ex eo arguitur, ſi nulla neceſſitate impulſus alienauerit. l. 18. l. 24. ff. de adim. legat.

b Deberi. ſcilicet rem legatario, argu. ſ. eod. §. non ſolùm. vbi ab initio fuit alienata.

c Idẽmque. ſ. iuris eſſe.

d Iidem. ſ. Imperatores Seuerus & Antoninus.

e Pignori dedit. Quid, ſi rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid valet legatum? Reſp. ſic: & nihilominus poterit petere debitum, niſi voluntas teſtatoris oſtendatur volentis compenſare: vt ff. de legat. ij. l. creditorem. Accurſ.

Adde, hoc non procedere in eo, qui tenetur ex diſpoſitione legis: vt in patre, qui tenetur dotare filiam. l. ſi cum dote. §. ſi pater. & ibi Bartol. ff. ſolut. matrim. Syluest.

Pignori. Non ergo videtur ademiſſe, quia neceſſitate ad mutuationem, & oppignerationem adductus intelligitur. l. 3. C. hoc titulo. N. A.

f Non videri. Niſi ſub dicta conſtitutione, i. an habuit animum adimẽdi, vel nõ. Vel dic, nullo modo: vt hic, & C. eod. l. qui poſt. & hoc quia primò valuit relictum. aliàs contrà. vt C. de don. inter vir. & vxo. l. ſi maritus. ij. & ff. de do. inter virum & vxor. l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus. & ibi in glo. j.

* omnimodo.

g Si verò. Nota, de toto ad partem.

h Quis. ſ. teſtator.

Si quis debitori. CASVS. Milo debebat mihi cẽtum. Et ego liberationem legaui, valétne legatum? valet: adeò, vt etiam meum hæredem Milo in ius vocare poſſit, vt ſe liberet. Quid, ſi cùm Milo mihi centum calendis Ianuariis deberet, dilationem ei dedi vſque ad annos duos? Hæres non ante biennium petere poterit. Sed quæro, ex contrario: Milo debebat Craſſo centum ſoluenda poſt annos quatuor, aut ſub conditione, ſi P. Clodius eſſet Conſul. Deinde moriens ea centum Craſſo purè legauit. quid iuris? Hæres ſtatim cogetur Craſſo diſſoluere. Quid autem ſi Milone viuo dies vel conditio extiterit? valet legatum, ſ. poſt Milonis mortem. & hæres cogetur perſoluere. Cor. Vib.

Not. quòd legatum liberationis valet. Item, quòd prodeſt non ſolùm legatario, ſed etiam hæredi, & cuicunque locum hæredis tenenti. Itẽ, quòd legata liberatione non ſolùm competit legatario exceptio, ſi ab eo petatur: ſed habet actionem ad petendũ, vt creditoris hæres liberet eum per acceptilationem. Item, quòd legatum factum à debi

gauerit [a], legatum vtile †eſt [b], & neq; ab ipſo debitore, neque ab hærede eius poteſt hęres [c] petere [d], neque ab aliis * qui hæredis loco ſint [e]: ſed & poteſt à debitore conueniri, vt liberet [f] eum. Poteſt etiam [*] quis vel ad tempus [g] † iubere, ne hæres petat.

¶ Debitor creditori debitum legando, tunc vtiliter legat, cùm qualecunq; commodum creditor ex legato conſequitur.

¶ Ex contrariò, ſi debitor [h] creditori ſuo [i], quod debet legauerit, inutile eſt legatum: ſi nihil plus eſt in legato, quã in debito: qa nihil amplius [k]

à debitore creditori, ſi nullam afferat vtilitatem, inutile eſt. Item, quod legatum ab initio validum propter commodum repræſentationis non ſit inualidum, quamuis viuo teſtatore deueniat ad eum caſum, à quo incipere nõ poſſet. Item, quòd factũ legitimè nõ retractatur, etiam ſi veniat ad caſum, à quo incipere nõ potuiſſet. Sylu.

* Aliàs ab illo.

¶ a Liberationẽ legauerit. Quod trib⁹ modis fit. Primus, peti nolo, vel quod debet, relinquo, vel actionẽ remitto, quòd hic liberandus eſt legatari⁹ ab omni debito: vt hic, & ff. de lib. leg. l. ſi qua s rationes. & l. Aurelio. j. reſpon [Adde, quòd communiter glo. tenetur, quòd hoc modo liberatio relicta includat etiam dolum: quod falſum eſt: & ego aliàs legendo latiſſimè reprobaui: & vid. Præpoſitum Senenſ. in vj. quæſtione quinti caſus. vbi latius explicat. Sylueſt.] Secundus eſt, ſi negotium teſtatoris geſſiſſet: & teſtator dixerit, rationes reddere nolo. & hic ab omni debito liberatur: niſi ab eo, quod penes eum ſit, & ab eo, quod dolo fecit: vt ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. fin. cum ſuis concor. vt in glo. fin. ibidem. Tertius, ſi damnauit hæredem ne exerceat actiones, quo caſu ſi bonam cauſam habet teſtator. litis euẽtus & ſumptus ab aduerſario facti legati videtur: vt ff. de lib. leg. l. petitor. ſi malã causã, nihil videtur legare: vt in eadem lege. [illegible] Similem gloſ. habes in l. Aurelio. ff. de liber. leg.

* autem.

¶ b Vtile eſt. Licet res ſua ſibi legari videatur: vt ff. de lib. legat. l. j. primo reſpon. & eſt hoc verum, niſi teſtatore viuo exactio fiat: vt j. eod. titu. §. tam autem. & ff. eod. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem.

N.A. Legatũ vtile eſt. Olim dubiũ fuit. l. 3. ff. de liber. legat. opinor, quia quod ei debetur, ipſius nõ eſt l. ſcribit. 34. ff. de au. & ar. leg. Sed emolumentũ legati eſt in acceptilatione petenda ab hærede, aut exceptione opponenda. d. l. 3. C. h. t.

¶ c Hæres. Vel hæres hæredis: vt ff. de lib. leg. l. ij. in fin.

¶ d Petere. Cum effectu, propter exceptionem: vt ff. de liber. leg. l. iiij. §. nunc de effectu.

¶ e Hæredis loco ſit. Sicut eſt bonorũ poſſeſſor, & fideico. vniuerſalis: vt j. de bonorum poſſeſſion. & quos autem. & de fideicomm. hęr. §. reſtituta.

¶ f Vt liberet. Per acceptilationem. ſi ſolus eſt debitor, ſi habet correum ſocium, idem aliàs corre⁹ ſiue ſocius pacto eſt liberatus: vt ff de lib. lega. l. quarta. §. nunc de effectu. in fine.

* Adde, circa primũ caſum hoc verũ, ſi liberatio fuit facta in perpetuũ: ſi verò ad tẽpus, tunc ſufficit, ꝙ legatarius officio iudicis conſequatur, ꝙ ſibi ſilentiũ imponatur vſq; ad illud tẽpus. l. Aurelius. §. centũ. ff. eod. circa ſecundum verò, quãdo debitor habet correum non ſocium dic, quòd ratio eſt: quia acceptilatio extingueret obligationem, & conſequenter etiam correus liberetur. Dictum hoc verum, niſi legatum eſſet factum contemplatione vtriuſque, vt per Bart. in d. §. nunc de effectu. Syl.

¶ g Ad tempus. Vt ff. de lib. leg. l. non ſolùm noſtrum. §. ij. Accurſ.

Ad tempus. Nam emolumentum legati, eſt in dilatione. N.A.

¶ h Si debitor. Secus ſi alius: quia intereſt creditoris plures reos habere: vt ff. dẽ lib. leg. l. ſi quis decedens. §. fin. aliàs incipit. Iulianus.

¶ i Creditori ſuo. ſ. ciuiliter & naturaliter. & cum effectu, & purè, aliàs valet: vt ff. de leg. j. l. ſi creditori. per totam legem. & l. ſin autem. Accurſ.

¶ k Nihil amplius. Sed nunquid hodie ſemper eſt plus, cùm habeat ſtatim rei legatæ dominium, & hypothecaria aliarum rerum defuncti: Reſp. non: vt ff. de leg. iij. l. ij. § ſi rẽ. quia plus tãtùm quatuor modis dicitur: vt j. de actionibus. §. plus autem. & iſte mo-

Digitized by Google

dus non eſt aliquis de his. Accurſius.

a Ei. ſcilicet, creditori,

b Legauerit. ſcilicet debitor.

N.A. Repræſentationem. Repræſentare eſt quod nondum debetur, præſens ſoluere. Ergo emolumentum eſt repræſentatione. l. 66. de le. 2.

c Vtile eſſe. ff. de legatis ſecundo. l. debitor. in princip. contrà, vbi eſt inutilis. Solutio. hoc corrigitur. Vel ibi dicit inutile, id eſt, non vtile, cùm & aliā habeat actionem. poteſt tamen & iſta agi: vt hic. Accurſ.

ADDITIO.

Dic ſecundùm A. F & E. B. hic, eſſe repugnātia in illis legibus: & compoſitores Pand. hoc non animaduertiſſe. nam quod hic dicitur, Non enim placuit ſententia exiſtimātium apertè abrogat. d. l. debitor. ff. de leg. ij.

d Conſtitit. id eſt, valuit. Accur.

N.A. Placuit. Non ſemper Catoniana regula reciprocatur. Quod enim ſemel ſtatim cœpit, ſi in eum caſum inciderit vnde incipere non potuit, interdum vitiatur: vt in hac ſpecie, Paulus Papiniano apertè aduerſatur. l. debitor. 82. ff. de leg. 2. l. quinta. ff. ad leg. Falcid.

e Quia. Ratio illius falſæ opinionis. Accurſ.

f Non poteſt. Nota, argumen. pro vtraque parte ad hanc regulam. ff. de verb. oblig. l. exiſtimo. & l. pluribus. §. & ſi placeat. & de iis, quæ pro non ſcript. hab. l. ſi in metallum. §. item ſi ſeruo. & de ſerui. l. pro parte.

Sed ſi vxori. CASVS. Cicero Terentiæ vxori dotem, quam illa attulerat legauit. valétne legatum? valet. qua ratione? quia dos non ſolueretur, niſi anno confecto poſt Tulij

per legatum habet. Quod ſi in diē, vel ſub conditione debitū ei [a], purè legauerit [b], vtile eſt legatum propter repræſentationem †. Quòd ſi viuo teſtatore, dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus ſcripſit, vtile eſſe [c] nihilominus legatū: quia ſemel conſtitit [d], quod & verum eſt. Non enim placuit † ſententia exiſtimantium extinctum eſſe legatum: quia [e] in eam cauſam peruenerit, à qua incipere non poteſt [f].

¶ Dotis prælegatio vxori à marito facta iure ſubſiſtet propter commodum repræſentationis: dotem igitur (etiam ſi nullam dederit) conſequetur vxor: modò certam dotis quātitatem teſtator legando expreſſerit.

Sed ſi vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius † eſt [g] legatum, quàm de dote actio. Sed ſi quam non accepit

mortē: at legatum continuo poſt mortem ſoluitur. Quid ſi dotem non accepiſſet? Diſtinguo. Nam aut ſimpliciter ac liquido dixit, Eam dotem, quam mihi dedit: & tunc non valet: aut certam quantitatem expreſſit, veluti centum quæ mihi dedit: vel corpus, fundum quem mihi dedit, vel quæ in inſtrumēto dotali expreſſa ſūt. & tūc valet. C. Vib.

Not. quòd legatum dotis factum à viro vxori, valet, propter commodū repræſentationis. Item, quòd legatū ſub falſa demonſtratione debiti, ſi non exprimatur certa quantitas, vel aliter conſtet, quid, aut quantum legetur, nō valet, ſi legans nullo modo eſt debitor. Item, quòd falſa cauſa non vitiat legatum. Syl.

g Plenius eſt ſcilicet in commodo repræſentationis: cùm legatum ſtatim, dos verò annua, bima, trima die olim: hodie poſt annum mobilia, ſed immobilia ſtatim: vt Cod. de rei vxor. actio. l. vnic. §. cùm autem. & ff. de dote. præleg. lege prima. §. verum eſt. [Adde, quòd hodie habet annum, etiam ſi habeat facultatem rei reſtituendæ ſtatim, quamuis multi voluerint contrarium, moti, quia annus datur gratia miſerationis: quia cùm maritus in d. §. cùm autem. habeat dilationē in iuribus, quæ ſemper ſunt in facultate mariti, & ea ſolo verbo poteſt reſtituere. patet, quòd quamuis habeat facultatem rei reſtituendæ ſtatim, omnino habet annum prædictum. Syl] Item de dote datur actio in quātum maritus facere poteſt, vel eius hæres: vt ff. ſol. matri. l. etiam. j. reſpon. at legatum in ſolidum, niſi in Falcidia per beneficium inuentarij: vt in authen. de hær. & Falc. l. ſi

verò

verò non fecerit. col.j. Item ſi qua pacta in prejudicium mulieris facta ſunt, beneficio legati tolluntur: vt ff. de do. prælegat. l.j.j. reſpon.

N.A. ¶ Plenius. Quamuis dos ſoluto matrimonio, pleno iure, ſit mulieris: tamen ſi dos nô niſi annua, bima, trima die reddenda eſſet, emolumentum huius legati erat in repræſentatione. l.1. ff. de dot. prælega. Nouo iure mobiles res ſtatim immobiles intra annû redduntur. l.j. §. cùm autem. C. de rei vxor. act.

dotem [a], legauerit, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſi quidem ſimpliciter legauerit, inutile eſſe legatum: ſi verò certa pecunia, vel certû corpus, aut inſtrumenta* dotis [b] in* prælegando [c] demonſtrata ſunt, valere legatum.

* Inſtrumenta
* Aliàs in relegando.

¶ a Dotem. i. illam dotē, quam non recipit.

¶ b Inſtrumenta dotis, ſ. in quibus côfeſſus fuit ſe recepiſſe dotem, quam non recepit, vt ff. de dot. prælegat. l. fin. & l. cùm ſcriptum. §. item ei quæ.

¶ c In prælegando. id eſt, legando, abûdat enim præ: vt ff. de dote præle. l. j. j. reſpon. in gloſſ. j.

¶ d Si res. Putà ſeruus Stichus.

¶ e Sine facto. id eſt mora: quo caſu de interitu tenetur: vt ff. de verbor. oblig. l. ſi ſeruum. j. reſpon. de lega. j. l. cùm res. §. ſi. [Rationem vide per glo. in l. diuortio. in gloſſ. iij. ff. de negot. geſt. Sylu.] Vel quia ſine cauſa occidit: vt d. l. ſi ſeruum. Aliud ſi cum cauſa: vt ff. de leg. j. l. quid ergo. §. ſi hæres. tenetur enim de dolo & lata culpa & leui: vt ff. eodem. j. l. cùm res. §. ſed ſi Stichus. ver. ſed ſi culpa. & §. culpa. Accurſ.

¶ f Perierit. vel non compareat: quo caſu caueat heres de dando, ſi ad eum redierit, & ſuis ſumptibus recuperatur, quando poſt mortem fugit: aliàs i. ſi in vita ſumptibus legatarij: vt ff. de leg. j. l. cùm res. §. item ſi res. & de leg. ij. l. ſi quis ſeruum. in princ.

¶ g Decedit. Quia qui in ſpecie tenetur, eius interitu liberatur: vt hic, & ff. de verb. oblig. l. ſi ex legati.

¶ Decedit. Decedit, i. damnum eſt legatarij. l. 26. §. j. l. 36. ff. de leg. j. N.A.

¶ h Sine facto. In hoc quoque, ſcilicet alieno ſeruo poteſt admitti culpa: putà, non certificauit hęres dominum (qui ſi ſciuiſſet ſe poſſe vendere, non manumiſiſſet) ſ. forte, cùm videret eum velle manumittere: vt ff. eod. j. l. cùm res. §. ſed & ſi alienus. & § pen. & finali. Item, ſi fuerit* in mora emendi: vt ff. de verb. obl. l. ſi ſeruum. §. ſi autem alienus. & dic facto, i. culpa, vel mora.

* fuerit.

¶ Si res [d] legata ſine facto hęredis perierit [f], legatario decedit [g] †. Et ſi ſeruus alienus legatus, ſine facto [h] hęredis [i] manumiſſus [k] fuerit, non tenetur hęres. Si verò hæredis ſeruus legatus ſit*, & ipſe eum manumiſerit, teneri [l] † ipſum Iulian⁹ ſcripſit: nec intereſt [m] ſciuerit [n], an ignorauerit à ſe legatum eſſe. Sed & ſi alij donauerit [o] ſeruum [p], & is cui donatus eſt, eum manumiſerit,

¶ Si res legata facto hæredis etiam ignorantis pręſtari non poteſt, hæres tenetur: ſecus ſi non ſuo facto. Aretinus.

¶ i Hęredis. Côtrà de leg. præſtand. l. namque naturam.

¶ k Manumiſſus. Nam manumiſſ⁹ ſimilis eſt mortuo: vt ff. de ſolut. l. ſi mihi alienum.

¶ l Teneri. ſ. ad ęſtimationē: vt ff. e. j. l. ſi qs inqlinos. § j. & ff. qui & à quib. l. heres. Sed hic non dicit tenere manumiſſionem: ſed dicit, quòd non minus valeat legatum, ſ. quo ad æſtimationem. ADDITIO. Et valet etiā manumiſſio: qa dominiū ſerui hæredis nô trāſit in legatariū: vt hic, & d. l. ſi quis inquilinos. ſecùs in ſeruo hęreditario, etiam ſub conditione legato. l. ſi ſeruum qui ſub conditione. ff. de manumiſ. Arg.

¶ Teneri. Quia facto heredis inferri dānum legatario non poteſt. l. 25. §. pen. ff. ad Trebell. l. 112. §. 1. ff. de leg. 1. N.A.

¶ m Nec intereſt. Cur ſecùs, vbi ſeruum indebitum ſibi ſolutum quis manumiſerit: vt ff. de cond. in deb. l. in ſumma. §. ſi ſeruum. quæ eſt contra? Ioann. reſpond. quia debuit ſcire, cùm factum ſuum cenſeatur: vt in auth. de iureiur. à mo. j. reſpon. coll. v.

¶ n Sciuerit. ipſe hæres.

¶ o Donauerit. ſcilicet hæres.

¶ p Seruum. A teſtatore legatum: & erat hæredis.

Digitized by Google

a Tenetur. ad æſtimationem: vt ſuprà proxi. dixi.

b Ignorauerit. ſcilicet, hæres.

Si quis ancillas. CASVS. Furius legauit Attico Pythiam ancillam cum ipſius filio Pythio: viuo adhuc Furio Pythia moritur. quæro, an Pythius debeatur? maximè. ſunt enim duo legata, quorū vno ſublato, reliquū ſupereſt. Idem legauit ordinarium, cum vicario, moritur ille, hic debetur, quia duo ſunt legata. Quid ergo, ſi ſic dixit, Lego ſeruū cum peculio, Seruus eſt mortuus, debetúrne peculium? minimè: *ſue par ten. quia vnū eſt legatum. ſiquidem peculium acceſſio eſt ſerui, rei principalis. Quid ſi fundum vel inſtructum, vel cum inſtrumento legauit, ac deinde fundum alienauit: an debetur inſtrumentum? minimè: cūm vnum ſit legatum, & fundus rei principalis, inſtrumentum acceſſionis locum teneat. Cor. Vib.

tenetur [a] hæres, quamuis ignorauerit [b] à ſe eum legatum eſſe.

Copulatorū altero pereunte, aliud æque principale in num. manere: quod ſi alterum fuerit acceſſorium, principali corruente, & id quod acceſſit corruere neceſſe eſt.

Si quis ancillas cū ſuis natis [c] *legauerit: etiā ſi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt [d] †. Idem eſt [e], & ſi ordinarij [f] ſerui cū vicariis legati fuerint: quia licet mortui ſint ordinarij, tamen vicarij † legato cedunt. Sed* ſi ſeruus fuerit cū peculio legatus: mortuo [g] ſeruo, vel manumiſſo, vel alienato, * peculij legatum extinguitur [h] †. Idem eſt, ſi

Not. quòd legatum hominis per modum acceſſorij ad alium hominē principalem non extinguitur, licet extinguatur legatum hominis principalis. Item, quòd homo homini non accedit. Item, quòd acceſſorium non debet eſſe maius ſuo principali. Item, quòd legatum rei acceſſoriæ ad hominem principaliter legatum, ſi exprimatur verbis acceſſionem importantibus, extinguitur extincto legato hominis. Item, quòd dictio cum, quando ponitur inter res quæ poſſunt vna alteri accedere, ſtat acceſſoriè: aliàs ſecùs. Item, quòd extincto principali, extinguitur acceſſorium. Syl.

c Suis natis. Aliàs ſuo nato.

d Cedunt. Quia duo legata ſunt ſeparata: vt ff. de pec. leg. l. & ſi ancilla. quæ eſt. l. iiij. Sed contrà. ff. de ven. inſpi. l. j. §. ex hoc. vbi dicitur, quòd partus eſt portio viſcerum matris? Reſp. ibi loquitur donec in ventre eſt.

Cedunt. Quia duo ſeparatim legata ſunt, neque alterius alter acceſſio eſt. l. 62. l. 63. ff. de leg. 1. l. tertia. ff. de pecul. N.A.

e Idem eſt. Sic ff. de pec. lega. l. iiij.

f Ordinarii. Qui ſunt hi? Dic vt infrà quod cum eo. §. cum autem.

Vicariis. Vicarius dicitur ſeruus, qui in peculio ordinarij eſt. l. 17. ff. de pecul. Duo autē ſeparatim legata ſunt. l. 4. ff. de pecul. lega. N.A.

ADDITIO.

Ordinarij ſerui dicuntur ab ordine, qui domui aut tabernæ, aut negociationi regendę præſunt, quibus datum eſt peculium: illorum verò ſi peculio continebantur alij ſerui, vicarij appellabantur. qui etiam ſerui peculiares dicuntur. l. ſi Sticho. ff. de pecul. legat. Martialis, Eſſe ſat eſt ſeruum: iam nolo vicarius eſſe. A.F.

g Mortuo. ſcilicet, viuo teſtatore, non ſi poſt: vt ff. de pec. legat. l. tunc inutile.

h Extinguitur. Quia acceſſio eſt: vt ff. de pec. leg. l. j. & ij. Sed quare non ita in ſuperiori caſu? Reſpon. propter hominis dignitatem: quia non ita accedit: vt ff. de ædil. edi. l. iuſtiſſimè. in principio. Item, quid ſi vicarij erant tantùm in peculio, & legatus eſt cum peculio? Reſp. idem, vt exprimere peculium noceat: vt ff. de condit. & demon. l. ſi in diem. in fin.

Extinguitur. Quoniam & ſi peculiū in legato ſerui cum peculio acceſſio eſt. l. 1. l. 2. ff. de pecul. leg. & tamen in legato ſerui, ſimpliciter non eſt acceſſio, nec legatum ſerui ſequitur. l. librorum. 52. §. vlt. de leg. 3. Ergo quamuis vicarius ſit peculiaris, tamen alio iure eſt peculium, alio ſeruus peculiaris. Nota, vniuerſitas, & res ſingulæ opponuntur: veluti hæreditas, & res ſingulæ, quæ in ea continentur. l. quæ in ea. de rei vindic. Itaque & ſi regulari N.A.

Digitized by Google

lariter quod ius eſt in toto, quoad totum, idem iuris eſt in parte, quoad partem, vulgata l. quæ de tota. ff. de rei vindic. tamen non quod iuris eſt in vniuerſo, idem eſt in rebus ſingulis. l. 30. Cod. de adq. poſſ. Non ſi res hæreditariæ vſucapi poſſūt, idcirco hæreditas vſucapitur. l. 14. ff. de ſeruit.

tum apparatus rerum diutius permanſurarum, ſine quibus non poſſet exerceri poſſeſſio: vt ff. de fun. inſtr. l. quæſitum. primo reſpon. Et ſunt inſtrumēta fundi, quæ fructus quærendi, cogendi, ſeruandi gratia comparata ſunt: vt ff. de fundo inſtr. l. inſtrumenta. in princ.

fūdus inſtructus [a] †, vel cum inſtrumēto [b] legatus fuerit. Nam fundo alienato [c], & inſtrumenti legatum extinguitur.

¶ Grex etiam in vnā oue retinetur: & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi, poſt teſtamentum. Idem eſt in legato ædium.

¶ Si grex [d] legatus fuerit, & poſtea ad vnā ouem [e] peruenerit: quod ſuperfuerit * † vēdicari [f] poteſt. Grege autē legato [g], etiam eas oues, quæ poſt teſtamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Eſt autem * gregis * vnum corpus [h] ex diſtātibus capitibus: ſicut ædium vnum corpus eſt ex cohærētibus lapidibus.

¶ a Inſtructus. Huic primo articulo contradicit. ff. de fundo inſtru. l. ſi cui. in fin. Sol. ſecundùm Ro. hic ſimpliciter propter rudes ſic loquitur. Vel dic, quod ſit idem, quod in partu & vicariis, & quod ſequitur cum inſtrumēto, referatur ad proximum de peculio. Vel ſubtilius, refert inter inſtrumentum fundi, quod perit ſemper perempto legato fundi: & inſtrumentum patrisfamiliàs, quod non perit, licet legatum fundi pereat, & hoc caſu loquitur lex contraria, & alia contraria in eod. tit. l. j. ar. contra. ff. de fun. inſtr. l. quæſitum. §. ſi fundus. & §. ſi inſtructo, quibus dicitur, ſi fundus inſtructus legatus ſit, inſtrumentum patrisfamiliàs continetur, non agri. Sed ibi ſubaudi, tantùm. Vel dic illam eſſe Pauli ſententiam in l. ſi cui. iſtam Labeonis à Iulia. probatam, & ſic corrigitur illa.

ADDITIO. Fundi inſtructi, legatū, quid differat à legato fundi cum inſtrumento, vide Anto. Angel. lib. emenda. ij. c. iiij.

N.A. † Inſtructus. Fundi inſtructi legato cōtinentur ea, quæ paterfamiliàs eius inſtruendi cauſa habuit, etiam præter neceſſaria. Inſtrumenti verò tantùm neceſſaria. l. 12. §. ſed ſi fundus. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. j. l. ſecunda. Codice de verbor. ſignif. Paulus autem huic Celſi ſententiæ perſpicuè aduerſatur in l. 5. ff. de inſtruct. vel inſtrum. lega.

¶ b Inſtrumento. Eſt autem inſtrumentum

¶ c Alienato. A teſtatore.

¶ d Si grex. Qui ex decem ouibus conſtat, vel quatuor, vel quinque porcis: vt ff. de abig. l. oues.

¶ e Ad vnam ouē. Sic ff. quod cuiuſq; vniuer. l. ſicut. §. fin. & ff. eodem j. lege, grege.

N.A. † Superfuerit. Nam & ſi gregis nomen peremptum eſt, ac proinde rei legatæ interitus ad legatarium pertinet. at dicto §. 15. ſuprà de legatis. tamen propter æquitatem reciprocationis hæc interpretatio admiſſa eſt: quoniam incrementum gregis ad eundem pertinet. lege 21. & leg. ſeq. ff. de leg. primo. Nam vniuerſitas adiectionum, & detractionem, augmentum & diminutionem recipit: vt de grege traditur in lege 21. §. primo de except. rei iud. De peculio, in l. 11. ff. de pecul. De familia, lege 65. de legat. ſecundo. De hæreditate, l. vigeſima. §. item nōn ſolùm. ff. de hæred. pet. Quod verò ſequitur infrà in hoc §. (Eſt autem gregis,) &c. Legendum arbitror enim, non autem.

¶ f Vendicari poteſt. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. fina. contra Solut. facilius perditur legatum vſusfructus, quàm proprietatis: vt arg. ff. eod. tit. l. repeti. §. rei mutatione. & ff. eod. j. l. ſi grege. in fine.

¶ g Legato. Sic ff. eod. l. grege. ſic infrà §. proximo.

¶ h Corpus. Tria enim ſunt corpora rerum. Vnum quod vno ſpiritu. i. elementatione continetur: vt homo, lapis. Secundùm, quod ex cohærentibus conſtat: vt domus, & armarium. Tertium,

[Margin notes: * ſuperfuit. * [illegible] * grex]

Aedibus †deniq; * legatis, columnas & marmora, quæ poſt teſtamentum factũ *adiecta sũt, legato dicimus * cedere ª †.

¶ Quicquid legato peculio, adhuc viuo teſtatore accreſcit vel decreſcit legatarij commodũ, vel dãnum reſpicit: quicquid verò mortuo teſtatore, nondũmq; adita hęreditate accedit, ipſi ſeruo manumiſſo cedit, quòd ſi alij quàm ſeruo legatum ſit, quod ex rebus peculiaribus augmẽtum prouenit, tantùm conſequitur legatarius.

¶ Si peculium legatum fuerit ᵇ: ſine dubio quicquid peculio ᶜ accedit, vel decedit, viuo teſtatore, legatarij lucro, vel damno eſt. Quod ſi poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem aliquid* ſeruus adquiſierit, Iulianus ait, ſi quidem ipſi manumiſſo peculium legatum fuerit, omne, qđ ante aditã hęreditatem adquiſitum eſt, legatario ᵈ cedere ᵉ:

* aliàs quoque.
*factum abundat.
* abeſt.
* abeſt.

tium, quod ex diſtãtibus corporibus: vt grex, & populus, vt hic, & ff. de vſucap. l. rerum miſtura. §. j. & ff. de rei vend. l. in rem actio. §. at in iis.

N.A. ¹ Aedibus. Acceſſio enim principali cedit. l. 44. §. 3. de leg. Et notandum, nullã rem ſingularem hæreditariam, eſſe partem hæreditatis. l. 11. ff. ſi quis omiſ cauſ. teſtam. Nullam rem legatã eſſe partem hæreditatis. l. 83. ff. ad leg. Falc. Nullã rem peculiarem eſſe partẽ peculij. l. quarta. § ſi ære. ff. de pecul. l. 1. §. 2. de trib. Nullam rem dotalem eſſe partem dotis. l. 5. ff. de impenſ. in reb. doſa.

¶ a Cedere. Sed columna, vel tignum domus legari purè non poteſt: vt ff. de legat. j. l. cętera. ne vrbs deformetur. Accurſius.

N.A. † Cedere. Stante Repub. ſi mortis teſtatoris tempore, is deficiebat, cui quid teſtamento relictum fuerat, ea bona caduca erant. Vlpianus titulo 17. Imperante Auguſto lata eſt Iulia Papia caducaria, vt ius illud ius caduci, vſque ad hæreditatis aditionem produceretur. lege prima. §. primo. Codice de cad. toll. Cedere porrò dicitur interdum legatum, interdum dies legati: non tantùm legatarij reſpectu, ſed hæredis ipſius ad quem tranſmittitur. l. 4. Cod. quand. dies leg. ced. Sed vſitatum eſt diem dici cedere, cùm debendi quidem cauſa ſubeſt, ſed eius dies nondum venit. lege 21. ff. illo titulo.

¶ Si peculium. CASVS. Flauius peculium legauit, ſiue ſeruo ipſi, ſiue alteri, viuo Flauio peculium creſcit, aut deminuitur: cuius erit ea accretio, aut decretio? legatarij. Quid ſi poſt Flauij mortem, ſed ante aditam hæreditatem id acciderit, cuius interim erit? Diſtinguo. Nam aut ſeruo legatum eſt peculium cum libertate. & tunc quia ſeruus non conſequitur libertatem niſi per aditionem, quodcunque acquiſitum eſt ante aditionem, accedet peculio: & per peculium poſtea manumiſſo acquiretur. Aut extraneo, id eſt, ei, qui non erat in poteſtate teſtatoris, legatum eſt peculium, & tunc rurſus diſtinguendum eſt. Aut enim ex rebus peculiaribus augetur peculium, veluti ex ancillæ partu, aut fundi fructibus, & tũc legatario debetur acceſſio. Aut ex alienis rebus, veluti ex operis ſuis: & tunc hęredis eſt acceſſio: quia ſeruus eſt ipſius hæredis. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd legatum peculij recipit augmentum & diminutionem viuo teſtatore. Item, quòd augmentum peculij legati ſeruo contingens poſt mortem ante aditam, cedit lucro ſerui. Item, quòd dies legati peculij ſeruo cedit ab adita hæreditate. Item, quòd augmentum contingens ex rebus peculiaribus poſt mortem ante aditam hæreditatem, ſpectat ad legatarium, aliter non. Item, quòd verbum extraneus, diuerſimodè ſumitur. Syl.

¶ b Legatum fuerit. Seruo, vel extraneo.

¶ c Peculio. Nam & futurum peculiũ legari poteſt: vt ff. de pecul. lega. lege, ei quoque. & facit ad hoc ſup. proximo §.

¶ d Legatario. Eidem quod manumiſſo. Accurſius.

¶ e Cedere. Not. tria tempora. ante mortem teſtatoris, & poſt, ante aditam hæreditatem, item & poſt: In primo

Digitized by Google

quia [a] huiuſmodi * legati dies ab adita hæreditate cedit †: ſed ſi extraneo peculium legatũ fuerit: non cedere eo legato, niſi ex rebus peculiaribus * auctũ fuerit [b].

¶ Datus libertati in vltima volũtate peculium (niſi expreſſim legatũ ſit) nequaquã petere poteſt: ſecus ſi inter viuos. ſi quid autem ſeruus, cui peculium quoque legatum fuit, pro domino impenderit, nõ repetit. Itẽ, legata alicui libertate, ſi rationes reddiderit, & reliqua intulerit, etiã legatum videtur peculium.

mo tempore, ſcilicet quo inuenitur ceſſiſſe dies legati, omnes legatarij ſunt pares. nam quicquid eo tempore acquirit ſeruus talis: ei cui hoc peculium eſt legatum, acquirit: ſiue ipſi ſeruo, ſiue alij extraneo ſit relictũ: quia non cedũt legata. ſimiliter in tertio, ſcilicet, ſunt pares. In ſecundo, diſtinguitur extraneus à ſeruo, vt hic. Nã quod legatũ cedit extraneo à morte, hoc ſeruo ab adita hæreditate: quia nec libertas ſibi prius debetur. C. de cad.tol. l. vnic. §. cum igitur.& §.in nouiſſimo. Nam plura legata, vel in diem certã relicta à morte cedunt: niſi in ſex caſibus, vbi ab adita hæreditate: vt C.de cadu.tol.§.cùm igitur.& §.in nouiſſimo. & ff. quando dies leg. ced.l.ij.inter quos legatum ſeruo manumiſſo relictum, eſt vnum: vt hic. Conditionalia, vel in diem certum relicta, ex die vel ex conditione exiſtente cedunt, id eſt, tranſmittuntur ad hæredes. [Adde, hoc verum in re de ſui natura non tranſmiſſibili: quia tunc trãſit ab adita, vt in legato ſeruitutum perſonalium. l.ſi poſt diem.ff.quando dies lega.ced. & idem in realibus.l.receptum.in fin.ff. commu.prædio.& in pluribus caſibus not. in d. §. in nouiſſimo.Syl.] Nam ante conditionem vel diem venientem ſi decedit legatarius, non tranſmittuntur, vt C.de cadu.tol. l. vnic. §.ſin autem. niſi in tribus caſibus. Primus. ff. de cond.& demonſtr.l. conditiones. Secundus, ff. eod.j.l.iij. Tertius, ff. quando dies lega. ced. l.ſi cum præfinitione. Item verbum, cedere, duas habet ſignificationes, id eſt, incipere deberi: vt ff. de verb. ſignific.l. cedere. Item, cedere quãtum ad tranſmiſſionem, vt accipitur. C. de cadu. tollend. per totum. & in vtraque poteſt hic accipi.

Adde, quòd dicitur cedere quatuor modis: aut quo ad tranſmiſſionem, aut quo ad oblationem, aut quo ad petitionem, aut quo ad dominij tranſlationem. de quo per doctor. in l. j. commu. de leg. Sylueſt.

a Quia. Bona eſt ratio. ſi enim prius cederet, idem eſſet, quod in extraneo. Eſt & alia ratio: vt ff.de pecu. leg. l.denique.§.fin. vbi dicitur, quòd veriſimile eſt eum omne augmentum ad ipſum pertinere voluiſſe, cui, &c.

† Cedit. In ſeruo, dies huius legati ab hæreditate adita cedit, in extraneo, à mortis tẽpore l. viij. §. vlt. ff. de pecul. lega. Priori cauſa eſt: Quia in legato libertatis, idem ceſſionis, qui adquiſitionis, id eſt, aditionis dies eſt; cum libertas non niſi adita hæreditate competat l. viij. C.quando dies leg.ced. At poſterioris, quia quod ſeruus iacente hæreditate adquirit, hæredi futuro adquirit. l. lx. de adquir.rer.dom.

b Auctum fuerit ſ. peculium.

Peculium autem. CASVS. Dauus à Simone viuo manumiſſus eſt, cuius eſt peculium? Daui. Quid, ſi teſtamento manumiſſus eſt, vt libertate fruatur, Simone mortuo? Peculiũ hæredi cedet. Dauus peculium habet centũ aureorum, is in meas res decem aureos de ſuo impenderat: ei ergo moriens & libertatem & peculium legaui. Centum aureos habebit, decem non habebit: quia legata ſola ea ſunt, quæ liquida & parata erant, non quæ rationibus meis implicata. Titius ſeruum ſuũ atrienſem, id eſt, cui res omnes familiæ commiſſæ fuerant, ita liberum moriens eſſe iuſſit, Cùm rationes retulerit: quæro an ei ſit legatum peculium? maximè. Quia niſi legato ei peculio, fruſtrà reliqua reddere iubebatur, cùm nihil haberet. Duo §§. ſequentes per caſum & exẽplum expoſiti ſunt. Cornel. Vibul.

Not. quòd argumentum de contractibus ad vltimas voluntates non valet, vbi eſt diuerſa ratio. Item, quòd manumiſſio inter viuos tribuit peculium, ſecùs in vltima voluntate. Item, quòd in legato peculij ſeruo facto in dubio non continentur debita à domino

* huius.

* Aliàs, auctum fuerit peculiũ.

N.A.

mino

mino ipſi ſeruo, ratione peculij. Item, quòd ſi legata eſt libertas ſeruo, ſi rationes reddiderit, cenſetur legatum peculium. Syluest.

a Peculium. Sic C. de pecu. eius qui lib. me. l. j.

b Quãuis. Cur tam variè? Reſpond. quia ſecundo caſu, ſcilicet quãdo inter viuos operas eius manumiſſor erat habiturus, vnde conuerſa donatio præſumitur ſecũdùm Ioan. vt ff. mand. l. ſi verò nõ. §. idem Papin. vel ſecũdum P. propter præoccupationẽ mortis: quia præſumitur auferre ſi potuiſſet: vt in auth. de trien. & ſe. §. illud quoque. ibi, præ tumultu mortis anguſtiatus, &c. & C. qui teſta. facere poſſ. l. hac cõſultiſſima. §. at cum.

¶ Peculium [a] autem niſi legatum fuerit, manumiſſio non debetur, quãuis [b] † ſi viuus manumiſerit, ſufficit, ſi non adimatur. & ita diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt, peculio legato [c], non videri id relictum: vt petitionẽ [d] habeat pecuniæ, quã in rationes dominicas impenderit. Iidẽ reſcripſerunt, peculiũ videri legatũ, † cùm rationibus [e] redditis, liber eſſe iuſſus eſt, & ex eo reliqua [f] inferre [g].

¶ Iura incorporalia poſſũt legari. A.

¶ Tam autẽ corporales res legari poſſunt, quàm incorporales [h] †, & ideo quod defuncto debetur, poteſt alicui legari, vt actiones † ſuas heres legatario præſtet [i]: niſi exegerit [k] viuus teſtator pecuniã * nam hoc caſu legatum extinguitur.

¶ Facta legari poſſunt.

l. ſi ſeruus vetitus. in fine. Rationes autem reddere dicitur, quando amoto dolo & fraude reddit: vt ff. de fideicõ. liber. l. Thais. §. Stichus.

f Reliqua. Alias reliquas, id eſt, alia, quæ erant reddenda, reddere: cùm iam quædam reddiderat, vel etiam ſi nihil: vt ff. de verbor. ſignificat. l. cæterorum.

ADDITIO. Collatis creditorum & debitorum nominibus, cum eam pecuniam quam ipſi debemus, & quam alij nobis, redigimus in ſummam: id quod ſuperat à nobis, Reliqua dicuntur.

g Inferre. Repete, iuſſus eſt.

h Incorporales. i. actiones & ſeruitutes: vt ſ. de reb. corp. & incor. & ff. de de leg. j. l. j. & l. cætera. in princ. *ſibi debitã.*

N. A. † Quamuis. Qui inter viuos manumittens peculium relinquit, tacitè illud donare intelligitur l. 53. ff. de pecul. At teſtatorum voluntas ex verbis æſtimatur. l. vj. de tranſ. ff. l. j. C. de pecul. eius quilibet.

c Peculio legato. ſcilicet ſeruo. & etiam libertas fuit legata. aliud ſi extraneo: vt ff. de pec. lega. l. vj. §. fin. & l. ſi Sticho. Accurſ.

d Petitionem. Niſi teſtator fuit huius conſuetudinis, vt redderet ſeruo, quæ ſibi debebat: vt ff. de pecu. leg. l. dominus Sticho. §. j. in fin.

N. A. † Videri legatum. Atque hoc eſt quod dici ſolet. Exceptio in caſibus exceptis regulam confirmat.

e Cum rationibus. Quaſi diceret, ſi relinquo ſeruo libertatem, rationibus ab eo redditis: eo ipſo & peculium legare ſibi videor. [Adde, quòd hác glõ. diſputatiuè reprobat Præpoſ. Senen. in viij. quæſt. ſexti caſus. col. fin. Syluest.] Aliud è contra ſi libertatem relinquo, & rationes reddere veto: quia nõ videtur legatũ peculium: vt ff. de legat. j.

† Incorporales. Veluti ſeruitus, dos, peculium, liberatio. §. 3. ſuprà hoc tit. N. A.

i Præſtet. Siue ceſſione tamen vtiles habet legatarius: vt C. eod. l. ex legato. Accurſius.

ADDITIO. Niſi res ſit litigioſa. vel lis cœpta. l. quicunque. & authent. nunc ſi hæres. C. de liti. ſecũdùm Ang. Et nota, quòd quamuis directam perſonalem exercere non poſſit, niſi cedatur: poterit tamen exercere directam realem, quæ quia non oſſibus affixa eſt, transfertur in eum recta via. l. ſiue. §. fin. cum l. ſeq. ff. de condi. fur. Angel.

† Actiones. Significat non ipſam pecuniam legatario ab hærede præſtari, ſed tantùm actiones ei cedi l. 75. & l. 105. ff. de legat. j. N. A.

k Niſi exegerit. Nam ſi exegerit, ſemper in dubio præſumo voluiſſe legatum extingui: vt ff. de adi. legat. l. pen. §. fin. & de lib. lega. l. nõ ſolùm autem. §. liberatio. niſi probetur contrarium, vel quia debitor vltro obtulit eo non petente: vel quia exactam pro legatario

¶ Sed & tale legatum valet, Dānas† eſto hæres meus, domum illius reficere: vel, Illū ære alieno liberare.[a]

¶ Legati in genere, electio eſt legatarii.

¶ Si generaliter † ſeru⁹ vel res alia [b] legetur electio legatarij [c] † eſt, niſi aliud teſtator dixerit.

¶ Optandi ius (quicquid antiquo iure ſeruatetur) hodie ad hæredes transfertur: pluribus autē, quibus optio cōperit inuicē circa optādum diſſentientibus, illius in optione potior erit ſententia, ad quē ſors deuenerit.

¶ Optionis legatum, id eſt, vbi teſtator ex ſeruis ſuis vel aliis rebus optare legatarium iuſſerat, habebat

tario depoſuit: vt ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem.

N.A. † Damnas. Formula legati. hoc dicitur per damnationem, ſcilicet. Vlp. tit. 24. Paul. lib. 3. ſentent. cap. 6.

a Aere alieno liberare. Nam vtilitatē habet.

Si generaliter. CASVS Craſſus multos habebat ſeruos. in teſtamento ſic ſcripſit: Lucullo ſeruum do, lego, ex multis ſeruis vter eliget, hæres an Lucullus? Sine dubio Lucullus: ita tamē vt optimum & præſtātiſſimū non eligat. Cor. Vib.

N.A. † Generaliter. Iuriſcōſulti ex Stoicorum ſententia ſpeciem appellant, quod Ariſtoteles indiuiduum: veluti Stichū, Pamphilum. Genus contra, quod illi ſpeciem: veluti ſeruum, fundum, hominem, cuius notione, omnes ſerui comprehenduntur l. talis 30. l. cum res. 47. §. 1. de leg. j. l. in ſtipulationis. 54. ff. de verb. oblig.

b Res alia. vt equus.

c Electio legatarij. Et à principio, & ex poſt facto, ſecundum B. vt hic. & ff. de lega. j. l. ſi ſeruus legatus. §. cum homo. Sed Rogle. à principio dabat electionē hæredi: ſed ex cōtumacia transferebatur in legatarium: arg. ff. de ſer. l. ſi cui. & C. de ſol. l. j. Ioan. diſtinguit, aut in genere generaliſſimo, vel ſubalterno: vt ſi ſubſtantia, vel corpus vel animal legatur: quo caſu non valet: cum feſtucam vel muſcam dando liberetur: vel in eo genere, quod dialectici ſpeciem appellant: vt homo & ſimilia, & tunc ſubdiſtingue: aut habebat in hæreditate ſeruos: & tunc legatarius eligit, dummodo nō meliorem: vt hic, & ff. eo. l. legato. j. reſpō. & l. qui duos. & de lib. l. ij. [Adde, ꝙ ratio eſt, quia ex quo cōpetit rei vēdicatio ad vnum ex illis. l. huiuſmodi. §. ſi cui homo. ff. de lega. j. ſi non haberet electionem, non poſſet ea agere. Syl.] Aut non habebat: & tunc hæres eligit vt ff. de vitri. & oleo leg. l. iij. j. reſpond. & l. iiij. [Adde, quòd ideo eſt: quia ex quo cenſetur legata res aliena, nō videtur electio legatarij. l. ij. ff. de oper. leg. Syl.] Si autem teſtator ex certis reliquit incertum: aut ipſe ſenſit de certo (quod patet expreſſo nomine eius) & tunc eligit hæres, & eius voluntatem interpretatur: vt ff. eod. j. l. ſi quis à filio §. ſi quis plures. aut non ſenſit: & tunc legatarius eligit: vt ff. de leg. j. l. qui duos. [Adde, ꝙ eo caſu ſecundum cōmunē opinionem hęres poteſt dare deteriorem: quia dicūt hanc eſſe declarationem volūtatis, quæ de minimo intelligitur. Syluest.] In domo autem in genere legata, ſi habet teſtator domos vnam ex his eligit hæres: ſi non habet, & reliquit deriſorium eſt legatum: vt ff. eod. j. l. ſi domus. In fundo autem in genere legato dic non valere legatum: cùm vnius digiti poſſit fieri fundus: vt ff. de iur. dot. l. cum poſt. §. gener. & ff. eod. j. l. licet. & l. quod in rerum. §. quod ſi quis.

Adde, ꝙ videtur eadem diſtinctio facienda, ꝙ aut habet fundos, & vnum ex eis legaſſe videtur, & ita intelligitur §. gener. aut non, & procedit glo. Nam ratio aſſignata nō releuat, ſi præſumimus teſtatorem de vno ſuorū ſenſiſſe. Non enim poterit hæres deminuere contra mentem teſtantis. Syl.

† Legatarij. Homine generaliter legato, ſi quidem per vindicationem, legatarij eſt electio. L. ſi ſeruus. 108. §. 2. l. ſi domus. 71. de leg. j. Si per dānationem, hæredis. l. cum ſeruus. 39. §. ſcio. l. 45. ff. eod. tit. l. 29. §. 1. ff. de lega. 3. Sed tamen neque optimū deliget legatarius, neq; peſſimū hæres dabit l. lega. 37. de leg. j. N.A.

Optionis. CASVS. Lucullus ita ſcripſit, Optato Titius è familia mea ſeruum vnum. vel ex ſtabulo equum. Titius antè, quàm optaſſet, atque delegiſſet equum, moritur. quæro, an eius hæres legatum petere, & optare poſſit?

Digitized by Google

poſſit? Noua lege Imperatoris poteſt. Sed ecce, Lucullus ita ſcripſit, Optando quatuor illi mei amici equum ex meis vnum, ſibique habeant. In optando diſſentiunt, quid fiet? Sors educetur, & cui ſors fauerit, ei optio electióque dabitur: quod etiã in legatarij cohæredibus conſtitutum eſt. Sequens §. per ſe facilè intelligitur, & ex §. teſtamenti. ſupra de hæred. qualitat. & differ. Quatuor verò ſequentes per exemplum expoſitos lector attẽtus facilè cognoſcet. Corn. Vibul.

* ſactitã.
* optauerat.
* abeſſ.
* abeſſ.
* exiſtant.

¶ Not. quòd legatum ſerui, vel alterius rei, quã legatarius optauerit, eſt conditionale. Item, quòd legatum conditionale nõ trãſmittitur. Item, quòd diſſentio plurium ſorte dirimitur. Syl.

¶ a Conditionem. ſcilicet ſi eligeret.

olim in ſe conditionem [a] † *. Et ideo [b] niſi ipſe legatarius viuus optaſſet *, ad hæredem legatum non tranſmittebat. Sed ex conſtitutione [c] noſtra & hòc in meliorem ſtatum reformatum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarij optare ſeruum *, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito & * hoc in noſtra conſtitutione [d] additum eſt, vt ſiue plures legatarij extiterint *, quib9 optio relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendò: ſiue vnius legatarij plures hæredes ſint, & inter ſe circa optandum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente [e]. ne pereat legatũ (quod plerique prudentium cõtra beneuolentiam [f] introducebant) fortunã † eſſe huius optionis iudicem, & ſorte [g] hoc eſſe dirimendum: vt ad quem ſors peruenerit *, illius ſententia [h] in optione præcellat.

¶ Illi poſſunt ex titulo legati capere, qui poſſunt hæredes inſtitui.

¶ Legari autẽ illis ſolùm [i] poteſt, cũ quibus teſtamenti factio [k] eſt.

* per.

¶ e Eligere cupiente. & alio aliud ſubaudi.

¶ f Contra beneuolentiam. i. contra æquitatem. ſcilicet, quod perirent. id eſt, de iure ſtricto perire deberent: vt ff. eod. j. l. huiuſmodi. §. fin.

¶ g Et ſorte. Vel cum taxilis, vel alio modo. ſic ff. de iud. l. in tribus. Sed quare iudex nõ cõpellit eos ad cõſentiendũ? vt ff. eo j. l. huiuſmodi. in fin. Reſpond. imo hoc modo cõpellit. vel ibi cõpellit in actione eligenda, quæ datur à iure: hic autẽ nõ cõpellit in eo, quod datur à teſtatore.

N. A. † Fortunã. Vbi vel plures legatarij, vel vnius hæredes plures inter ſe diſſentiunt, ſorte qui optet, eligitur. l. vlt. C. de lega.

¶ h Sentẽtia. Vt tamẽ cæteris æſtimationẽ præſtet ſuarũ partium, vt C. commu. de leg. l. fin. in principio.

¶ i Solùm. Et contrà, idem ſolus legat: vt ff. de leg. j. l. ij.

¶ k Teſtamenti factio. In paſſiua ſignificatione accipe: vt ſuprà de hæred. qua. & differ. §. teſtamenti. Sed qui ſunt iſti qui non habent teſtamenti factionem? Reſpon. incerta perſona: vt infrà proxi. §. Item, peregrinus, ſiue deportatus: vt C. de her. inſt. l. j. [Adde, quòd ratio eſt, quia hereditas ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato deferatur, eſt de iure ciuili. l. obuenire. ff. de verb. ſignif. & deportatus, licet naturaliter viuat, tamen perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis. l. j. §. pen. ff. de contra tab. Syl.] Item, in metallum dãnatus: vt ff. de iis, quæ pro non ſcript. haben. l. ſi in metallum. [Rationem aſſignat ibi tex. quia efficitur ſeruus pœnæ, non Cæſaris. Syluest.]

ADDITIO. Solutio clarè decidẽs hanc dubitationem, hæc eſt, quòd in ſpecie verum eſt, quod dicitur in tex. in quantitate verò ſequamur locum certum. ff. de trit. vin. ol. vt, genere legato, arbitrium ſit hæredis, quoniam quãtitas determinata certitudinem facit vini, oleíve, quod in ſpecie nõ euenit: genere enim legato, incerta ſunt omnia, præter ſubſtantiam rei.

N. A. † Conditionem. Si vnius optaſſet, nam perſonalis eſt electio, & regulariter non tranſit ad hæredes l. xxxiij. §. 2. de adm. tutel.

¶ b Et ideo. Bona ratio: vt C. de cad. tol. l. vnic. §. ſin autem.

¶ c Ex conſtitutione. Quæ eſt C. communia de leg. l. fin. in princ.

¶ d In noſtra conſtitutione. ſcilicet prædicta.

Syluest. Item, ſeruus de adulterio cum domina commiſſo accuſatus: vt ſuprà de hær. inſtit. §. ij. Item collegium, niſi probetur licitum. vt C. de hær. inſtit. l. collegium. Item inceſtuoſi: vt in authentica, quibus mod. natu. effici. ſui. §. vltimo. Item, hæretici maioris hæreſis: vt Codice de hæreticis. l. Manichęos. §. ipſos quoque. & §. ergo. Item apoſtatæ: vt Cod. de apoſta. l. ij. qui ſanctam. Item. mulier nubens intra annum à tempore mortis mariti: vt in authen. de nupt. §. primo, columna iij.

¶ Adde, quòd hodie hoc eſt correctum. cap. ſi. de ſecun. nup. Syluest.

N.A. †Perſonis. Quia certum conſiliū debet eſſe teſtantis. Vlpian. titulo 20. Qua de cauſa, nec res incerta legari poteſt. l. cum poſt. 69. §. 3. ff. de iur. dot.

*i. collocauerit. ¶a Conceſſum. erat. Hodie contra, etiam ante legem Græcam inferiorem, in pauperibus. Co. de epiſc. & cle. l. id quod.

ADDITIO. Tu dic, quòd aut incertitudo eſt in perſona legantis, & valet legatum: quia hæredi onus iniūctum intelligitur. aut in perſona legatarij: & tunc aut certificanda ex futuro euentu, aut non. Primo caſu valet, etiam ſi erat incerta de incertis: vt l. ſi quis ita ſcripſerit ff. de reb. dub. Secundo caſu valet, ſi per legem certificatur: vt d. l. id quod. C. de epiſ. & cler. ſed de hoc vide Ang.

¶b Nam ne miles. Cuius, ſcilicet, militis voluntas ſeruatur pro lege, aliàs: vt Cod. de teſt. mil. l. prima.

¶ Neque paganus, neque miles poterant olim incertæ perſonæ relinquere: & quæ dicatur perſona incerta declarat per duo exempla. Ang.

¶ Incertis verò perſonis †, neq; legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat [a]. Nam ne miles [b] quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, vt diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta† autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiiciebat: veluti ſi quis ita dicat: Quicūq; filio meo filiā ſuam in matrimonium dederit*, ei hæres meus illū fundum dato. Illud quoque quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati eſſent [c] *: æquè incertę perſonæ legari videbatur. Et deniq; multæ aliæ huiuſmodi ſpecies ſunt.

¶ Olim legatum etiam libertatis (quæ eſt multum fauorabilis) incerta perſona factum erat inualidum.

¶ Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari [d]: quia placebat nominatim ſeruos liberari [e].

¶ Incertę perſonæ ex certis perſonis, etiam olim legari poterat. Angel.

¶ Sub certa [f] verò

N.A. † Incerta. Fortuna cæca, id eſt, cùm neque ex incertis certa, neque ex certis incerta perſona eſt. Vlpianus titulo 24. §. incertæ. & Paulus libro tertio ſentent. titulo ſexto. Vnde intelligitur, incertam perſonam ex certo numero, vel corpore vel collegio certam perſonam cenſeri. * [illegible]

¶ c Deſignati eſſent. In Kalē. Ianu. ſortiebautur, id eſt, incipiebant honores adminiſtrare, & ante per tres menſes deſignabātur: vt ff. de condi. & demon. l. Publius. & Codice de magi. mu. l. prima.

¶d Poſſe dari. vt ſi dicat ita. Illum liberum eſſe volo qui Capitolium primus aſcenderit, vel ſimile fecerit: vt ſuprà proximo §. incertis. Vel Stichum liberum eſſe volo, cùm habeat duos Stichos: vt ff. de ma. teſtam. lege, cùm ex pluribus.

¶ e Seruos liberari. Aduerte, quòd in aliquibus libris ſequitur iſta clauſula, Tutor quoque incertæ perſonæ dari non poteſt, quam non inuenies in emendatis codicibus: & ſi ea, quæ ſequuntur in textu & gloſſa diligenter perſpexeris, profectò eam prorſus ſuperuacuam iudicabis.

¶f Sub certa. Sic ff. de legatis primo, lege tertia. §. hoc amplius. ſic ff. de legatis primo. lege, ſi ſeruus legatus. §. huiuſmodi. ſic ff. de rebus dubiis, lege, quidam. ſic ff. eodem j. l. legato. §. primo.

Digitized by Google

olim in ſe conditionem a †*. Et ideo b niſi ipſe legatarius viuus optaſſet*, ad hæredem legatum non tranſmittebat. Sed ex conſtitutione c noſtra & hoc in meliorem ſtatum reformatum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarij optare ſeruum*, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito & * hoc in noſtra conſtitutione d additum eſt, vt ſiue plures legatarij extiterint*, quib9 optio relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo: ſiue vnius legatarij plures hæredes ſint, & inter ſe circa optandum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente e, ne pereat legatū (quod plerique prudentium cōtra beneuolentiam f introducebant) fortunā † eſſe huius optionis iudicem, & forte g hoc eſſe dirimendum: vt ad quem ſors peruenerit*, illius ſententia h in optione præcellat.

¶ Illi poſſunt ex titulo legati capere, qui poſſunt hæredes inſtitui.

¶ Legari autē illis ſolùm i poteſt, cū quibus teſtamenti factio k eſt.

* taciti. * optauerat. * abſq. * abſq. * exiſtant. * per.

poſſit? Noua lege Imperatoris poteſt. Sed ecce, Lucullus ita ſcripſit, Optando quatuor illi mei amici equum ex meis vnum, ſibique habeant. In optando diſſentiunt, quid fiet? Sors educetur, & cui ſors fauerit, ei optio electióque datur: quod etiā in legatarij cohæredibus conſtitutum eſt. Sequens §. per ſe facilè intelligitur, & ex §. teſtamenti. ſupra de hæred. qualitat. & differ. Quatuor verò ſequentes per exemplum expoſitos lector attētus facilè cognoſcet. Corn. Vibul.

¶ Not. quòd legatum ſerui, vel alteriu. rei, quā legatarius optauerit, eſt conditionale. Item, quod legatum conditionale nō trāſmittitur. Item, quòd diſſentio plurium ſorte dirimitur. Syl.

¶ a Conditionem. ſcilicet ſi eligeret.

ADDITIO. Solutio clarè decidēs hanc dubitationem, hæc eſt, quòd in ſpecie verum eſt, quod dicitur in textu: in quantitate verò ſequamur locum certum. ff. de trit. vin. ol. vt, genere legato, arbitrium ſit hæredis, quoniam quātitas determinata certitudinem facit vini, oleive, quod in ſpecie nō euenit: genere enim legato, incerta ſunt omnia, præter ſubſtantiam rei.

N.A. † Conditionem. Si vnius optaſſet, nam perſonalis eſt electio, & regulariter non tranſit ad hæredes l. xxxiij. §. 2. de adm. tutel.

¶ b Et ideo. Bona ratio: vt C. de cad. tol. l. vnic. §. ſin autem.

¶ c Ex conſtitutione. Quæ eſt C. communia de leg. l. fin. in princ.

¶ d In noſtra conſtitutione. ſcilicet prædicta.

¶ e Eligere cupiente. & alio aliud ſubaudi.

¶ f Contra beneuolentiam. i. contra æquitatem. ſcilicet, quod perirent. id eſt, de iure ſtricto perire deberent: vt ff. eod. j. l. huiuſmodi. §. fin.

¶ g Et forte. Vel cum taxilis, vel alio modo. ſic ff. de iud. l. in tribus. Sed quare iudex nō cōpellit eos ad cōſentiendū? vt ff. eo. j. l. huiuſmodi. in fin. Reſpond. imo hoc modo cōpellit. vel ibi cōpellit in actione eligenda quæ datur à iure: hic autē nō cōpellit in eo, quod datur à teſtatore.

N.A. † Fortunā. Vbi vel plures legatarij, vel vnius hæredes plures inter ſe diſſentiunt, ſorte qui optet, eligitur. l. vlt. C. de lega.

¶ h Sentētia. Vt tamē cæteris æſtimationē præſtet ſuarū partium, vt C. commu. de leg. l. fin. in principio.

¶ i Solùm. Et contrà, idem ſolus legat: vt ff. de leg. j. l. ij.

¶ k Teſtamenti factio. In paſſiua ſignificatione accipe: vt ſuprà de hæred. qua. & differ. §. teſtamenti. Sed qui ſunt illi qui non habent teſtamenti factionem? Reſpon. incerta perſona: vt infrà proxi. §. Item, peregrinus, ſiue deportatus: vt C. de her. inſt. l. j. [Adde, quòd ratio eſt, quia hereditas ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato deferatur, eſt de iure ciuili. l. obuenire. ff. de verb. ſignif. & deportatus, licet naturaliter viuat, tamen perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis. l. j. §. pen. ff. de contra tab. Syl.] Item, in metallum dānatus: vt ff. de iis, quæ pro non ſcript. haben. l. ſi in metallum. [Rationem aſſignat ibi tex. quia efficitur ſeruus pœnæ, non Cæſaris. Syluest.]

Digitized by Google

¶ Neque paganus, neque miles poterant olim incertæ perſonæ relinquere: & quæ dicatur perſona incerta declarat per duo exempla. Ang.

¶ Incertis verò perſonis †, neq; legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat [a]. Nam ne miles [b] quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, vt diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta † autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiiciebat: veluti ſi quis ita dicat: Quicũq; filio meo filiã ſuam in matrimonium dederit*, ei hæres meus illũ fundum dato. Illud quoque quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati eſſent [c] *: æquè incertę perſonæ legari videbatur. Et deniq; multæ aliæ huiuſmodi ſpecies ſunt.

¶ Olim legatum etiam libertatis (quæ eſt multum fauorabilis) incerta perſona factum erat inualidum.

¶ Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari [d]: quia placebat nominatim ſeruos liberari [e].

¶ Incertę perſonæ ex certis perſonis, etiam olim legari poterat. Angel.

¶ Sub certa [f] verò

Syluest. Item, ſeruus de adulterio cum domina commiſſo accuſatus: vt ſuprà de hær. inſtit. §. ij. Item collegium, niſi probetur licitum. vt C. de hær. inſtit. l. collegium. Item inceſtuoſi: vt in authentica, quibus mod. natu. effici. ſui. §. vltimo. Item, hæretici maioris hæreſis: vt Codice de hæreticis. l. Manichęos. §. ipſos quoque. & §. ergo. Item apoſtatæ: vt Cod. de apoſta. l. ij. qui ſanctam. Item. mulier nubens intra annum à tempore mortis mariti: vt in authen. de nupt. §. primo, columna iij.

¶ Adde, quòd hodie hoc eſt correctum. cap. ſi. de ſecun. nup. Syluest.

N.A. †Perſonis. Quia certum conſiliũ debet eſſe teſtantis. Vlpian. titulo 20. Qua de cauſa, nec res incerta legari poteſt. l. cum poſt. 69. §. 3. ff. de iur. dot.

*i. collocaueris.

¶a Conceſſum. erat. Hodie contra, etiam ante legem Græcam inferiorem, in pauperibus. Co. de epiſç. & cle. l. id quod.

ADDITIO. Tu dic, quòd aut incertitudo eſt in perſona legantis, & valet legatum: quia hæredi onus iniũctum intelligitur. aut in perſona legatarij: & tunc aut certificanda ex futuro euentu, aut non. Primo caſu valet, etiam ſi erat incerta de incertis: vt l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de reb. dub. Secundo caſu valet, ſi per legem certificatur: vt d. l. id quod. C. de epiſ. & cler. ſed de hoc vide Ang.

¶b Nam ne miles. Cuius, ſcilicet, militis voluntas ſeruatur pro lege, aliàs: vt Cod. de teſt. mil. l. prima.

N.A. † Incerta. Fortuna cæca, id eſt, cùm neque ex incertis certa, neque ex certis incerta perſona eſt. Vlpianus titulo 24. §. incertæ. & Paulus libro tertio ſentent. titulo ſexto. Vnde intelligitur, incertam perſonam ex certo numero, vel corpore vel collegio certam perſonam cenſeri.

*æque.

¶ c Deſignati eſſent. In Kalẽ. Ianu. ſortiebautur, id eſt, incipiebant honores adminiſtrare, & ante per tres menſes deſignabãtur: vt ff. de condi. & demon. l. Publius. & Codice de magi. mu. l. prima.

¶d Poſſe dari. vt ſi dicat ita. Illum liberum eſſe volo qui Capitolium primus aſcenderit, vel ſimile fecerit: vt ſuprà proximo §. incertis. Vel Stichum liberum eſſe volo, cùm habeat duos Stichos: vt ff. de ma. teſtam. lege, cùm ex pluribus.

¶ e Seruos liberari. Aduerte, quòd in aliquibus libris ſequitur iſta clauſula, Tutor quoque incertæ perſonæ dari non poteſt, quam non inuenies in emendatis codicibus: & ſi ea, quæ ſequuntur in textu & gloſſa diligenter perſpexeris, profectò eam prorſus ſuperuacuam iudicabis.

¶f Sub certa. Sic ff. de legatis primo, lege tertia. §. hoc amplius. ſic ff. de legatis primo. lege, ſi ſeruus legatus. §. huiuſmodi. ſic ff. de rebus dubiis, lege, quidam. ſic ff. eodem j. l. legato. §. primo.

Digitized by Google

demonſtratione, id eſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ rectè legabatur: veluti ex cognatis † meis, qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato.

¶ incertis autem perſonis [a] legata vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſoluta, repeti non poſſe † , ſacris conſtitutionibus cautum erat *.

¶ Poſthumo quoque alieno inutiliter † antea * legabatur [b]. Eſt autẽ alienus poſthum°, qui natus inter ſuos [c] †,

N.A. † Ex cognatis. Vnus ex certo perſonarum numero, incerta perſona non eſt. l.5.ff.de reb.dub.

¶ a Repeti non poſſe. Quaſi naturale debitum: vt ff.de condi. indeb. l. Iulianus. in fin. & l. frater à fratre. in prin. ibi, naturalem enim. & l.ſi dominus, in fine.

ADDITIO. Multa ſũt enim quæ peti non poſſunt, ſi tamẽ errore facti ſoluatur, repeti nõ poſſunt. l. lege Iulia. ff.de cõd. ind.

N.A. † Repeti non poſſe. Repeti, inquam, quia naturale debitum eſt, cuius ſoluti nulla repetitio. l.64.ff. de condit. indeb. §.vltimo. infrà de oblig. quæ ex qua. del.

¶ Licet legata incertis perſonis facta olim eſſent inualida: ſi tamẽ per errorem ſoluta fuerant, repeti non poterant. Angelus Aretinus.

¶ Olim non poterat legari poſthumo alieno, id eſt, qui non erat teſtatori futurus ſuus hæres.

¶ Poſthumo quoque. CASVS. Quæro an alieno poſthumo legari poſſit? minimè. Et quis eſt alienus poſthumus? Filius teſtatoris nondum natus, ſi naſcatur humato patre ſuus erit ei hæres: nepos eiuſdem ex filiò non emancipato conceptus. Si ex contrario, nepos conceptus ex filio poſt emancipationem, ſi naſcatur, non erit auo ſuus hæres: quia in eius poteſtate non naſcetur. In ſequenti §. ſtoliditas ac ſtultitia eorum perſpicitur, qui haſce Inſtitutiones contexuerunt: narrarunt nobis odioſè fabulas antiquas, eas ſe dicunt abrogaſſe. quid conſtituerint, non exponunt: & hoc amplius, nouam illam conſtitutionem Codici ſuo ademerũt. Sequens §. non indiget interpretatione. Cornel. Vibul.

Nota quod olim poſthumo alieno legari nõ poterat. Itẽ, quis dicatur poſthumus alienus. Item, quod hodie in certa perſona poteſt hæres inſtitui, & ei legari. Item, quòd illud euidenter apparere dicitur quod conſtat ex lectura alicuius rei. Item, quòd tutor incertus nec antiquo nec nouo iure dari poteſt. Item, quòd poſthumus alienus de iure prætorio olim inſtitui poterat. Syl.

b Legabatur. Sed nec inſtituebatur iure ciuili: vt ff.de lib.& poſthu.l. Gallus.§.ille caſus.

¶ Adde, quod de iure ciuili antiquiſſimo leg. xij. tab. ſolum inſtitui poterat poſthum° futurus ſuus tẽpore teſtamenti, vt hic. Fuit poſteà tempus C.Aquilij, quo conceſſum eſt inſtitui poſſe poſthumum futurũ ſuum tempore mortis. Secutũ eſt tempus primi capitis l. Velle. quo inductum eſt inſtitui poſſe illum, qui teſtamenti tempore erat alienus, tẽpore mortis erat futurus ſu°. Quartũ tempus fuit Iul. iure cõſulti, quo conceditur inſtitui, illum, qui tempore teſtamenti eſt alienus, & naſcitur non ſuus, ſed ex poſt facto eſſet ſuus ſuccedendo in locum præcedentis. Quintum tempus eſt iuris Prætorij, quo alienus poterat inſtitui, & habet bonorum poſſeſſionem. Vltimum tempus eſt conſtitutionum, quo indiſtinctè poteſt inſtitui, etiam non futurus ſuus. Syl.

† Inutiliter. Quaſi aut incerta perſona eſſet, aut ne perſona quidem, in qua legatum conſiſteret. l 74. ff. de iur. codicil. l.42.ff.de mor.ca.dona. Nam is qui in vtero eſt, nondum homo, vel animal eſt, ſed pars viſcerum. l.j.ff.de vẽt. inſp. l nona. ff.ad leg. Falc. Suus tamen poſthumus per leg. Velleiam inſtitui potuit: Quia fictione quadam habetur pro animali, & iam nato. l. penult. ff. de ſtat.hom. Quinetiam alieni legitimi nobis hæredes fiunt. l. penultima. ff. de legat.I. N.A.

c Suos. ſcilicet, quondam ante emancipationem, vt ſequitur.

ADDITIO. Et ſic diſtingue, qui natus, non eſt futurus hæres inter ſuos.

† Inter ſuos. Suos, id eſt, qui ſi teſtamẽti tempore natus fuiſſet, ſuus hæres non N.A.

*, eſt.

* abeſt.

non fuiſſet : veluti, qui ex emancipato filio conceptus, & natus eſt. l. 6. ff. de bono. poſſeſſ. cont. tab.

a Futurus. ſcilicet, hæres.

b Sed nec. Quaſi dicat, non ſolùm in poſthumo, ſed omnia ſupradicta ab illo. §. incertis. correcta ſunt: vt argum. ff. eodẽ iij. l. hoc legatum. j. reſpon. & l ea tamen.

c Conſtitutio. Quam non habemus.

d Huic. ſcilicet, poſthumo.

e Per noſtram cõſtitutionem. ſcilicet, ſupradictam conſtitutionem Græcam, nec veteri iure: vt ff. de teſta. tut. l. tutor incertus.

f Incertus. Vt ſi ita dixit : illũ tutorem do, qui primus de Tuſcia venerit. nec incertæ perſonæ datur : vt ff. de teſtam. tut. l. tutor ita.

N.A. † Certo iudicio. Eóque claro, & manifeſto. vt in ſpecie legis. 30. ff. de teſta. tutel.

g Poſteritati. id eſt, filiis.

h Poterat. ſcilicet, de iure prætorio, non ciuili, vt infrà de bonorum poſſeſſione. primo reſpon. contra. & ff. de liber. & poſthu. l. Gallus. §. ille. Accurſius.

hęres * teſtatori futurus [a] nõ eſt. Ideó que ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthum⁹ auo.

¶ Hodie legata incertæ perſonæ, aut poſthumo alieno facta, valet. h. d. iuncta gloſ.

¶ Sed nec [b] huiuſmodi ſpecies penitus eſt ſine iuſta emẽdatione relicta, cùm in noſtro Codice conſtitutio [c] poſita ſit : per quã & huic [d] parti medemur, non ſolũ in hæreditatibus, ſed etiam in legatis, & fideicõmiſſis: quod euidenter ex ipſius conſtitutionis lectione.

¶ Tutor certus, & certæ perſonę dari debet. hoc dicit cum gloſ.

¶ Tutor autẽ, nec per noſtram [e] conſtitutionem incertus [f] dari debet: quia certo iudicio † debet quis pro tutela ſuæ poſteritati [g] cauere.

¶ De iure pretorio alienus poſthumus etiã olim poterat heres inſtitui, & hodie poteſt: dummodo naſciturus ſit ex ea, quę vxor eſſe poſſit. Angel.

¶ Poſthumus autem alienus hęres inſtitui † & antea poterat [h], & nunc poteſt, niſi in vtero eius ſit, quæ iure noſtro [i] vxor eſſe non poteſt [k].

¶ Error nominis, prænominis, agnominis, cognominis, non vitiat, ſi de corpore cõſtat. Aretinus.

ADDITIO. Solut. ibi loquutur in poſthumo alieno tempore teſtamenti nato, non ſuo, qui poſtea ſuccedendo in locum primi ſuus efficitur. hic verò etiam in eo, qui nunquam efficitur ſuus. Angelus.

i Noſtro. id eſt, Romano.

N.A. † Vxor eſſe non poteſt. Non poteſt, vtpote peregrina, cum qua connubium non eſt : quia peregrinus naſciturus eſt, cũ quo teſtamenti factio non eſt.

k Non poteſt. ſed quæ eſt illa, quæ vxor eſſe non poteſt? Reſpond. multæ ſunt illæ, quæ vxores eſſe non poſſunt: vt ſuprà de nuptiis diximus. §. ſi aduerſus. Cod. de teſta. l. iij.

Poſthumus autem. CASVS. Habebam filium emancipatum, qui grauidam vxorem habebat, quæro, an illũ nepotẽ meum, qui alienus eſt poſthumus, poſſim hæredem inſtituere? Reſpõdet poſſe. Quid ſi in vtero ſit concubinæ? non poteſt. Corn. Vib.

N.A. Hæres inſtitui. Non vt iure ciuili valeat, ſed iure Prætorio per bonorum poſſeſſionem. §. j. ĵ. de bonor. poſſ. Suus quidem poteſt, etiam nondum conceptus. l. 4. l. 9. de libe. & poſthu. Sed de legato nondum natis relicto, exemplum extat in l. 15. §. vlt. & l. 57. ff. de lega. 1.

Siquidem in nómine. CASVS. Quum Marco Tullio Ciceroni legare aliquid vellem, errans in prænomine dixi L. Tullium : aut in nomine, M. Lælium Ciceronem, aut in cognomine M. Tullium Piſonem, quæro, an valeat legatum? valet. Idem præterea poſterioribus temporibus obſeruatum eſt, quum mutata eſt nominum ratio, & nomen, cognomen, agnomen, id dicit cœptum eſt, quod antea prænomen, nomen, cognomen vocabatur. Cor. Vibul.

Not. ꝙ error nominis legatarij vel hæredis, ſi de corpore conſtet, non

Digitized by Google

vitiat. Item ibi, ſeruatur,& rectè,not. quòd non ſufficit aliquid eſſe conſuetum, niſi ſit bonum. Item,quòd nomina ſunt impoſita ad dignoſcendum homines. Item, quòd non curamus de modo,dummodo ſequatur effectus,Syluest.

¶ Si quidē* in nomine a, cognomine, prænomine, agnomine legatarij teſtator * errauerit:cùm *de perſona cōſtat †,nihilominus valet legatū b .Idemq; in hæredibus c ſeruatur: & rectè. Nomina ſignificandorū hominum gratia reperta ſunt: qui, ſi alio quolibet modo intelligatur d nihil intereſt e †.

¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum.

¶ Huic ꝓxima eſt illa iuris regula, Falſa demōſtratione †legatū non perimi. veluti ſi quis ita legauerit, Stichū ſeruum meum vernam f do lego. Licet enim nō verna,ſed emptus ſit, ſi tamen de ſeruo cōſtat, vtile eſt legatum. Et conueniēter,ſi ita demōſtrauerit, Stichum ſeruum, quem a Seio emi:ſitque ab alio emptus: g vtile eſt legatum, ſi de ſeruo conſtat.

¶ Falſæ cauſæ adiectione ita demū legatum perimitur, ſi conditionaliter enuntietur.

* qui. ¶ Siquidem. Sic C. de teſtamen. l. ſi in nomine. Accurſ.

* abſt. * ſi.

¶ a In nomine. Nomen eſt genus:ſed ponitur hic pro ſpecie ſui, vt Albertus: & dicitur proprium perſonæ nomen. Cognomen,quaſi commune cognationis nomen, vt Aſinellus. Prænomē,quod cauſa differētię ponitur: vt ſi ſint duo Tullij,& vni ſuperaddatur Marcus, & dicatur Marcus Tullius. nā Marcus, eſt prænomen. Agnomen eſt quod imponitur ab euentu: vt Aphricanus qui vicit Aphricam:Alemanicus & Gotticus: vt ſuprà in titulo proœmij huius libri.

Nomen cognomē,prænomen & agnomen differunt.

ADDITIO. Hæc de re latè hic Aemyl.Fer. Cùm tamen Theophilus vocem agnomen non habeat, eam abundare facilè arbitrator: de quo vide Ant.Augu.lib.3.cap.8.

N.A. † Perſona conſtat. Vbi de teſtatoris perſona conſtat, error nominis non vitiat teſtamentum. lege quarta. C. de teſtam.

¶ b Valet legatū. Sic ff. ſi cert.pet. l. certum.& C.eod.de lega.l.ſi fortidianum.

¶ c In hæredibus. ſcilicet, ſi erret in eorum nomine.

¶ d Intelligantur. ſcilicet, à teſtante. & hoc in propriis. In appellatiuis diſtingue ſecundùm Ioan. An parum erret, vt ſi libros membranas appellet: quo caſu valet, maximè cùm fuerit conſuetus ſic appellare: vt ff. de legat. iij. l. librorum. §. quod tamē Caſſius. An multum erret, & tunc contra: vt ff. eod.titul.l.iiij. & de ſupp.leg.l.Labeo. in medio legis.§.ſed de iis.in fin.

¶ e Nihil intereſt. Vnde liber homo ſibi nomen mutare poteſt: licet ſeruus non poſſit: vt C. de muta. no. l.j. & ff. ad leg. Corn. de fal. l. falſi.

† Nihil intereſt. Nihil, &c. Quia demōſtratio fingitur vice iuris. l. 9. §. ſi quis. ff. de hæred.inſtit. N.A.

¶ Huic proxima. CASVS. Furius ita ſcripſit, Stichū ſeruum meum vernam, id eſt, qui natus eſt ex ancilla mea, Titio do,lego. Stichū autem nullum habebat vernā, ſed emptū duntaxat.quæro an falſa demōſtratio vitiet legatum? minimè. Cor.Vib.

¶ Not. quòd relatiuum quis, vel qui, adiectum præterito tempori facit demonſtrationem.Syl.

† Demonſtratio. Error in demonſtratione,non vitiat teſtamentum. l. 29. l. ſequenti. lege 17. ff. de cond. & demonſt. N.A.

¶ f Vernam.Verna eſt ſeruus ex ancilla teſtatoris dominatus.

¶ g Emptus. idem & ſi non emit: vt arg.ff.de vſucap. l.nonnunquam. §. ſi. ſecus in venditione: vt ff. de contrah. empt.l.ſi quis fundum.

¶ Longè magis. CASVS. Cæcilius ita ſcripſit, Ciceroni,quia me in cauſa capitis defendit,Eutichen ſeruum do, lego. Cicero nunquam eum defenderat, quæro, an falſa cauſa vitiet legatum? minimè. Quid ergo,ſi rem præteritam ſub conditione protulerit, Si me abſente,negotia mea curauit? Falſa cauſa legatum vitiat.Cor.Vib.

¶ Not.quòd falſa cauſa non vitiat legatum,niſi ſit poſita cōditionaliter.Item,

quòd

Digitized by Google

¶ Lõgè magis[a] legato falſa cauſa † adiecta* nõ nocet, veluti cũ quis ita dixerit, Titio quia me abſẽte negotia mea curauit, Stichum do, lego: vel ita, Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichum do, lego. Licet enim neq; negotia teſtatoris vnquam geſſerit *Titius, neque patrocinio eius liberatus ſit *, legatum tamen valet. Sed ſi conditionaliter [b] † enunciata fuerit[c] cauſa, aliud iuris eſt: veluti hoc modo: Titio, ſi negotia mea * curauerit, fundũ meum * do, lego.

* abeſſ.
* geſſis.
eſt.
* Curauit.
* abeſſ.

¶ Hæredis ſeruo purè legari nõ poteſt, ſub cõditione poteſt: effectũmq; ſortitur tale legatum, ſi verificatæ conditionis tẽpore ab hæredis nexibus ſeruus ſolutus ſit: domino autem (cuius ſeruus hæres ſcriptꝰ fuit) indiſtinctè valet factum legatum: quod tamen euaneſcit, ſeruo hæreditatem iuſſu domini adeunte.

¶ An ſeruo hæredis rectè legemus, quæritur, & cõſtat

quòd valet argumentũ de falſa demonſtratione ad falſam cauſam. Sylueſt.

a Longè magis. Ideò dicit magis: quia verba falſæ demonſtrationis ſunt de ſubſtantia ipſius legati: vt cùm dico, Stichum verham do, lego, ſed verba falſæ cauſæ non ita. [Adde declarando gl. quòd demõſtratio nõ ſignificat ſubſtantiã legati: quia plerunque ſignificat accidens: ſed intelligas de ſubſtantia, i. apponuntur à teſtatore ad demonſtrandam ſubſtantiam, i. corpus ipſum rei legatæ, & ſic cauſam materialẽ: ſed verba cauſæ apponuntur ad denotandum finem, quo fuit motus teſtator: & ideo longè minus vitiat falſa cauſa, ſiquidẽ importat finem impulſiuũ. Syl.] Item quia cauſæ legandi non cohærent legato: vt ff. de condit. & demonſtrat. l. cum tale. §. falſam cauſam. Itẽ, quia hic donare præſumitur: vt ff. de condiction. indeb. l. in ſumma. §. ei quoque.

N.A. † Falſa cauſa. Falſa, quando ratio legati legata non cohæret, id eſt, legatur propter perſonam, non propter cauſam: cùm etiam ſine vlla cauſa legaturus fuiſſe præſumatur. l. 72. §. falſam. de cond. & demonſtr.

b Sed ſi conditionaliter. Not. conditio per ſi apponitur, & per cum: vt hic, & ff. de condict. indeb. l. qui promiſit. & ff. de verborum obligat. l. quodcunque. §. non ſolùm. niſi in caſu: vt ff. de tut. l. muto. §. ſub conditione. Modus per vt: vt Codice de his, quæ ſub mod. l. ſecunda. Cauſa per quia: vt hic. Demonſtratio fit oſtẽdendo aliquid, quod non eſt: vt ſuprà proximo §. & ff. eo. primo. l. ſi ſic. §. primo. Circa hęc quatuor ſic dicas, & primò: Falſa cauſa non nocet vt hic. Conditio nocet, ſi deficiat: vt hic, & ff. ſi cert. pet. l. cùm ad pręſẽs. & l. itaq;. Modus idem quod conditio operatur, excepto, quòd hic quod datur ſub modo, etiam antequàm modus impleatur; petitur, cautione tamen interpoſita de modo implẽdo: quod non eſt in conditione: vt ff. de cõdit. & demõ. l. qui hæredi. §. fin. & de annu. leg. l. liberto. §. Lucius. & ff. eo. iij. l. ſi tibi. In demonſtratione diſtingue: vt ff. eod. j. l. ſi ſic. §. j. & l. non quocunque. vndẽ verſus, Scito quod vt, modus eſt: ſi, conditio: quia, cauſa. vide c. verum. extr. de condi. appo.

ADDITIO.

Quod eſt in tex. ſi curauerit, Ae. F. ex libris antiquis corrigit. Curauit: quod probat Theophili verbum διώκησε. Præteritam ſanè rem Imper. ſignificat, ſub conditione prolatam: ideóque ad cauſam, verba hæc retulit. Hoc idem Vlpianus confirmat in titulis, tit. xxiij. §. neque ex falſa.

† Conditionaliter. Quia tunc cauſa legato cohæret: conditio enim eſt cauſa quæ legatum ſuſpendit. Conditio confertur interdum in futurum, interdum in præteritum. Demonſtratio in præſens vel præteritum confertur. l. 34. ff. de condit. & demonſtr. Cauſa, vel in præſens, vel in præteritum. N.A.

An ſeruo hæredis. CASVS. Aurelius moriens hæredem me inſtituit: deinde Pamphilo ſeruo meo legatum à me reliquit. quæro, an legatum valeat? Diſtinguo. Nam aut pure legatum eſt, & tunc non valet: quia hæres ſimul reus, & actor eſſet vno tempore. Reus, quia legatum deberet, vtpote ſerui dominus. Actor, quia peteret. Aut ſub

conditione:& tunc valet, quum Pamphilus aut liber eſt, aut alterius, quàm hæredis ſeruus. Quid autem ex contrario? Quintius ſeruum meum hæredem inſtituit, & ab eo mihi domũ legauit. valétne legatum? valet, ſi modo prius, q̃ iuſſu meo ſeruus hæreditatẽ adiſſet, aut manumiſſus, aut in alterius poteſtatẽ tranſlatus ſit. alioqui ſi meo iuſſu adierit, legatum euaneſcit. Sequẽti §. nihil poteſt dici explicatius. Alter autem ab illa ſummatim hoc dicit. Ante & poſt hæredis legatariique mortem, vtiliter legatur.

• abeſt.

Cornelius Vibulanus.

purè inutiliter [a] † legari [b], nec quicquam proficere [c], ſi, viuo teſtatore de poteſtate hęredis exierit [d]. quia quod [e] inutile † foret legatum, ſi ſtatim poſt factũ teſtamentũ deceſſiſſet teſtator, hoc non debet ideo valere [f]: quia diutius teſtator vixerit. Sub cõditione verò rectè legatur ſeruo * vt requiramus, an quo tempore dies legati † cedit, in poteſtate hæredis non ſit [g]. Ex diuerſo, hęrede inſtituto ſeruo, quin domino rectè † etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam & ſi ſtatim poſt factũ teſtamentum deceſſerit teſtator, non tamẽ apud eum [h], qui hæres ſit [i], dies

a Inutiliter. Sic C. de neceſ. ſer. hæred. inſti. l. quidam. §. illo. contra. Sed ibi non imponitur neceſſitas dandi: vel in alimentis loquitur: vt ff. de ali. & cib. legat. l. ſeruos. nam cùm ſit purum, à morte teſtatoris cedit: vt C. de cadu. tollen. l. vnic. §. cùm igitur. & domino ex perſona ſerui acquiritur: vt ſuprà, per quas perſo. nob. acquiri. §. item vobis acquiritur, quod ſerui, &c. ſed idem dominus erit hæres: ergo non valet legatum, quia idem non poteſt eſſe hæres & legatarius: vt ff. de leg. j. l. legatum eſt. §. j. Accurſ.

Quod eſt verum, ſi legatur ſine libertate ſeruo teſtatoris, vel hæredis: ſecus, ſi alieno: quia cederet ab adita hæreditate: niſi dies mortis, & aditionis eſſet idem: vt l. ſi optio. ff. de opti. lega. quando vero cum libertate legatur, cedit vel à die competentis libertatis: ſi ſit ſub conditione relicta: vel ab adita hæreditate, ſi vtrumque ſit purum: vt §. in nouiſſimo. C. eodem titul. de caduc. tollend. Angelus.

N.A. Inutiliter. Nemo ſimul & hæres, & legatarius eſſe poteſt. Hæredi à ſemetipſo legari non poteſt. l. 18. l. 116. §. 1. ff. de leg. 1.

b Legari. Propter confuſionem hæredis & legatarij: quia eadem perſona ſibiipſi debere non poteſt.

c Nec quicquam proficere. Quia actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo: vt ff. communia prædio. l. fi. in fine. & propter regulam Catonis, quæ ſequitur.

Adde hoc verum in ſimplici volũtate defuncti, quę non poteſt ſtare in ſuſpenſo: ſecus in actu ex coniecturata mente defuncti. l. j. §. ſi pendente. Co. ad Maced. Item in executione vltimæ volũtatis, quæ poteſt ſtare in ſuſpenſo. l. hæres quandoque. ff. de acquir. hær. Item procedit regula. poſt aditam, non ante, ſecundum Bart. in d. l. fi. in fin. Syl.

d Exierit. Seruus legatarius.

e Quia quod. Hæc eſt regula Catoniana.

† Quod inutile. Qua cauetur, vt actus legitimi, vires ex præſenti temporis ſtatu capiant, non ex incerto futuri tẽporis euentu pendeant. l. 1. de Reg. Cat. Regula Catoniana, teſtamenti tempus cum mortis tempore coniungit. §. 4. ſ. de hæred. qua. & def. Ait autem inutile, cuius, videlicet dies legati cederet. N.A.

f Valere. Exceptis quibuſdam caſibus: vt cùm res tua ſit tibi legata, & ante mortem teſtatoris alienata.

† Dies legati. Dies conditionalis legati non ante conditionis euentum cedit, & non prius legatum debetur. l. 86. ff. de condic. & demonſtr. N.A.

g Non ſit. Nam ſi eſt adhuc ſeruus, non valet legatum, aliàs valet. ſic ff. ad leg. Falci. l. à ſeruo.

Rectè. Id eſt, vtiliter, ſi euentus teſtamentum comprobet, id eſt, ſi cùm aditur hæreditas, diuerſæ legatarij, & hæredis perſonæ ſint. l. à filio. 25. ff. de lega. 1. N.A.

h Apud eum. i. apud eundem, ſ. dominum, qui ſit hæres per ſeruum: quia adhuc non eſt. Accurſ.

i Hæres ſit. Hoc eſt dicere mortuo teſtatore ſtatim poſt teſtamentum: non ideo ſtatim dominus ſerui erit hæres

per

Seruus hæres institutus non acquirit domino, nisi duo concurrant.

per ſeruum, & legatarius per ſe: & ita non erit apud eum, id eſt, eundem hęredem hæreditas, & legatum: quod erat ſuperiori. §. imò ad hoc vt ſit hæres per ſeruum, duo præcedere oportet, iuſſum domini, & obediētiam ſerui, & interim ſerui conditio poterit variari: ſed legatum tantum interim habebit dominus. ſunt ergo ſeparata hæreditas & legatum interim: cùm legatum apud dominum ſit, hæreditas apud nullum, donec ſeruus vel manumiſſus ſibi, vel iuſſu alicuius domini eam adeat.

N.A. † Separata ſit. Separata, non quidem per teſtatorem, ſed per euentum alienationis, & manumiſſionis. lege 91. de legatis 1. prędicta. l. 17. quand. dies leg. ced.

a Intelligitur. Nam nemo eſt hæres adhuc, cū & domini iuſſus, & ſerui debeat ſequi volūtas: vt C. de hæred. inſt. l. cùm proponas. [Adde, & declara hoc verum in directa inſtitutione, ſecùs in obliqua, & fideicommiſſaria. l. ſeruo inuito. ff. ad Trebel. & ratio eſt: quia iura quærenda non quærūtur nobis per ſeruos, ſed bene iura quæſita proſequendi ius: & ideo aditio, quæ eſt ius quærendi, non quæritur: ſecùs in reſtitutione, quæ eſt iuris quæſiti executio.] Et licet hæreditatis dies cedat, ea adita tamen legatum à morte teſtatoris cedit: vt C. caduc. tol. l. vnic. §. in nouiſſimo. vnde apud dominum erit legatum: ſed hæreditas apud nullum: quæ poterit eſſe vel apud hunc: vel apud alium ſi alienabatur. ſcilicet, ſeruus prius, vt ſequitur.

b Legatarij. Qui & dominus eſt.

N.A. † Inutiliter. Quia prius cōſtitui oportet cui onera imponantur, quàm ipſa imponantur. l. 1. ff. de hæredibus inſtituendis.

legati cedere intelligitur [a]: cū hęreditas à legato ſeparata ſit, † & poſſit per eū ſeruum alius hęres effici. ſi priùs, quàm iuſſu domini adeat, in alterius poteſtatē tranſlatus ſit: vel manumiſſus ipſe hæres efficitur: quibus caſibus vtile eſt legatum. Quòd ſi in eadem cauſa permanſerit, & iuſſu legatarij, [b] adierit, euaneſcit legatum.

¶ Legata, & libertas hodie relinqui poſſunt ante heredis inſtitutionem, & poſtea, & inter inſtitutionem & ſubſtitutionem. Aretinus.

¶ Annotate potiꝰ ſpectandam volūtatem, quàm ſcripturæ ordinem.

¶ Ante hęredis inſtitutionem inutiliter † anteà legabatur [c]: ſcilicet, quia teſtamenta vim ex inſtitutione hæredis * accipiūt: & ob id veluti caput atque fundamētū [d] †: intelligitur totius teſtamenti hæredis inſtitutio. Pari ratione nec libertas ante hæredis inſtitutionem dari poterat. Sed quia inciuile eſſe putauimus, ſcripturæ ordinem [e] quidem ſequi (quod & ipſi antiquitati † vituperandū fuerat viſum) ſperni autem teſtatoris voluntatem [f]: per noſtram cōſtitutionem [g], & hoc vitium emendauimus: vt liceat

c Legabatur. Aliud in tutore etiam olim: vt ſuprà qui da. tuto. poſ. §. ad certum.

Ratio autem iuris antiqui erat: quia legata debebant capi de manu hæredis, ideo debebat inſtitutio præcedere, quod non erat in tutela. Syl.

** accipiunt.*

d Fundamentum. Cùm ſine illa nullum dicatur. ff. de iure codic. l. fin. & ī. tit. iij. §. in primis. & de iis, quæ in teſta. delent. l. pen. ibi, Calphurnius.

N.A. † Fundamētum. Teſtamētum ſine inſtitutione eſſe non poteſt, ſine legatis, cæteriſque partibus, poteſt. l. 1. §. 3. de hæredibus inſtit.

e Scripturæ ordinem. Nota, ordinem ſcripturę non ſeruandum. ſic ff. de ſolut. l. non enim. Sed contrà argu. ff. de fideicomm. liber. l. generaliter. §. quid ergo. & in authent. de hæred. & Falc. §. inordinatum. col. j.

N.A. † Antiquitati. Sed in quibuſdam aliis. l. 12. §. vlt. de leg. 1. ff. l. 77. §. fidei. de leg. 1.

f Voluntatem. Repete vituperandum erat.

g Conſtitutionem. Quam non habemus, ſecundùm quoſdam. vel dic veriùs, quòd loquitur de ea, quæ eſt in C. de teſtamen. l. ambiguitates. & quod ibi dicit, non ex mente, referas ad alia, non ad hunc ordinem.

Digitized by Google

& ante hęredis inſtitutionem [a] & inter medias [b] hæredum inſtitutiones legatum relinquere, & multò magis libertatem, cuius vſus fauorabilior eſt [c].

¶ Hodie ante, & poſt mortem hæredis, & legatarij, & pridie mortis ipſorum, legari poteſt. Aretin.

¶ Poſt mortē† quoque hęredis aut legatarij ſimili modo inutiliter legabatur: veluti ſiquis ita dicat: Cùm hæres meus mortuus erit, do, lego: item, Pridie † quàm hæres aut legatarius morietur. Sed ſimili modo & hoc correximus [d], firmitatem huiuſmodi legatis [e] ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes: ne vel in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicommiſſorū inueniatur [f].

¶ Hodie poteſt pœnæ nomine legari, & legatum transferri, vel adimi, niſi pcipiatur aliquid impoſſibile, vel legibus interdictum, vel probroſum. ii. d. Aretinus.

¶ a Ante hæredis inſtitutionem. Quia primò poteſt legare rem, poſtea hæredem inſtituere.

¶ b Medias. Quia primum inſtituit hæredem: & poſtea legauit, & poſtea alium hęredem inſtituit: & ita legat inter medias hæredum inſtitutiones.

¶ c Fauorabilior eſt. Niſi in duobus caſibus: vt ff. de manumiſſ. teſtamen. l. cùm ex pluribus. & de legatis primo. l. ſi quis à filio. §. penul. & l. ferre. & ad Trebellian. l. ſi patroni. §. ſed & ſi ſine fructibus.

ADDITIO. Dic ſecundùm Ioan. Fab. quod hoc nō videtur verum, imò videtur idem vtrobique: quia incertitudo vitiat legatum & libertatē: ſecus in re legata. vbi autem libertas legatur: eſt incertitudo & in re, & in perſona: & ſic vitiat: vt not. Dyn. in regula, in obſcuris. de re. iur. in vj. Angelus.

N.A. † Poſt mortem. Quia directo iure, onus imponere alieno hæredi non poſſumus, ſed per fideicommiſſum poſſumus. l. filiusfam. 114. §. 3. de leg. 1. l. 5. de leg. 3. At in mortis hæredis tempus legari poterat, veluti, cùm morietur hæres, dato. Vlpia. tit. 24. in fragm. Quia moriendi momentum vitę attribuitur. l. 3. §. 1. de neg. geſt. l. hæres meus. ff. de condic. & demonſtr. l. extraneum. C. de hæred. inſt. §. ita autem de inutil. ſtipulat.

N.A. † Pridie. Quia non ante mortem, quis ille dies fuerit ſciri poteſt. Itaque dies huius legati, non niſi poſt hæredis mortem cedit.

¶ d Correximus. vt Codice vt actio. ab hæredib. & contra hæred. lege prima.

¶ Aduerte, quia ibi non corrigitur, ſed recitatur correctio, vt hic. Originalis autem correctio ponitur in lege, ſcrupuloſam. Codice de contrahenda & committenda ſtipulatione. Sylueſter.

¶ e Legatis. in ſtipulationibus idem: vt dicta l. prima. Codice, vt act. ab hær. & contra hæred. Caue tamē, quia legatū ſic incipit ab hęrede, vel hæredi dari: quod primò nullo modo fuit: ſed ſtipulatio fuit: licet inefficax: vt ff. de euict. l. qui à pupillo. & l. ſi per imprudentiā. §. non mirū.

¶ Adde, ꝙ quāuis alibi cōtrarium ſentiat gl. & multi ſeq. tamē pro opinione gl. hic, eſt caſus in l. ſi quis ſpoponderit. C. de contra. & cōmit. ſtipul. Sylu.

¶ f Inueniatur. vt ff. eod. l. j. & §. eodem tit. §. ſed non vſque.

¶ Pœnæ quoque. CASVS. Titius mihi hæres eſto, & filiam ſuam Lęlio nuptum collocato. quòd ſi non collocarit. Quintio xx. aureos dato. valētne hoc legatum? Iuſtiniani lege valet. Quid autem de hac, ſcriptura iudicas, Cæſar mihi hæres eſto, ſi filiam ſuam Iuliam Pompeio collocet. Quòd ſi non collocet, Craſſus ei cohæres eſto. valétne hæredis inſtitutio? Eadem lege valet. Cor. Vibul.

¶ Nota, quòd de iure antiquo inutiliter pœnæ nomine legabatur. Intellige tamen, quòd hoc erat de media iuris prudentia: per text. in l. j. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falc. Item, quòd pœnæ nomine dicitur legatum, quod coërcēdi hęredis gratia relinquitur. Item, quòd hodie poteſt adiici onus libertati. Itē, quòd legatum pœnę nomine valet hodie etiam in hæreditatibus. Item, quòd militis voluntas ſolet attentius, quàm cæteræ obſeruari. Sylu.

¶ a Adſ

¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter anteà * legabatur, & adimebatur [a], vel trāsferebatur. Pœnę autem nomine legari videtur, quòd coërcēdi † hęredis cauſa relinquitur, quò magis aliqd faciat [b], aut non faciat [c]: veluti ſi quis ita ſcripſerit, Hæres meus, ſi filiam ſuam in matrimoniū Titio collocauerit [d]: vel ex diuerſo, Si nō collocauerit [e], dato decē aureos Seio: aut ſi ita ſcripſerit, Hęres meus, ſi ſeruum meū Stichum alienauerit [f]: vel ex diuerſo, ſi nō alienauerit [g] †, Titio decē aureos dato. Et in tantū hęc regula obſeruabatur, vt perquā [h] pluribus* principalibꝰ cōſtitutionibus ſigniſicaretur*, nec principē quidem agnoſcere [i], ꝙ ei pœnæ nomine † legatū ſit. Nec ex militis quidem teſtamēto talia legata valebāt, quamuis alię militum voluntates in ordinandis teſtamētis valde obſeruabantur [k] *quinetiam nec libertates *pœnę nomine dari poſſe placebat. eò ampliꝰ nec hęredem pœnę nomine adiici poſſe, Sabinus † exiſtimabat: veluti ſi quis ita dicat, Titius hęres eſto, ſi Titius filiā ſuam in matrimoniū Seio collocauerit [l] Seiꝰ quoque hęres eſto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coërceretur *: vtrū legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit. Et generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium tranſlata: nihil † diſtare à cęteris legatis conſtituimus [m], vel in dando, vel in adimendo, vel in transferēdo: exceptis videlicet iis † quæ impoſſibilia [n]

* abeſt.
* Aliàs quàmplurimis.
* ſignificetur.
* obſeruantur.
* libertatem.
* coërcetur.

¶ a Adimebatur. Hæc verba expone: vt infrà titulo primo.

N.A. † Coërcendi. Quia legata, non coërcēdi & puniendi hæredis, ſed iuuandi & honorandi legatarij cauſa, inſtituta ſunt. l. vnica. C. de his ꝗ pœ. no. l. j. ff. eod. tit. Itaque legatum appellatur honos. l. 3. §. 2. de leg. præſt. l. 36. de excuſ. Abſurdum eſt igitur liberalitate, alicui in alterius pœnam cōferri.

¶ b Aliquid faciat. Quod fieri vult, ſecundùm Ioan. hoc adiecto, ſcilicet, in pœnam hęredis ſe committere. aliàs eſt conditio, & valet: vt ff. de iis quæ pœn. no. l. j. & ſecunda.

¶ c Non faciat. Quod fieri non vult. Accur.

¶ d Collocauerit. ſ. quod fieri nolo, ſ. eam collocari.

¶ e Non collocauerit. ſcilicet quod fieri volo, ſcilicet eam collocari.

¶ f Alienauerit. Quod nolo.

¶ g Non alienauerit. Nam vt alienauerit volo.

N.A. † Si non alienauerit. Patet igitur, hoc loco pœnam non tàtùm ad prohibitionē, ſed etiā ad iuſſum pertinere, quaſi ſāctionem vtriuſque. Legatū quidem lex eſt, vt ait Vlp. tit. 24. Sed ſanctionem non habet.

¶ h Perquam. id eſt, valde.

¶ i Agnoſcere. ſ. poſſe: vt ſuprà quibus modis teſt. infir. §. fin in fine.

N.A. † Pœnæ nomine. Quia legatū eſt lex, ſed nō alterius rei quā legati preſtādi.

¶ l Collocauerit. ſ. quod fieri nolo.

¶ m Conſtituimus. Vt C. de iis quæ pœ. no. l. prima.

N.A. † Sabinus. Sabinus ergo hæredis inſtitutionē legem eſſe voluit, ſed non alterius rei, quàm hæreditatis adeundæ.

¶ l Collocauerit. ſ. quod fieri nolo.

¶ m Conſtituimus. Vt C. de iis quæ pœ. no. l. j.

N.A. † Exceptis iis. Qua in re, legata hæc à cæteris differunt, in quibus huiuſmodi conditiones, pro nō adſcriptis habentur. l. 3. l. 20. ff. de condi. & demonſt.

¶ n Impoſſibilia. ff. de leg. j. l. ſi mihi, & tibi. §. j. contra. Sol. Ibi non erat impoſſibile: poterat enim eſſe ꝗ diu viueret: & intra triduū poſſet id fieri, quod fieri volebat. Vel dic, quòd ibi voluit teſtator hæredē cōſtituere ſe ſoluturū ſi decederet, ſ. teſtator intra triduū: quod potuit, nō autē ſoluere. Itē cōtrà. §. de hæred. inſtit. §. impoſſibilis. Solut. qdam dicunt non valere, ſicut teſtator voluit, vt hîc. valet tamen purè, vt ibi. Vel diſtingue ſecundùm Io. aut apponitur conditio impoſſibilis hæredi, aut legatario: ſi hæredi, non

valet legatum, vt hic. ſi legatario, valet: vt ibi, & quære exempla. C. de iis, quæ pœn. no. l. j.

ADDITIO Exemplum quando apponitur conditio impoſſibilis hæredi ſiue honorato: vt det hæres, ſi cælũ digito tetigerit: & tunc vitiat, quaſi non ſtet per eũ, quo minus impleat: ſed per impoſſibilitatẽ. Quãdo legatario ſiue onerato: vt tibi relinquo ſi cælum tetigeris digito. & hæc non vitiat: ſed vitiatur, & pro nõ adiecta habetur. Et eſt ratio: quia non debet auferri beneficiũ honorato, cui prouidere voluit teſtator. vide glo. not. in l. j. ff. de condit. inſtit.

*Incluſa abſunt.

ſũt vel legibus interdicta[a], aut alias probroſa[b]. Huiuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporũ[c] non patitur.

TIT. XXI. DE ADEMPTIONE & tranſlatione legatorum.

¶ Impoſſibilia. De impoſſibili dic: præcipit hæredem transferre montem, aliàs ei adiecit cohæredem, vel aliam pœnam impoſuit. De legibus interdicto: vt præcepit hæredi, vel legatario, vt daret inquilinos ſine prædiis. De probroſo: vt præcepit reliquulas ſuas in mare proiici, vel ſe cum veſtibus ſepeliri: aliàs pœnam impoſuit. nam in prædictis & ſimilibus remanet hæres & legatarius: nec tenetur ad impoſſibile, vel legibus interdictũ, vel probroſum, nec etiam ad pœnam: ideo quod impoſſibile, vel legibus interdictum, vel probroſum non impleuit.

a Legibus interdicta. vt inquilinos ſine prædiis: vt ff. de lega. j. l. ſi quis inquilinos. vt patuit ſuprà.

ADDITIO Et hoc verum, vbi aliquid eſt per ius diſpoſitum vel conſuetudinem: quod teſtator immutare non poteſt: vt quia fortè ob ius publicum, vel fauorem, aliàs ſecus. Ioan. Fab.

b Probroſa. Vt veſtimenta in funus: vt ff. de lega. j. l. ſeruo alieno. §. ſi. vel reliquias in mare: vt ff. de cond. inſtit. l. pe. in prin.

c Secta meorum temporum. id eſt, ego qui inſequor iuſtitiam hoc tempore, non patior. ſic ff. de pac. l. ſi. in ſi.

¶ Quia ambulatoria eſt defuncti voluntas vſq; ad ſupremum vitæ exitum; vt ff. de adi. lega. l. iij. §. fin. & l. ſeq. ideo poſt data legata: & de eis adimendis videamus. Accurſ.

¶ Quod cuipiam teſtamento relictũ [illegible] vel ad alium transferri.

ADemptio legatorum (ſiue eodem teſtamẽto adimantur[d], ſiue codicillis[e]) firma eſt[f]. ſed & ſiue cõtrariis ver-

ADDITIO. Aemil. Ferre. teſtatur in Antiquiſ. cod. legi, De adempt. & tranſ. quod nobis ideo ſuſpectum eſt, quia Theophilus id non habet, qui vix, aut ne vix quidem, id omiſiſſet.

ADemptio. Diuiditur in duas partes. Primò, loquitur de adẽptione. Secũdò, de tranſlatione. Secunda ibi, Transferri.

¶ Adẽptio. CASVS. Mæuius ita ſcripſerat Aurelio centum do, lego. deinde in eodem teſtamento, vel in codicillis ſic ſcripſit, Centum, quę Aurelio dederam, non do, non lego. Valétne hęc legati ademptio? valet. Quid autem ſi non aduerſis, ſed diuerſis verbis: vt quę dederam, ea dari nolo? valet itidem. Quid autem, ſi in Lælium tranſtulerit legatum, & dixerit, Centum, quæ legaram Aurelio, lego nunc Lælio? valet, transfertúrque ab illo in hunc legatum. Cor. Vib.

¶ Nota, quòd ademptio ſiue in eadem voluntate, ſiue in diuerſa facta ſit, valet. Item; quòd ademptio & tranſlatio poſſunt fieri quibuſcunque verbis. Itẽ. quòd tranſlationis virtus eſt dare adimendo: ita quòd ſi ille, in quem tranſlatio facta eſt non acceptet: omnino dicitur ademptum Sylu.

d Adimantur. ſcilicet legata.

e Codicillis. ſcilicet, teſtamento cõfirmatis ſecundùm quoſdam, non aliter. Sed nos contrà: vt in authentica de teſta. fideicomm. §. manifeſtum. Accurſius.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia non eſt ridiculum codicillos, etiam contrarios per teſtamentum confirmari: quia videmus agi ex contractu, vt contractus reſcindatur. l. ſed Celſus. §. j. ff. de contrahen. emp.

f Firma eſt. Vt ſi eodem teſtamento

to fiat, videatur nec datum, ſi alia voluntate, videatur datum, ſed poſtea ademptum: vt ff. de iis quæ in teſt. de. l. j. in prin. & ff. de lega. j. l. ſi ita ſcriptū. Sed videtur, quòd nulla talis voluntas valeat: cū videatur ſibi repugnare: vt ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. quæ eſt huic contraria. Sed dic, q ibi dicit de repugnantia, quæ fit propter ſimplicitatem verborum: vt ff. de condi. inſti. l. ſi Titius. Vel habeat locū prędicta regula, quādo non apparet, quæ ſit vltima: quo caſu neutra valet. ſi autem apparet, vltima valet: vt ff. eod. nihil prohibet. Accurſ.

a Aliàs, ad eſt.

N.A. † Cōtrariis verbis. Ademptio duplex fuit, vna ipſo iure valebat: nimirum, quæ directis, ſiue ciuilibus verbis fiebat, altera per exceptionem: veluti quibuſuis verbis, vel nuda, vel etiam tacita voluntate: veluti alienatione voluntaria rei legatæ. l. 18. ff. hoc titulo, aut exortis capitalibus inimicitiis. l. 3. §. vltimo. & l. 22. ff. eodem titulo.

¶ a Aliis. ſcilicet, vt adimo, vel pœnitet eius, quam dedi, vel ſimilia: imò etiam nuda voluntate pręſumpta: vt ſi inimicus poſtea factus ſit legatarij. vt ff. de adi. leg. l. tertia, in fine. & l. iiij.

Legata voluntate præſumpta reuocātur.

ADDITIO. Idem, ſi ab ignorante fiat teſtatori ignoranti aliquid etiam poſt mortem: quod ſi ſciuiſſet teſtator non fuiſſet legaturus. Ang.

¶ b Transferri. Facit. ff. eodem. l. tranſlatio. Accurſ.

N.A. † Transferri. In trāſlatione plus quàm in ademptione: nam & vni adimit: & alteri tribuit. Fit autem diuerſis modis. lege ſexta. ff. hoc titulo. Ademptio, prodeſt hæredi: tranſlatio, non prodeſt.

¶ c Et Seio. Sed ſi Seius eſt non capax: nunquid ademptio à primo facta valet? Reſpondetur ſic: vt ff. de legat. j. l. planè. in princ. Accurſ.

bis fiat ademptio: veluti ſi quis ita qd legauerit, do, lego: ita adimatur. Non do, non lego ſiue nō contrariis ſed† aliis [a] quibuſcūq; verbis†. Trāſferri [b] † quoque legatum ab alio ad alium poteſt, veluti ſi quis ita dixerit: Hominem Stichū, quem Titio lagaui, Seio do, lego, ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit: quo caſu ſimul & Titio adimi videtur, & Seio [c] dari.

TIT. XXII. DE LEGE Falcidia.

¶ Ne ſuprema teſtantium iudicia non adita hæreditate corruant, lege Falcidia cautum fuit, ne cuipiam bonorum dodrantem legatis exhaurire fas ſit: alioqui quadrans hæreditaris per legem Falcidiam reſecatur, & penes vnum, pluresve hæredes remanet.

DE LEGE FALCIDIA.

¶ Qualiter minuantur legata ademptione vel tranſlatione dictum eſt nunc qualiter lege Falcidia minuātur: & ideo dicit, ſupereſt. Accurſ. Differentia inter hunc tit. & ſequētem habetur per hos verſus:

Tūc defalcaris,
ſi per legati grauaris.
Sed trebellaris,
quum reddere cuncta rogaris.

Supereſt. Totus iſte titul' diuiditur principaliter in quinque partes. Primò cōtinuat ſe ad præcedentia. Secundò, ponit effectum legis Falcidiæ, tam de iure legis duodecim tabularū, quàm de iure, quo nos vtimur. Tertiò, ponit vnum dubiū, ſcilicet, an hæres non grauatus reſpectu ſui cohæredis grauati poſſit detrahere Falcidiam. Quartò, ad quod præſens tempus redigatur vt inſpiciatur, an lex Falcidia habeat locum. Quintò, quando lex Falcidia imponitur, quid eſt ante deducendum Secunda ibi, Cùm enim. Tertia ibi, Et cùm quæſitum. Quarta ibi, Quantitas autem. Quinta ibi, Cùm autem. Quarto, an liceat teſtatori, tot, ac tanta legata erogare, quanta ei videbitur? Lege duodecim tab. licebat. Sed poſtea lata eſt lex Furia, qua vetitum eſt, ne amplius, quàm mille aureos legari liceret. deinde lex Voconia, ne amplius legaretur, quàm hæredi relinqueretur. ad extremum lex Falcidia à P. Falcidio Tribuno pleb. lata eſt, ne amplius, quàm quartam bonorum partem legari liceret. Cor. Vib.

¶ Not. antiquam diſpoſitionem leg. xij. tabularū. Item, quòd quilibet in re ſua eſt

Svpereſt *, vt de lege Falcidia [a] diſpiciamus, qua [b] modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. Cùm enim olim lege duodecim * tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret vel [c] totum patrimonium legatis erogare † (quippe cùm ea lege ita cautum eſſet, VTI QVISQVE [d] LEGASSIT † SVAE REI [e], ITA IVS ESTO) viſum eſt, hanc legandi licẽtiam coarctare: ídque ipſorum teſtatorum [f] gratia prouiſum eſt, ob id, quod plerunque inteſtati moriebãtur, recuſantibus ſcriptis hæredibus, pro nullo aut minimo lucro hæreditates adire [g]. Et cùm ſuper hoc [h] tam lex Furia †, quàm lex Voconia latæ ſunt, quarũ neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: nouiſſimè [i] lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare [k] liceat *, quàm

* ex Ga. lib. 2. inſtit. tit. 6.

* vide veter. Iuriſpr. Prateij lib. 4.

N.A. * liceret.

eſt moderator & arbiter. Item not. rationem introductionis legis Falcidiæ. Item, quòd teſtatorum intereſt decedere teſtatos. Item, quòd legata vltra dodrantẽ dicuntur facta cõtra leg. Falcid. Itẽ, quòd quãuis ſint plures hæredes, ſatis eſt, quòd quarta remanet inter omnes. Syl.

¶ a Falcidia. Ideo ſic dicta, quia vt falx fœnum, ſic hæc lex legata reſecat. Vel dic à Falcidio authore: vt & Publia à Publicio dicta: vt ĩ. de actionib. §. aliæ.

ADDITIO. De hac lege Fr. Hotom. à nobis conſultus, locũ apud Dionem in libro 48. in hanc ſentẽtiam nobis oſtendit, pagina 263. Lex quoq; dicta Falcidia à Publio Falcidio Tribuno plebis lata eſt. magnam autem illa hodiéque vim in hæredum ſucceſſionibus habet: vt hæres quartam partem bonorum ſibi relictorum, ſi grauiter oneratus ſit legatis, accipiat, cætera legatariis relinquat. Latam verò Cn. Domitio Caluino. Cn. Aſinio Pollione COSS. idem oſtendit.

¶ b Qua. ſcilicet Falcidia.

¶ c Vel. Pro etiam.

N.A. † Erogare. id eſt, totam hæreditatem exhaurire.

¶ d Vti quiſque. Hæc ſunt verba leg. xij tabul.

N.A. † Legaſſit. Legandi tantùm verbo lex vſa eſt: vetuſtè, pro, de rebus omnibus ſtatuendi, ſiue diſponẽdi. l. 20. ff. de verb. ſign. Hinc Liuius lib. 1. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluiæ gentis legat.

¶ e Suæ rei. Idem in ſua re tota, quam ipſe legauit: vel etiam aliena. nam & aliena res legari poterat, & poteſt, vt Inſt. & ff. ad l. Falci. l. j. in prin. & ſ. de leg. §. non ſolùm.

¶ f Ipſorum teſtatorum. Non tamen licet teſtatoribus eam renunciare, niſi in caſu: vt ff. eod. l. quod de bonis. §. fin. & l. ſi debitor. arg. contra. C. de pact. l. penul. ibi, cùm & alia regula ſit, &c. Sed hodie per authent. ſed cũ teſtator. quæ eſt. C. ad leg. Falcid. contra.

¶ Adde, quòd ratio eſt, quia hodie nõ poteſt venire caſus deſtitutionis teſtamenti. authẽ. hoc amplius. C. comm. de lega. quam rationem conſiderat text. in authen. ſed cum teſtator quicquid voluerit. Bart. ibi. Syluest.

¶ g Adire. Facit infrà titulo primo. §. ſed quia hæredes. Acc.

¶ h Super hoc. id eſt, ſuper coarctanda legandi licentia.

† Furia. Ne plus vni legatario, quã hæredi attribueretur. Vlpianus titulo primo.

¶ i Nouiſſimè. i. vltimò. Accurſ.

¶ k Legare. Vel etiam cauſa mortis donare. nam & ibi locum habet Falc. item, & in mortis cauſa capione: vt Co. eo. l. pen. licet de hac quidam contradicant: & eſt pro eis argumentum. ff. eod. l. acceptis. Item, in fideicommiſſis: vt Cod. eod. l. ij. [adde, quòd Falcid. habet locum in legatis, Trebellianica verò in fideicommiſſis, ſecundùm veriorem ſententiam: quia nec origine fuit introducta Falcidia propter fideicommiſſum, nec poſtea circa eam aliquid immutatum: & ita ſemper & legendo, & diſputando firmaui, & idem tenet Præpoſ. Senen. in xj. quæſtione ſecundi caſus: licet communis opinio ſit, quòd Falcidia habeat locum in legatis & fideicommiſſis particularibus: Trebellianica verò in legatis & fideicommiſſis vniuerſalibus. Syluest.] Item, in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur: non aliàs. vt C. eo. l. in donatione. & in his habet locum quod hic dẽ legatis dicitur.

¶ a Do

Digitized by Google

dodrantem [a] totorum bonorũ, id eſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit *, ſiue plures: apud eum, eóſve pars quarta remaneat * †.

* eſſet.
* remanet.

¶ Hæredum quilibet partis ſuæ legatis exinanitæ quartam detrahere poteſt, quamuis cohęredis portio nullatenus grauata exſtiterit.

¶ Et cùm quæſitũ eſſet [b] †, duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio, & Seio) ſi Titij pars, aut tota exhauſta ſit legatis, quę nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum [c] onerata: à Seio verò aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem eius dũtaxat in partem dimidiã minuãt [d]: an quia is [e] quartam partẽ [f] totius hæreditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat *, vt quartam partem ſuæ partis ſaluam habeat [g]? Placuit * poſſe retinere [h] etenim in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt.

* licere
* placuit, vt.
* abeſt.

a Apud hæredem. Cui etiam cauebit fideicõmiſſarius de præſtando eum indemnem futurum occaſione hæreditatis: vt ff. ad Trebel. cum hæreditas. & etiam pro futuris habet exceptionem: vt ff. ad Treb l. j. §. quanquam. Sed hæc cautio, * de qua hic dicitur, qualiter fit? Reſp. per officium iudicis poſtulante eo, cui eſt reſtituẽda hereditas vel quota pars: non autem ſi ſingulare fideicõmiſſum ſit relictũ, vt ff. ad Trebel. l. nam quod. §. non omnis. vel etiam poſtulante procuratore eius cui ſit mãdatum, nec ſufficit cauere de rato: vt ff. ad Treb. l. quidam. §. j.

recuſabat. *bellonum hic legit coactio.* *&.* *trãſfer.* *deſiderat.* *etiam.* *manẽte.*

ADDITIO. Et not ꝙ procuratori ſimpliciter & habẽti ſpeciale mandatũ, poteſt fieri reſtitutio hæreditatis: non autem procuratori in rẽ ſuam ſine ceſſionario: vt eſt caſus mirabilis in l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot.

N.A. † Ex aſſe. Quod iuris eſt in toto, idẽ iuris eſt in parte.

quãdo recuſaret * heres ſcriptus ſibi datã hæreditatem adire, neceſſitas ei imponeretur, totã hæreditatẽ volenti fideicõmiſſario reſtituere, & omnes ad eum, & contra eũ transferre* actiones: & hoc transpoſuimus ad ſenatuſconſultum Trebellianum: vt ex hoc ſolo* neceſſitas heredi imponatur, ſi ipſo nolẽte adire fideicommiſſari⁹ deſideret* reſtitui ſibi heredi tatem: nullo nec damno, nec *commodo apud hæredem [d] remanẽte*.

¶ Quod iuris eſt [illegible]

¶ Nihil autem intereſt, vtrũ aliquis ex aſſe † heres inſtitutus, aut totã hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatur: an ex parte heres inſtitutus aut totam eã partem aut partẽ partis reſtituere rogatur. Nam & hoc caſu eadem obſeruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus [c].

¶ Hæredi [illegible]

¶ Si quis, vna aliqua re deducta, ſiue percepta †, quæ

c Si quis vna. CASVS. Titius heredẽ inſtitutum ſic rogauit, Queſo te heres, vt præcepta domo mea (que centũ valet) reliquam hæreditatem, i. CCC. Scio reſtituas. quæro nõnne idẽ eſt, vt ſi dixiſſet, Queſo, vt quarta retenta, quod ſupereſt, reſtituas? minimè. Hoc enim intereſt, quòd illo caſu omnes actiões trãſeunt in ſolidum ad Seium: don⁹ ſine onere manet heredis. Hoc verò caſu diuidũtur actiones. & pro trecentis fideicommiſſarius agit, & cõuenitur: pro cẽtum hæredes. Cor. Vib.

d Nota, quòd quando hæredi aſſignantur vna vel plures res, habetur loco legatarij, & omnia onera remanent apud fideicõmiſſariũ. Item, quòd liberum eſt fideicõmiſſario fideicommiſſum futurum inutile repudiare. Syl.

N.A. † Præcepta. Præcipere dicitur vnus ex hæredibus, cui ante quàm hereditas diuidatur, caperẽ rem certam legati iure permittitur. Et hoc eſt quod dicitur, legatum per perceptionem. Vlpianus tit. 25. & Caius inſtit. lib. 2. ti. 5. Dicitur etiam præcipuũ, & ius præcipui.

b Diximus. Vt ſ. eo. §. ſed quia ſtipulationes. & prox. §. Et no. ꝙ idem iuris iuris eſt in toto quo ad totum, quod in parte. quo ad partem: vt ff. de acquir. hæredit. l. ſi ſeruus. & ff. de vſuc. l. qui ſcit. in princ. Argum. cõtra. ff. de euict. l. ex mille. in gloſ. pro parte.

Ius idẽ eſt i i toto, quo ad totũ: quod in parte, quod a l partẽ, & econtra.

ADDITIO. Tu dic, quòd hæc regula procedit, quando eſt eadem ratio in parte, quæ in toto, aliàs non: vt in contrario.

N.A. † Illud intereſt. Aliud eſt habere quartam hæreditatis, aliud rem quæ continet quartam: in illa ius eſt, in hac nullum lucrum. l. prima. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij. l. quotiens. 13. Co. de hæred inſtit.

¶ a. Quar

Digitized by Google

¶ a Quartã. vel etiã minus quarta: ſed tamen agitur ad ſupplementum, vel retinebit: vt ff. eo. l. j. §. ſi hæres præcepto. in fi.

¶ Adde, quòd in eo ſupplemẽto quia habet ſub nomine quotæ, ſubibit onera: vt dicunt gl. & doct. in d. § ſi hæres. Et dic etiã, quòd ſi coactus adierit, reſtituit etiã rem ſibi à teſtatore relictã. l. ita tamen. §. ſi prçceptis. ff. eodem. Syluest.

*ſiat.

¶ b Remanet. Facit C. de hæred. inſti. l. quoties.

N.A.

¶ Quaſi ex legato. Liquidũ lucrum, id eſt, omnis oneris expers ad legatarium transfert. l. 32. ff. mandati. Nulla res hęreditatia pars eſtj hæreditatis. l. quamuis. 14. ſi quis omiſ. cauſ. ff. legatum non eſt pars hæreditatis. l. qui fũdum. 83. §. 3. ff. ad leg. Falc.

*manet.

*ſcindãtur.

*trãsferantur.

¶ c Actiones. ſ. creditorum nõ legatorũ, quod dic. vt ſ. eod. §. ſed quia. in fine.

N.A.

¶ Certa ſumma. Eadẽ certę ſummæ, quæ certæ rei actio eſt. l. 1. §. ſi is qui. ff. ad Trebel. Summa eſt quantitas pecuniæ.

*qua.

¶ d Institutus.

quartam [a] cõtinet (veluti fundo vel alia re) rogatus ſit reſtituere hæreditatem: ſimili modo ex Trebelliano ſenatuſcõſulto reſtitutio fiet*, perinde acſi quarta parte retẽta, rogatus eſſet reliquam hęreditatẽ reſtituere. Sed illud intereſt † quòd altero caſu, id eſt, cum deducta, ſiue præcepta aliqua re, reſtituitur hęreditas in ſolidum ex eo ſenatuſconſulto actiones transferuntur: & res quæ remanet [b] apud hęredẽ, ſine vllo onere hęreditario apud eũ remanet* quaſi ex legato † ei adquiſita. Altero verò caſu, id eſt, cùm quarta parte retẽta rogatus eſt hęres reſtituere hæreditatẽ, & reſtituit, ſcinduntur* actiones [c], & pro dodrãte quidẽ transferuntur * ad fideicommiſſariũ, pro quadrante remanent apud hæredem. Quinetiam licet vna re aliqua * deducta aut prçcepta, reſtituere aliquis hæreditatem rogatus ſit, in quâ maxima pars hæreditatis contineatur, æquè in ſolidum transferuntur actiones. Et ſecũ deliberare debet is, cui reſtituitur hæreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadem, ſcilicet, interueniũt & ſi duabus pluribúſve deductis, præceptíſve rebus reſtituere hæreditatẽ rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma † deducta præceptáve, quæ quartã, vel etiã maximã partem hæreditatis continet, rogatus ſit aliquis hęreditatem reſtituere: idem iuris eſt. quæ autẽ * diximus de eo, qui ex aſſe inſtitutus [d] eſt, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hæres ſcriptus eſt.

¶ Ille q ab inteſtato bona defuncti cepit, & etiã fideicommiſſa. ... poteſt grauari de reſtituẽdo totam hęreditatem, vel partem hæreditatis. Hoc dicit. Aretinus.

¶ Pręterea inteſtatus quoque moriturus poteſt rogare [e] eum ad quem bona ſua, vel legitimo iure, vel honorario † pertinere intelligit, vt hęreditatẽ ſuam * totam, partémve eius, aut rem aliquam (veluti fundum, hominẽ pecu

vt reſtituat retenta certa re.

¶ Inteſtatus. Fideicommiſſum etiam ſine teſtamento relinquitur. l. 1. §. j. ff. ad Treb.

N.A.

¶ Præterea.

CASVS. Aurelius moriens inteſtatus, fratrem, qui ei hæres ab inteſtato futurus eſt ſic rogauit, Quæſo te, vt fundum illum Attico reſtituas, quæro an valeat? valet. atque hoc inter legatũ, & fideicõmiſſum intereſt, quòd legatum nõ relinquitur ab inteſtato, fideicommiſſum relinquitur. Quid ſi ſic dixerit, Rogo te hęres hæreditatem Titio reddere: deinde Titio, Rogo te Titi hæreditatem Seio reddere. valétne? valet. Corn. Vibul.

*abeſt.

¶ Not. quòd nõ ſolùm ex teſtamento, ſed ab inteſtato hęredes grauari poſſunt fideicommiſſo. Itẽ, quòd legata de iure antiquo ab inteſtato relicta non valebant. Item, quòd legatarius & fideicommiſſarius grauari poſſint. Syl.

*ſuã.

¶ e Rogare. in codicillis.

¶ Honorario. id eſt, per bonorũ poſſeſſionem.

N.A.

¶ Reſti

¶ a Reſtituat. ideo poteſt ab his fideicommiſſum relinquere: quoniam ſua ſponte relinquere legitimam hæreditatem videtur, non inſtituendo alium: vt ff. de iure co. l. conficiuntur. §. j.

N.A. † Legata. Legatũ enim pars eſt teſtamenti. l. 116. ff. de leg. 1.

¶ b Non valeãt. Sed quo iure hoc eſt verũ: antiquo non: vt ff. de lega. j. l. j. Itẽ nouo non: vt C. com. de leg. l. ij. Dic ergo, antiquiori iure locum habere, qđ hic dicitur. [Adde. ꝙ Bart. in d. l j. ſequitur hãc ſolu. ſed hic tex. videtur obſtare, cùm dicat, non valeãt, deſignãdo tempus quo loquitur: niſi ſubaudias. ſ. iure antiquiori, vel ponatur tẽpus pro tempore, vt ſæpè. hodie verò communis reſolutio eſt, quòd valeant relicta ab inteſtato: q[ua] nõ remanet hodie differentia inter fideicommiſſa, & legata, niſi rogo, nomine, & verborũ conceptione: vt notat. ſuprà d. l. j. excepto legato libertatis. Sylu.] Vel dic. quod d. l. de le. j. ſecundùm noua iura loquitur, ſecundùm quæ æquiparata ſunt legata fideicommiſſis: vt §. de leg. §. ſed non vſque.

* pro parte.

niam) alicui reſtituat [a]: cùm alioqui legata †, niſi ex teſtamento, non valeant [b]. Eũ quoque cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare, vt id rurſum alij aut totum, aut partẽ *, vel etiam aliquid aliud reſtituat [c].

¶ Si quis legũ ſolennia obſeruare nolẽs: hæredis fide ac legalitate fretus fideicõmiſſum reliquerit, iuſiurãdũ ſubire cogitur hæres, nũ tale quid relictum fuerit, qđ ſi recuſat, ad fideicõmiſſi ſolutionẽ coarcetur, nec audiendus eſt ſi minus ſolennem voluntatem allegeт.

¶ Et quia prima fideicõmiſſorũ cunabula à fide hæredum pendent, & tam nomẽ [d], quàm ſubſtantiam acceperunt: ideo diuus Auguſtus ad neceſſitatem iuris ea retraxit [e] *: nuper & nos eundẽ Principẽ ſuperare contendentes ex facto [f], quod Tribonianus vir excellentiſſimus * quæſtor ſacri palatij ſuggeſſit, conſtitutionem [g] fecimus, per quam diſpoſuimus, ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit, vt vel hæreditatem, vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat: & neque ex ſcriptura, neque ex quinque teſtium numero (qui in fideicõmiſſis legitimus [h] † eſſe noſcitur) poſſit res ma-

* eadem traxit.

* excelſus.

¶ c Reſtituat. Etenim inquantum quis honoratur, & honorari poteſt: vt §. tit. j. §. hoc ſolũ. Sed nunquid quartam retinebit? Reſp. vt §. tit. j. §. hoc ſolum.

¶ Et quia prima. CASVS. Meuius ſine ſcriptura, aut teſtibus rogauit, Titiũ heredem, vt reſtitueret Seio hereditatẽ. Seius eã petit, negat Titius. quid remedij? Deferat iuramentum Titio, nunquid reſtituere ſit rogatus. Quid verò ſi Titius fateatur quidẽ ſe rogatum, ſed quia ſolennitas deficiat, neget ſe daturum? Nihilominus cogetur. Quapropter? quia leges id maximè ſpectant, vt fides in iſtiuſmodi negotiis obſeruetur: cùm etiã ex fide nomen habeãt. Cor. Vib.

¶ Nota, ꝙ nomen, ſubſtantia, & receptio fidei commiſſorum cauſam habuerunt à fide hæredis. Item, ꝙ nõ eſt malę inuidię crimẽ, ſed bonę æmulationis affectio cõtendere alios in virtute ſuperare. Item, not. ꝙ hæres, qui aſſeritur grauatus, cogitur aut ſoluere, aut iurare. Itẽ, ꝙ codicilli facti corã quinq; teſtibus valẽt. Item. qui primò negauit, dõ poteſt poſtea cõfitendo ſe tueri prætextu inualidæ diſpoſitionis. Syl.

¶ d Nomẽ. Not. nomen conſequens rei: vt §. de donation. §. eſt & aliud.

¶ e Retraxit. Hęc iura ſũt §. eo. in princip.

¶ f Ex facto. i. ex quæſtione de facto.

¶ g Conſtitutionẽ. vt C. de fideic. l. fin. ADDITIO. In textu Quæſtorem Tribon. vocat: & ſic habet Theoph. cur ergo Exquæſtorẽ vocat in prooemio? nimirum quòd hic conſtitutionis ſuæ tempus ſpectat, quo tempore Queſtor erat. vt valdè mirer. Ae. F. qui Exquęſtor repoſuit.

¶ h Legitimus. not. teſtes quinque in codicillis neceſſarios eſſe: vt C. de co. l. fi. & de fideicomm. li. l. ibi, ſed ſiue quinque, &c.

† Legitimus. Nota, fideicommiſſa quinque teſtium numero contenta ſunt. l. vltima. C. de Codicill.

Codicil. lis à teſtes adſunt. N.A.

¶ a Iura

nifeſtari, ſed, vel pauciores q̃ quinque, vel nemo penit⁹ teſtis intèruenerit: tunc ſiue pater hęredis, ſiue alius quicunq; ſit, qui fidem hæredis elegerit *, & ab eo reſtitui aliquid voluerit, ſi hęres perfidia tentus adimplere fidem recuſat, negando rem ita eſſe ſubſecutā, ſi fideicõmiſſarius inſiurãdum ei detulerit, cùm prius ipſe de calumnia iurauerit [a] †: neceſſe eũ habere [b], vel iuſiurandũ ſubire, quòd nihil tale à teſtatore audiuerit *, vel recuſantē, ad fideicõmiſſi vel vniuerſalis* vel ſpecialis ſolutionem coartari [c]: ne depereat vltima voluntas teſtatoris fidei hęredis commiſſa. Eadē [d] obſeruari cenſuimus, & * ſi à legatario vel fideicõmiſſario aliquid ſimiliter relictũ ſit. Quod ſi [e] is, à quo relictum dicitur, [poſtquã* negauerit] cõfiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatē [f] recurrat*: omnino ſoluere cogēdus eſt [g].

* elegit.
* audiuis.
* vniuerſitatis.
* etiam.
* Incluſa abſunt. T.
* decurrat.

¶ a Iurauerit. Nam in omni caſu erat olim iurandum, & in omni capitulo: vt C. de iur. calum. l. j. in princ. hodie ſufficit ſemel iurare: vt in auth. de iis, qui ingre. ad app. §. fin.

¶ Adde & intellige in his quæ obueniunt poſt litē conteſtatã: ſed in his quæ cõtingunt ante, iuratur hodie, etiã in ſingulis. Bartol. in auth. hoc ſacramentum. Co. de iure iu. propter calum. dand. Sylu.

N.A. ¶ Calumnia iurauerit. Fideicommiſſi ſine ſcriptura, teſtibuſve relicti, vis tãta eſt, vt cum petitor iurarit ſe non mentiri, ſed ſe teſtatorē audiuiſſe rogãtem hæredē de reſtituendo, nõ modo heres inficiatur iurare cogatur: verũ etiam iurare recuſãs, habeatur pro confeſſo. l. vltima. Cod. de fideic.

¶ b Neceſſe eum habere. Sed nunquid hodie corrigitur hoc, cùm nulli deferatur inuito: vt C. de iureiur. l. fin. & l. generaliter. §. ſed iuramento. verſic. ſinautem? Reſp. non quia hæc eſt poſterior conſtitutio Iuſtiniani: vt C. de fideicom. l. fin. & ita eſt iſte ſpecialis caſus, in quo quis compellitur iurare.

¶ Adde, quòd ratio ſpecialitatis ponitur in l. fin. Co. de fideic. quia defertur iuramentum de conſcientia ſua, quod non poteſt referri. Et licet Ang. ex opinione Salic. videatur diſcedere ab opinione gloſſ. tamen dicendum eſt, quòd ſi hęres probabiliter ignorat, puta, qa erat abſens, & fideicõmiſſarius poteſt probabiliter ſcire, poteſt referri, ſi fideicõmiſſarius abſens fuerit, vel aliàs probabiliter neſciat, nõ poterit, prout in caſu. l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de inreiurand. ſecundùm diſtinctio. Bart. ibi Sylueſter.

¶ c Coarctari. Nota, propter contumaciam non iurantis eum condemnari: vt C. de iura. calum. l. ij. §. penulti.

¶ d Eadem. ſ. vt compellatur iurare, vel ſoluere.

¶ e Quod ſi. Dixi quando contumax fuit non iurando, tunc quando iurauit, & per ſacramentum fuit confeſſus, vel etiã antequàm iuret, ſed prius negauerat relictũ: vt in fine huius titu. dicemus ſtatim.

¶ f Subtilitatē. Quæ eſt, vt ex quo eſt voluntas non ſolēnis, nõ valeant ea, q̃ facta ſunt: vt C. de fideicom. l. ſi veritas. Cod. de teſta. l. non dubium. §. illud.

¶ g Soluere cogendus eſt. Sed quomodo coarctatur ex nõ ſolēni voluntate? ſic ergo ſoluuntur inutiliter relicta, ſicut & vtiliter, quod eſſe non debet: vt Cod. de fideicom. l. ſi veritas. quæ eſt contra. Sol. quidam dicunt, quod vbi ſolenniter teſtari voluit, & non fecit, habet locum lex cõtraria: aliàs ſi noluit teſtari ſolenniter, habet locum, quod hic dicitur: vt ff. de iur. cod. l. j. Sed hæc falſa eſt: quia & hic de teſtatore loquitur, qui ſolenniter facit: vt ibi, ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit. [Adde, quòd iſta opinio communiter reprobatur hic, & in l. fin. C. de fideicom. & probatur ex illis verbis, neque ex ſcriptura. Syl.] Alij, vt B. dicebant eſſe diſtinguendum: an dicat heres, non eſt verũ tibi legatũ eſſe: in quo caſu cogitur probare eſſe verũ, & ſolenne, vt in cõtrario: eo ſaluo, vt ſi deferatur ſacramentum, iuret vt §. proxi. §. an dicat, non potes petere, quia eſt minus ſolēne, quo caſu cogitur, vt hic. Sed hoc non valet: quia ſecundũ hoc expediret ei negare, quod eſſe non debet: vt ff. de tribu. l. illud §. penult. Dic ergo ſecundùm Ioann.

aut

aut ab initio confitetur relictum: & tunc non tenetur ex non ſolenni voluntate: vt in l. illa contraria. [Adde hoc verum, dummodo nõ ſit relictum ab eo, qui ſolenniter nolebat teſtari: ſed ſolum hæredis integritati confidere. d. l. fin. Syl.] Aut negauit, & tunc ex ſolenni voluntate non tenetur: ſed poſtea per ſacramẽtũ, vel per ꝓbationes compellitur: vt ita ratione ſui mendacij teneatur: vt hic, & argu. in auth. de triẽ. & ſemiſ. §. ſtudiũ. & §. ad hoc.

* anti.

DE SINGVlis rebus per fideicommiſſum relictis.

a De fideicom. generalib. ſ. tit. j. dixit, nunc de ſpecialibus dicit. Accurſ.

* abſq.

Poteſt. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primò, ponit de fideicommiſſo pecuniario. Secundò de libertatibus. Tertiò, per quæ verba fieri debeant. Secunda ibi, Libertas quoque. Tertia ibi, Verba.

¶ Poteſt tamen. CASVS. Licinius hæredem rogauit non totam hæreditatem, ſed particulam aliquam, veluti equum, Titio reddere: valétne fideicommiſſum? valet. Quid verò ſi Licinius legauit Titio equum, & poſteà ſic dixit, Rogo te Titi equum, vel ephippia des Cornelio? valebit. Sequens. §. nihil habet obſcuritatis. Cornelius Vibul.

¶ Not. quòd quælibet res, quæ tamen ſit in commercio, per fideicommiſſum relinqui poteſt. Item, quòd non ſolùm hæres grauari poteſt, ſed legatarius. Item, quòd olim à legatario non legabatur. Syl.

TIT. XXIIII.

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISſVM RELICTIS.

¶ Etiam res impropriæ poteſt per fideicommiſſum relinqui, tam ab hærede, quam à legatario.

Poteſt tamen * quis etiã ſingulas res a † per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentũ, † hominem, veſtem, & * pecuniam numeratam: & vel ipſum hæredẽ rogare, vt alicui reſtituat: vel legatarium b: quamuis à legatario legari * non poſſit c †.

¶ Non tantum res teſtatoris, ſed etiã hæredis, aut cuiuſlibet alterius, per fideicõmiſſum relinqui poteſt. Et legatarius de re ſibi legata vel ſua, vel altera alteri reſtituenda poteſt grauari, dummodo nõ plus oneretur, quàm honoratur. Et quãdo res aliena legatur, vel ipſa, vel eius æſtimatio præſtanda eſt. Aretin.

¶ Poteſt autẽ non ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere: ſed & hæredis, aut legata-

a Singulas res. Non ſolùm generaliter. vt ſuprà tit. j.

† Singulas res. Hæreditas, vel pars hæreditatis, opponitur rebus ſingulis, quę in ea continentur l. j. ff. de rei vindic. l. liberorũ 198. ff. de verb. ſign. Itaque fideicõmiſſum aliud dicitur vniuerſale, aliud ſpeciale. N.A.

* relinqui T.

† Argentum. Factum, & Infectũ: Nam ſignatum, pecunia numerata eſt. N.A.

b Vel legatariũ. Scilicet rogare, vt aliquid alicui reſtituat.

Legari poteſt à legatario.

ADDITIO. Sed quo pacto legatarij res legari poteſt? Scilicet, nõ ipſi legatario, ſed alij per fideicõmiſſum relinquitur.

c Non poſſit. Antiquo iure inſpecto: ſed nouo iure aliter eſt. nam poteſt à quolibet, qui cõmodum quocunq; modo habet, legari & fideicommitti: vt C. commun. de lega. l. ij. §. fi. & hoc ſtatim ſubijcit.

† Legari non poſſit. Non poſſit. Quoniam legatum ab hærede præſtatur, id eſt, ex hæreditate. l. ij. §. vlt. ff. de dot. prælеg. Vnde definitur, delibatio hæreditatis. Sed nouo iure, legata, & fideicommiſſa ſunt promiſcua. N. A.

Adde, quòd non ſolùm ipſi grauari poſſunt, qui commodum ſentiunt, ſed eorum hæredes. l. ſi fuerit. §. fin. ff. de lega. iij. & intellige de commodo æſtimabili. l. planè. ij. §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. j. Syluest.

ADDITIO. Dic ſecundum Ioan. Fab. quòd accipiẽdo legatum propriè: forte nõ poteſt legari, niſi ab hærede, ſed fideicommitti ſic: vt l. ſi fuerit. §. j. ff. de legat. iij. & quod ibi not. maximè per Bart. ſed quia legatum & fideicommiſſum

Digitized by Google

rij, aut fideicommiſſarij, aut cuiuſlibet † alterius [a]. Itaque & legatarius, & fideicommiſſarius non ſolùm de ea re rogari poteſt, vt eā alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit: ſed etiam de alia, ſiue ipſius [b] ſiue aliena ſit. Hoc ſolùm obſeruandum eſt, ne plus quiſquam rogetur alicui reſtituere, quàm ipſe ex teſtamēto cœperit. nā quod amplius † eſt, inutiliter [c] relinquitur.

¶ Cùm autē aliena res per fideicommiſſum relinquitur, neceſſe eſt, ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere, & præſtare, aut æſtimationem eius ſoluere.

¶ Sed & libertas ſeruo per fideicōmiſſum poteſt relinqui: & non tantū ſeruo proprio, ſed etiam alieno: vt quando poterit emātur, & manumittatur. b.d.

¶ Libertas quoque ſeruo per fideicōmiſſum dari poteſt: vt hæres eū rogatur manumittere, vel legatarius, vel fideicommiſſarius. Nec intereſt, vtrùm de ſuo proprio ſeruo teſtator roget, an

miſſum idem ſunt, & facta ſunt hodie ſimilia & ſynonima, ideo illa differentia hodie non tenet: vt dicta l.ij.§.fin. C.communia de lega. & plene not. per gloſſ. & doct. l.j. de leg.j. & ibi dixi. ſuprà de leg. §. j. ſed ibi Raph. dicit, quòd iſte text. non poteſt loqui de iure antiquo, cùm hic ſit verbum, poſſit, dum dicit legari non poſſit. non autem dicit legari nō poterat, &c. dic vt per eum. Angel.

N. A. † Cuiuſlibet. Per fideicōmiſſum onus imponitur, nō tātùm reſtituendi, ſed etiā dandi. l. xxv. C. de fideicom.

¶ a Alterius. refert tamē an leget rem extranei, an hæredis: primo caſu diſtinguitur an ſciuerit alienam, vel credidit ſuā: ſecundo, non: vt ſuprà de legat. §. quod autē. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſi rem.

¶ b Ipſius. ſcilicet, legatarij.

N. A. † Quod amplius. Iniquum eſt teſtatorem plus oneris, quàm honoris tribuere l. j. §. ſi is qui ff. ad Trebell.

¶ c Inutiliter. Facit ff. de leg. j. l. planè. ij. §. fin. & l. videndum. & ff. de leg. iij. l. j. §. ſciendum. & l. iij. §. Iulia. & l. ſi legatarius. in princ. Sed contrà in d. l. planè. §. ſi cui. Sed ibi ſtetit per legatarium, quo minus meliorem acceperit, vel melior videtur eſſe, quem elegerit, licet deteriorem elegerit: vt arg. infrà de act. §. præterea. Item arg. contra ff. de leg. ij. l. Imperator. §. j. ibi, enim verò, &c. Sed hoc quod hîc dicitur, intellige, quando in quantitate legatur alicui, & in quātitate oneratur: ibi autem quando quantitas datur, & in ſpecie grauatur: quo caſu tantùm videtur æſtimaſſe ſpeciem ſuā legatarium accipiendo quantitatem: vt ex eadem l. c. lligitur. [Adde tamen, quòd quando grauatus debet reſtituere poſt aliquod tempus quantitatem, & fuit honoratus in quantitate: licet iure ciuili teneatur computare vſura ſecundum illud tempus. d. l. Imperator. §. ſi cētum. quæ hodie ſunt prohibitæ. c. j. de vſur. poterit tamen hodie grauari in plus, vſque ad quātitatem honeſti lucri: vt tradit Bar. in d. l. Imperator. §. cum quidam. ſi vel dictum lucrū perceperit, vel percipere potuerit. Syl.] Item contra. ff. ad legē Falcid. l. ſed & ſi non ſeruus. in prin. Sed & ibi eodē modo. reſpōde: quia quantitas erat legata, & onus erat poſitum in faciēdo. Sed cum quantitas legatur, & in quātitate grauatur, ſicut hic loquitur: nunquid quartam iure Falcidiæ poteſt oneratus retinere: ſiue ſit legatarius, ſiue fideicommiſſarius quis ſit grauatus? Quidam dicunt quòd ſic: vt argumentum. ff. ad legem Falcidiam. l. pœnales. §. fin. Nos contra: vt eodem titulo. l. lex Falcid. ſi interueniat. §. nunquam. & de vulgari ſubſtitutione. l. cohæredi. §. cum filiæ.

¶ Adde hæc vera, niſi ex præſumpta mente defuncti, puta partem rogatus ſit reſtituere, ſecùs, ſi totum, ſecundum diſtinctionem quæ fit in d. §. fi. vel niſi ex liberalitate expreſſa vel præſumpta hæredis, qui dum poſſet Falcidiam detrahere, totum ſoluit: nam tunc legatarius illud retinebit. l. j. §. inde Neratius. ff. ad Trebel. & ibi Bart. in fin. Syl.

¶ Libertas. CASVS. Sextius hæredem rogauit, vt ſeruū ſuū Pamphilum manumittat. valétne? valet. quid ſi vt alienū ſeruum? cogetur eum redimere

ac

de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarij, vel etiã extranei [a] † ſit. Itaque & alienus ſeruus & redimi, & manumitti debet. Quòd ſi dominus eum non vendat [b]: ſi modò [c] nihil [d] ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, recepit [e] *, non ſtatim extinguitur fideicommiſſaria libertas: ſed differtur [f] quo ad * poſſit tempore procedēte, vbicunq; occaſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas.

¶ Cumq; libertatis datus, teſtatoris libertus efficitur: fideicommiſſariam autem adeptus libertatē, hæredis eſt libertus.

¶ Qui autem ex fideicommiſſi cauſa manumittitur, non teſtatoris ſit libertus, etiam ſi teſtatoris ſeruus ſit: ſed eius, qui manumittit [g]. At is, qui directò ex teſtamento liber eſſe iubetur, ipſius teſtatoris libertus ſit, qui etiam Orcinus [h] † appellatur. Nec alius vllus di-

ac manumittere. Quid, ſi dominus eius noluit vēdere, an libertas extincta eſt? minimè. ſed in pendenti eſt & ſi quando facultas erit, veluti ſi ſeruus hæredis factus ſit, dabitur. Quòd ſi dominus ſerui ex illo teſtameto aliquid perceperit, ſeruum vēdere cogitur. Quæ ſequuntur ita clara ac perſpicua ſunt, vt qui in iis offenderit, meritò cæcus appellari poſſit. Cor. Vib.

¶ Not. quòd fideicommiſſ. libertas dicitur quando grauatur, qui grauari poteſt, vt manumittat. Item, quòd fideicommiſſaria libertas poteſt relinqui, etiam ſeruo alieno. Item, quòd grauatus dare libertatem ſeruo alieno, tenetur emere & præſtare, ſi poteſt. Item, quòd dominus ſerui, cui libertas eſt relicta, nõ cogitur manumittere, aut vendere, niſi aliquid cõſecutus ſit à teſtatore. Item, quòd tale fideicommiſſum non extinguitur, ſi dominus nolit vendere, ſed pendet. Item not. quòd illud quod differtur, non aufertur. Syl.

perceperit. *quia.*

¶ a Extranei. Licet etiam crediderit ſuum: vt ff. de fideicommiſſa. libert. l. Paulus. primo reſponſo. & l. alieno. in princ. Sed in pecuniario legato diſtinguitur, ſciuerit, vel ignorauerit rem alienam. vt ſuprà de leg. §. quod autem. & §. non ſolùm.

¶ Adde tamen, quod in contrarium facit text. in l. alieno. ff. de fideicom. libert. Sylueſt.

N.A. † Etiam extranei. Quoniam, vt modò dixi, fideicommiſſi onus, non tantùm in reſtituendo, ſed etiam in dando cõſiſtit l. 16. l. 39. ff. de fid. libert.

¶ b Non vendat. Vel etiam ſi vendat, ſed vltra iuſtum pretium vēdere vult. nam tunc perinde eſt, ac ſi nõ vendat: vt ff. de lega. iij. l. non dubium. §. fin.

¶ Adde, quòd ſi dominus dixerit ſe velle vendere certo pretio, & grauatus dicat immodicum, iudice declarante tenetur poſtea dominus vendere pro pretio declarato, ſecundum Bart. in d. §. fin. qui mouetur per text. in d. l. nõ dubium. §. ſi is, cuius. qui videtur potius dicere contrarium, ibi, idem eſt ſi plus iuſto. & ibi, volenti domino. Syl.

¶ c Si modò. Interpoſitio eſt.

¶ d Nihil. Si enim aliquid, etiam modicum relinquitur alicui, vt vendat, & ille legatum accepit, compellitur vendere: vt hic, & C. de fideicom. libert. l. liberi. & l. ſi te donatam. & C. ad l. Falcid. l. ſi ea, cuius filium.

¶ e Recepit. ſcilicet, dominus iſtius.

¶ f Differtur. Quod differtur, non aufertur. ſic ff. de iudic. l. cum furioſus. Argu. contra. C. de inoff. teſtam. l. ſcimus. §. fin. [Adde, quòd ibi erat in poteſtate filij præparare querelam, & ideo ea delata aufertur, vt non tranſmittatur ad extraneos. Sylueſt.] Et ff. de vſufr. l. ſi vſusfructus. [Adde, quòd ibi aufertur propter moram & culpam ſuam. Syl.] Item not. quòd inſpicitur, quod euenire poteſt: ſic ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi idem. §. fin. in glo adiudicari. & ff. de adi. leg. l. ſi ſeruo.

¶ g Eius, qui manumittit. id eſt, Hæredis vel legatarij vel fideicommiſſarij. C. de fideicom. lib. l. his quibus. Accurſ.

¶ h Orcinus. Sic dictus ab orco. id eſt manumiſſus ab eo, qui tendit ad orcũ. id eſt, infernum. Vel orthinus, ab orthos, quod eſt rectum. Vnde orthinus. id eſt, directò manumiſſus. Vel ab orce, quod eſt capio(nã & inde archiorchus) quia multa capiunt manumiſſi in teſtamento, in quo multa fiunt. *Orcinus quis & vnde dicitur.*

ADDITIO. Dictũ apparet ab orco.

Theo

Digitized by Google

Theophilus enim χαρωνιτὸν, id eſt, Charontium à Charōte appellat. q. d. liber ab eo factus, qui ad Orcũ tendit.

N.A. Orcinus. Orcinus, libertus eſt teſtatoris ad Orcũ demiſſi. Itaq; nullius libertus dicitur. l.4. C.de bo.liberto. ſed familiæ libertus. l.3. §. planè. ff. de legit. tut.

N.A. Directa autē. rectò ex teſtamento libertatem habere poteſt, quàm qui vtroque tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamentũ, & quo moreretur. Directa* autē † libertas tunc dari videtur,

Directa libertas dicitur, non tam quia directis verbis, id eſt, ciuilibus relinquitur, quàm quia directo à teſtatore, nulla intermedia perſona tribuitur. Directa autem verba ſunt certæ formulæ à iuriſconſultis conceptæ: veluti in teſtamentis in actionibus in cretionibus. * directa.

DIFFERENTIAE INTER LEGATVM & fideicommiſſum.

Legatum, ex legibus X I I. tabul. & rigore iuris proficiſcitur.	Fideicommiſſum ex voluntate relinquentis. Vlpianus tit.26.
Legatum non niſi verbis Latinis, directis ciuilibus relinquitur.	Fideicommiſſum precariis, etiam Græcis verbis, atque adeò nutu ſolo.
Legatum non relinquitur niſi teſtamento. l.4. ff. de manumiſſ. teſtam.	Fideicommiſſum, etiam ab inteſtato.
Soli hæredi imponitur, eique qui ſuo nomine, & ex ſua perſona hæres eſt.	Et hæredi, & legatario, & fideicommiſſario, & donatario mortis cauſa, & ei, qui alieno nomine heres eſt, & heredi hæredis, & patri, vel domino heredis inſtituti.
Legatum non niſi ex hæreditate delibatur.	Fideicommiſſum etiam ex aliis rebus non hæreditariis.
Legatum eſt tantùm rerum ſingularum.	Fideicommiſſum aliud vniuerſale, aliud ſpeciale.
Legatum eſt merum lucrum.	Fideicommiſſum vniuerſale eſt ius, & pars oneris.
A legatario legari non poteſt.	A fideicommiſſario poteſt.
Legari non poterat ante hæredis Inſtitutionem, nec poſt mortem hæredis.	Fideicommitti poterat.
Legari non poterat codicillis, niſi teſtamento confirmatis.	Fideicommitti poterat.
Legata directis, ſolennibus, & ordinariis actionibus petuntur.	Fideicommiſſaria extraordinariis perſecutiónibus.

Digitized by Google

N.A. † Notandum eſt, fideicommiſſum vniuerſale interdum appellari ſubſtitutionem,cùm verè, propriéque ſit reſtitutio. Nam ſubſtitutio, quæ vel vulgaris eſt,vel pupillaris, fit directis verbis,ſiue ciuilibus: fideicommiſſaria verò, precariis. l.7.l.41.§.j.ff.de vulg.ſubſt.l.14. C. de fide. Directa fit ex lege, ex rigore iuris, ex neceſſitate.l. verbis legis. ff. de verb. ſignifi. fideicommiſſaria iure antiquo ex fide hæredis pendebat. §.1. & §. 2.ff.de fid. hæred.Directæ petitio fuit ordinaria,fideicōmiſſaria perſecutio extraordinaria.l. pecuniæ. 178. ff. de verb. ſignifi. Qui directò ſubſtitutus eſt, etiā inſtitutus eſt. Directa ſubſtitutio, eſt ſecundi hæredis inſtitutio. l.ex facto. 43.§. Lucius. ff. de vulg. ſubſtit. Denique directa ſubſtitutio, eſt inſtitutio, itaque appellatur. l. Iulianus. 26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. Neque ſubſtitui quiſquam poteſt, niſi qui hæres eſſe poteſt. At neque fideicommiſſaria ſubſtitutio,inſtitutio eſt:neque per fideicommiſſum ſubſtitutus hæres eſſe, aut in hæredis locum ſubrogari poteſt. Neceſſe eſt enim alium recto iure hæredem eſſe, alium fideicommiſſarium. §. ſecundo. ſuprà illo titulo. Directæ ſubſtitutionis effectus eſt, vt hæredis deficientis locum ſuppleat. Nam ad excludendos legitimos, & impediendum ius caduci,& ius adcreſcendi, introducta eſt lex vnica. Codice de cad. toll. fideicommiſſariæ effectus eſt,vt inſtitutum hæredem confirmet, & eius fideicommittatur. Denique qui pupillariter ſubſtituit filio, hæredem facit. At rogari aliquis, vt ſibi certum hæredem faciat, non poteſt. l. ex facto.17.ff. ad Trebellianum.

a Ex ſuo. Non expectata manumiſſione ab alio facienda.

cùm non ab alio ſeruum manumitti rogat: ſed velut ex ſuo [a] teſtamento [b] libertatem ei competere [c] vult.

¶ Siue præceptiuis, ſiue rogatiuis verbis fideicommiſſum fiat, valet. h.d. Aret.

¶ Verba autem fideicommiſſorum hæc maximè [d] in vſu habentur: Peto, Rogo, Volo, Mando, Fidei tuæ cōmitto: quæ perinde ſingula firma ſunt, atq; ſi omnia in vnum congeſta eſſent.

TIT. XXV.

DE CODICILLIS.

¶ Codicillos etiā non teſtatus quiuis facere poteſt: porrò ante teſtamentum facti, nulla expreſſa confirmatione, nouo iure indiguit.

Ante Auguſti tempora con-

b Teſtamento. Vel etiam codicillis teſtamento confirmatis, vt ff. de manumiſſ.teſta.l.libertas.

Hodie tamen etiam in codicillis ab inteſtato dari poteſt libertas directis verbis. Syl.

c Competere. Quæ competit hæreditate adita, etiam ab vno ex pluribus hæredibus,vt ff.de manumiſſ. teſtam. leg. teſtamento manumiſſus. §. teſtamento.

d Maximè. ideò hoc dico: quia quibuſcūque verbis relinqui poſſunt: vt ſuprà de legat. in princip. ſiue directis, ſiue precariis: vt C. com. de leg. l. omne verbū. & facit ff. ad Trebell. l. Scæuola.

Adde. l.vnum ex familia.§.fi. ff.de legat.ij.l. peto. in princ. l.codicillis. §.matre. eo. tit. & de verbis ennunciatiuis, vide Bartolum in lege, Lucius. §. filiam. ff. ad Trebellianum. & in dicto §. finali. Syluester.

DE CODICILLIS.

Quia Teſtamenta, & eorum accidentia dicta ſunt: nunc de codicillis. id eſt, de paruula, vel de minima ſcripta voluntate. Nam ideo codicilli dicuntur: quia in breuiori chartula, vel codice, quàm teſtamentum, fiebant,& ſolùm in eis quædam fideicommiſſa relinquebantur: & tales ſunt ad teſtamentum, qualis eſt ſcapha ad nauem. Sed nunquid ſecundùm hoc poſſunt fieri ſine ſcriptura? Quidā dicunt,quòd non: ſed tamen dico etiam ſine ſcriptura hodie fieri poſſe, licèt fortè olim in ſcriptis tantùm fierent: vt C.de bon. libe.l.fin.in princ. Accurſ. *Codicilli ſine ſcriptura fieri poſſunt.*

Ante Auguſti,&c. Iſte tit.diuiditur in quatuor partes. Primò, quomodo fuerit introductus vſus codicil

dicillorum. Secundò, quando codicilli teſtamento confirmati valent. Tertiò, an hæreditas directò poſſit dari, vel adimi in codicillis. Quartò, an quis poſſit facere plures codicillos. Secunda ibi, Non tantùm. Tertia ibi, Codicillis. Quarta ibi, Codicillos. CASVS. L. Lentulus Cęſarem hæredem ſcripſit, & filiam ſuã, quos rogauit per codicillos teſtamento confirmatos, vt aliquid facerent, puta domos ædificandas quibuſdam amicis Lẽtuli curarẽt. erant autẽ confirmati codicilli teſtamento, vel ante facto, hoc modo: Si quos ſcripſero codicillos, ij firmi ſunto. vel poſt, ad hunc modum. Quos ante ſcripſi, rati ſunto. quęro an valeant codicilli? maximè. Co. Vibul.

* abeſſ. * diſcederet.

ſtat codicillorum ius in vſu nõ fuiſſe: ſed primus Lucius Lentulus (ex cuius perſona etiã fideicommiſſa eſſe *cœperunt) codicillos introduxit. Nam cùm decederet * in Africa, ſcripſit codicillos teſtamẽto †cõfirmatos a †, quibus ab Auguſto b petiit per fideicõmiſſum vt faceret aliquid. Et cùm diuus Auguſtus voluntatem eius impleſſet, deinceps reliqui eius c auctoritatem ſecuti fideicõmiſſa præſtabant: & filia Lentuli † legata, quæ iure non debebat d, ſoluit. Dicitur autem Auguſtus conuocaſſe ſapientes * viros, interq; * eos Trebatium quoq;, cuius tũc auctoritas maxima erat: & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, ne abſonans à iuris ratione codicillorum vſus eſſet: & Trebatium ſuaſiſſe Auguſto, quòd diceret vtiliſſimum, & neceſſarium hoc ciuibus eſſe, propter magnas, & longas peregrinationes † quæ apud veteres fuiſſent: vbi ſi quis teſtamẽtum facere † non

* prudentes. * abeſſ, que.

Not. quòd ius codicillandi ab Auguſto traxit originem. Item, quòd exempla principum ſunt imitanda. Syluester.

ADDITIO. Codicilli tabellæ ceratæ erant, in quibus aliquid ſtylo aut breuiter, aut feſtinanter ſcriptum fuerat. Itaque commodiſſimè iis veteres vtebantur, quum ſcribere in codicillis poſſent vel in cœna, vel in curia, vel in via, vel vbicunq; libuiſſet: charta autem non item, in qua ſcribere ſine atramento & calamo non poterant.

N.A. † Codicilli, ſunt ſcriptura, qua defunctus voluntatem ſuam de ſuis bonis, in aliquem poſt mortem ſuam transferẽdis, minus ſolemniter expoſuit.

a Confirmatos. Hic nota, quòd quatuor modis codicilli conficiuntur: aut enim in futurum confirmantur, veluti teſtamento prius facto, in quo dictum eſt, quicquid dixero in codicillis, valere volo. & poſtea codicilli facti ſint. Aut in præteritũ: veluti codicilli prius facti teſtamento facto poſtea cõfirmati ſunt, & hi duo caſus ſunt. Cod. eodem. l. ſiue in initio. [Et ſic confirmatum præcedit confirmans in diſpoſitione: ſed non quo ad intellectum, & voluntatẽ: quia ea cenſetur pręcedere, & facit ad plures quæſtiones, quas mouet Ang. hic Sylu.] Tertiò, ſiunt cum teſtamento: veluti cũ teſtator qui teſtamentũ implere nequiuerit, addiderit vt vim codicillorum haberet: vt C. eodẽ. l. fin. §. illud planè. ibi, niſi id ille, &c. Quartò, ſine teſtamento ſcilicet ab inteſtato: vt ff. eod. de iure codicil. l. cõficiuntur, & I. eod. §. non tantùm. & C. eod. l. non idcirco. hic autem fuerunt confirmati, vel ante, vel poſt.

† Teſtamento confirmatos. Veriſimile eſt illum hæredem aut hæredes rogaſſe, vt ſi quid codicillis cauerẽt, id pręſtarent, iuxta l. vltim. ff. de fid. lib. N.A.

b Auguſto. Cui aliquid relinquebatur.

c Eius. ſcilicet, Auguſti.

† Filia Lentuli. Filiæ impoſitæ erant legata, Auguſto verò fideicommiſſa. N.A.

† Peregrinationes. In quibus non ſemper ciuium Romanorum teſtium ſeptena copia erat l. 8. 1. ff. hoc tit. N.A.

d Non debebat. Quia legata nõ debebantur, niſi ex teſtamento, iure antiquo: vt diximus ſ. tit. ij. §. præterea.

† Teſtamentum facere. Nouum, ſ. facere, & veluti mutare. Nam ſi quid mutari placet, omnia de integro facienda ſunt. l. 21. §. primo. ff. de teſtamentis. N.A.

Digitized by Google

¶ a Non poſſet. Propter impotentiam facti, vt quia nō habet tot teſtes, qui teſtamento conficiendo, ſufficiant: ſecus, ſi propter impotentiam iuris: vt ff. eodem. l. diui. §. codicillos. quæ eſt contra. & probatur hęc ſolutio. ff. eo. l. conficiuntur. §. codicilli.

¶ Non tantùm autē. CASVS. Poteſtne aliquis inteſtatus codicillis fidei committere? poteſt. Sed ecce, Titius per codicillos mihi domum reliquit, deinde teſtamētum faciens nullā eius rei mentionem fecit: valéntne codicilli? valent, ſi modò probari nō poſſit, teſtatorem ab illa in codicillis perſcripta voluntate receſſiſſe. C. Vibul.

¶ Not. codicillos fieri poſſe ab inteſtato: quia venientes ab inteſtato vidētur tacitè inſtituti, vel eis relicta hæreditas. l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum. Item, quòd codicilli quandocunque facti valent, dummodò ab eis non ſit expreſsè receſſum. Sylueſter Aldobrandinus.

ADDITIO. In hunc §. vide acutam diſputationem Franciſci Duareni viri doctiſſimi, in lib. Antiq. lect. ij. capite finali.

N.A. ¶ Non tantùm. Solent iuris articuli paulatim inualeſcere. l. duodecima. §. ſed ſi. 15. ff. de iniuſto. l. quarta. ff. de vſuſr. & habit. Codicilli primùm teſtamenti appendix fuerunt, vires ex teſtamento capiebant, poſt valere per ſe cœperunt. L. tertia. §. vltimo. l. 6. ff. hoc titulo. Ergo nunc, codicillus eſt voluntas, vel teſtati, vel inteſtati, minus ſolennis.

¶ b Confirmentur. ſcilicet expreſſum, vel etiam ſi quoquo iudicio retinetur prima volūtas: vt ff. eodem de iure codicil. l. ante tabulas teſtamenti. ſed Io. contra. Nam ſiue ante, ſiue poſt fiant, ſemper vidētur cōfirmati: vt hic dicitur ſtatim, & ff. eod. de iur. codicil. l. ſi quis cum. §. fin. & l. ab inteſtato. Accurſius.

ADDITIO. In hoc tamen remanet hodie differentia, ſecundùm Ioann. Fab. quia quando expreſſè cōfirmantur, valēt iure directo, quæ in his continentur, ſecus, ſi tacite. l. libertates. ff. de man. teſtam. & de teſtam. tute. l. tertia. quamuis gloſſa ibi notet contrarium.

¶ Codicillis autem. CASVS. Non poſſum directò ſcribere in codicillis: Titius hæres mihi eſto: vel filius meus cohæres eſto. ſed per fideicommiſſum rectè hæreditas in codicillis relinquitur, hoc modo: Rogo te hæres mi, vt cùm primùm adieris hæreditatem meam, eam Seio reddas. Titius Meuium in teſtamento purè hæredem inſtituit: deinde in codicillis ſcripſit, Mæuius hæres eſto, ſi nauis ab Alexandria venerit: non valent codicilli. item, Solum Mæuium teſtamento inſtituerat: deinde in codicillis ſubſtituit Seium. valétne ſubſtitutio? minimè. Cor. Vib.

¶ Not. hæreditatem nec dari, nec adimi

poſſet a, tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora cùm & Labeo codicillos feciſſet, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

¶ Etiam ab inteſtato codicilli fieri poſſunt. Sed quādo ante teſtamentum fiebant: non aliter valebant, niſi eſſent in teſtamento teſtatore ſuperſtite ſpeciatim confirmati. Hodie verò ſemper videntur confirmati. Aret.

¶ Non tantùm † autem teſtamento facto poteſt quis codicillos facere, ſed & inteſtatus quis decedens fideicommittere codicillis poteſt. Sed cùm ante teſtamentū factum codicilli facti erant, Papinianus ait, nō aliter vires habere, quàm ſi ſpeciali poſteà voluntate confirmentur b. Sed diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt ex iis codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat eum, qui poſtea teſtamentum fecit, à voluntate, quàm in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.

¶ Codicillis nec dari nec adimi directò hæreditas poteſt: nec inſtituto hæredi conditio adiici, nec directò ſubſtitui: fideicommitti autem poteſt.

Digitized by Google

mi directò in codicillis poſſe, nec exhæredationem fieri. nec ſubſtitutionem directam: ſecus, ſi per fideicommiſſum. Item not. plures codicillos fieri poſſe: quamuis fieri non poſſit niſi vnicum teſtamentum. Item, codicillos nullam iuris ſolennitatem deſiderare. Syl.

a Neque dari. Directò: ſed per fideicommiſſum ſiue ab eo quem prius fecerat hæredē, ſiue à legitimis bene poteſt relinqui: vt ff. eodem. de iure codicillo. l. ſecunda. §. finali. & Codice eodem. lege, hæreditatē. & infrà proximo. §.

Et aſſignat glo. in dicta l. hæreditatem, rationem differentiæ: quia non tantùm aufertur per fideicommiſſa, ſicut directò aufertur: Vel dic, ſecundùm Salycet. aliqua virtus attribuitur vni, quæ non attribuitur alteri: vt l. fi. C. eod. & maiorem vim teſtamenta, quàm codicilli habent, propter maiorem ſolennitatem in eo requiſitam. Ange.

N.A. a Neque dari. Neque dari igitur, cum hæredis inſtitutio ſit caput teſtamenti, abſurdum & præpoſterum eſſet transferre in appendicem id, quod caput erat teſtamenti. l. 10. ff. hoc tit. Alioquin, iura teſtamenti, & codicilli, quę diſſimilia ſunt, confunderentur. l. 7. C. hoc titulo.

b Ne confundatur. id eſt, ne iſtæ duæ voluntates ſic miſceantur, vt vna ab altera diſcerni non poſſit. nam ſi idem ſignificarent, quare diuerſa nomina darentur? vt C. eod. l. ſi idem.

c Scribi. ſcilicet, vt de iure valeant.

Codicillis autē hęreditas neque dari [a] † neque adimi poteſt: ne confundatur [b] ius teſtamentorum, & codicillorum: & ideo nec exhęredatio ſcribi [c]. Directò autem hæreditas codicillis neque dari, neque adimi poteſt. Nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis iure relinquitur [d]. Nec conditionem hæredi inſtituto [e] codicillis adiicere [f], neque ſubſtituere directò [g] quis * poteſt.

¶ Plures codicillos vnus facere poteſt omnes habentes effectum: ſecus in pluribus teſtamentis.

Codicillos autem etiam plures [h] quis facere poteſt: & nullam [i] ſolennitatem † ordinationis deſiderant.

d Relinquitur. Sed qua actione hæc hæreditas, vel etiam in codicillis relicta petemur? Reſp. quidam cōdictione ex lege. vt ff. de condictione ex lege. l. j. Vel dic vtili actione ex teſtamento: cùm ad inſtar teſtamenti codicilli ſint inuenti: vt ff. eodem. de iure codicillorum. l. ij. §. j. * libri.

ADDITIO. Relinquitur autē hoc modo: Rogo te hæres mi, vt cùm primū adieres hæreditatē meam, eam Seio reddas, reſtituas.

e Inſtituto. ſ. in teſtamento.

f Adiicere. Et cui conditioni adiectæ neceſſe parere non habet. ſed in eius conditionis defectū de ademptione hęreditatis cogitaſſe videtur: vt ff. de condit. inſtit. l. pen. in fin. Sed fortè in vanum cogitauit, vt ibi dixi.

g Directò. Si tamen ſubſtituerit, videtur rogaſſe per fideicommiſſum, vt reſtituat, vt ff. ad Trebellia. l. Scæuola.

h Plures. vt etiam omnes valeant, niſi contrariam contineant voluntatem: vt C eod. l. cùm proponas. aliud in teſtamentis. vt ſuprà quib. modis teſtamen. infir. §. poſteriore. & facit ff. eod. l. diuus. §. j.

i Et nullam. ſcilicet de illis quatuor quæ in teſtamento deſiderantur. vel ſeptem teſtium, vel ſigillorū, vel quod ſua manu ſcribantur, vel quod ſubſcribant teſtes: vt ſ. de teſt. §. j. Sed quædam ſolennitates & hic deſiderantur: vt ſunt quinque teſtes, vt diximus ſuprà tit. ij. §. fin.

† Solennitatem. Niſi quinque teſtes, etiam fortuitò. l. penul. C. hoc tit. N.A.

TESTAMENTVM.	CODICILLVS.
Teſtamentum requirit ſolennitatem.	Codicillus nullam.

Teſtamentum directis verbis fit.	Codicillus quibuſuis.
Teſtamentum aliud ſcriptum, aliud nuncupatum.	Codicillus ſola ſcriptura conſtat.
In teſtamento dari decretò,& adimi hæreditas poteſt.	Per codicillos,non niſi precariis,& per fideicommiſſum.
In teſtamento ſeptem teſtes rogati.	In codicillis quinq; etiã nõ rogati.
Teſtamentum per ſe valet,etiam directò ſcriptum.	In codicillis nihil valet directò ſcriptum,niſi teſtamento confirmatis.
Teſtamentum valet pro codicillo,ſi teſtator id iuſſerit.	Codicillus non valet pro teſtamento.

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTOrum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis, Libri Secundi finis.

EΠI

Digitized by Google

ΕΠΙΓΡΑΦΗ LIBRI TERTII SVBSEQVENTIS
ſic habetur in vetuſtiſſimo exemplari manuſcripto.
Dn. Iuſtiniani perpetuò Auguſti.

INSTITVTIONVM COMPOSITARVM PER Tribonianum virum magnificum, magiſtrum & exquæſtorem ſacri Palatij, & Theophilum & Dorotheum VV. illuſtres, & anteceſſores, incipit tertius; De hæreditatibus quæ ab inteſtat. deferuntur.

DE HAEREDITATIBVS, quæ ab inteſtato deferuntur.

¶ Hic titulus eſt generalis ad omnes ſequentes titulos vſq; ad tit. de bo. poſ. vbi miſtim tractabit ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed text. huius tit. loquitur tantùm de ſuis hæredibus, & ſic aliàs. ff. ſi cert. pet. & de reb. cre. vbi tractat de mutuo in ſpecie tãtùm. Accur.

ADDITIO. Iſte tit. ſic cõtinuatur. dictum eſt ſ. de hæred. quæ teſtamento facto deferũtur: nunc ſequitur videre de hæreditat. quæ ab inteſtato deferuntur.

N.A. † Hæreditas aut teſtamentaria eſt, quæ teſtamento defertur, non tamẽ ſine lege. l. verbis. ff. de verb. ſignif. aut legitima, quæ ſola lege, ſine teſtamento defertur. l. 3. §. 3. ff. pro ſocio.

INteſtatus. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes principales. Primò, ponit quis dicitur decedere inteſtatus. Secundò, quòd prima cauſa eſt liberorum, & qui ſunt liberi, & ſui. Tertiò, de emancipatis, quomodo admittantur, & de adoptiuis. Quartò, ponit aliquas ſuas correctiones. Secunda ibi, In teſtatorũ autẽ. Tertia ibi Emancipati autẽ. Quarta ibi, Sed ea omnia.

¶ Inteſtatus. THEMA. Quatuor modis dicitur aliquis inteſtatus, quis per ſe quiuis intelliget. Cor. Vib.

¶ Not. hic eſſe tex. contra illam regulam. quòd qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecũdùm tempus verbi. Nam qualitas decedenti non viuenti competit, cùm dicat, qui teſtamentum non fecit, cùm fieri poſſunt vltimo vitæ ſpiritu. l. iiij. ff. loca. tamen non eſt inconueniens: vt eſt tex. in l. ſi quis poſthumos. §. quòd ſi moriente. ff. de liber. & poſthu. Item not quòd inteſtatus dicitur ille, qui omnino teſtamentum non fecit. Item, qui non iure fecit teſtamentum. Item, quòd paria ſunt teſtamentum non eſſe factum, vel factũ, & non legitime. Item, inteſtatus dicitur ille, cuius hæreditas non eſt adita. Sylu.

INSTITVTIONVM, ſeu elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi principis.

LIBER III.

TITVLVS I.

DE HAEREDITATIBVS †, quę ab inteſtato deferuntur.

¶ Inteſtatus dicitur quis decidere pluribus modis, qui hic deſcribuntur. Aretinus.

INteſtatus † decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit [a]: aut non iure fecit [b]: aut id quod fecerat, ru-

† Inteſtatus. Decedit aliquis inteſtatus aut re ipſa, vt cùm teſtamentum non fecit, aut iuris intellectu, cùm id teſtamentum quod fecit, non habetur pro teſtamento. l. 1. de ſuis & legit. N.A.

¶ a Non fecit. vel quia non vult: vel quia non poteſt, vt pupillus, furioſus: licet hi impropriè inteſtati dicantur eſſe: quia & ſi vellent teſtari, non poſſunt: vt ff. eodem. ſcilicet, de ſuis, & legi. l. j. in princip.

Teſtari aliqui nolunt, aliqui non poſſunt.

¶ Adde, quòd hi, quantum ad hũc tractatum, ſunt inteſtati, ſed de proprietate non. l. j. ff. de ſuis, & legi. quod facit ad ſtatutum, quòd mater non ſuccedat filio inteſtato, ſtantibus agnatis an vẽdicet locum in inteſtabili. de quo vide per doctor. maximè Dec. in l generaliter. C. de inſtit. & ſubſt. Syl.

¶ b Non iure fecit. Quia caruit ſolennitate teſtium: vel non habuit teſtamenti factionem, & fecit.

¶ Adde text. in l. j. ff. de iniuſt. rupt. & dum glo. ponit exemplum in eo, qui de facto fecit teſtamentum, poteſt, adduci text. in l. ſi quæramus. ff. de teſt. Item, ille qui præteriit. ſ. de exhære. liber. in princ. Syl.

Teſtamentum directis verbis fit.	Codicillus quibuſuis.
Teſtamentum aliud ſcriptum, aliud nuncupatum.	Codicillus ſola ſcriptura conſtat.
In teſtamento dari decretò,& adimi hæreditas poteſt.	Per codicillos,non niſi precariis,& per fideicommiſſum.
In teſtamento ſeptem teſtes rogati.	In codicillis quinq; etiā nō rogati.
Teſtamentum per ſe valet,etiam directò ſcriptum.	In codicillis nihil valet directò ſcriptum,niſi teſtamento confirmatis.
Teſtamentum valet pro codicillo,ſi teſtator id iuſſerit.	Codicillus non valet pro teſtamento.

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTOrum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis, Libri Secundi finis.

ENI

ΕΠΙΓΡΑΦΗ *LIBRI TERTII SVBSEQVENTIS ſic habetur in vetuſtiſſimo exemplari manuſcripto.*
Dn. Iuſtiniani perpetuò Auguſti.

INSTITVTIONVM COMPOSITARVM PER Tribonianum virum magnificum, magiſtrum & exquæſtorem ſacri Palatij, & Theophilum & Dorotheum VV. illuſtres, & anteceſſores, incipit tertius; De hæreditatibus quæ ab inteſtat. deferuntur.

INSTITVTIONUM, ſeu elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi principis.

LIBER III.

TITVLVS I.

DE HAEREDITATIBUS †, quę ab inteſtato deferuntur.

¶ Inteſtatus dicitur quis decidere pluribus modis, qui hic deſcribuntur. Aretinus.

INteſtatus † decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit a: aut non iure fecit b: aut id quod fecerat, ru-

DE HAEREDITATIBVS, quæ ab inteſtato deferuntur.

¶ Hic titulus eſt generalis ad omnes ſequentes titulos vſq; ad tit. de bo. poſ. vbi miſtim tractabit ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed text. huius tit. loquitur tantùm de ſuis hæredibus, & ſic aliàs. ff. ſi cert. pet. & de reb. cre. vbi tractat de mutuo in ſpecie tātùm. Accur.

ADDITIO. Iſte tit. ſic cōtinuatur. dictum eſt ſ. de hæred. quæ teſtamento facto deferūtūr: nunc ſequitur videre de hæreditat. quæ ab inteſtato deferuntur.

N.A. † Hæreditas aut teſtamentaria eſt, quæ teſtamento defertur, non tamē ſine lege. l. verbis. ff. de verb. ſignif. aut legitima, quæ ſola lege, ſine teſtamento defertur. l. 3. §. 3. ff. pro ſocio.

¶ Proximus[c] autem (ſi quidẽ nullo teſtamẽto † facto quiſquã * deceſſerit) per hoc tẽpus requiritur, quo mortuus eſt, is, cuius de hæreditate quæritur[d]. Quod ſi, facto teſtamẽto, quiſquam deceſſerit per hoc tẽpus requiritur, quo certũ eſſe cœperit, nullum ex teſtamento hæredem exiturum: † tunc enim[e] propriè quiſque † * inteſtatus deceſſiſſe intelligitur. Quod quidem longo aliquando tempore[f]

† Potior. Quia in legitimis hæredibus non eſt ſucceſſio, vt eſt in ſuis ſuprà titulo proximo. Lex enim vocat proximum agnatum, nõ eum qui proximo deficiente ſuccedit. N.A.

h Habetur. Hoc corrigitur vt ſuprà dixi per authẽticam ceſſante. C. de legitim. hæred. Accurſius.

† Propriè proximus. Proximus propriè dicitur, reſpectu propinquorũ: Verum vbi vnus exſtat ſolus, idẽ & proximus, & poſtremus dicitur. l. ij. §. 3. ff. de ſuis & legitim. l. 155. ff. de verborum ſignificationibus. N.A.

c Proximus. Sic ſuprà titu. j. §. cùm autem.

* quiſque.

† Nullo teſtamẽto. Nunc illa legis verba interpretatur. Si inteſtato moriatur. Nam inteſtatus propriè eſt, qui nullo teſtamento facto deceſſit iuris intellectu, id eſt, Iuriſconſultis interpretibus, etiam qui inteſtati facerẽt exitum. §. j. infrà tit. prox. N.A.

* *Aliàs, propriè etiam quiſque &c.*

d Quæritur. Sic ſuprà eodẽ. §. ſunt autem. verſicu. non tamen.

† Nullum hæredem exiturum. Deſtitutum ſiue deſertum teſtamentum eſſe. §. cum autem ſuprà tit. proxi. N.A.

a Si plures ſint. Sic in authentic. de hæred. ab inteſtat. ve. §. ſi verò neque fratres. & ff. de ſuis, & de leg. hære. l. ij. §. hæreditas.

N.A. † Proximum vocat. Id eſt, quẽ nemo antecedit. l. ij. §. j. ff. de ſuis & leg.

e Tunc enim. ſcilicet, cum non aditur hæreditas ex teſtam.

† Propriè quiſque. Reponendum certè videtur. N.A.

f Longo tẽpore, id eſt, poſt mortem.

† Proxi

N.A. Proximus eſſe incipiat. Eſt igitur ſucceſſio, etiã in agnatis, ſed graduum tantùm reſpectu, ac tutelarum l. iij. §. penult. ff. de legit. hæred. non autem reſpectu hæreditatis, vt mox dicetur.

a Placebat. ſ. ex l. xij. Tab.

b In eo genere. ſcilicet, iure ſucceſſionis.

N.A. Succeſſionem non eſſe. Non eſſe, inquã, Quia ꝑpter legis xij. tabularũ verba, (ſi moritur) is demum proximus eſt, quem mortis tempore, quem delatæ hæreditatis tẽpore nemo antecedit. Quamuis igitur inferior, in vacuum ſuperioris locũ ſubintret tamẽ in ius percipiẽdæ hæreditatis, quod ille habuit, non ſuccedit, qui ſuperior illo, ius ſuũ in eum non tranſmittit l. ij. §. j. ff. de ſuis & legit. l. iij. C. de legit. hær. Paul. lib. 4. tit. 8. ſent. Vlpian. tit. 2.

c Succeſſionẽ non eſſe. id eſt, ſucceſſoriũ edictũ inter agnatos locum non habere, ſcilicet de perſona in perſonã: ſed inter cognatos ſic: vt infrà ſequitur: vt ff. de ſuc. edict. l. j. §. quibus. ſed de ordine in ordinem, ſeu de capite in caput ſic, vt de liberis in agnatos, de agnatis in cognatos, & poſt in virum & vxorem, vt ſequitur, vt ff. ſi ta. teſta. nul. ex. l. j. j. reſpon.

An autem iſte §. locũ habeat in ſuis, eſt pulchra diſputatio, quàm latè attingit poſt alios Ludo. Boza. in l. qui ſe patris. C. vnde liber. in xxiiij. col. & ſequ. Sylueſt.

declaratur. In quo ſpatio tẽporis ſæpè accidit, vt proximiore mortuo proximus eſſe incipiat †, qui moriẽte teſtatore, nõ erat proximus.

¶ Lege duodecim tabularũ ceſſabat edictũ ſucceſſoriũ de gradu in gradu (niſi quoad tutelæ onera) vnius enim capitis perſona deficiente, ſequentes in gradu perſonæ nequaquã admittebantur, ſed protinus alteri capiti deferebatur ſucceſſio: quod hac conſtitutione emendatur.

¶ Placebat[a] autẽ in eo genere [b] percipiẽdarum hæreditatum ſucceſſionem * non eſſe †[c]: id eſt, vt quamuis proximus, qui ſecũdum ea, quæ diximus, vocatur ad hæreditatem aut ſpreuerit hæreditatem: aut antè, quàm adeat deceſſerit: nihilo magis [d] legitimo iure ſequentes admittantur. Quod iterũ Prætores iure imperfecto corrigentes, non id totũ ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorũ ordine eos vocabant, vtpote agnationis iure eis recluſo. † Sed nos [e] nihil perfectiſſimo iuri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione, quã de iure patronatus † humanitate ſuggerente protulimus [f], ſanximus, ſucceſſionẽ in adgnatorũ hęreditatibus non eſſe eis denegãdã: cùm ſatis [g] abſurdũ erat, quod cognatis à Prætore apertum eſt [h], hoc adgnatis eſſe recluſum [i]: maximè cùm in onere quidem tutelarũ † & primo gradu [k] deficiente ſequens accedit *: &

* ſucceſſoni locum.

d Nihilo magis. i. non ideo magis.

N.A. Recluſo. Malè, Latinè, pro intercluſo, vel occluſo. Notandum igitur hoc quidẽ eſſe agnatos, ſed agnationis ius non habere, hoc eſt, ius legitimorũ: Quoniam hoc iure, per legẽ xij. tab. intercluſi ſunt: cui legi cũ Prętor derogare nõ poſſet l. j. ff. ex quib. cauſ. iiſq; ius agnationis, id eſt, legitimorũ tribuere, cognationis ius, quod totũ nuda ipſius indulgentia natũ eſt, eis conceſſit.

e Sed nos. Loquitur Iuſtinianus.

N.A. De iure patronatus. Hæc ſunt Græcè ſcripta, vſq; ad hæc tempora intercidit §. vlt. infr. de ſucceſſione libert.

f Protulimus. ſcilicet in Græco.

g Cum ſatis. Ratio prima.

h Apertũ eſt. id eſt, ſucceſſorium edictũ de perſona in perſonam.

i Maximè. Ratio ij.

N.A. Onere tutelarum. l. iij. §. penultimo. ff. de legitima tutela. Differentiæ ratio eſt, quoniam ad legitimam tutelam vocabantur, qui pupillo legitimi hæredes erant, vt iſte ſequens agnatus: at hic, qui fortè mortuus aut capite minutus eſt, non poteſt pupillo hæres eſſe legitimus.

* ſuccedit.

k Gradu. Agnatorum.

Ad

quod in onere obtinebat, nõ erat in lucro permiſſum.

¶ Olim pater admittebatur ad legitimam hæreditatem filij emancipati, ſi in emancipatione fuerat cõtracta fiducia, hodie verò præſumitur cõtractam eſſe fiduciam. Arct.

¶ † Ad legitimã [a] ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parẽs [b], qui* contracta fiducia filium, vel filiam, nepotẽ, vel neptem, ac deinceps emancipat, quod ex noſtra cõſtitutione [c] omnino* inducitur: vt emãcipationes liberorũ ſemper videãtur quaſi contracta fiducia [d] fieri, cùm apud veteres * non aliter [e] hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parẽs manumiſiſſet [f].

TITVL. III.

DE SENATVSCONSVLTO Tertylliano*.

¶ Lege duodecim Tabularum mater nõ ſuccedebat filio ab inteſtato,

N. A. † Ad §. vltimum. Fiducia eſt pactum de retrouẽdendo. Pater ea lege filium mancipabat, id eſt, vendebat, vt emptor fiduciarius ipſi reuenderet eo cõſilio, vt poſt tertia mãcipationem, eum manumitteret, atq; hoc modo ius patronatus in filij demortui bonis obtineret. l. ij. §. obiicitur. ff. ad Tertyll. & de eo iure dicetur ſub titulo de ſucc. ſ. libert. Quòd ſi emptor ille manumitteret, extraneus manumiſſus dicebatur. §. iij. infr. de bon. poſſ. Vide ſupr. lib. I. in Notis.

¶ a Ad legitimam. Eſt enim filius agnatus patri proximus: vt ff. de ſuis & legitim. l. filius. quod ius non tollitur per capitis diminutionẽ: ſicut neque inter fratres: vt hic, & C. de leg. tut. l. iiij. Accurſius.

¶ Adde, quòd doctor. ex hoc text. inferunt patrem, vt agnatum, ſuccedere filio emancipato: quod eſt falſum, vt latè probat & interpretatur hunc text. Præpo. Senen. in vij. caſu quæſtio. ix. Syluest.

¶ b Parens. Secus è contrà: vt ſuprà tit. j. §. emancipati.

¶ c Conſtitutione. Vt C. de emancip. liber. l. fin.

¶ d Contracta fiducia. Sic dicendo: ius ſuccedẽdi in bonis tuis mihi reſeruo, vel etiam ſic: emancipo de contracta fiducia.

¶ Dicam circa hoc, vt dicit Budæ. in annot. in pandectas l. ij. ff. de orig. iur. ibi vindicias. quòd contracta fiducia ille emancipare dicitur, qui ita emancipit, vt retineat manus iniectionem, cum libuerit. & propterea ad eum legitima hæreditas defertur: quia non videtur manumiſiſſe, ſed quaſi adhuc ſuus propter naturam contractus fiduciæ, quãuis nihil certi dici poſſit. Syl.

ADDITIO. Fr. Hotomanus de fiducia contracta à nobis conſultus reſpondit, cõtractam dici fiduciam, quæ vltro citróque facta eſt: vt contractus ppriè dicũtur, συναλλάγματα, quæ vltrò citróque obligãt. Quũ igitur pater filium ſuum alicui emancipaſſet, fiduciarius pater eius filij quaſi ſibi venditi hæres fuiſſet, niſi viciſſim remancipaſſet eundem filiũ vero patri. Quo facto, cõtracta, id eſt, vltro citróque facta fiducia dicebatur, & verus pater ei filio ſuccedebat. Remancipationem autem fieri ſolitam apparet ex Gaio, & Vlpiano.

¶ e Non aliter. Quod non erat rectum: vt ff. de reg. iur. l. ſecundum naturã. & ſuprà de legi. patro. tute. in fin. & infr. de empt. & vendit. §. cum autem. circa medium. nam qui ſentit incõmodum, ſentire debet cõmodum, vt dicunt iura ſuperius alleg. & econuerſo. non eſt enim ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat. C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecundo. in fin. habent Canoniſtæ regulam iuris, qui ſentit onus. de reg. iur. in vj.

¶ f Manumiſiſſet. id eſt, emancipaſſet. ſic. ff. quand. act. de pe. eſt an. l. j. §. alienatio.

¶ Dic, quòd ſtat propriè: quia de iure antiquo manumittebatur, quando fiebat per imaginariam venditionem: vt aliàs ſuo loco declaraui. Syluest.

DE SENATVSCONSVLTO Tertylliano.

¶ Poſt agnatos de quibus ſuprà ſuccedũt cog. ideo ſequebatur videre de cognatis. Verùm licet mater & filius ſint cognati

* non.
* omnimodo.
* antiquos.
* Tertulliano.

Digitized by Google

cognati, tamen ex ſpeciali prouiſione ſibi adinuicem vt agnati ſuccedunt: vt infrà de ſucceſ. cogn. in principio. ideò poſt alios agnatos ante cognatos ponit de ſucceſſione matris ad filium, & èconti a. Aretin.

Differentia huius tit & ſequētis notari poteſt in his verſibus:

Matri dat mœſtæ geniti bona Tertyllianum.

Fili maternas tibi res dabit Orphitianum.

N.A. • Ex Vlpiano tit. 26.

Sciendum eſt vxorem fieri ſolitam, aut per in manum conuentionem, aut per vſum. Per in manum conuentionem vxor fiebat, quæ à patre ſuo mācipabatur, marito per æs & & libram, & per eam mancipationem capite minuebatur: atque ita in patris & familia, & poteſtate eſſe deſinebat atque in mariti familiam tranſibat, eique idcirco materfam. fiebat. Per vſum vxor fiebat, quæ ſine manus conuentione, per annum poſſeſſa vſucapiebatur. Vtraque ſua hæres marito fiebat: quippe qui quaſi filiæ loco erat, & per conſequentiam liberis ſuis conſanguinea fiebat, i. in eorum hęreditate ius conſanguinitatis quaſi adoptiua, & quaſi agnata obtinebat: quod ex Vlpia. regula tit. 26. vbi de ſenatuſcōſulto Orphiciano cōmemorat, itēq; ex tit. 22. §. ſui collegimus. Ex quo intelligitur, non illis matribus ſenatuſconſulto Orphiciano opus fuiſſe, ſed iis ſolis quæ in manum conuenerant. Deniq;, quæ ſine huiuſmodi iuſtis nuptiis liberos ſuſceperant, & hoc eſt, quod dicitur in his ſenatuſconſultis, matris & filij nomen naturaliter deſignari. l. 7. ff. de cap. minut.

L Ex duodecim. Totus iſte tit. diuiditur in quinque partes. Primò, quòd ex l. duodecim tabularū mater ad hæreditatem filij, &ècontra, nō admittebatur. Secundò, qualiter admittebatur ex ſenatuſconſulto Tertyllia. Tertiò, quæ perſonæ præponebātur tunc matri. Quartò, conſtitutionē Tertylliani remouet. Quintò remouet alias conſtitutiones. Secunda ibi, Et primus. Tertia ibi, Præferūtur. Quarta ibi, Sed nos. Quinta ibi, Sed cùm antea.

nec econuerſa filius matri: ſed ex conſtitutione ſenatuſconſulti Tertylliani, ſi ingenua eſſet, libera [illegible] quatuor liberos enixa fuerat illis ab inteſtato ſuccedebat. Aretinus.

Adnota. Filiam etiam emancipatam in paterna [illegible]

L Ex * duodecim Tabularum † ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat [a] maſculorum [b] progeniem: & eos qui per fœminini ſexus neceſſitudinē [c] ſibi iunguntur, adeò expellebat, vt ne quidē inter matrem, & filium [d], filiámve vltro citróq; hæreditatis capiendæ ius daret*: niſi quod Prętores† ex ꝓximitate cognatorū eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione. Vnde cognati accommodata vocabāt. Sed hę iuris anguſtię [e] poſtea [f] emendatæ

* Lex xij. Tabularū. Not. quòd ſtrictum ius eſt, quod ſpreta æquitate & humanitate rigorem imitatur. Item, quòd vbi rigor & æquitas ſcripta ſunt, præfertur ęquitas. Item, quòd ius quibuſdam matrib' à Claudio tributū, nō trahebatur ad omnes. Sylu.

* daretur.

† Lex xij. tabularum. Sic Vlpianus Reg. tit. 26. Inteſtati filij hęreditas, ad matrē, ex lege xij. tabularum non pertinet.

N.A. *Suet. in Clau.

a Præponebat. Impropriè, nam cognatos nullo modo vocabat, vt ſequitur.

b Maſculorum progeniem. id eſt, agnatos: vt ſuprà titulo primo in principio.

c Neceſſitudinem. id eſt, cognationem. nam dicuntur cognati neceſſarij: vt ff. de iuſtitia & iure. lege finali.

d Matrem & filium. Qui adinuicem ſunt cognati: vt infrà de ſucceſſ. cogn. §. vulgo.

† Prætores. Videbatur ſanè ab initio iis ſolis, quæ ex nuptiis liberos ſuſceperant ſubueniſſe. N.A.

e Iuris anguſtiæ. Not. ius dici, anguſtioſum, aliàs iniquum dicitur: vt i. de ſuc. lib. in prin. & ff. quod quiſque iur. l. iij. in princ. Ius quādoque dicitur iniquū.

f Poſtea. Poſt legem duodecim tab. per Diuum Claudium, & per ſenatuſconſultum Tertyllianum, vt ſequitur.

+ Diuus Claudius. Puto eſſe Claudium Neronem: vt in l. Diuus Claudius. 15. ff. ad leg. Corn. de Falſ. N.A.

ſũt. Et primus quidẽ diuus Claudius* matri ad ſolatium liberorum amiſſorũ a, legitimã †eorum b detulit hęreditatem. Poſtea autẽ ſenatuſconſulto Tertylliano†, quod diui Adriani temporibus* factũ eſt, pleniſſimè de triſti ſucceſſione matri nõ etiã auię c deferenda cautum eſt: vt mater ingenua trium liberorũ ius habens d, libertina quatuor, ad bona filiorũ e filiarúmve admittatur inteſtato mortuorũ, licet in poteſtate parẽtis ſit f †vt ſcilicet cùm alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu g eius adeat hæreditatem, cuius iuri ſubiecta eſt.

¶ Filij defuncti excludũt matrẽ vſq; in infinitũ. Idem in patre, & fratre: qui etiam matrem excludunt. Soror autem defuncti vna cum matre admittitur. Aretin.

¶ Prçferuntur autem matri liberi h defuncti i, qui ſui ſunt, quíve ſuorũ k loco † ſũt, ſiue primi gradus l, ſiue vlterioris m. Sed & fi-

¶ a Amiſſorum. ſ. in acie principis: vt arg. ſ. de excuſat. tut. in princi. Vel dic, quòd generaliter ſtatuit: vt C. de inof. teſtam. l. liberi. prima verior eſt.

¶ Et iſta eſt communis. ſi enim generaliter eſſet à Claudio prouiſum, fruſtratoria eſſet diſpoſitio Tertylliani. Syl.

Sueto. in Clau.

N.A. † Legitimam. Vt vel ſolæ, vel cũ aliis liberis ſuis ſuccederent.

¶ b Eorum. ſ. filiorum.

N.A. † Tertylliano. Cuius ſententiã vide regula 26.

Tertul. & Sacerdo. COSS.

¶ c Auiæ. Etiam hodie auia ſuccedit ſicut mater, vt in auth. de hære. quę ab inteſta. §. conſequens.

¶ d Trium liberorum ius habens. id eſt, tres habẽs filios, nõ autem in poteſtate: vt ſuprà de adopt. §. fœminæ. quos tres habere videtur, etiam ſi ter geminos peperit: ſecundùm Ioann. vt ff. de verb. ſign. l. ter enixa.

ADDITIO. De iure trium liberorum allj ex Iulio Paulo docuerunt, in his Ac. F. & E. B. ſed quale eſſet Dion. lib. lv. docet his verbis, quæ nobis Fr. Hotomanus ſuper ea re conſultus reddidit. Liuia in numerum matrum, quæ tres liberos peperiſſent, relata eſt: quibus enim fortuna ſeu virorum ſeu mulierum non permiſit toties parere, harum quibuſdam lex quædam primùm quidem per ſenatum, nunc autem per Imperatorem in beneficij loco iura earum, quæ toties pepererunt, tribuit: vt neque ipſæ ſterilium pœnis ſubiiciantur, & prœmia fœcundiſſimarum, præter pauca quædam, conſequantur*: quæ non homines tantùm, ſed etiã Dij inuenerunt, vt ſi quis moriens aliquid eis reliquerit, id illæ accipiant.

** locus hic apud Dionem muti. lus.*

¶ e Filiorum. Quod dic vt ſuprà de here. quæ ab inteſta. §. j. & ij. & §. emancipati. & §. diui.

N.A. † Admittatur. Legitima hæres ſit.

¶ f Parentis ſit. ſ. mater. Et ita not. de iure Romanorum vxorem alicuius eſſe in poteſtate parentis. non mariti. niſi quo ad debitum carnis: aliud de iure Longobardorũ: vt hic, & Co. de condit. inſer. l. ſi vxor tua. & in Longobardia qualiter mulieri alienare permiſſum ſit. l. j. Tenetur tamen operari viro vxor: vt l. ſicut. cùm ibi not. ff. de oper. libe.

Vxor nõ eſt in poteſtate mariti.

† In poteſtate parentis. Patet agi de ea vxore quæ in manum non conuenerat: nam cùm illa mancipata, & capite minuta ſit, in parentis poteſtate eſſe deſiit. N.A.

¶ g Iuſſu. ſcilicet, iure antiquo, cùm quælibet hæreditas patri per filium quæreretur: vt ff. de acqui. hæred. l. qui in aliena. in prin. Sed hodie in ſola profectitia non aduentitia, ſcilicet exigitur iuſſus: vt Cod. de bon. quæ libe. l. fin. §. ſiue è contrario.

ADDITIO. Not. quòd in profectitiis iuſſus hodie non eſt correctus, ſed eſt neceſſarius, vt olim. Item not. gloſ. in l. finali. §. j. Codice de bon. quæ lib. Angelus.

¶ h Liberi. Etiam adoptiui: & ita demum ſi ipſi ſuccedere velint: vt ff. eo. l. ſecunda. §. liberi. & §. ita demum. Accurſius.

¶ i Defuncti. ſcilicet filij, de cuius hæreditate nunc agitur.

¶ k Suorum. Quod dic, vt ſuprà de hæred. ab inteſtato. §. primo. & §. ſecundo. & §. emancipati. & paragrapho diui.

† Suorum loco. Emancipati: & idem Vlpiani ſignificat Regula dicta, titulo 26. N.A.


¶ l Primi gradus. Vt filij.

¶ m Vlteriores. Vt nepotes & ſimiles.

¶ a Sed

¶ a Sed & filiæ. Quaſi dicat,non ſolùm nepos ex filio maſculo excludit matrem defuncti:ſed & nepotes ex filia.

N.A. † Filiæ ſuæ mortuæ. Ordo eſt,filius,vel filia. C.vel.ff.in hęreditate.B.quę mortua eſt ſua (id eſt, ſui iuris, & emãcipata) præponitur matri defũctæ. A. quæ ipſarũ auia eſt, cuius ſpecie figura hæc eſt.



¶ b Præponitur.i.præfertur.


N.A. † Ex cõſtitutionibus.Quibus opus fuit,vt filia B, præferretur matri A, nec hæreditas B, inter matrem A,& neptem D. diuideretur.Ideò autem prętulerũt. quia per Orphicianum nemo filio,filiæve præponitur:At in Tertylliano,frater conſanguineus matri pręponitur.l.2.ad Tertyll. C.

* bene rata.

¶ c Defunctæ. ſcilicet filiæ.

¶ d Pater. Non adoptiuus:vt ff. eo.l.ij. §.ſed neque auus.

N.A. † Pater verò.Huius ſpeciei figura hæc eſt:



N.A. † Pater C,vtriuſq; E,F,nõ etiã auus B, & proauus A,anteponitur matri ff. l.ij. §.obiicitur.ff.hoc tit. Atq; ita mater auũ quidẽ vincit,ſed ipſa vincitur à patre ſ.cùm inter eos ſolos,patrẽ ſ.& matrẽ.C.ff.contenditur, non autẽ ſi inter auũ & matrẽ ambigitur: quia tũ mater præponitur. Quid igitur ſi tres ſimul concurrant:pater,mater, auus, nã auus vincit patrẽ, mater vincit auum: quamuis auus cõtracta fiducia manumiſerit. Rurſus dubiũ eſt matrẽ à patre vinci, atque ita erit circuit⁹ peſtilli. Et Paulus reſpõdit auum præponendũ. l. v.hoc tit.ff.Idq; propter cõparationẽ pſonarũ.

liç a ſuę mortuę† filius vel filia pręponitur b ex cõſtitutionib⁹ † matri defunctę c,id eſt auię ſuæ. Pater d verò † vtriuſq; e,non etiã auus, & proauus matri anteponitur,ſcilicet cùm inter eos ſolos f de hæreditate agitur. Frater autem † cõſanguineus tam filij, quàm filiæ excludebat g matrẽ, ſoror autẽ conſanguinea pariter cũ matre admittebatur h. Sed ſi fuerant † frater & ſoror conſanguinei, & mater liberis i onerata *, frater quidem matrẽ excludebat,communis autem erat hęreditas ex æquis partibus fratribus * & ſororibus.

¶ Abiecta antiqui iuris imperatæ hoc iure veniunt, vt quęcunque matres (etiam ſi ter enixę non fuerint) inteſtatorum filio rũ ſucceſſionẽ, excluſis agnatis conſequantur, exceptis tamẽ defuncti filij fratrib⁹ ex vtroq; vel altero parente natis,qui vnà cum matrib⁹ forma hic tradita ſuccedunt.

¶ Sed nos conſtitutione, quã in Co

* fratri, & ſorori.

¶ e Vtriuſque.ſ. filij & filiæ.hoc eſt maritus:huius mulieris volẽtis ſuccedere filio mortuo.

¶ f Inter eos ſolos.ſ.auũ & matrẽ defuncti. Si autẽ ſit auus & pater defunctſ, præfertur auus matri & etiã patri:vt ff.eo. l.æquiſſimum. §.j. Et not.ꝙ hic fallit regula,ſi vinco vincẽtẽ, &c. vt ff.de diuer. & tẽp. præſcr.l.de acceſſionibus.§. nam qui me. nã auus patri defuncti præfertur:vt ff. eo. l.æquiſſimũ.§.j. & pater matri:nõ autẽ auus ſolus pręfertur matri.Sic fallit in aut.de ęq. do.§.his cõſequẽs.Itẽ,in aut. quib.mo.nat.effi.ſui.§. diſcretis.in gl. cõiũge.Itẽ.ff.ꝙ potio.in pig.ha.l.Claudius.ſic ff.de iniuſt.rupt.teſt.l.pen.


¶ Dic ſecũdũ Chriſto.hic.ꝙ tũc militat d.regula,quãdo sũt termini pares.aliàs ſecùs.quod declara,vt per eũ hic. Syl.

N.A. † Frater autem. Vlpianus.Regula 26.

¶ g Excludebat. Sed malè hodie:vt Inf. eod.§.ſed cum.

¶ h Admittebatur. Et bene, vt Inf.eod. §. ſed cum.

N.A. † Sed ſi fuerant. Figura hæc eſt.



Si fuerat frater B, & ſoror C,mater A, primùm frater B, excludebat matrem A. Deinde hæreditas D. defuncti,defunctæve,inter reliquos B, & C, ex æquis partibus diuidebatur.

¶ i Liberis. Tribus, vel quatuor: vt

Digitized by Google

ſuprà eodem §.poſteà autem.

N.A. † §.3. Tot⁹ hic §.abrogatus eſt per Nouellam 114. & 118. neque ad diſciplinam,ſed ad ingeniorum carnificinam pertinet.

vt Codice eodem.l.finali.

k Omnibus perſonis. Etiam patri defuncti:niſi in vſufructu,& toto quando habebat defunctum in poteſtate, aliàs in beſſe tantùm. ſed & in hoc caſu hodie etiam in totum habet: vt Codice eodem. lege finali. & de le.hæred.lege, emancipatis. iure verò aut aſcendentibus defertur æqualiter paternis:& maternis: vt in auht. de hær. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus deſcendentes.

ADDITIO. Dic quòd hodie filio defuncto relicta matre & ſorore, vel fratre aliter ſucceditur, vt authentica, defuncto.Codice eodem. Angelus.

¶ Sed nos. Not. matrem hodie liberis ſuccedere, non habita diſtinctione numeri filiorũ. Itẽ,not. rationẽ: quia mulieres multa onera & pericula ꝓpter filios ſubeunt. Item,quòd non debet imputari alicui, quòd à fortuna procedit.Syl.

¶ a In Codice. Non in eo quẽ habemus: ſed in primo C.remãſit:quæ eſt.C.de iur.del.l.ij.

¶ b Fortuitum. ſ.habere,vel nõ habere tot filios: cùm ex diuina gratia hoc deſcendat.

¶ c Peccauit. Nam ſi peccatũ eſt, magis fuiſſet mariti:vt C. de leg.hæred.l. leg.xij.Tabu.in fin. j.reſpon.

¶ d Eum. ſcilicet cui ſuccedere vult.

¶ e Intercepti. Aliàs interempti.

¶ f Conſtitutiones. Quas non habemus, ſecũdùm Ioan.

¶ g Perſonis. Patruo & filio, & nepoti patrui:vt C. eo. l. fi.in fi.j.reſp.

¶ h Contrarium faciebant. i. nihil dabant niſi prædictis.

¶ i Viſum. eſt

dice a noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendum eſſe exiſtimauimus, reſpiciẽtes ad naturam & puerperium, & periculum, & ſæpe mortẽ ex hoc caſu matribus illatam. Ideoq; impium eſſe credidimus, caſum fortuitum b in eius admitti detrimentũ. Si enim ingenua ter, vel libertina quater nõ peperit: immeritò defraudabatur ſucceſſione ſuorũ liberorum. Quid enim peccauit c, ſi non plures: ſed paucos peperit? Et dedim⁹ ius legitimum plenum matribus (ſiue ingenuis, ſiue libertinis) & ſi non ter enixæ fuerint vel quater, ſed eũ d tantũ vel eam, qui quæve morte intercepti e ſunt: vt * ſi vocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſſionem.

¶ Mater præfertur omnib⁹ aliis agnatis, exceptis fratribus, & ſororibus: & cum ſororibus ſolum venit ad dimidiam: & cum ſororibus & fratribus pro virili. Aretinus.

¶ Sed cùm antea conſtitutiones iura legitimæ * ſucceſſionis perſcrutantes partim matrẽ adiuuabãt, partim eam prægrauabãt: nec in ſolidum eã vocabant, ſed in quibuſdam caſibus tertiam ei partem abſtrahentes certis legitimis dabãt perſonis f, in aliis autem contrarium faciebant h: nobis viſum eſt i, recta, & ſimplici via matrem omnibus perſonis k legitimis anteponi, & ſine vlla deminutione l filiorum ſuorũ ſucceſſionẽ accipere: excepta fratris, & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt quemadmodũ m eam n toti alij ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue nõ, ad capiẽdas hereditates ſimul o vocem⁹: ita tamẽ, vt ſi quidem ſolæ ſorores p: adgnatæ vel cogna-

* legitima.

¶ l Diminutione. Quæ fiebat per agnatos ſupradictos in principio iſtius paragraphi.

¶ m Quemadmodum. quaſi dicat, qui in vno honoratur, in alio grauetur. ff. de iureiurando. l.eum qui. in principio.

¶ n Eam. ſcilicet: matrem.

¶ o Simul. ſcilicet, cum matre.

¶ p Sorores. Hoc caſu eſt hodie idem quod in ſequenti §. vt in authentica de nupt. §. penul.& §.quoniam.

¶ a Le

Digitized by Google

tæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint: dimidiam quidẽ mater, alterã verò dimidiam partẽ omnes ſorores habeãt. Si verò matre ſuperſtite, & fratre vel fratribus ſolis, vel etiã cũ ſororibus, ſiue legitimã [a], ſiue ſola cognationis [b] iura habentibus, inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hęreditas.

¶ Quæ filio ſuo impuberi intra anni ſpatium tutorem petere neglexerit, ab eius ſucceſſione (ſi intra pubertatẽ deceſſerit) prorſus ſit aliena.

¶ Sed quẽadmodũ nos matribus proſpeximus [c] †: ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere [d]: ſcituris eis [e], quòd ſi tutores liberis nõ petierint: vel in locum remoti, aut excuſati intra annũ petere neglexerint: ab eorũ impuberũ [f] morientium ſucceſſione meritò repelluntur.

¶ Filio non tãtùm legitimo, ſed etiã vulgò quæſito mater ſuccedit.

¶ Licet autẽ vulgò quæſitus [g] ſit filius, filiave: poteſt tamẽ ad bona eius mater ex Tertylliano† ſenatuſconſulto admitti:

TIT. IIII.

DE SENAtuſconſulto Orſitiano.

¶ Filius & nepos veniunt ad hæreditatem matris & auiæ ab inteſtato ex ſenatuſcõſulto Orſitiano. Arec.

PEr contra-

a Legitimæ. Quia ſunt ſorores ex vtroque parente.

b Cognationis. Quia ſunt tantùm ex matre ſorores.

c Sed quẽadmodum. Not. matrẽ teneri petere tutorem filio: aliter perderet legitimã filij ſucceſſionẽ. Item, ꝙ mater etiã vulgò quæſitis ſuccedit. Itẽ, not. ex hoc text. iuncta l. ij. §. ſi mater. ij. ff. eod. ꝙ appellatione filiorũ veniunt nepotes, ſicut appellatione ſobolis, & liberorũ: nam ibi loquitur in filiis, & tamẽ veniunt nepotes. Syluest.

c Proſpeximus. In ſucceſſione.

† Proſpeximus. Imò ſenatuſcõſultum, vti patet ex l. 2. §. ſi mater non. ff. hoc tit. & l. 2. C. qui pet. tuto.

d Conſulere. ſ. in tutore petendo. Acc.

ADDITIO.

Et dic petendo, ſ. intra annum vt hic, & iſtam opin. dicit Ange. eſſe cõmunem: & eam tenẽt tanquã magis æquam per leg. ſciat. C. de legi. here. quamuis Barto. ibi & docto. velint quòd teneatur petere ſtatim cùm poteſt, niſi fuerit impedita legitima cauſa: item quòd annum non tranſcendat.

e Sciturîs eis. ſ. matribus negligentibus. aliàs non perdunt vt Co. qui pet. tut. l. cùm à matribus, & maioribus, aliàs ſimiliter non perdunt: vt C. ſi aduer. deli. l. ij.

Dic, quòd ad hoc, vt perdat, requiritur quòd ſit maior xxv. annis. quòd moriatur filius impubes, quòd eſſet vtile pupillo tutorẽ habere, ꝙ mater fuerit negligens, quòd nulla cauſa excuſari poſſit ſecundũ Chriſtop. & pro declaratione videnda eſſent, quæ ponit Dec. in C. ex parte de appellat. Syl.

f Impuberum. Aliud, ſi puberes moriantur: vt C. eodem. l. matres.

g Vulgò quæſitus. Niſi mater ſit illuſtris. Sic è contra talis filius illuſtri matri non ſuccedit: vt Cod. ad Orſiti. l. ſi qua illuſtris.

ADDITIO.

Idẽ, ſi eſſet natus ex damnato coitu: ſecus, ſi ex concubina etiam illuſtri: vt per Ang. hic.

ADDITIO.

Vulgò autẽ quæſiti dicũtur, qui incertũ patrem habẽt, vtpote ꝗ meretricio, & vago concubitu geniti ſunt, vt patet ex §. fin. ſuprà de nupt.

† Ex Tertylliano. Imò ex ſententia & interpretatione Iuliani. l. 2. ff. h. ti. N.A.

DE SENAtuſconſulto Orſitiano.

¶ Viſum eſt titulo ſuperiori qualiter mater ſuccedat filiis per ſenatuſconſul. Tertyllianum, videamus nunc qualiter filij ſuccedunt matri: quod fit per ſenatuſconſul. Orſitianum.

PEr contrarium. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, qualiter filii ad hæreditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittantur. Secundò, nũquid capitis deminutione tale ius ſuccedendi tollatur. Tertiò, qui ſunt illi filij qui ad hæreditatem matris admittuntur. Quartò, ſubnectit nouum

Digitized by Google

caſum ad materiam ab inteſtato. Secũda ibi, Sciendum eſt. Tertia ibi, Nouiſſimè. Quarta ibi, Si ex pluribus.

Not. filios vocari ex ſenatuſconſulto Orficiano ad ſucceſſionẽ matrum inteſtaatrũ. Itẽ, qđ ex tali ſenatuſcõſulto nõ vocabantur nepotes per conſtitutiones. Itẽ ꝙ appellatione filij in materia legali non veniunt nepotes: nam aliter non fuiſſet neceſſaria talis extenſio. Itẽ, ꝙ liberorũ appellatio, ſtrictè aliquãdo pro filiis accipitur. Syl.

a Per contrariũ Econtrario. nam ſuprà titulo primo tractatũ eſt qualiter mater filio ſuccedit: nunc dicit econtra. Vnde verſus: Matri ſuccedes ô nate per Orfitianum. Inuidiam portat ècontra Tertyllianum. Accurſius.

b Liberi. Strictè ponitur pro filiis tantùm: vt infrà eodem §. primo verſi. ſed cùm aliàs. contrà: vt ff. de verbor. ſignif. l. liberorum.

c Matrum. Ingenuarum, vel libertinarum: vt ff. eo. l. j. j. reſp. imò & ancillarum, dummodò ſit ſibi facta mora in fideicommiſſ. libertate præſtanda: vt C. eod l. fin.

N. A. † Ex ſenatuſcõſulto Orphitiano. Quod ideò neceſſarium fuit, quia ex lege duodecim tabularum ſoli liberi qui ſui erant, hæredes eſſe poterant: fœminæ autem ſuos hæredes non habent. lege quarta. §. ſecundo. ff. contr. tabul. & tit. Vlp. reg. 26. Et hoc eſt quod mox infertur. Quamuis alieno iuri ſubiecti ſint: patris ſcilicet aut aui: non autem matris. Sciendum eſt autem hoc ſenatuſconſultum tantùm ad eas mulieres pertinuiſſe quæ in mariti manum non conuenerant, vt eodem loco Vlpianus demonſtrat. Nam quæ conuenerant, iis filij filiæve ſuæ conſanguinei fiebant: ac proinde legitimórum numero, ad eorum hæreditatem admittebantur, vt ſuperiori titulo adnotauimus.

rium a autem * liberi b ad bona matrum c inteſtatarũ admittantur ex ſenatuſcõſulto Orficiano † quod Orfitio & Rufo Coſſ. factum * eſt diui Marci tẽporibns, & data eſt, tam filio, quàm filiæ legitima d hæreditas, etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur e conſanguineis f, & adgnatis defunctæ matris. Sed cùm ex hoc ſenatuſcõſulto nepotes [& neptes *] ad auiæ ſucceſſionem legitimo iure non vocarentur, poſtea hoc conſtitutionibus g principalibus emendatum * eſt: vt ad ſimilitudinem filiórum, filiarũmque, & nepotes h, & neptes vocentur.

*latum. *abeſt Th. *cautũ.

¶ Succeſſio ex Tertylliano vel Orfitiano non tollitur minima capitis diminutione.

¶ Sciendũ autem eſt, huiuſmodi ſucceſſiones, quæ ex Tertylliano & Orfitiano ſenatuſcõſultis* deferuntur, capitis deminutione † i non perimi, propter illam regulam k, quia nouę hæreditatis legitima capitis deminutione nõ pereunt: ſed illę ſolę l, quæ ex lege duodecim

d Legitima. Non quia leg. duodecim Tab. daretur, imò denegabatur: vt ſ. tit. j. in princ. ſed ſenatuſconſul. dat, quod vicem legis obtinet: vt j. de except. §. hæc exẽpli cauſa.

e Et præferũtur. ſcilicet filij.

f Conſanguineis. i. cognatis. Accurſ. *abeſt.

ADDITIO. Alibi exponitur conſanguineis, id eſt fratribus: vt l. j. C. eod. tit. & illa communiter tenetur. Angelus.

g Conſtitutionibus. Quas non habemus.

h Nepotes. Idem in aliis deſcendentibus ex hac linea dicam. Sed quid, ſi nepos iſte fuit conceptus poſt mortem auiæ? Reſpon. non ſic: vt ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. cum autem dicimus.

i Capitis deminut. ſ. minima. nã per alia omne ius etiam cognationis tollitur: vt ſuprà de capi. demi. §. ꝙ autem. — Hæreditas per capitis deminutionem minimã quandoque perditur, quandoque non.

k Regulam cuius tenor eſt hic. & ff. de cap. demin. l. tutelas. j. reſpon.

† §. 2. Capitis deminutione. Quia in his ſenatuſconſultis, matris & filiæ nomen naturaliter diſtinguatur. lege ſeptima. ff de capitis deminutione: cuius rei cauſam ſ. ti. adnotauimus.

l Sed illæ ſolæ. ff. vnde lib. l. fi. in fi. contra. Solutio, Hic dicit ſolę, vt excludat eas tantùm, quæ ex ſenatuſconſulto deferuntur, non prætorias ſucceſſiones, vt ibi.

a Ex

Tabularum [a] deferuntur [b].

¶ Etiam filius vulgo quæſitus ad hæreditatem matris admittitur.

¶ Nouiſſimè ſciēdum eſt, etiam illos liberos, qui vulgò [c] quæſiti ſunt, ad matris hęreditatē [d] & hoc ſenatuſcōſulto admitti [e].

¶ Quoties pluribus legitimis hæredibus delata eſt hæreditas, non adeuntiū portio adeuntibus accreſcit, quò ad accreſcendi ius ad hæredes quoque transfertur.

¶ Si ex pluribus [f] † legitimis hæredibus quidem omiſerint hæreditatē, vel morte, vel alia cauſa impediti fuerint, quò minus adeāt: reliquis, qui adierint [g], accreſcit [h] illorum portio. & licet antè deceſſerint * [i], ad

a Ex lege xij. Ta. ſic ff. eo. ad ſenatuſcōſultum Tertyllianum & Orfitianum. l. j. §. capitis. ſic ff. de ſuis, & legi. l. capitis.

b Deferuntur. Quare magis lege xij. Tabularſi data hæreditas perditur per capitis deminutionem minimam, quàm ſenatuſconſulto delata? Reſpon. quia illā agnatis defert, quæ agnatio per capitis deminutionem minimam tollitur: at ſenatuſcōſult. filio, qui matri eſt cognatus, & cognatio nō tollitur per capitis deminutionem minimam: vt S. de leg. agn. tut. §. j.

c Vulgò quæſiti. Qui non habent certum patrem: vt S. de nupt. §. ſi aduerſus, multo magis in naturali tantùm: vt C. eo. l. pen.

d Hæreditatem. ſ. vnà cum legitimis, niſi erat mater illuſtris: tunc enim cū legitimis ab inteſtato non veniunt. ſecus in naturalibus ex licita conſuetudine procreatis: vt C. eod. l. pen.

e Admitti. Nunquid hodie ſuccedit vulgò quæſitus? Videtur quòd non: vt in authen. quib. mod. natu. effic. ſui. §. vltim. Sed tamen diſtingue, aut ex tali coitu, qui poſſit damnari, vt inceſtus, adulterij nefarij, & ſimilis: quo caſu non ſuccedit, cùm ob hoc ipſum damnandus eſt: vt in d. auth. & ff. ſolu. matr. l. ſi ab hoſtibus. aut non: & tunc ſuccedit matri: vt hic: non patri, cùm ſit incertus: nam & ſi habet certum patrem naturalem, non tamen ſuccedit ei, niſi in duabus vnciis ab inteſtato, non extantibus legitimis: aliàs in nihilum: vt in auth. quibus mod. nat effic. ſui. §. diſcretis. collat. vij.

f Si ex pluribus. Iſte §. eſt communis ad omnes titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantùm ad hunc titulum: & de iure accreſcendi inter legitimos tantùm tractat: vt hic & ff. eodem. lege prima. §. ſi nemo. & Codice de caduc. tollend. l. vnica. §. his ita. Idem etiam eſt in his, qui de iure prætorio ſuccedunt: vt ff. de bonorum poſſeſſione. l. tertia in fin. & l. iiij. & v.

† §. 3. Si ex pluribus. Hic §. pertinet ad omnes ſuperiores titulos: vt patet ex Paulo ſentent. lib. 4. tit. 8. & ex Vlpiano titulo 26. §. ſi plures. Ius adcreſcendi locum habet in cauſa & teſtati, & inteſtati. Teſtati, ne quis ex parte teſtat⁹ decedat: inteſtati, ne graduū confuſio fiat. & ſucceſſio in legitimis hæredibus inducatur contra §. placebat. ſuprà de legit. agn. tut. Atque hoc eſt ius antiquum: de quo in lege prima. §. ſi nemo. ff. hoc titulo. Quia ius adcreſcendi per legem Papiam abrogatum eſt, in ſcriptis hæredibus tantùm, non in legitimis. Vlpia. tit. 19. N.A.

g Alia cauſa. Vt ſi defecerit conditio ſub qua inſtituti erant: vt ſuprà quibus mod. teſtamen. infir. §. poſteriore.

h Adierint. Sic ff. de legatis ſecundo. l. cùm pater. §. libertis. ibi, Cæterum prout.

i Accreſcit. Sed pro qua parte? Reſpond. prout erant inſtituti: vt Codice de cad tol. l. vnic. §. is ita. & ſuprà de vulgar. ſubſti. §. primo. Item, nunquid eſt neceſſe iterum adire? Reſpond. non niſi quando ex alterius perſona, puta ſerui, fiat mihi augmentum: vt ff. de acquirenda hæreditate. l. ſi ſolus. in primo reſpon. & in fine legis.

k Ante deceſſerint. Quàm accreſceret eis. Vel dic ante, quàm illi repudiarēt. vel antequā adirent illorū portionem: non autem antequā ſuam partē adirēt: imò adiuerāt, vt ſequitur. aliàs nō trāſmitterēt olim, vel hodie: vt C. de cadu. tol. §. in nouiſſimo. niſi in perſonis liberorum: vt C. de his qui ante tab.

ADDITIO Hoc verum, niſi in hæreditate aſcendentiū ex vtraque linea. nō in hæreditate tranſuerſaliū, vel extraneorū: quia nō adita per liberos, ad

Digitized by Google

poſteritatem non tranſmittitur. Suus tranſmittit ad quoſcunque, etiam extraneos. dic vt per Angelum hic.

a Pertinet. ſ. augmētum ſupradictum, vel portio illorum.

DE SVCCESſione cognatorum.

Continuatur per ipſum textum, in principio ad præcedentia. Vel ſic, & clarius, Quia ſuprà de ſucceſſione ſuorum & agnatorum dictum eſt: & quia poſt illos vocātur cognati: ideo ſequitur de ſucceſſione cognatorum.

Poſt ſuos. Iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, quando cognati admittantur, & quo iure. Secundò, qui ſunt cognati. Tertio, vſq; ad quotùm gradū cognati & agnati admittuntur. Secunda ibi, Qua parte, Tertia ibi, Hoc loco.

Not. ordinem ſucceſſionum. Item, quòd fratres quamuis emancipati, cōnumerabantur etiam inter agnatos ex l. Anaſtaſ. Item, quòd capitis deminutio tollebat agnationem, tanquā vinculum ciuile: & per conſequens hæreditatem & ſucceſſionem ex illo capite. Syluester.

b Suos. Vt ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. primo. & infrà de ſer. cog. §. primo.

c Prætor. Vt infrà de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati.

N.A. Prætor & conſtitutiones. Emancipatos, & ex fœminis deſcendentes.

d Conſtitutiones. Vt §. de hæred. quæ ab inteſta. §. quibus. verſi. necnon. & §. item vetuſtas. ver. diui.

e Agnati. Vt ſuprà de legi. agna. ſuc. in princ.

f Et ij. ſcilicet, qui ſunt de numero legitimorum.

g Senatuſconſulta. Vt ſuprà proximis duobus titulis.

h Conſtitutio. Vt ſuprà de leg. agna. ſucceſ. §. hoc etiam.

hęredes tamen eorum pertinet.

TITVL. V. DE SVCCESſione cognatorum.

¶ Vbi defuncto neque ſuus hæres, neque agnatus ſu[illegible] [illegible] cognatos, [illegible] [illegible] ſucceſſionem vocat Prætor, in quorum numero [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Poſt ſuos [b] hæredes, eóſque, quos inter ſuos hæredes Prętor [c], & cōſtitutiones [d] † vocāt; & poſt legitimos (quo numero ſunt agnati [e], & ij [f], quos in locum agnatorū, tam ſupradicta ſenatuſconſulta [g], quā noſtra erexit cōſtitutio [h]), pximos [i] cognatos Prętor vocat, qua parte naturalis cognatio [k] † ſpectatur. Nam agnati capite deminuti, quíque [l] ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim Tabularum inter legitimos non habētur [m] †, ſed à Prętore tertio ordine [n] † vocantur: ex-

i Proximos. ſcilicet, quos nemo cognatus antecedit, vel præcedit: ſiue vnus ſit, ſiue plures: & inſpicitur quis proximior ſit eo tēpore, quo bonorum poſſeſſio defertur: vt ff. eo. vnde cognati. l. prima. §. proximus. & §. gradatim.

k Cognatio. Nunquid ergo inter ſeruos datur hæc bonorum poſſeſſio? Reſpon. etiam ſi fiat poſtea liber, non detur: vt ff. eodem. vnde cogna. l. i. §. pertinet. & l. is qui. Sed nūquid adoptiuis: quia non videtur ibi naturalis cauſa? Reſp. ſic: quia quibus agnaſcitur: & cognaſcitur: vt ff. eodem. vnde cognati. l. j. §. cognationem. Accurſ.

ADDITIO. Sed hoc nō obtinet iure nouo. Vide §. de hær. quæ ab inteſt. §. at ij qui. verſ. poſt mortem. in fin.

† Naturalis cognatio. Naturalis: eáque mera, ſcilicet quæ ſanguinis communione conſtat, & iuri ciuili eſt incognita. l. 4. C. de gradib. N.A.

l Quíque. Breue debet eſſe illud, que.

m Non habentur: Vt ſuprà titul. j. §. ſciendum.

† Non habentur. Sed habentur, & numerantur pro extraneis. §. 8. ſuprà de hæred. quali. & differ. N.A.

n Tertio ordine. Nam ſunt quatuor ordines ſuccedendi: vt ff. ſi tabu. teſtamen. nul. extab. l. j.

† Tertio ordine. Succeſſorij Edicti tres fuerunt ordines. Vnde liberi: vnde cognati: vnde legitimi. N.A.

a Ex

ceptis [a] ſolis tantūmodo fratre, & ſorore emãcipatis non etiam liberis eorum, quos [b] lex Anaſtaſiana [c] cum fratribus integri iuris [d] conſtitutis, vocat quidē ad legitimã fratris hæreditatem, ſiue ſororis: nõ æquis tamen partibus, ſed cum aliqua diminutione [e], quã facile eſt ex ipſius cõſtitutionis verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionē paſſi non ſunt; tamen anteponit eos [f], & proculdubio cognatis [g].

¶ [illegible] fœminini [illegible] liberi [illegible] familia [illegible] tertio ordine. [illegible]

¶ Eos * etiã [h], qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iũguntur, tertio gradu [i] † proximitatis nomine Prętor ad ſucceſſionē vocat. Liberi [k] quoque qui in adoptiua † familia ſunt, ad naturaliũ parentum hæreditatem hoc eodem gradu [l] vocantur.

¶ Vulgò quæſitus nõ habet agnat[illegible]

nem. [illegible] matri, [illegible] ſua linea deſcendentibus [illegible] ordine vocantur.

¶ Vulgò quęſitos † nullos habere agnatos *, manifeſtū eſt: cùm agnatio à patre ſit, cognatio à matre. hi autem nullum patrem habere intelligũtur. Eadē ratione nec inter ſe quidē poſſunt videri cõſanguinei eſſe, quia conſanguinitatis † ius, ſpecies eſt [m] agnationis. Tãtùm ergo cognati ſunt ſibi [n], ſicut & matri * cognati ſunt. itaque omnibus [o] iſtis ex ea parte cõpetit bonorũ poſſeſſio, qua proximitatis † nomine cognati vocantur.

¶ Agnati ad decimum vſq; gra[illegible] cognati [illegible] hæreditates ex inteſtato admittuntur.

¶ Hoc loco [p] & illud neceſſariò admonēdi ſumus, agnationis quidem iure admitti aliquem ad hereditatem, & ſi decimo † gradu ſit: ſiue de lege duodecim tabularũ quęramus,

---

[a] Exceptis. Nã iſti inter legitimos numerantur.

[b] Quos. ſcilicet fratres emãcipatos & ſorores. Accur.

[c] Lex Anaſtaſiana. Quam nõ habemus. ſed de ea habetur mētio. C. de leg. tu. l. iij. & de leg. hær. l. finali. §. j. Accurſ.

[d] Integri iuris, id eſt, non emancipatis.

[e] Diminutione. Tertiæ partis fortè.

[f] Eos. ſ. fratres emancipatos. Accur.

[g] Cognatis. ſ. anteponit: & ſic vocantur cum fratribus & agnatis, & cognatis vlterioribus præferuntur.

[h] Eos etiam. Non ſolùm agnatos capite minutos: vt ſuprà, &c.

[i] Tertio gradu. ſcilicet cognationis.

* Hos.

N.A. §. 2. Tertio gradu. Gradum dixit, pro ordine, ſiue parte edicti ſucceſſorij, vt in §. adhuc. j. de bon. poſ.

[k] Liberi. Vt ſ. de hæred. quæ ab inteſta. §. admonendi.

ADDITIO. Dic hodie immutatum eſt: vt habetur Cod. de adopt. l. penul. Ang.

N.A. † In adoptiua. Quod ab Imperatore abroga-

tum eſt §. ſed. de hæred. qual. & diff.

[l] Eodem gradu. ſcilicet tertio. puta cognationis.

N.A. † §. 3. Vulgò q̃ſitos. quos notauimus ad §. pen. ſup. de nupt.

* agnatum.

[m] Species eſt. Nã agnatio genus eſt. Conſanguinitas, eſt illa quæ inter fratres tantùm eſt: vt ff. de ſuis & legi. l. ij. j. reſp. & §. de leg. agn. ſucceſſio. §. j.

Conſanguinitas, eſt ſpecies agnationis.

N.A. † Conſanguinitatis. Notauim° ad §. 1. ſuprà de leg. ag. ſucceſ.

Conſanguinitas eſt inter fratres.

[n] Cognati ſũt ſibi. Sic ff. eod. l. ſi ſpurius.

[o] Itaque omnibus inter ſe & cum matre: vt ff. vnde cog. l. hac parte.

* ex matre.

N.A. † Proximitatis. Notauimus ad §. ſecundum. ſuprà de leg. agn. ſucceſſ.

[p] Hoc loco. Iſte §. communis eſt ad totum iſtum titulum, & illum, ſuprà de legit. agn. ſucceſ. ſic ſuprà titulo j. §. fin.

N.A. † §. 4. Et ſi decimo. Quia lex XII. tabul. nullum gradum definiit quia eis deficientibus agnatis gentiles admitti: hoc eſt, qui eodem nomine ſunt, quamuis cognationis ratio reddi non poſſit.

Digitized by Google

a Legitimis. ſcilicet agnatis.
b Proximitatis. id eſt, cognationis.
N. A. Proximitatis. Apud auctores noſtros, non ſi quis eſt proximus, idem vtrique ius proximitatis habet. Aliud eſt enim eſſe proximũ, aliud ius proximitatis habere. Proximus dicitur communiter de agnatis & cognatis: vt in lege XII. tabul. Agnatus proximus familiæ habeatur. Proximitas propriè de cognatis vſque ad ſextũ gradum. l.j.§.ij.l.pen.ff. vnd.cogna. Reliqua notauimus ad §. ij. §. de leg. agnat.ſucceſſ.

ſiue de edicto quò Prætor legitimis[a] hæredibus daturũ ſe bonorũ poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis[b] †verò nomine iis ſolis Prætor[c] promittit, qui vſque ad ſextum gradũ cognationis ſunt, & ex ſeptimo[d] ſobrino ſobrináque, nati natæ*ve[e].

Nato, natáve.

c Prætor. Caute tacet hic de iure ciuili. nam cognati de iure ciuili non vocantur. Accurſ.
d Vſque ad ſextũ. Imò videtur, quòd vſque ad quintum tantùm vocentur, tã agnati, quàm cognati: vt ff. de vetera. mil.ſuc.l.ij. §.fi. Sed reſpon. illa etiã in caſtrenſibus loquitur, hæc in aliis. Vel hic, quòd ibi ita erat de facto. ſ. quidã in quinto gradu: & ita factum narrat.
Ex verbis huius gl. not. ꝙ non licet ſumere argumentum à verbis enũciatiuis leg. quod ſæpe accidit: habetur in l.ex hjs. C.de teſtam. milit. Syl.
ADDITIO. Dic, quod prima ſolutio probatur, & obſtat in duobus, quoad agnatos & cognatos: ſed ibi ſpeciale: quia ius priuilegiatum, quod non tranſit ſicut ius commune. Ang.
e Et ex ſeptimo Subaudi, qui ſunt.
f Natæve. Sed nunquid ſunt alij in ſeptimo gradu? Reſpon. multi & alij eſſe poſſunt: vt colligitur i.tit.j.§.vj. Itẽ, & quare magis hi vocantur, quàm alij in ſeptimo gradu? Reſpond. quia hi reſpiciunt inferius lineam tranſuerſalèm, alij omnes ſuperius: vt arg. ff. vnde liber.l.ſcripto. in fin. Sed nunquid corrigitur hodie diſtinctio huius §. per auth. de hæred. ab inteſt. §.j. vbi nulla inter agnatos, & cognatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitum ſuccedere, & ſic corrigi, quod hic dicitur. Nos omnes vſque ad decimum gradum vocamus: nõ autem trahimus agnatos ad cognatos, cùm extendere ſucceſſionem debeamus, id eſt, velimus: vt infrà de bonor. poſſ. §. ad huc. [Hæc glo. communiter approbatur ſecundum doct. hic. Syl.] arg. contra. Cod. de pa. con. l. lege. & in auth. de nup. §. deinceps. colla. iiij.

Cognati & agnati pariter ſuccedunt hodie vſque ad decimũ gradum.

ADDITIO. Sobrino, ſobrináve, id eſt, eo, eáve: qui queve ex fratribus, vel ſororibus patruelibus conſobrinis, amitinis, natus eſt, natáve.

cognationis vt ſuper § agnationes inf. eod.

TITVL. VI. DE GRADIbus cognationum *.

¶ Initio proponit ſummam diuiſionem graduum cognationis, quæ ad medium quoddam propoſitum referenda eſt.

HOc loco neceſſarium[g] eſt

DE GRADIBVS.

¶ Quoniam in ſuccedendo admittitur, qui eſt proximior in gradu: vt comprehendatur quoto gradu quis ſit, ponitur iſte titulus.

HOc loco. Iſte titulus diuiditur in plures partes. Primò, continuat materiam. Secundò, incipit dinumerare gradus. Tertiò, dat vnam regulam generalem in gradibus ad cognatos. Quartò ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi, Quare in. Tertia ibi, Hactenus. Quarta ibi, Agnationis.
Hoc loco No. triplicem lineã. Item quòd duæ primæ à primo gradu, tertia verò tranſuerſalium à ſecundo gradu incipit, qui gradus primus eſt reſpectu tranſuerſalium. Syluester.
g Neceſſarium. Sed quid ad nos de his? Reſpond. propter hæreditates, quæ per gradus feruntur & tutelas, & propter teſtimonia non dicenda: vt ff. eodem. de gradibus affini. l. Iuriſconſultus.
Adde, itẽ propter matrimonia, propter iudicium iniuriarum ex leg. Corneliæ. l. lex Cornelia. ff. de iniur. quæ computatio quo ad matrimonia abrogata eſt: quo verò ad hæreditates & tutelas attenditur, etiam in terris eccleſiæ, & inter perſonas eccleſiaſticas ſecundũm communem ſententiam in lege finali. Codice de ſucceſſ. edict. Syluester.

a Gra

¶ a Gradus. Quid ſit dic, vt infrà eod. §. hactenus.

¶ b Admonendi. Sic ff. eod. de gradibus affinit. l. j.

N.A. ¶ Admonendi. Partitio tabulæ graduū cognationis. Cognatio, alia eſt aſcendentium, alia deſcendentium, alia tranſuerſorum, ad quos partim aſcenſu, partim deſcēſu proceditur. Vel vt apud Paulū: linea cognationis, alia ſuperior. alia inferior, alia ex obliquo. Sentent. lib. 4. tit. 11.

quæ in re.

Cognatio trāſuerſalis quare nō incipit à primo gradu.

¶ c Aliam ex tranſuerſo. Hæc ſuperflua videtur: vt ff. eod. l. à ſtemmata. contra. Solut. ibi in directa linea tātū loquitur, hic in in directa.

N.A. ¶ A latere. Item que ex obliquo, vt ſæpe apud Paulum, lib. 5. cap. 11. Sentent. Quod autem dixit à latere, ſic accipiendū eſt: ab vtroque latere: vt in vno agnati, in altero cognati collocentur: velut in ſpecie iſtius §.

exponere, quemadmodum gradus [a] cognationis numerentur. Quare * in primis admonendi [b] † ſumus, Cognationem aliam ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex trāſuerſo [c], quæ etiam à latere † dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorū, ex tranſuerſo fratrum, ſororúmve, & eorum, qui queve * ex his generantur: & cōuenienter [i] patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea quæ ex tranſuerſo numeratur, à ſecūdo [d] †.

¶ Perſonæ primi gradus, tam aſcendendo, quam deſcendendo.

¶ Primo gradu eſt ſuprà pater, mater [e]: infrà filius, filia [f].

¶ [illegible] aliæ perſonæ [illegible] in ſecundo gradu.

¶ Secūdo gradu * ſuprà auus, auia: infrà nepos, neptis: ex tranſuerſo [g] frater, ſoror †.

¶ Proauus & aliæ perſonæ hic poſitæ, ſunt in tertio gradu.

¶ Tertio gradu * ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex trāſuerſo [h] fratris

¶ d A ſecundo. Sed quare non à primo? reſpond. cùm ego patri meo ſim in vno gradu, & ipſe pater fratri meo in alio: ſumus ergo in duobus gradibus ego cum fratre facto aſcenſu ad patrē, quaſi per quendam gradum: vt ff. eo. l. Iuriſconſultus. § gradus. ſed nullus ex trāſuerſo proximior fratre inuenitur: ergo non poteſt inueniri primo gradu à latere: vt hic, & ff. eodem. de grad. & affinit. l. j. princ.

N.A. ¶ A ſecundo. Quoniam ab eo de cuius cognatione quæritur perueniri, niſi per ſuperiorem gradum non poteſt.

¶ e Pater, mater. Si pater eſt mihi in primo, & ego ſibi in alio primo: ergo ſumus in duobus? Reſpond. non ſequitur. nam ſum ei in primo, ita quòd in eodem, & inter me & ipſum vnum tantùm gradum facimus ad ſimilitudinem feneſtræ: nam duæ colūnæ ex lateribus vnam faciunt feneſtram, tertia autem adiecta fiet alia feneſtra. & ita in gradu perſona adiecta, etiam vna deinceps facit gradū: vt j. eod. §. hactenus.

Nota, hanc glo. quod ad faciēdū vnū gradum, primū non ſufficit ponere vnā perſonam, ſed duæ perſonæ primę faciūt vnū gradū quo primo gradu facto ex duab[us] perſonis vnaquęque perſona ſola, quę poſtea adiūgitur, facit aliū gradum ad ſimilitudinē feneſtræ: quia neceſſariò ad perficiendū vnā feneſtrā requirūtur duę colūnę, poſt ea vnaquęque columna ſuperaddita facit aliam feneſtram. Ang.

abeſt T.

abeſt.

¶ f Filius, filia. Qui licet multi ſint omnes tamen ſunt patri in primo, inter ſe autem in ſecundo: vt ff. de gradib. affin. l. iuriſconſultus. § tranſeamus.

¶ g Ex trāſuerſo. Nūc de hoc gradu incipit: cū nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: vt ff. eod. l. j. in princ.

§. 2. Frater, ſoror. Conſanguinei quidem & germani ab agnatorum latere, vterini, à cognatorum. N.A.

¶ h Ex tranſuerſo. Nota cautè, quòd etiam illi, qui ſunt ex tranſuerſo, diuiduntur in ſuperiorem & inferiorem lineam: & ſic reperies in ſequen. gradibus, & quandoque in parentibus: vt infrà eod §. iiij.

Fra

N.A. † Fratris ſororiſq; filius, &c. Nam hoc proprium in Latina lingua nomen non habent. l. vltima. §. matertera. ff. hoc tit.

* πατρῷος.

a Patruus. Vnde verſus:
Sunt patrui patris fratres, amitæque ſorores:
Frater auunculus eſt, ſoror eſt matertera matris.

* apud Græcos propriè μητρῷος.

* incluſa abſunt.

b Græcè. Patradelphos, vt clarè patet ex textu, dicitur frater patris, & mitradelphos, frater matris: & vterque poteſt dici θεῖος. Similiter πατραδέλφη, eſt ſoror patris: Mitradelphe verò, ſoror matris: & vtraque theia dicitur.

c Nepos. Hoc inferius reſpicit.

N.A. † Fratris ſororiſque nepos. Qui & nepos ex fratre appellatur. l. 7. ff. de leg. tut. lege 17. Codice de nuptiis.

d Patruus magnus. Hoc refertur ad ſuperiorem lineam tranſuerſalem.

e Auunculus magnus. Hoc autem conſtat, quòd qui eſt mei patris patruus, mihi erit magnus patruus: qui meæ matris auūculus eſt, mi

ſororiſque filius †, filia: & cōuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus ᵃ eſt frater patris, qui Græcè ᵇ πατράδελφος * appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui Græcè μητράδελφος * dicitur: & vterque promiſcuè θεῖος appellatur. Amita eſt patris ſoror [quę * Græcè πατραδέλφη] appellatur. Matertera verò matris ſoror: [quæ Gręcè μητραδέλφη dicitur] & vtraq; promiſcuè θεία appellatur.

¶ Qui diſtat à ſtipite per tres perſonas vel gradus, tam in linea aſcendenti, quàm deſcēdēti, directò eſt in quarto gradu: ſeu in linea trāſuerſali diſtat per duas perſonas. Accurſ.

¶ Quarto gradu ſupra abauus, abauia: infrà abnepos abneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſq; nepos ᵇ † neptis, & cōueniēter patruus magnus ᶜ, amita magna, i. aui frater & ſoror: itē auunculus magnus ᵈ, & matertera magna, id eſt, auiæ frater, & ſoror, cōſobrinus, cō

ſobrina, id eſt, qui quæve ex ſororibus aut fratribus procreantur *. Sed quidam rectè Cōſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi Cōſororinos. Eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles † vocari. Si autē ex duobus fratribus filiæ naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progenerātur *, Amitinos † propriè dici putat *. Amitæ tuæ filij conſobrinum te appellant: tu illos amitinos.

¶ Atauus & atnepos & alij pertinere hic rectè ſunt in quinto gradu. Accurſius

¶ Quinto gradu * ſuprà atauus, atauia infrà adnepos adneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque pronepos, proneptis, & conuenienter propatruus, proamita. i. proaui frater, & ſoror, & proauunculus, & promatertera, id eſt, proauiæ frater, & ſoror. Itē,

hi erit magnus auunculus. Sed quid, ſi erat patruus matris meę, vel auūculus mei patris? Reſpon. Ioann. omnem illum mihi eſſe patruum, vel auūculum magnū qui eſt meo patri, vel matri ſimplex: vt ff. eo. de gradib. & affi. in l. Iuriſconſultus. §. patruus. & Cod. de ſucceſſo. edict. l. j. Sed Rogier. contrà.

* progenerātur.

N.A. † Ex duabus ſororibus. Vt duarum materterarum filij inuicē ſic appellantur. Idē autem etiam intelligēdum eſt, cū vna ex parte eſt fratris, ex altera ſororis filius: nam ille auunculi, hic materteræ filius eſt, & inuicem cōſobrini quoque appellantur. l. 1. §. 4. l. vlt. §. eo. ff. hoc titulo.

* progenerantur.
* abeſt.

N.A. † Patrueles. Qui non niſi ex duobus patruis nati, hoc nomine appellantur, & ſemper inter ſe conferuntur.

N.A. † Amitinos legendū cōſobrinos, & amitinos propriè dici putant. Nam qui ex auūculo natus eſt cōſobrinus dicitur, nō amitinus, qui ex amita, dicitur amitinus, vt mox declarat.

a Fi

Digitized by Google

¶ a Filius filia. Iſti nominatiui regunt ſuperiores genitiuos ab illo verſic. itē fratris,&c. Et ſunt omnes iſti in quanto gradu lineæ collateralis reſpectu deſcendentium.

Perſonarū numera quot ſunt à ſtipite dempto, id eſt, quot ſunt perſonæ generatæ à ſtipite, computatis etiā omnibus inter mediis, & his, de quorum gradu,& cōiunctione quæritur (dēpto tamen,id eſt,nō cōputato ſtipite (tot sūt gradus, & de eodē gradu diſtāt hæ, de quibus quærimus. Quæ regula etiam de iure ciuili procedit in collateralibus: ſed de iure canonico procedit ſolum inter aſcendentes & deſcendentes. Syl.] Et hoc eſt verum ex omnī ordine graduū, ſecundum nos. Sed ſecundū canones ex latere trāſuerſo aliud eſt: nam quem nos dicimus in ſecundo, ipſi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipſi in ſecundo*, & ſic de ſingulis, vt in Decr. xxxv. quæſt. v. cap.ij. Sed fuit eorum cōſideratio bona propter matrimonia noſtra etiā bona propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur: vt infrà de bon. poſſ.§.quos autem. & ff. eo.l.Iuriſconſultus. in princ.

¶ b Propius ſobrino. Quaſi dicat, qui filius dicitur propius ſobrino, & filia quæ dicitur ꝓpius ſobrina.

ADDITIO.

Sobrini sūt, qui è duobus conſobrinis generatim eo nomine accepto naſcuntur. at ſi alter ſine liberis ſit,alter habeat, ille huius filiis propius ſobrino eſt: ſobrini verò mei filius, ſobrino natus appellatur. vide Anton. Auguſt. lib.ij.cap.v.

N.A.] §. 4. Propior ſobrino. Qui & proprius ſobrino & propior ſobrinus dicitur: quaſi vno gradu citerior quàm ſobrinus.

¶ c Hi sūt. Subaudi in quinto gradu lineę collateralium ex parte aſcendentium, ſcilicet filius patrui mei magni: & ſimilium de quibus dicitur hic.& ff.eod.l.j. in fin.& l.ij.

fratres patruelis, vel ſororis patruelis, conſobrini & cōſobrinæ, amitini & amitinæ filius filia[a] †: propius ſobrina hi ſunt [c] patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni: materteræ magnæ filius, filia.

¶ Tritauus & aliæ perſonæ hic enumeratæ ſunt in ſexto gradu.

¶ Sexto gradu * ſupra: tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex tranſuerſo fratris ſororíſq; abnepos, abneptis, & cōuenienter abpatruus abamita, id eſt, abaui frater & ſoror, abauunculus, abmatertera, id eſt, abauiæ frater & ſoror. Item propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterterę filius filia. * (Item proprioris ſobrini ſobrinæve † filius filia.) Item ſobrini ſobrinæ, id eſt, ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur.

¶ Vnica perſona adiecta alteri perſonæ, per carnis propagationem, facit gradum: tam in cognatis, quàm in agnatis, &c.

¶ Hactenus oſtēdiſſe ſufficiat, quēadmodum gradus cognationis numerētur. Namque ex his palam eſt intelligere quemadmodū vlteriores quoque gradus numerare debeamus quippe ſēper generata [d] quæque perſona † gradum

N.A. ¹ Sobrini, ſobrinæve. Quæ pronomina ſemper relatiua ſunt, vt qui mihi ſobrinus, etiam ego ei viciſſim ſim ſobrinus l.vlt.§:ſexto gradu.ff.hoc tit. Atque hoc gradu cognationis nomina deſinunt: Nā ſobrino natus, proprium nomen nō habet.l.vlt.§.vlt.ff.de grad.

¶ d Genera quæque, &c. Hoc eſt verū, ſi vna ab vna, non ſi plures ab vna, vt ff.eod. l.Iuriſconſultus. §.tranſeamus. [Et ſic in linea directa nō eſt differentia: ſed ſit computatio pariter, ſecundum quod in hoc verſu continētur.

] §.6. Generata perſona. Vnaquæque generatio gradum vnum efficit. Vt generationū numerus excreſcit, ita graduum numerus augetur. Gradus nō eſt generatio; ſed generatio facit gradum. Quare cum à fratre in fratrem duæ generationes ſint: ſequitur vt fratres primo gradu collocari non poſſint. l.j.§.ij.ff.hoc titul.

¶ In linea ergo tranſuerſali ſecundum canones, accipe hanc regulam. Quoto gradu alteruter eorum, de quibus quæritur,

* In §. ſexto quod ſic notatum eſt.
* & partem theſi incluſā, Anton. Aug. repudiat & abiſſe ab antiquis libris teſtatur.
* debuiſſe tamen Iuſtinianū Conſobrinorum nepotes ſexto gradu enumerare. tu eum videto. N.A.

adiicit [a], vt longè facilius [b] ſit reſpõdere, quoto quiſque gradu [c] ſit, quàm propria cognationis appellatione quenquam denotare.

¶ In gradibus agnationis & cognationis ſimilis eſt cõputatio. Et quia facilius aſſumuntur res ad oculũ corporalem, quàm intellectualem: ideo neceſſarium eſt hic arborem, conſanguinitatis inſcribi. Aret.

¶ Agnationis quoque † gradus eodẽ modo [d] numerantur. Sed cum magis veritas oculata fide, quàm per aures [e] animus hominum infigatur: ideo neceſſarium duximus poſt enarrationẽ * graduũ, eos etiã præſenti libro inſcribi quatenus poſſint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimam graduum doctrinã adipiſci.

* narrationem.

ritur, diſtat à ſtipite, ſi ambo æqualiter diſtent: vel quoto gradu remotior à ſtipite diſtat, ſi diſtent inæqualiter: eodem gradu inter ſe diſtinguitur. Regula autem ſecundum ius ciuile eſt, vt computatis his, de quibus quærimus, & omnibus intermediis à quibus ipſi procedunt, dempto ſtipite, quot sũt perſonæ, tot sũt gradus: & ita teneas, quia regulę veriſſimę sũt: & quæ præſtant facilem intellectum graduũ: & eorum computationis. Syl.

a Adiicit. Hic pôt colligi definitio gradus, vt dicatur, Gradus eſt numeratio ſingularũ perſonarũ cognatione vel affinitate ſibi cõiunctarũ, quoto gradu vna perſona diſtat ab altera optimè indicans. Dictus quaſi lapideus gradus: vt ff. eod. l. Iuriſconſultus. Accurſ.

Glo. malè loquitur. quia numeratio eſt actus numerandi, non genus: & gradus nõ eſt actus numerandi. Item, dum ponit verbum, gradus in definitione, cùm illud ſit definitum. Vnde dic gradum cognationis quãtitatem eſſe propinquitatis, qua perſonæ cognatæ inuicem diſtinguuntur. Syl.

ADDITIO. Gradus ſecundum docto. aliter definitur, Gradus eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis. Vel eſt habitudo diſtantiũ perſonarũ, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis ſeu affinitatis diſtantia.

b Longe facilius ſit. Propter duas rationes: & quia vltra trinepotẽ vel tritauum vocabula non inueniuntur ſpecialia: ſed ſuperiores & inferiores vocantur vt ff. eod. l. fin. §. parẽtes. & hoc quia ſunt plura negotia, quam vocabula: vt ff. de pręſcr. verb. l. iiij. Sed vſq; ad quẽ numeramus? Reſp. vſque ad vij. cognatorum, & ad x. agnatorum: vt ff. eod. l. non facilè. & ſuprà tit. j. §. fin. niſi ratione demonſtrandi vellemus vlterius numerare, non vtilitatis: licet decretiſtæ hic aliter dicant.

ADDITIO. Not. quòd decretiſtæ contrarium dicunt ſolùm in collaterali linea, non autem in directa. vt ſuprà dixi. Si vis ergo ſcire de duobus agnatis quoto gradu diſtant de iure ciuili: incipe ab vno, & computa ab illo deſcendendo ad perſonam mediã, ex qua omnes deſcendunt: & poſtea deſcẽde ab illa vſque ad aliam, quam vis cõputare: & apparebit quoto gradu ſit. Sed de iure canonico incipias à perſona, ex qua deſcendunt perſonæ, de quarũ gradu agitur. Verbi gratia, vis ſcire quoto gradu ſunt filij duorũ fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui ſimiliter eſt in ſecũdo gradu. vnde quoto gradu quilibet diſtat à ſtipite, tali gradu ſunt inter ſe: remotior autẽ addit gradum, vt in ca. ad ſedem. xxxv. quæſt. v. Angel.

c Quoto gradu. ſ. octauo. vel decim.

† Agnationis quoque. Patet igitur in tabula cognationis, non vno tantùm ex latere; ſed ex vtroque aliquas lineas deſcriptas fuiſſe. N.A.

d Eodem modo. ſcilicet, adiecta perſona.

e Per aures. Vnde Horatius in arte Poëtica.

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Certior aure arbiter eſt oculus: & vt ait Candaules in Herodoto, magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm oculi. Aegid. Perr.

f Adipiſci. Vnde quidam habent hic Arborem. Accurſ.

ADDITIO. Et in rei veritate debet eſſe, cùm text. glo. illam requirant.

[illegible]

COGNATIONIS SPIRITVALIS

STVDIOSIS QVIBVSCVNQVE,

[illegible]

CHriſtophorus Porcus iuris vtriuſq; profeſſor acutiſſimus, quia difficultates aliquas circa cognationis ſpiritualis materiã hîc luculenter tractauit: eius mentem, verbis nõ mutatis, referre non erit abſonum, neque à propoſito alienum: quæ verba talia ſunt.

¶ Quæritur, an ratione cognationis ſpiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem, & cõmatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem ſpiritualem, & filiam ſuſceptam ex ſacro fonte. & hoc, ſi ita cognatio ſpiritualis fuerit cauſata ſiue per ſanctũ baptiſma, ſiue per ſanctum chriſma. xxx. quæſt.iiij.can. ſi quis vnus *.

* alias incip. ſi quis ex vno.

¶ Addite prædictis, quòd ſi maritus, & vxor tenuerint aliquem vel aliquã ad baptiſmũ vel chriſma, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d.can. ſi quis vnus, & hoc verum, quando tempore cognationis ſpiritualis contractæ conſtabat inter eos matrimonium: ſecus, ſi ex poſt facto fuerit contractum. cap. Martinus Bertan. extrà, de cognat. ſpiritua. cum ſua gloſſ. in verb. cum quo. Econtra autem, tenueris ad ſacrũ chriſma, vel ſanctum baptiſma filium, vel filiam meam ex alia muliere, quàm vxore, nõ efficitur tibi commater. cap. qui ſpiritualem. xxx. quæſt.iiij. Ratio, quia in contrahenda cognatione ſpirituali. maritus & vxor copulant ſibi actiones ſpirituales, & non paſſiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia effecti ſunt duo in carne vna. d.c. ſi quis in fin.

¶ Sed quid, ſi fornicator teneat aliquem ad ſacrum baptiſma, an concubina efficiatur commater? Videtur quòd ſic. Nam ſicut vxor hoc caſu ideo efficitur commater: quia eſt eadem caro cum marito, d.can. ſi quis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur cum ea. xxxij. quæſt.iiij. ca. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum ſententia magis placet: quia abſurdè dictum videretur, quòd ſpiritualitas ſuper re improbata cauſaretur: ex vtraque ſcriptura, & hominum opinione. Non obſtat, quòd concubina, & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id eſt duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit gl. in d.can. in eo. in verb. erũt. Sed an vxore mea mortua, potero mihi copulare eam, quæ fuit ſibi commater ante matrimonium? Dicite quòd ſic. ca. poſt vxoris obitũ xxx. q. iiij. Sed quid de filiis duorum compatrum, an poterũt ſimul matrimonio copulari? Dicite, quòd ſic, ſiue nati fuerint ante compaternitatem, ſiue poſt: dummodò matrimoniũ non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorũ alterum deuentum fuit ad compaternitatem. cano.1. & can. ſuper eo. extrà de cogna. ſpiritu. Hactenus Chriſtophorus Porcus iuris vtriuſque doctor acutiſſimus.

¶ Nota pro ampliori, & faciliori intelligentia huius materiæ, quòd cognatio ſpiritualis, quæ impedit matri

Digitized by Google

matrimonium contrahendum, & dirimit poſt contractnm, oritur ex datione duorum ſacramentorum duntaxat: quæ ſunt baptiſmus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione, ſeu miniſtratione. patet in cap. fin. de cognat.ſpirit. lib.vj. Ratio eſt,quia in baptiſmo renaſcimur:chriſmatio auté frontis ipſum confirmat. quod non eſt in aliis ſacramentis. Ioan.Andr.in d.cap.fin.

¶ Nota vlterius, quòd ex hac cognatione xx. ſunt caſus prohibiti, ſcilicet, x. ratione baptiſmi, & x. ratione confirmationis. ratione enim baptiſmi contrahitur cognatio ſpiritualis impediens, & dirimens matrimonium, vt dictum eſt.

¶ Primò inter has perſonas

Baptizatum, & baptizantem:
Baptizatum, & vxorem baptizantis priùs cognitam:
Baptizatum,& filios baptizantis,
Parentes baptizati, & baptizantem:
Parentes baptizati, & vxorem baptizantis priùs cognitam.

¶ Secundò inter has perſonas,videlicet,inter

Baptizatum,& ſuſcipientem,
Baptizatum, & vxorem ſuſcipientis priùs cognitam:
Baptizatum, & filios ſuſcipientis.
Parentes baptizati, & ſuſcipientem:
Parentes baptizati, & vxorem ſuſcipientis,priùs cognitam.

¶ Ecce decem caſus prohibiti ratione baptiſmi. Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus,confirmans, & tenens ante confirmationem, qui,ſcilicet, ponit faſciolam ſuprà frõtem poſt confirmationem epiſcopalem. De hoc vide text. cum gloſſ. in cap. j. de cognat. ſpirit. libro vj. iſta clariſſime referantur per carmina ſequentia.

Spiritualis ab his cognatio fit ſacramentis:
Quæ ſunt baptiſmus,ac confirmatio frontis.
Perſonaſq; decem connectit quodlibet horum:
Baptizans,huius vxor, ſi cognita primò:
Ac eius nati ſunt abluto ſociati:
Cum conſorte tori baptizans atque parentes.
Fonte ſacro loti, ſunt tali fune ligati.
Baptizans,& ſuſcipiens hic æquiparantur,
In confirmato totidem reperire licebit.

NOTA

NOTA DILIGENTER QVÆ ſequuntur, quia ſingularia ſunt, & plurimum vtilia: nec eſt plures caſus reperire, qui matrimonium dirimant.

QVÆRITVR ad propoſitum materiæ præſentis de quæſtione quotidiana, & apud vulgares ſatis dubia: Pone, quòd duo, vel plures tenēt aliquem in baptiſmo, nunquid iſti inter ſe efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit, quòd non. Vnde poſſunt adinuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodū compatres carnales, vt concubinarius, & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere: vt in c. tanta. extra, qui filij ſint legitimi, ita & iſti, qui ſunt compatres ſpirituales, reſpectu baptizati, nō debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit text. & ibi glo. in c. ſi. xxx. quæſtio. iiij. vbi dicitur, quòd maritus, & vxor non debent aliquem ſimul de ſacro fonte leuare, ne infamentur de facto. nam vulgares exiſtimant illos eſſe compatres. Hæc ſunt verba Abb. Sicul. in c. Martinus. verſ. vlteriùs quæro. extra, de cog. ſpiritua. De hoc in ſummula pauperum.

vnde verſus,

Maſculus & mulier puerum de fonte leuantes
Legitimè iungi poterunt: nec ſunt prohibendi.

¶ Quæritur vlterius: Pone, quòd tenui aliquam puellam in baptiſmo: volo contrahere cum eius ſorore, an poſſim? Dicendum quod ſic. pater enim ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis, bene tenet matrimonium. xxx. quæſt. iij. cap. vlt.

vnde verſus,

Duco meæ natæ germanam ſpiritualis.

¶ Quæritur inſuper: Pone, quòd filius meus tenuit in ſacris fontibus puellam, volo cum illa puella, poſtquam ad annos nubiles peruenit, contrahere: an liceat? Dic quòd ſic, Poteſt enim pater ſumere filiā ſpiritualem filij ſui carnalis: quia licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcendat: vt c. j. & c. ſuper eo, extrà, de cogn. ſpirit. non tamen aſcendit de filiis ad patrem, cùm iure cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitoriū eſt: adeò, quòd cuilibet licet contrahere, niſi expreſſè prohibeatur. c. cùm apud. extrà de ſponſa. & matrimo. Hoc mo-

Digitized by Google

tas Ioannes Theutonicus glo. Decreto. in ca.fin.xxx.quæſtio. iij. Hoc idem recitat & approbat Ioann.Andr. in cap.j.de cognat.ſpiritual.libr.vj.

vnde verſus,

Eſſe mei nati coniunx, mihi ſpiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Deſcendunt, & non aſcendunt talia vincla.

¶ Multo plura de huiuſmodi materia poſſent adduci: ſed pro nunc hæc ſufficiant. Si tamen vis videre, an per procuratorem talis cognatio ſpiritualis poſſit contrahi, recurras ad Bart.in l. Gallus. §.forſitan. ff.de lib.& poſth.ad Ang. Aret. in §.illud. in inſtit. de nupt. ad Ioann. Andr. in regula, Poteſt quis per alium. de regul. iur.in vj. & ad Panor. in cap. veniens. extrà,de cogna. ſpiritua. Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes: in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorem poſſit contrahi. c. fin. de procurat. libr. vj. non tamen cognatio ſpiritualis.

vnde verſus,

Procurator habet nodos vincire iugales:
Non tamen hos nexus domino dat ſpirituales.

DEO GRATIAS.

ALIA.

Digitized by Google

ALIA FIGVRAE GRADVVM cognationis explicatio, ſumpta ex libro Franciſci Hotomani De gradibus cognationum.

COGNATIO, eſt cohærentia quędam perſonarum, quæ per generationem cõtracta ex eodem ſanguine cõſtat, cuius communione altera alteri coniuncta eſt. Etſi autẽ generatio ſuapte natura ſemper deorſum vergit: tamen ſciendum eſt, aliam eſſe ſuperiorem, & aliam inferiorem: ſiue (vt clarius & ſimplicius dicam) aliam generantem, & aliam generatam. Atque ideo cognationem non tãtùm in deſcẽdendo, ſed etiam in aſcendendo cõſiderari: vtpote quæ tum ex ſuperiori, tum ex inferiori generatione contrahatur. Quinimò, non tantùm ex generatione, ſed etiam ex communione ſanguinis per generationem: quoties idem & quaſi commune naſcẽdi initium diuerſis perſonis pariter contigit. Ex quo illa continentia efficitur perſonarum, quæ vndique, hoc eſt, tum ex continuitate, tum ex copulatione, in medium quiddam, tanquam vmbilicum collecta & concreta, vocatur Cognatio. Nimirum hoc ipſum eſt, quòd vulgò dicimus, Cognationem generale nomen eſſe, & comprehẽdere parentes, Liberos, & Propinquos. Sunt enim parentes, qui ſuprà collocati, nos genuerunt. Liberi, qui infrà conſtituti, à nobis geniti ſunt. Propinqui autem, qui neque nos genuerunt, neq; à nobis geniti ſunt, ſed idem ortus generationíſq; initium habuere, vnde ſimul nobiſcum deſcenderunt, cùm à dextra, tum à ſiniſtra parte cõſtituti. Quos ideo Iuriſconſulti Græco nomine συγγενεῖς appellant*. Cùm autem hæc omnia relatiua ſint, neceſſe eſt monſtrari eum, ad quem referuntur. Ideo nos in deſcribẽda cognatione Hypotheticum appinximus, quẽ illi Latinè vocant, Eũ de cuius cognatione quæritur, Eumq; in medio collocauimus, hoc eſt, inferiorem parentibus, ſuperiorem liberis, propinquum iis, qui à dextra & ſiniſtra ſunt. Ita enim diſtinguenda eſſe Schemata teſtatur Paulus*, Quæ nos quò facilius priores à poſterioribus diſcernerẽtur, in modũ graduum deſcripſimus, per quos quaſi per ſcalas, locósve procliues, ſic incederemus, vt à proximo in proximum, hoc eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur transiremus, iuxta id, quod ab eodem traditum eſt*. Itaque ſi de parentum vel liberorum gradibus quæritur, ſanè is, cuius de parentibus, vel liberis agitur, in medio ſtatuendus eſt, & in graduum computatione hanc regulam in vniuerſum obſeruare debet. Quoties quæritur quoto* gradu quęq; perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, de cuius cognatione quæritur. Et ſi ex ſuperioribus, vel inferioribus gradibus eſt, recta linea ſurſum verſum, vel deorſum tenendo, facilè inueniemus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quemque numeremus*. Quod ſi de propinquis quæſtio eſt: Paulus nos hac via ad illos deducit. Non aliter (inquit) ad eos, qui à latere ſunt peruenire poteſt is, de quo quæritur, niſi per eos tranſitum fuerit, ex quibus naſcuntur. Ideo

* *l. non facile. & l. vl. de gradibus.*

* *l. vlt. eiuſdem tracta.*

* *d. l. vlt. §. gradus.*

* *quanto in Pãd. Flo.*

* *d. l. vltima. §. ſunt & ex.*

frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris, vel matris perſona, per quos coniungitur, prior numeratur *. Nam cùm nulla ſit immediata directa generatio, quæ ducat ab Hypothetico ad fratrē, vel ſororem, ſed ambo ſint in linea paralella, communem à patre originem habentes: ſequenda eſt ea linea ſanguinis, quæ primùm ſurſum vergens, & poſtea deorſum, ducit ab Hypothetico ad fratrem, vel ſororem. Hæc quia non intellexerunt interpretes lapſi ſunt in errores infinitos, præſertim vbi de graduum reſpectu agebatur. Hinc nata eſt regula, Quoto gradu propinqui diſtant à ſtirpe, eo duplicato diſtant inter ſe. Nam illa, vt apparet, propinquos qui dextra parte ſpectant Hypotheticum, ad eos dirigit, qui in ſiniſtra ſunt. Atque ita quicquid ad graduū reſpectum & appellationem attinet, id omne confundit ac peruertit. Etenim, ne ſingulis recenſendis longior ſim, Auunculus nō à fratre, vel patruo, qui in alia ſunt parte tabulæ, ſic dicitur, hoc eſt, non appellatur Auunculus reſpectu illorum, ſed Hypothetici, qui quidem perpetuò alter eorum, de quorum continentia, & coniunctione agitur, conſtitui debet: in quem alius quilibet eorū, qui in tabula deſcripti ſunt, intueri debeat. Cæterùm hic error alios (vt fit) per multos peperit: veluti, cùm in gradu primo ſuperiori, Ipſum & ipſam collocant, vtuntur promiſcuè collateralibus gradibus in aſcenſu: ſimul vtrinq; fratrem & ſororem appingunt, ſcilicet, quia non permanſerunt in ea, quā antea citauimus regula, Quoties quæritur quoquo gradu quæq; perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, cuiꝰ de cognatione quæritur. Quo fit, vt in diuerſos errores abducti, quaſi ſine gubernaculo nauigantes, certum in quem contendant ſcopum inuenire non poſſint. Quod ad Canonicos attinet, etſi in hos errores non inciderint, tamen in alios multò grauiores lapſi ſunt. finxerunt enim ſibi Schemata pro ſuo arbitratu: in quibus mira comminiſcuntur in deſcribēda cognatione. Perpetuum enim tractum in deſcendendo continuant. Sed multùm intereſt, cognationem, an genealogiam deſcribamus. Hic omnes perſonæ in vnam originē, vnde deſcenderūt, intuentur: nec poteſt de contrahendis nuptiis vllo modo diſputari, quæ inter generationes mutuas non coëunt. Illic vndecunque relatio fit, tum ex continuitate, cum ex copulatione: & tractatur commodiſſimè non tantùm de tutelis, hæreditatibus, teſtimoniis, verùm etiam de nuptiis*. Et tamen (vt ſunt ingenioſi) in contrahendis matrimoniis iudicant Ciuiles Leges vſui eſſe non poſſe: ac iubent ſuos Canones obſeruari. Sed hæc aliàs. Nam hîc commemorandi, non habitandi locus datus eſt.

*d l. vltima. §. quinto gradu.

* Vt in §. ergo non omnes. de nupt. l. per adoptionē. De ritu nupt. li. Pād. 23. & aliis in locis.

FINIS.

AR

ARBORIS CIVILIS

DECIMVM AD GRADVM

deſcendentis peculiaris declaratio.

GRADVS, lineæ & conſanguinitatis definitionibus omiſſis, ſciendum, quòd numeratio punctorum, qui ſunt in cellulis, eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam: à qua omnes ſumũt nomen, exceptis iis, quæ per genitiuũm nominantur. Hanc Ioann. Andr. nomine ſui bidelli Petruciũ vult vocari. Puncti, qui ſuperiores ſunt, computationem iuris Canonici denotant. Illi autem qui inferiorem locum retinent, computationẽ ciuilis iuris exprimunt, quod Canonico ſubeſſe ipſa graduum ſituatio declarat. Ex prædicta computatione, ſi diligenter inſpiciatur, apparet, quòd in aſcẽdentium & deſcendentium numeratione ius vtrunq; concordat: quia in eis perſona addita perſonæ per carnis propagationem, gradum adiicit. Vt autem hæc arbor cunctis innoteſcat, notandæ ſunt tres regulæ.

¶ Prima, Aſcendentium & deſcendentiũ, quot ſunt perſonæ de quibus quęritur, computatis intermediis, vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Verbi gratia, Abauus diſtat à Petrucio quatuor gradibus, & ſic de aliis.

¶ Secunda (ſecundùm ius ciuile, cuius tantùm gratia hęc arbor fuit hîc impreſſa) talis eſt: Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, eodem duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. vt P. & pronepos propatrui diſtant viij. gradibus, quum abauum ſtipitem facis. Nã ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

¶ Tertia collateralium in linea inæquali, quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto, tot ſunt gradus. vnde Petrucius diſtat à propatruo quinque gradibus, ab eius filio ſex: & ſic de aliis. Non inutile forſitan iudicabitur, ſi aliquid de computationis diuerſitate inter ius ciuile & cano. ſubiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt, niſi vt hęreditas, vel ſucceſſio, vel tutela, ab vna ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. in canonibus verò ob hoc progenies cõputatur, vt aptè monſtretur vſque ad quotam generationem à conſanguineorũ nuptiis ſit abſtinendum. Hac ergo de cauſa, quia hæreditates nequeunt deferri, niſi de vna ad alteram perſonam: idcirco curauit ſecularis Imperat. in ſingulis perſonis ſingulos perficere gradus. Quia verò nuptię ſine duabus non valent fieri perſonis, ideò ſacri canones duas in vno gradu conſtituêre perſonas. Hæc habentur plenè c. ij. xxxv. quæſt. v. & fermè per totam illam quæſtionem. & hoc idem not. hîc Chriſtoph. Porc. in ver. circa primum, ibi, ſecunda differentia. & Ioann. Andr. in declaratio. huius arboris.


Digitized by Google

LECTORI.

QVoniam,quę ſunt hoc loco antehac edita ſchemata cognationis, ea non eſſe Theophili ſatis conſtat, neque vllam graduum ſimilitudinem, aut Hypothetici figuram habuiſſe, ex qua quidem figura certum eſt vniuerſam eorum ſchematum cognitionem pendere: doctiſſimorum quorundam hominum conſilium ſecuti, apponenda ea curauimus, quæ ſunt à Franciſco Hotomano in ſuis de gradibus libellis deſcripta, & ab omnibus eruditis hominibus vulgò comprobata: vnum illud ſpectantes, vt tuæ Lector, id eſt, vtilitati publicæ, noſtro ſtudio conſuleremus.

SCHE

Digitized by Google



Digitized by Google

LECTORI.

QVONIAM omnia cognationis nomina ex eo genere ſunt quæ cum alijs conferuntur, quæ τὰ πρός τι Ariſtoteles appellat, in omni quæſtione primùm omnium conſtitui oportet eum, de cuius cognatione quæritur. Hunc Franciſcus Hotomanus dum aptius aliquod excogitaretur nomen tantiſper Hypotheticum Græcè, Latinè propoſitum appellauit. à quo eodem, ita eſt trigintaquinque ab hinc annis figura graduum adumbrata atque informata, vt à quibus ſanguinem hypotheticus dixiſſet, ij ſuprà, ſuo quiſque loco atque ordine deſcriberentur. qui ab eo duxiſſent, infrà: qui præterea communem cum ipſo ſanguine fontem & caput haberẽt, quaſiq; deriuati eodem ex fonte eſſent, ita ſub vtrumque directi ordinis ſuperioris latus ſubtexerentur, vt ne tamen agnati cum cognatis permiſcerentur, ſed illos à dextra, hos à læua Propoſitus ſpectaret. Fratrem enim & ſororem illinc, quos Conſanguineos, hinc, quos Vterinos vulgò appellamus, appinxit. item, vt in Affinitatis figura Leuirum à dextra, Glorem à læua.

Quam ſi quis nunc rationem, quæ adhuc eruditiſſimo cuique Iuriſconſulto mirificè placuit, ingenioſa excogitata inuentione aliqua peruertat, melioremque afferat, magnam à bonis omnibus gratiam inibit. Si in egregia aliorum inuenta ſibi aſtutè tribuere, & paruula quadam immutatione facta laudem in ſe alieni laboris deriuare, fructúmque aliena induſtria decerpere cogitet, is paratum ſibi fore aduerſarium intelligat, quo cum interdicto contendere neceſſe ſit.

CHRI

Digitized by Google

CHRISTOPHORI
PORCII IN ARBOREM, ET
ipſius intelligentiam, quæſtiones plurimùm vtiles.

PRO declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materiæ, & eorum, quæ pertinent ad illam, quædam videnda ſunt. Primò, qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico: ſecundùm vtriuſque iuris rationum diuerſitatem. Secundò, vſq; ad quem gradum deferuntur hæreditates, & tutelæ. Tertiò, vſque ad quē gradum copula matrimonialis impediatur. Quartò, vſque ad quem gradum poſſit Papa diſpenſare.

Circa primum dicite, quòd quoad lineam aſcendentem nulla eſt differentia inter ius ciuile & ius canonic. Vtroque enim iure pater, & mater ſunt in primo gradu aſcendentium, & ſimiliter filius & filia deſcendentium: & ſic ſuprà & infrà in infinitum: quia in dinumeratione graduū in linea aſcendentium & deſcendentium vtrumque ius habuit reſpectum ad ſtipitem, ſcilicet ad primum parentem: vt hic, cum glo. xxxv. quæſtio. v. ad ſedem. In linea tranſuerſali inter ius ciuile, & ius cano. duplex eſt differentia. Prima, quia iure ciuili frater & ſoror ſunt in ſecūdo gradu, iure canonico ſunt in primo. Ratio differentiæ ſumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit, quòd vnaquæque perſona adiecta nouum gradum generat, vt hic, in verſ. hactenus. Vnde cùm ergo ſim in primo gradu patri meo, ſi naſcatur mihi frater vel ſoror, ex generatione huius perſonæ cauſatur nouus gradus: & conſequēter appellatur in ſecundo. Sed iure cano. ideo appellatur in primo, quia ius canonicum non conſiderauit dinumerationem graduum in linea tranſuerſali habito reſpectu ad ſtipitem, id eſt, cōmunem parentem: ſed conſiderauit, quòd duo fratres, duæ ſorores, tribuunt initium lineæ tranſuerſali, & ideo in primo gradu illius lineæ illos conſtituit. Secunda differentia eſt, quia iure ciuili regula traditur, quòd in linea tranſuerſali ſola perſona adiecta nouum gradum facit, vt hic. Iure autē canonico pro regula traditur, quòd ad cauſandum nouum gradum duæ perſonæ requirantur, dicto c. ad ſedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus ratione copulę matrimonialis. vnde ſicut ad cauſandum copulam matrimonialem requiritur concurſus duarum perſonarum: ita ad cauſandum gradum, quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerat gradus quo ad hæreditates & tutelas, vnde cùm tutela & hæreditas deferatur de vna perſona in aliam, nil mirum ſi vnaquæque perſona generat nouum gradum. Iſta fuit ratio poſita in dicto ca. ad ſedem.

Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus ſecundùm ius canonicum: quo autem ad tutelas, & hæreditates deferendas, connumerabuntur ſecundum ius ciuile.

Circa ſecundum dicite, quòd vſque ad decimum gradum deferuntur hæreditates & tutelæ: vidiſtis ſuprà tit. j. §. fina. cum ſua gloſſ. & ff. de capi. deminu. §. fin. de legi. agna. tute. in tex. & in gloſſa.

Matrimonia vſque ad quem gradum prohibentur.

Circa tertium dicite, quòd olim erat prohibita copula matrimonialis vſque ad ſeptimum gradum agnationis, vel cognationis incluſiuè: hodie autem eſt prohibita vſque ad quartum gradum incluſiuè, dinumeratione facta ſecundùm ius cano. c. non debet extra de conſan. & affin. Sed hic dubitatur. Pone, quòd vnus ſit in quinto gradu tranſuerſalium, alius ſit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inſpiciamus perſonam exiſtentem in quarto gradu, illa impeditur. Si inſpiciamus perſonam exiſtentem in quinto gradu, permittitur. Dicite, quòd copula eſt permitenda: quia quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eodem gradu diſtat à quolibet deſcendente. c. fin. extra de con-

ſang. & affin. Illud tamen eſt palam, quod inter aſcendentes, & deſcendentes eſt prohibita copula matrimonialis in infinitum. vnde ſi Adam viueret, vxorem habere non poſſet. §. inter eas. & ibi gloſ. ſuprà de nupt.

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, quòd licet olim ratione affinitatis eſſet prohibita vſq; ad tertium genus, vt aliqui dixere: veritas tamen hodie eſt, quòd ſolùm prohibetur quo ad genus primum: vt not. gloſ. ij. cap. non debet. extrà de conſanguinitate & affinitate.

Affinitas an cõtrahatur ex coitu illicito.

¶ Sed nunquid per coniunctionem illicitam cauſatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecundiæ. Arch. xxxv. q. iij. c. extraordinaria. dixit per hanc diſſolui matrimonium: & in hoc bene, ſed non cauſari affinitatem propterea: quia affinitas eſt irregularitas perſonarum ex nuptiis deſcendentium. l. non facilè. §. affines. ff. de gra. af. vbi ergo non ſunt nuptiæ, ibi non cauſatur affinitas. Sed gloſ. tenuit contrarium in §. affinitatis. §. de nupt. quæ communiter comprobatur per c. tuæ. & per c. Iordanæ. & per cap. diſcretionem. extrà de eo, qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. Stat igitur concluſio, quod per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid, ſi quis non intrauit clauſtra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel ſeras reſerauit, ſed opus non expleuit, an contrahatur affinitas? gloſ. in d. can. extraordinaria. dicit quòd non. Item, dicit illud quod non dico. Dicit Innocen. quod ad cauſandum affinitatem, requiritur concurſus vtriuſque ſeminis. Sed tamen cauſa euitandi peccati, ius canonicum, & ſancta mater Eccleſia in dubio præſumunt ex copula concurſum vtriuſque ſeminis & maris & fœminæ interueniſſe. c. iuuenis. extrà de ſponſa. Addite prædictis, quòd ſi aliquis promiſerit alicui illam accipere in vxorem, poſtmodum habeat copulam cum ea ſina aliis verbis, intelligitur validũ matrimonium extitiſſe contractum: nec cum alia contrahere poſſet, ſed matrimonium poſtea cum alia contractum eſſet diſſoluendum. cap. is qui fidem. extrà de ſponſalibus.

¶ Circa quartum dicite breuiter, quòd in gradu aſcendentium, & deſcendentium non poſſet Papa diſpenſare, vt copula matrimonialis contrahatur. Non poſſet enim Papa diſpẽſare, quòd filia patri copularetur. Item, nec in linea tranſuerſali in gradu primo. vnde non poſſet Papa diſpenſare, quòd fratri ſoror nubat. Item nec in gradu ſecundo linea exiſtente inæqualiter. vnde non poſſet diſpenſare, quòd neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene poſſet diſpenſare, vt conſanguineo copularetur. & ita communiter concluditur in c. literas. extrà de reſtitutio. ſpoliato. facit. c. gaudemus. extrà de diuort.

¶ Sed an Papa poſſit diſpenſare, vt matrimonium ſemel contractum diſſoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem conſummatum, aut non. priore caſu non poteſt. poſteriore autem ſic: quia primo caſu effecti fuere duo in carne vna: ſecundo verò non. Item, quia matrimonium conſummatũ ſortitur naturam ex conſtitutione diuina, contra quam non poteſt Papa diſpenſare. c. propoſuit. & ibi gloſſ. in verb. ſuprà ius. extrà de conceſ. præbend. ſed matrimonium non conſummatum ſortitur naturam ex conſtitutione Eccleſiæ, contra quam Papa bene poteſt diſpenſare. Iſta eſt gloſſ. ordina. in c. ex publico. extrà de conuer. coniug. in gloſſa finali.

¶ Sed nunquid maritus & vxor poſſunt ſe ſeparare? Dicite, an copula non eſt ſubſecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito poteſt ſeparare matrimonium per ingreſſum religionis. ſecùs, ſi copula fuerit ſubſecuta, niſi vterque concordauerit, quòd vterq; pariter intret religionem, vel alter, qui remanet in ſeculo, ſit talis conditionis & qualitatis, quòd nulla ſuſpicio fornicationis ſiniſtra ſit contra eum, vt quia ſit ætate confectus, c. quidam. c. verum. c. vxoratus. & c. cùm ſis præditus. extrà de conuer. coniug.

D 5

Digitized by Google

TITV. VII.

DE SERVILI cognatione.

¶ Cognationem ſeruilem, id eſt, ſanguinis neceſſitudinem quam ſeruorum filij cum parentibus habent, antiqua iura non adiuuabant. Hodie autem ſerui nati, & deinde manumiſſi, non modò parentibus etiam liberis donatis ex inteſtato ſuccedunt, & parentes eis, ſed etiam ſibi inuicem, & cum reliquis fratribus ex legitimis nuptiis, atque in libertate procreatis, ad ſucceſſionem vocantur.

Illud [a] certum eſt, ad ſeruiles cognationes illam partẽ edicti [b], qua proximitatis [c] nomine bonorũ poſſeſſio promittitur, nõ pertinere [d]. nã nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur [e] †. Sed noſtra conſtitutione, quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vſq; ad noſtra tẽpora [f] ſatis obſcurum, atque nube plenum, & vndique cõfuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus, vt ſi quis in ſeruili cõſtitutus conſortio,

DE SERVILI cognatione.

¶ Hunc titulum Theophilus cum ſuperiori coniungit: cõiungunt & multa vetuſta exẽplaria, quæ ſe vidiſſe multi teſtantur: eò accedit, quòd idẽ Theophil. ſub. tit. de exceptio. rubricã de lit. ob. viceſimam primam numerat, quę alioqui altera & viceſima fuiſſet. Nos tamẽ nihil mutauimus, Accurſium ſecuti, qui variam eſſe librorũ rationem teſtatur.

Illud certũ. Tot' iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, ponit vtrum ſerui habeant ius cognationis contractæ in ſeruitute. Secundò, infert ex rationibus præpoſitis, videlicet quod non ſemper ſequitur, quòd qui prior eſt in gradu, potior ſit in iure. Tertio, illa melius declarat. Secunda ibi, Repetis. Tertia ibi, Amotis.

N.A. † Græci hinc ſeptimum libri tertij titulum exordiuntur: ſed ex ſequentibus apparet, hãc eſſe ſuperioris diſputationis appendicem, cùm eius magna pars in graduum prærogatiua exponenda, conſumatur.

¶ a Illud. Aliàs eſt hic titulus de ſeruili cognatione, aliàs non. Accur.

¶ b Edicti. Sunt enim quatuor partes ſucceſſionis ab inteſtato: vt ff. quis or. in bonorum poſſeſſione ſer. lege prima.

¶ c Proximitatis nomine. id eſt, cognationis, vt ſequitur: vt ff. vnde co. l. j. §. pertinet.

¶ d Non pertinere. Sed nec aliam aliquam, vt vel ipſe ſuccedat, vel ei ſuccedatur: vt Cod. commu. de ſucceſ. l. ſeruus. niſi in tribus caſibus: vt Cod. de his quibus vt indig. & ad Sylla. l. penultima. & Codice de ſuis & legitim. l. apud hoſtes. & C. ad Orfitia. l. finali.

¶ Dic ſecũdùm Angel. quòd in d. l. penultima. & in lege finali erat liber legis auctoritate, ne mora alterius libertati noceat: in l. apud hoſtes. illud procedit fictione poſtliminij, vt ibi not. Syl.

¶ e Cõputabatur. Hęc videtur mala ratio, cũ magis iure prętorio, quod naturalẽ cauſam intuebatur, deberet computari: vt s. de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati. quàm ciuili. Sed dic quòd etiam ad alia, vt ad tutelas, & ſimilia: niſi quo ad nuptias: vt s. de nupt. §. illud. & ff. de ritu nuptiarum. l. adoptiuus. § ſeruiles. Sed nunquid dominus ex ſui perſona ſuccedit cognatis ſerui? Reſpon. non: vt hic dicitur. Accurſius.

ADDITIO. Not. ergo acquiri domino ab inteſt. ſicut ex teſtamento. Et eſt ratio: quia ius ſolùm defert hæreditatem ab inteſt. ſecundùm quod ſeruus nihil eſt. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ſed ex teſtamento defert voluntas teſtantis, quam ius ſequitur. Aliud tamen eſt in monacho, & monaſterio: vt l. Deo nobis. C. de epiſc. & clericis.

† Computabatur. Non computabatur niſi in cauſa nuptiarum. l. 14. §. ſeruiles. ff. de rit. nupt. N.A.

¶ f Noſtra tempora. Loquitur Iuſtinianus.

¶ a His

liberum, vel liberos habuerit, ſiue ex liberæ, ſiue ex ſeruilis conditionis muliere: vel contrà, ſerua mulier ex libero, vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcúque ſexus: & ad libertatem his [a] peruenientibus, & ij, qui ex ſeruili ventre nati ſũt libertatẽ meruerint: vel dũ mulieres liberæ erant, ipſi [b] in ſeruitute [c] eos habuerint, & poſtea ad libertatẽ peruenerint [d]: vt hi omnes ad ſucceſſionẽ patris, vel matris veniant [e], patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolùm in ſuorum parẽtum ſucceſſionem, ſed etiã alterũ in alterius † ſucceſſionẽ [f] mutuam vocauimus, ex illa lege [g] ſpecialiter eos vocantes: ſiue ſoli inueniantur qui in ſeruitute nati, & poſtea manumiſſi ſunt: ſiue vnà cum aliis qui poſt libertatem parentum concepti ſunt, ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadem matre: ſiue ex aliis * nuptiis, ad ſimilitudinẽ eorum, qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt.

** ex aliis qualicũque copulatione nati ſint ad ſimilitudinẽ, &c.*

¶ Cùm de inteſtatorum ſucceſſione agitur, liberorum prima habetur ratio: qui etiã, ſi gradus ſint remotiores, quoſcunque aſcendentes, & agnatos quãcumuis proximiores excludunt.

¶ Repetitis [h] itaque omnibus, quæ iam tradidimus [i], apparet non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocati: eóque amplius, nec eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorẽ eſſe. Cùm enim prima cauſa ſit ſuorũ hæredũ, & earum, quos * inter ſuos hęredes enumerauimus [k]: apparet

** quoſque.*

¶ a His. ſcilicet parentibus.

¶ b Ipſi. ſcilicet parentes.

¶ c In ſeruitute. Idem donec ſerui erant.

¶ d Peruenerint. ſcilicet parentes.

e Veniant. Aliud ſi liber factus ſeruus iterum manumittatur: vt ff. vnde cog. l. is qui. cõtra. [Secus, ſi reſtitutus. §. ſeru*. ſ. de cap. demi. & declarat glo. in d. l. is, qui. Syl.] ſ. de capi. demin. §. quod autem. quia eſt ibi, quod ſibi imputetur. Sed nunquid etiam iſte, qui eſt in l. is, qui hodie ſuccederet naturali cauſa inſpecta; vt C. de ſuis, & legit. hęredi. authen. in ſucceſſiõe. Reſ. non, ſecundùm Ioan. quia Prętor naturalem cauſã intuebatur, & tamẽ nõ vocabat eum, vt dictum eſt. Itẽ, econtrà. Cod. de ſuis & legit. l ex libera. Solutio. hic nouum ius. Vel ibi loquitur, quando nec de facto erat matrimonium. Hæc gl. ſemper allegatur, quòd ſpurius natus in figura matrimonij, licet de facto poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, ſecus ſi nullo modo, etiã de facto erat, de quo per Ang. hic. Sylu.] Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quoad ſucceſſiones.

¶ f In alterius ſucceſſionem. i. parentes liberis & contrà excluſo patrono, & hoc ſecundùm omnes. Itẽ, libertũ vnũ alteri eidem fratri ſuo: & ita frater liberti præfertur patrono. & hoc ſecundũm quoſdam, vt hic. Sed Ioã. contrà: præfert enim patronũ fratri: vt ff. de bonis libe. l. liberto. ff. de ſuis & legi. l. inteſtato. in princip. & ĩ. titulo j. §. ſed noſtra. verſic. ſinautem ſine.

¶ Hæc opinio Ioã. cõmuniter tenetur: vt per Ang. hic. Ratio eſt: quia patronus, ſi legitima ei nõ relinquatur, habet cõtra tabulas: & poteſt impugnare iudiciũ liberti, ſi legitima ſibi nõ relinquatur: quod non eſt in fratre. §. ſoror. ſuprà de inoffic. teſt. Syl.

† Alterũ in alterius. Seruilis cognatio à Iuſtin. introducta, ſecundo continetur gradu. N. A.

¶ g Ex illa lege. ſ. ſupradicta Gręca. Accur.

¶ h Repetitis. Hic §. cõmunis eſt ad omnes ti. ſ. hoc lib. iij. poſitos. & idem in ſequen. proxi. §. ſic & aliàs. ſuprà de ſucceſſione cognato. §. vltimo. & ad Orphicianũ. §. finali.

¶ i Tradidimus. A principio tertij libri.

¶ k Enumerauimus. Vt curiæ datos & emancipatos: vt ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. j. & §. quibus connumerari. & §. emancipati.

¶ a Fue

N.A. † Ad §. Repetitus Pronepotem

Pater
Titius
Filius
Nepos
Pronepos

Pronepos, qui tertio gradu eſt, prefertur fratri, qui ſecũdo; itẽque patri, qui primo gradu eſt: Tres enim edicti ſucceſſorij ordines Pretor fecit: ſuorũ, legitimorũ, cognatorum: eorúmque ſingulis prærogatiuã grad⁹ adhibuit. Prior eſt ordinum prærogatiua, quàm graduũ: & in vtroque, poſteriores, in priorum deſinentium locum ſuccedunt. Vnde nomẽ edicti ſucceſſorij.

¶ a Fuerit. Hoc ſubdiuiditur.

¶ b Ex fœmineo ſexu. Qui tamen cũ deminutione tertiæ partis ſuccedit huius legis tẽpore, ſuprà de heredi. quæ ab inteſta. §. itẽ vetuſtas. verſi. diui. hodie ſine deminutione: vt in auth. de trien. & ſemiſſ. §. necnon. col. j.

¶ c Amotis. id eſt, ceſſantibus ſuis. fallit adhuc hæc regula, qui prior eſt, in gradu, &c. vt ſuprà eodem. §. toties. Accurſ.

N.A. † Patrui nepos. Figura hæc eſt

Auus

Patruus Pater Auunculus

Patrui filius

Patrui nepos.

Ex quo perſpicuũ eſt, verum eſſe quod ſemper contendimus: in tabula, cognationis, lineas obliquas, vtroque ex latere deſcribendas eſſe.

pronepotem † vel abnepotẽ defuncti potiorẽ eſſe, quàm fratrẽ, aut patrem matrémq; defuncti: cũ alioqui pater quidem, & mater (vt ſuprà quoq; tradidimus) primũ gradum cognationis obtineant, frater verò ſecũdum: pronepos autem tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec intereſt in poteſtate moriẽtis fuerit [a], an non: quòd vel emancipatur, vel ex emancipato, aut ex fœmineo ſexu [b] propagatus eſt.

¶ Nouiſſimo vere, agnationis & cognationis ſublato diſcrimine, omnes ſimul æquo iure ſuccedunt: ita tamen, vt eorũ prior habenda ſit ratio, qui ſunt gradu proximiores.

¶ Amotis [c] quoque ſuis hæredibus, & quos * inter ſuos hæredes vocari diximus, adgnatus, qui integrũ ius † habet [d] adgnationis, etiã ſi longiſſimo gradu ſit, plerunque [e] potior habetur, † quam proximior cognatus. Nã patrui nepos [f], † vel pronepos [g] auunculo [h], vel materteræ præfertur [i]. Toties [k] igitur di-

¶ d Integrum ius habet. i. capite minutus non eſt. ſic ſuprà de ſucceſ. cogn. j. reſpon. in fine. nam ſecus eſſet, ſi eſſet capite minutus: quia illæ ſucceſſiones, quæ veniunt ex lege xij. tabul. pereunt per mi. cap. dimi. vt ſuprà ad ſenatuſcon. Orphicianum. §. ſciendũ.

† Integrum ius. Quò iure nõ eſt capite minutus. N.A.

¶ e Plerunque. Propter fratrẽ & ſororẽ emãcipatos: vt infrà eod. ibi, exceptis. Item propter quoſdã cognatos qui vocãtur, vt agnati: vt ſuprà de legi. agnat. ſucceſſ. §. hoc etiam. Itẽ, propter patrẽ, qui filiũ emancipauit: vt ſuprà de leg. agn. ſucceſſ. §. fin.

* quoſque.

† Potior habetur. Quia prærogatiua ordinis, potior eſt prerogatiua graduum. N.A.

¶ f Nepos. Qui eſt in quinto gradu agnationis.

¶ g Pronepos. Qui eſt in ſexto gradu agnationis.

¶ h Auunculo, vel materteræ. Qui ſunt in tertio gradu cognationis.

¶ i Præfertur. In ſucceſſione eius, qui tales habet agnatos.

¶ k Toties. Not. regulam bonam. vt commu. de ſucceſſ. l. auunculo. & C. vnde libe. l. ij. Et ad eius euidentiam nota, tres eſſe ordines ſuccedendi, ſcilicet inferiores & ex latere venientes: vt in authentic. de hæredi. ab inteſta. in princ. Primò, deſcendentes in infinitum vocantur: vt ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. j. & ij. authent. de hæredi. ab inteſta. §. j. His ceſſantibus, vocantur aſcendentes, primò, pater & mater: ſecundò, auus & auia, & ſic deinceps; ſic tamen, vt fratres ex vtroque

que parente defūncto coniunctì, cum his ſuperioribus vocentur: licet quidam dicant cum patre & matre tantùm eos vocari, & alios ſuperiores per fratres excludi. & pro nobis eſt authentica de hæreditatib. ab inteſtato veniētibus. §. ſi verò cum aſcendentibus. & ff. de ſuis, & legitimis. lege ſecūda. §. hæreditas. [Hæc opinio cōmuniter tenetur hic & in authentica defuncto. C. ad Tertyllian. Sylueſter.] Superioribus ceſſantibus, primò frater ex vtroque parente, & ſoror, & eorum filij. Secundò, ex altero tantùm, & eorum filij. Tertiò, hæc regula obtinet, vt qui prior eſt in gradu, &c. vt hic, & in authentica de hæreditatibus ab inteſtato veniētibus. §. ſi reliquum. & §. ſi verò neque frater. & in authentica. vt fratrum filij. §. primo. Accurſ.

ADDITIO. Dic quòd hodie eſt ſublata differentia agnationis, & cognationis, & in dicto §. primo in authentica de hæreditatibus ab inteſtato venientibus. collatio. nona. Chriſtophorus.

a Tradidimus. Vt ſuprà §. proximo. & hoc eod. §.

b Exceptis. Excipit ab eo, quod ſuprà dixerat, qui integrum, &c.

c Præferuntur. Vt ſuprà de ſucceſſ. cog. j. reſponſo.

cimus, aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter * vocari eos, qui cognati ſunt: quoties neque ſuorum heredum iure, quíque inter ſuos hæredes ſunt, neq; adgnationis iure aliquis præferri debeat, ſecūdum ea, quæ tradidimus [a]: exceptis [b] fratre, & ſorore emancipantis, qui ad ſucceſſionem fratrum, vel ſororum vocantur: qui etſi capite deminuti ſunt, tamen præferuntur [c] cæteris vlterioris gradus adgnatis.

* in patrem.

TIT. VIII.

DE SVCCESſione libertorum †.

¶ Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularum ius in bonis liberti ſolū ab inteſtato, nullo ſuo hærede relicto. Aretinus.

NVnc * [d] de libertorū bōnis videamus. Olim [e] itaque licebat liberto patronum ſuū impunè [f] teſtamento præ-

* Ex Epiſto. Vlp. tit. 27.

† Super Titulum. Actum eſt de ingenuorum hæreditatibus: deinceps, de libertorum hæreditatibus tractatur: Sed ſucceſſionem libertorum, dixit, pro bonis, vel hæreditate. Nā propriè patronorum ſucceſſio eſt. Vlpian. Reg. 27. Ius patronatus tribus in rebus cōſiſtebat; obſequiis, operis, & bonis libertorum.

N.A.

DE SVCCESSIONE libertorum.

Suprà de ſucceſſione ingenuorum viſum eſt: & quia in bonis libertorum eſt dare ſucceſſionem: ideo de his ſubdit. Vnde nota, quòd dicit hic Accurſius de ſucceſſione libertorum, paſſiuè accipi, id eſt, qualiter ſuccedant ei, non actiuè, id eſt, qualiter ipſi ſuccedant aliis.

præterea bonorum poſſeſſiones Imperator ſuſtulit? Tanquam ex familia, & Vnde patroni, parentes & liberi eorũ. Prior locum habebat, ſi libertus deceſſiſſet ſine liberis, atque inteſtatus. Nam patrono mortuo, agnati cognatique patroni ſuccedebant Tãquam ex familia. Poſterior locũ habebat, cùm defuncto liberto inteſtato ſine liberis, patronus aut eius liberi vel parentes neque vnde legitimi, neque tãquam ex familia poſtularant. Et quamobrem vtraq; hęc ſublata eſt? Quia ferè peræquata ſunt iura ſucceſſorum ingenuorũ hominũ ac libertinorũ, quare ſufficere viſa eſt bonorũ poſſeſſio cõtra tabulas, & Vnde legitĩi, & Vnde cognati. Co. Vi.

Not. ergo iura & bonorum poſſeſſiones antiquas eſſe ſublatas. Itẽ, quòd hodie ſex ſunt bonorum poſſeſſio, & ſeptima quæ ſequitur. Syl.

ſtitutionem [a] † noſtram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cùm enim ad ſimilitudinẽ ſucceſſionis ingenuorũ libertinorum ſucceſſiones poſuimus [b], quas vſq; ad quintum gradum tantúmodo coarctauim⁹, vt ſit aliqua inter ingenuos & libertinos * differentia: ſufficit eis [c] tam Contra tabulas bonorum poſſeſſio, quàm Vnde legitimi, & Vnde cognati: ex quibus poſſunt ſua iura vendicare, omni ſcrupuloſitate, & inextricabili errore duarum iſtarum bonorum poſſeſſionum reſoluta *.

* libertos. al.

* reſoluto.

¶ Etiam hodie vigēt bonorũ poſſeſſio Vnde vir, & vxor, & ceterum locum occupat: & bonorũ poſſeſſione Vnde cognati, manumiſſoris propter ſublata, remanent tantum ſex bonorũ poſſeſſiones ordinariæ. Antiquus.

a Cõſtitutionem. de qua habuimus mentionem §. de ſucc. libe. §. ſed noſtra.

N. A. † Aliqua differentia. Cum ingenuis in infinitum deferatur. l. ſecunda. ff. & legit.

b Poſuimus. Vt ſuprà de ſucceſ. lib. §. multis.

c Sufficit eis. ſcilicet tam cognatis, quàm agnatis patroni.

ADDITIO. Qui excludunt agnatos, & cognatos ipſius liberti: vt l. liberto ſine liberis. ff. de bon. libe. nec eis ſit iniuria, quia ſi ſtetiſſent in ſeruitute, non habuiſſent cognationem.

Aliam. Quid eſt bonorum poſſeſſio Vnde vir & vxor? Ea locum habet, quando vir, aut mulier ſine teſtamento deceſſit, nemine relicto, qui ſupradictas bonorum poſſeſſiones poſtulet. Eſtne ſublata? minimè. Sed ea vnde cognati patroni, quæ tum dabatur, quum liberto inteſtato neque patronus, neque aut liberi, aut agnati eius erant, ſed ſoli cognati. Et ſanè hodie quoque ſuccedunt, per Vnde cognati. ſed olim erant duæ, nẽpe Vnde cognati ingenuorum, & Vnde cognati patronorũ: hodie autem vtraque in vnam, ac ſimplicem contracta eſt. Cor. Vibul.

Aliam verò bonorũ poſſeſſionẽ, quæ Vnde vir, & vxor appellatur, & nono loco inter veteres bonorũ poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſeruauimus, & altiori [d] loco, id eſt ſexto, eã poſuim⁹: decima [e] quoq; veteri bonorũ poſſeſſione, quę erat Vnde cognati manumiſſoris, propter cauſas enumeratas [f] *, meritò ſublata: vt ſex tantũmodo bonorũ poſſeſſiones ordinariæ pmaneant, ſuo vigore pollentes.

* enarratas.

d Altiori. Hic trahe, quòd digniores altiori loco ſedere debent. & eſt altior, qui proximior domino eſt. tyrones verò poſteriori: vt C. de tyro. l. fin. lib. xij. & ff. de aqua pluuia. arcen. l. prima. §. penultimo. & C. de offic. recto. prouinc. l. potioris. Accurſius.

e Decima. Bene dico ſexto poni. & hoc dico ſublata decima. Accurſ.

f Enumeratas. §. eod. §. cúmque.

Septima eas. Seruilius apud hoſtes deceſſit. Lex Cornelia me proximum agnatum hæredem facit, ac ſimiliter mihi bonorum poſſeſſionem tribuit. Debeo igitur extra ordinem poſtulare à Prætore bonorum poſſeſſionem, quæ appellatur, qua ex legibus. Cornel. Vibul.

Digitized by Google

¶ Si lex dat alicui bonorum poſſeſſionem de nouo ex teſtamento, vel ab inteſtato: illa vtetur Edictali extraordinaria. Aretinus.

¶ Septima eas ſecuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt [a]. Nouiſſimè enim promittitur edicto iis etiã bonorũ poſſeſſio, quibus vt detur [b], lege [c], vel ſenatuſconſulto [d], vel cõſtitutione [e] compræhẽſum eſt: quã neq; bonorũ poſſeſſionibus, quę ab inteſtato veniunt, neque iis, quæ ex teſtamento ſunt, Prætor ſtabili iure connumerauit: ſed quaſi vltimum & extraordinariũ † [f] auxiliũ (prout res exegit) accommodauit, iis ſcilicet, qui ex legibus, ſenatuſcõſultis, cõſtitutiõibúſve principum, ex nouo iure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt.

¶ Ne diutius creditores iis dominibus expectent impedia autem liberis & parentibus anni ſpatium, agnatis verò & cognatis centum dierum, ad petendam bonorum poſſeſſionem

¶ a Introduxerunt. Vt ff. vt ex leg. & ſenat. l. j. §. reſpon.

¶ b Vt detur. ſcilicet bonorum poſſeſſio. Et nota, duo eſſe neceſſaria, vt hæc bonorum poſſeſſio competat: ſcilicet, vt lege caueatur, vt bonorũ poſſeſſio detur, & quòd de iure ciuili nõ poſſit ſuccedere, aliàs competit. Vnde legitimi: vt ff. vnde legi. l. iij. & ff. vt ex legi. & ſena. l. j. §. fin. Accurſ.

¶ Dic tu ſecundũ, Iaſ. in l. certum. C. vnde legit. quatuor neceſſaria. Primò, quòd deferatur ex legibus nouis, & ſenatuſcõſultis. Secundò, quòd tales leges ſint ciuiles, & non prætoriæ. Tertiò, quòd per illas leges deferatur noua bonorum poſſeſſio expreſsè, & ſpecialiter, non autẽ in indiuiduo, nec nominatim. Quartò, quòd non ſit vocatus per legem xij. Tabul. ad hæreditatem: quæ colligũtur ex dictis omnium doct. Syluest.

¶ c Lege. Ponunt quidam exemplum ex teſtamento: vt C. de inoffic. teſtam. l. iij. §. ſed cum eam. ex eo, quòd filius natus in puerperio inſtitutus præſumitur. Ab inteſtato ponunt exemplum in agnatis fœmininis, & in quibuſdam cognatis, qui efficiuntur agnatis ſimiles: vt ſuprà de legit. agna. ſucceſſio. §. hoc etiam. Vtrunque reprobo: quia nulla lex expreſsè dat ſupradictis bonorum poſſeſſio. ſed eos ſuccedere dicit. ergo non datur hæc ſeptima, ſed Vnde legitimi: vt ff. vnde legiti. l. iij. Pone ergo exemplum ex teſtamẽto in poſthumo alieno inſtituto: vt ſup. eo. §. j. qui incipit, nã ſi alienus. Item, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato: pone exemplum in eo, qui deceſſit apud hoſtes, in cuius bonis datur bonorũ poſſeſſio, ex lege noua Corn. ff. de bonorum poſſeſ. l. iij. §. ſed & eius.

¶ Hæc exempla reprobantur per doct. maximè per Alexand. in l. certum. C. vnde legit. vnde vbi Iaſon ponit alia exẽpla, quę etiam iudicio meo difficilè ſeruari poſſunt: tamen non eſt materia pro iuuenibus. Syl.

¶ d Senatuſcõſulto. Orfitia. & Ter. vt ff. vnde leg. l. ij. in prin. & §. fin. nam eis datur bon. poſſeſ. ibi, & non ſuccedebant de iure ciuili: vt ſ. ad Tertyllia. in princ. debet ergo dari hæc: vt ff. vnde legitimi. l. iij.

¶ e Conſtitutione. Ponunt exẽplum. ſuprà de leg. agna. ſucceſ. §. hoc etiã. Item, C. de eman. libe. l. fi. Sed hoc reprobo: cum lege nõ caueatur eis dari bono. poſſeſſ. vnde habet. Vnde legitimi: vt ff. vnde legiti. l. iij. Poteſt tamen dici, quòd ibi ſubaudiatur maximè, & ſic ſtabit prima expoſitio. Vel melius dic, ſi aliqua noua conſtitutio fieret de nouo, quæ daret bonorũ poſſ. ex ea, daretur hæc ſeptima.

¶ Ad §. 6. Vltimum & extraordinariũ. Superiores, ſunt ordinariæ, quia certum gradum locúmq; tituli obtinent: hæc, cum vltimo loco poſita, tamen per omnes ſuperiores diffunditur. l. j. ff. vt ex legib. N. A.

¶ f Et extraordinarium. Not. duobus modis fieri bonorũ poſſeſſionem extraordinariam: quia vaga, vt hic, item, quia non tribuit ius: vt Carboniana: & ſi venter mittatur in poſſeſſionem: & illa quæ datur gratia agnoſcẽdæ litis, quæ datur ſine cauſæ cognitione: vt ff. de Carb. edic. l. iij. §. cauſæ. & de vent. in poſſ. mitt. l. vbicunque. §. interdum. & de

Carboniana poſſ. ſig ius non tribuit.

Digitized by Google

& de inoffic. teſta l. Papinianus. §. j. & aliæ cum cauſæ cognitione: vt ff. de bon. poſſ. l. iij. §. ſi cauſa. & ff. quis ordo in bonorum poſſeſſio. ſeruetur. l. ij. §. dies. & §. in bonorum.

ſor. edict. l. prima. §. fina.

¶ e Anni ſpatium &c. in honorē ſanguinis: imò non videtur coarctandi, cùm velut ad propria bona veniant: vt ff. de ſucceſſo. edict. l. j. §. largius. & de libe. & poſthu. l. in ſuis.

¶ Cùm igitur. CASVS. Filius, vel pater defuncti Titij non poſtulauit bonorū poſſeſſionem per aliquot menſes: quæro an eam idcirco amittat? Si annum vnum prætermiſerit, neq; poſtulauerit, amittet. Quid, ſi agnatus, aut cognatus ſit? Tunc ſi intra centum dies non poſtularit, ſimiliter amittet, eíque ſuccedet is qui gradu proximo inuenietur, atq; ita deinceps. Cor. Vib.

¶ Not. quòd nō debet præiudicari creditoribus differendo ſolutionē. Syl.

¶ a Plures. Quia decem, quarum ſex remanſerūt ordinariæ: vt ſuprà eodem §. aliam. vſque ad §. ſeptima.

præfinitur. Portio autem non petentis pari in gradu accreſcit: vel ſi nullus extiterit, per edictum ſucceſſorium, qui in ſequenti ſunt gradu, admittuntur.

¶ Cùm igitur plures [a] ſpecies ſucceſſionum Prætor introduxiſſet, eaſque per ordinem diſpoſuiſſet [b] † & in vnaquaq; * (* quaſque.) ſpecie ſucceſſionis ſępe plures extent diſpari gradu perſonæ, ne actiones creditorum differrentur [c], ſed haberent quos conuenirent: & ne facilè in poſſeſſionē bonorum defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent, ideo petendæ bonorum poſſeſſioni certū tempus præfiniuit * (* definiuit.). Liberis [d] itaq; & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorum poſſeſſione anni * (* annū.) ſpatium [e] †, ceteris [autem * (* incluſa abſunt.) agnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorū poſſeſſionem non petierit, eiuſdem gradus perſonis accreſcit [f] †: vel ſi nullus * (* nemo.) ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionē perinde ex ſucceſſorio edicto [g] pollicetur [h], at ſi is, qui pręcedebat, ex eo numero non eſſet [i].

N.A. † Anni ſpatiū. Quo ſpatio exacto, excluduntur & ipſi, & ipſorum hæredes l. iiij. C. qui admit.

¶ f Accreſcit. Partes enim nō petentium accreſcunt petentibus: vt C. quā. non pe. par. pe. accr. l. vnic.

N.A. † Accreſcit. In bonorum poſſeſſione, iure accreſcit etiam eiuſdem perſonis. l. j. C. quād. non pet. par.

¶ g Ex ſucceſſorio edicto. Hoc intellige in cognatis, ſed inter agnatos ſucceſſorium edictum locū non habebat: ſed hodie vtrumq; locū habet: vt ſuprà de legi. agn. ſucceſſo. §. placebat.

¶ b Diſpoſuiſſet. Alio modo in edicto, quàm de facto competit: vt diximus ſuprà eod. tit. §. vj.

N.A. † Ad §. 7. Per ordinem diſpoſuiſſes. Lege duodecim tabularum non erat ſucceſſio in legitimis hæredibus, quia ea lex vocabat proximum agnatum, non eum qui proximo deficiente ſuccedit. Sed Prætor, ne creditores moram facerent ſtatuit, vt deficiente proximo, ſequente ordo ſuccederet. Vnde ſucceſſorij edicti appellatio. Duo ſunt, quæ additum ad illam ſucceſſionem præbent: Tempus, & Repudiatio.

¶ c Differretur. Sic ff. de ſucceſſ. edict. l. j. j. reſpon.

¶ d Liberis naturalibus: & emancipatis & emancipatibus: vt ff. de ſucceſſ.

¶ h Pollicetur. ſcilicet Prætor.

¶ i Non eſſet. Excluſus tamen tāquam filius admitti poteſt vt agnatus, & excluſus vt agnatus, admittitur vt cognatus: vt ſibi ſuccedere videatur: vt ff. de ſucceſſorio edicto. l. j. ſed videndum.

ADDITIO. Tu dic, quòd ſimplex repudiatio, vel relata ad hæreditatem, concernit omne ius, & omnes vias ſuccedendi, quando habet ſubſtitutum: ſecùs ſi ad ius adeundi: quia ad illud tantùm refertur, quòd exprimitur: niſi eſſet adiecta cauſa generalis: putà, quia hæreditas eſt damnoſa, vel ſimilis: nam ex tali ratione repudiatio ad vtrunque refertur ſecundum Ang. hic.

¶ a Repu

Digitized by Google

¶ Primo repudiatæ bonorum poſſeſſioni, ſtatim ſequēti incipit currere tempus.

¶ Si quis itaque delatam ſibi bonorū poſſeſſionem repudiauerit a, nō quouſque tempus bonorū poſſeſſioni præfinitū exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur b *.

¶ Dies ad bonorum poſſeſſionem agnoſcēdam præfixi vtiles ſunt, nō continui. & bonorum poſſeſſionem citra ſolemnitate corā iudice agnoſcere ſufficit.

¶ In petēda * autem bonorū poſſeſſione dies vtiles c † ſinguli cōſiderātur. Sed bene anteriores principes d & huic cauſæ prouiderunt, ne quis pro petenda e bonorum poſſeſſione curet, ſed quocūque modo † admittentis * eam iudiciū, intra ſtatuta tamen * tempora, oſtenderit f, plenū habeat earum * beneficium.

TIT. XI.

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

¶ Quia enim omnia arrogati bona (his demtis quæ capitis deminutione pereunt) arrogatori patri olim pleno

a Repudiauerit. Intra ſuum tempus.

b Admittuntur. vt C.eod.l.fin.

c Dies vtiles. In quibus tria concurrere oportet, ſcilicet, quod iudicis copia ſit, item, actoris, item, rei: vt ff. de diuerſ. & tēpor. præſcript. l.j. & ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſer. l. j. in princ. §. dies.

ADDITIO. Hoc verum intellige de iure antiquo. Item, in illis bo. poſſeſſ. quæ tribuūt ius, ſecùs in aliis, vt eſt bon. poſſeſ. quæ datur gratia litis agnoſcendæ. Itē Carboniana, & quæ ventris nomine, de quibus an tribuant ius in poſſ. & an hodie procedat, & in eis locū habeat iſte tex. vide per Io. Fabr. hîc. Hodie autem indiſtinctè in omnibus bono. poſſeſ. dies dicuntur vtiles: etiam ſi iudex pro tribunali non ſedeat: & incipiunt currere à die ſcientiæ: & currunt quandiu non dubitat, an ſibi cōpetat bon. poſſ. ſecundum. Ang.

* vocabantur. Th.

* abeſt.

d Principes. C. qui admit. ad bono. poſſ. l. penult. & l. fin.

† Dies vtiles dies ſunt, quibus vti Prętore licet, ad ius experiendum. Olim faſti dicebantur. Continui ſunt tam faſti, quàm nefaſti. Dies ſeſſionum dicebantur, quibus Prætor iuri dicundi, cauſa, pro tribunali conficiebat.

e Pro petēda. erat enim alia edictalis, quæ ex edicto mortui Prætoris cōpetebat. hanc non erat neceſſe peti: vt ff. de bon. poſſ. l. iij. §. ſed & ſi nemo. Alia decretalis, quæ à Prætore viuo decernitur: & hoc olim ſolemniter: hodie ſufficit, quocunque modo dicat ſe velle agnoſcere, quæ iudicialis dici poteſt: quia in iudicis præſentia agnoſcitur, vt hic. & C. qui admitt. ad bon. poſſ. l. pen. & fin. Item, nūquid hodie bonorum poſſeſſiones locum habent? Reſp. ſic: nam & eas proponere, quis poteſt: & cōtra tabulas neceſſaria eſt filio emancipato, & præterito. Item, vnde vir, & vxor neceſſaria videtur, & vt olim aliæ non erant neceſſariæ, ſic nec hodie: eis tamen vti poſſumus. Alij cōtrà, cum nouus modus ſuccedēdi ſit inuectus: vt in auth. de hær. ab inteſta. per totū. collat. ix.

ADDITIO. Aemil. Ferre. ex manuſcriptis libris ita legit, Ne quis pro petenda bonorum poſſeſſione curet, ſed ſi quocunque modo admittendi eam voluntatem demonſtrarit, & iudicium intra ſtatuta tamē tēpora oſtenderit plenarū (aliàs pleniſſimū) habeat, &c. cuius lectionis veſtigia, ſanè non parua deprehendimus in antiquo libro manuſcripto, quem nobis Germanus Colladonius Iuriſconſ. doctiſs. commodauit.

* admittendi.

* abeſt.

* corā.

† Quocūque modo. Patet antiquo iure certum modum, id eſt, certas agendi formulas, & ſolemnia, in bonorū poſſeſſionibus impetrādis fuiſſe: vt certus modus fuiſſe dicitur in diuortiis. l. j. ff. Vnde vir. & vx. Eas verò formulas Cōſtantinus ſuſtulit. l. pen. C. qui admit.

f Oſtenderit. Corā quocunq; iudice.

Hæc glo. non eſt. Accurſ.

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

¶ Quia bona, quæ nobis acquiruntur tit. vniuerſali, aut acquirūtur per aditionem hæreditatis, aut per bonorum poſſeſſionem, aut per arrogationem, aut

Digitized by Google

aut per adiectionem bon. cauſa libertatum cõſeruandarum.§.fin. ſuprà per quas perſonas nobis acquir. ideo viſo ſuprà de hære. & bonorum poſſeſſio. ſequitur videre de acquiſitione per arrogationẽ.Porcus.

ST & alterius. Totus iſte titulus diuiditurin tres partes. primò, vnde fuit introducta acquiſitio per arrogationem. Secundò, poſtea illud declarat tã de iure antiquo, quã moderno: & quid arrogatori acquiratur. Tertiò,an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secũda ibi, ecce enim. Tertia ibi, ſed ex diuerſo.

ST & alterius generis † per vniuerſitatem ſucceſſio [a], quæ neq; lege duodecim tabularum †, neque Prætoris edicto, ſed eo iure, quod conſenſu [b] receptum † eſt, introducta eſt. Ecce enim cùm paterfamiliàs ſeſe in arrogationẽ dat, omnes res [c] eius corporales & incorporales, quæq; ei debitæ ſunt, arrogatori anteà [d] quidẽ pleno iure † acquirebãtur: exceptis iis, quæ per capitis diminutionẽ [e] pereũt, quales ſunt operarum [f] † obligationes, & ius agnationis [g]. vſus etenim, & vſusfructus, licet his antea connumerarentur †; attamen capitis deminutione minima eos tolli noſtra prohi-

N.A. † Generis. Tertius modus acquirẽdi res vniuerſas; Primus, hæreditas ex lege xij. Secũdus,bonorum poſſeſſio ex edicto. Prætoris, Tertius, adrogatio ex cõnſuetudine.

a Succeſſio. vt ff.pro ſoc.l.actione.§. morte vnius, verſic.ſocietas.

N.A. † Lege xij. tabularum. Duo poſtrema verba ſuperuacua ſunt, & (vt opinor) adulteria.

b Conſenſu. ſcilicet, arrogantis, & arrogati.

N.A. † Conſenſu receptum. Id eſt, conſuetudine,cui interpretatio, & auctoritas prudentum cauſam dedit; cùm ſtatuiſſent, eum qui ſe adrogandum dedit, cum capite fortunas quoque ſuas in alienam familiam tranſtuliſſe.l.penul. ff.ſecund.tab.l.xv.De adopt.ff.

c Omnes res. Et etiam filij, vt ſuprà de adopt.§.illud.

d Anteà. id eſt iure veteri.

N.A. † Pleno iure. Plena,& nuda proprietas quæ dicatur, notauimus ad §. vlt. ſuprà de vſufr.

e Per capitis diminutionem. ſcilicet,minimam, dando enim ſe in arrogationem minimam capitis deminutionem patitur: vt ſuprà de cap.diminutio. §. minima.

f Operarum. Hoc intellige de operis quę à libertis debentur:& nõ tranſeunt ad hæredem extraneum: vt ſunt obſequiales, quæ in faciendo conſiſtunt, ſcilicet, aſſurgere, & ſimilia: vt ff. de oper. liber.l.liberti. Item, in fabrilibus incertis: vt ff. de oper. liber. l. ſi operarum iudicio. aliud ſi cõduxerit ille arrogatus operas alicuius. nã iſtæ arrogatori quęruntur. *Operæ obſequiales debẽtur liberti patronis.*

N.A. † Operarũ. Operarum, ſed officialium duntaxat, quæ quia incertæ perſonæ functionibus conſiſtunt, ferre perſonæ mutationem non poſſunt; ac propterea capitis minutionẽ, intereunt. l.vij.l.ix. de cap.minutio. fabriles verò, quia in artificio, & opere,& labore corporis cõſiſtunt, à quouis æquè perito præberi, ac proinde æſtimari poſſunt, capitis minutione non perimuntur. Verùm ad arrogatorem, atq; adeò ad quemuis extraneum hæredem tranſire poſſunt. l. vj. ff. de oper.libert.

g Ius agnationis.Ius ſuccedẽdi,quod quis per agnationẽ cõſequitur. & hoc hodie eſt:vt infrà eod.§.mortuo. [Hoc tamen ſecundum Angelum non eſt verũ: quia ſtante æquiparatione cognationis, & agnationis ſublata agnatione remanet cognatio, & ideo agnatus retinet ſucceſſionẽ patris naturalis.Syl.] Item, ius petendæ bonorum poſſeſſionis petit,ſi ante eam petitam arrogandum ſe dederit: aliud ſi iam petiit: vt ff.vnde lib. l.fin. & de contra tab.l.iij. §.ſi emancipatus.Accurſ.

ADDITIO. Ius tamen adeundi de iure ciuili indiſtinctè retinet: & fortè etiam inuitus adire cogi poterit ad inſtar naturalis.

N.A. † Connumerarentur. Vt dictum eſt §. vlt.ſup.de vſufr.

a Con

¶ a Conſtitutio. C. de vſufruc. l. l. corruptionem. Accurſ.
¶ b Nunc autē. Aduerſatur ei. q̃ ſ. dixerat, omnes res acquirebantur arrogāti.
¶ c Naturalium parentum. Vbi in adoentitiis. tātùm vſusfruct⁹ quæritur: vt Cod. de bonis, quæ libe. l. cūm oportet.
N.A. † Adoptiuis. q̃ adrogatorib⁹ dictū in §. ſed ea omnia. 13. ſ. de hęr. quę ab int.
¶ d Quæ extrinſecus. id eſt, in aduentitiis.
¶ e Aliæ perſonæ. vt deſcēdētes ex filio arrogato, vt C. communia de ſucceſſio. l. fin. vbi eſt conſtitutio, de qua hic fit mentio. Item, ſi hic arrogat⁹ eſſet impubes, & impubes decederet, admitterētur & alij ex ſtipulatione, vt ff. de ado. l. non enim aliter. & l. his verbis. & l. hæc autem. ſ. de adoptio. §. cùm autem. Sed quid in patre naturali, à quo hic arrogatus erat emācipatus? Reſpon. Pla. eum præferri arroganti, ſed hodie fratres vtrinq; cōiuncti vocātur cū arrogante: vt in authen. de hęred. ab inteſt. §. cōſequēs. collatio. ix.
N.A. † Aliç perſonç. Vt liberi & fratres. l. vlt. C. cōmu. de ſucceſ.
¶ f Nō poſſunt. Vt in aduentitiis. profectitia enim ſibi non auferuntur.

* Patribus.
* familiariū.
* abeſt.
Arrogato quæ perſonæ ſuccedere debēt

buit conſtitutio a. Nunc autem b nos eandem adquiſitionem quæ per arrogationem fiebat, coarctauimus ad ſimilitudinem naturalium parentum c. Nihil enim aliud, niſi tantummodo vſusfructus, tam naturalibus parentibus * quàm adoptiuis † per filiosfamilias * adquiritur in iis rebus, quæ extrinſecus d filiis obueniunt, dominio eis integro ſeruato.

¶ Arrogati filij in arrogatione vita functi ſucceſſio ad arrogatorem pertinet: niſi ſuperſint, qui ei præferantur. Item pro debitis ante arrogationem contractis, non tenetur arrogator.

¶ Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum * eius ad arrogatorē pertranſit: niſi ſuperſint aliç perſonæ e †, quç ex conſtitutione noſtra patrem in iis, quæ acquiri non poſſunt f, antecedant *.

¶ Arrogator non tenetur nomine proprio ad debita arrogati prius cōtracta, ſed nomine filij tenetur. Aret.

¶ Sed ex diuerſo pro eo quod is debuit, qui ſe in adoptionē dedit, ipſo quidem iure † arrogator nō tenetur, ſed nomine filij † conuenitur g *, & ſi noluerit eū defendere, permittitur creditoribus per cōpetētes noſtros magiſtratus bona, quæ eius cum vſufructu futura fuiſſent, ſi ſe alieno iuri non ſubiecíſſet, poſſidere: & legitimo modo ea diſponere.

TIT. XII.

DE EO CVI libertatis cauſa bona addicuntur.

¶ Si hæreditas illius, qui libertates reliquit, nō adeatur, poteſt ille cui libertas eſt relicta,

¶ Ipſo iure. Quia obligationes iure ciuili inſtitutæ, contrariis ciuilibus modis, eodē iure inſtitutis, veluti capitis minutione perimuntur. Nam adrogati perſona, per capitis minutionem, perempta fingitur. l. iij. de cap. dem. ff. & l. 27. ff. de adim. lega.
† Nomine filij cōuenitur. Prętor peremptam quidem actionem aduerſus adrogatorem ipſum reſtituit. l. ij. §. j. ff. de ca. minut. Sed quia propter inopiā iuris futura eſſet, vt creditoribus non ſatiſfieret, ſi eū adrogatur, quaſi procurator nō defendat, mittitur creditores in eius bonorū poſſeſſionē, ex edicto, de reb. auct. iud. poſſi.
¶ g Cōuenitur. De facto, nam non⁹ tenetur de iure: ſed de iis, q̃ cōtraxit poſtq̃ fuit arrogatus tenetur de peculio: vt ff. de peculio legato. in arrogatorē. & ſi tunc nō defendat pater, in bonis ipſius patris fit miſſio, vt ff. quib⁹ ex cauſis in poſeſſio. eatur. l. Fulcinius. §. ſi quis. Acc.

* antecedunt en T.
N.A.
* conuenietur.

DE EO CVI libertatis cauſa bona addicuntur.

¶ Suprà viſum eſt de acquiſi-

Digitized by Google

vel alius petere ſibi addici bona defuncti, & ſatisfacere creditoribus: & erit tanquam ſucceſſor defuncti: & ſerui, quibus libertas directò, vel per fideicōmiſſum eſt relicta, erunt liberi, etiamſi bona forent à fiſco occupata.

Acceſſit nouus caſus ſucceſſionis [a] ex conſtitutione [b] diui Marci. Nam ſi ij, qui libertatem acceperunt [c] † à domino in teſtamento [d], ex quo non aditur [e] † hæreditas [f], velint bona ſibi addici † libertatum conſeruandarum cauſa, audiuntur. Et ita diui Marci reſcripto ad Pompilium * Ruffum cōtinetur: verba reſcripti † ita ſe habent: Si * Verginio Valēti, qui teſtamēto ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit, nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtēte, in ea cauſa bona eius * eſſe cœperunt, vt venire debeant †: is, cuius de ea re notio eſt aditus, rationem deſiderij tui habebit: vt libertatum tam earum, quæ directò †, quàm earum, quæ per ſpeciem * fideicommiſſi relictæ ſunt, tuendarū gratia addicantur tibi: ſi idoneè [h] cre-

rione, quæ fit per arrogationem, & ſic titulo vniuerſali. vtrùm, quia eſt alia, quæ fit per addictionem bonorum libertatum conſeruandarum cauſa. §. fi. ſupra per quas perſo. nob. acquiritur. ideo ſubdit de eo cui libertatis cauſa bona addicūtur. Por.

Acceſſit. Totus iſte titul. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit acquiſitionē cauſa libertatis conſeruandæ. Secūdò, illud per reſcriptū diui Marci probat. Tertiò, verba dicti reſcripti interpretatur. Quartò, illud ſupplet. Secunda ibi, & ita diui. Tertia ibi, Hoc reſcripto. Quarta ibi, Sed cū multas. Acc.

a Nouus caſus ſucceſſionis. Et eſt hic quartus ſuccedendi modus: vt ſuprà per quas perſo. nob. acquiri. §. fin. Accur.

b Ex conſtitutione. Cuius verba ſunt. l. eo. §. ſi Vrginio.

c Acceperunt. deſtinatione.

N.A. † Libertatem acceperunt. Addendum fuit in textu: aut quamuis alius, ſiue libertus, ſiue extraneus. l. 50. de manumiſſ. teſta. qualem hunc Pompilium Ruffum fuiſſe, ex duobus nominibus intelligitur.

d In teſtamento. Idem priuilegium datur cuilibet petenti bona hac contemplatione: vt Cod. de teſtam. ma. l. fi. Accurſ.

ADDITIO. Et is præfertur, qui præuenit. vt ibi, in d. l. fin. §. ſancimus.

e Non aditur. ſcilicet ab hærede.

N.A. † Ex quo non aditur. Ac proinde irrito teſtamento facto. d. l. 50. de manumiſ. teſtam.

f Hæreditas. Quomodo ergo valet, quod in eo relictum eſt: vt ſuprà de fideicom. l. eam, quam? Reſp. hic ſpeciale eſt.

N.A. † Bona addici. hac formula: Poſtulabat aliquis in iure ad tribunal eius, cuius ea de re notio erat. Quando factum erat deſtituto. l. Titij teſtamēto, vt libertates eo teſtamento relictæ, euaneſcerent, vt cautione creditoribus præſtita, de ſolido iis ſoluēdo, ea bona ſibi libertatū conſeruandarū cauſa addicerētur. Magiſtratus ita decreto comprehendebat: Si omnia ex conſtitutione Diui Marci facta ſunt, tibi addico. l. iij. §. addico. ff. de fideicom. liber. An igitur Prætor, dominum illum addicendo faciebat? Nā Prætor dominium non facit. §. ij. ſupr. de bonor. poſſeſſ. Principis conſtitutio, ſecundùm quam decretum interponit, dominium facit: Prętor ex conſtitutione addicit..

* Popilium.

* Anto. Aug. ſli. 8. 3 c 8.

* abeſt.

N.A. † Verba reſcripti. Deeſſe tamen ſuperiorem clauſulam apparet ex d. l. 50. de manumiſſ. teſtam.

Vænire. id eſt vendi.

N.A. † Vænire debeat. Vænire, vt creditoribus ſatisfiat.

h Idoneè. Fideiuſſoribus, vel pignoribus, vel fide habitâ: vt ff. de fideicommiſſa libertat. lege tertia. §. addici.

Et ſic dictio cautio, quæ ſui natura importat nudam cautionem propter adiectum verbum idoneè, exigit fideiuſſores, vel pignora: & ita communiter interpretatur: patitur tamen plures exceptiones, de quibus latè per Iaſ. in l. ſancimus. Cod. de verb. ſign. Sylueſter.

a Cre

ditoribus a caueris de ſolido quod cuique debetur, ſoluēdo. Et ij quidē quibus directa libertas data eſt, perinde liberi erunt, ac ſi hæreditas adita eſſet b. Ij autem, quos hęredes† manumittere rogat9 eſt: à te libertatē conſequentur: ita, vt* ſi non alia conditione velis tibi bona addici, quàm vt ij * etiam, qui directò † libertatē acceperunt, tui liberti fiant c. Nam huic d etiam voluntati tuę, ſi ij, de quorum ſtatu agitur, conſentiāt e †, auctoritatē noſtrā accōmodamus f. Et ne huius reſcriptionis noſtræ emolumentum alia ratione irritū fiat, ſi fiſcus bona agnoſcere † voluerit: & ij, qui reb9 noſtris attendunt g, ſciant commodo pecuniario præferendā h eſſe libertatis causā: & ita bona cogēda i, vt libertas iis ſalua ſit, qui eam adipiſci potuerunt, acſi hęreditas ex teſtamento adita eſſet k.

¶ Bonis addictis ceſſat venditio ipſorum. Aret.

¶ Hoc reſcripto ſubuentum eſt & libertatibus, & defunctis: ne bona eorū à creditoribus poſſideātur, & væneant l †. Certè ſi fuerint hac de cauſa bona addicta, ceſſat bonorū vēditio. Exiſtit enim defuncti defēſor †, & quidē idoneus: qui de ſolido creditoribus cauet.

¶ Addictio bonorum tūc demū habet locū, cùm defunctus reliquit libertates ex teſtamento, vel ab inteſtato. Aretin.

¶ In primis hoc reſcriptū toties locū habet, quoties teſtamēto libertates datæ sūt. Quid ergo, ſi quis inteſtatus decedēs, codicillis † libertates dederit, neq; adi-

*autem.

*abeſt.

¶ a Creditoribus. Vel omnibus, vel vni nomine omnium: vt ff. de fideicom. libe l. iiij. §. addici. verſ. creditoribus.

N.A. † Hæres. Qui hæreditatem repudiauit.

¶ b Adita eſſet. Nota mirabile, quòd ex hac pactione ſerui fiunt liberi vt Orcini: vt hic. & ff. de fideic. libe. l. iiij. §. ij. qui ad. Qui ſint Orcini: & vnde dicantur, dictum eſt ſuprà de ſingul. reb. per fideic. reli. §. pen.

N.A. † Directò. De directa, & fideicommiſſaria libertate, notauimus in §. qui autem. ſ. de ſin. reb. per fid. relict.

¶ c Tui liberti fiant. Subaudi, hoc tibi concedimus. ſed operas neque Orcinis, neque ab eo manumiſſis imponet: vt ff. de oper. libe. l. ſi quis hac lege.

¶ d Nam huic. Subaudi concedimus.

¶ e Conſentiāt. Aliàs in ſeruitute remaneāt, & quem nolunt habere patronum, habebunt dominum. C. de manumiſ. teſtamen. l. fi. §. iiij. ADDITIO. Vide quod not. in dicta l. final. quia quod dicitur hic, obtinet, vbi extraneus petit addici. Secus ſi ſit aliquis de illis, cui ſit relicta libertas: quoniam etiam poteſt petere, diſſentientibus aliis. Ang.

N.A. † Si conſentiant. Patet in hac deſcriptione deeſſe clauſulam, quę de ſeruis nominatim conſtituebat.

¶ f Accommodamus. ff. de fideicommiſſa. lib. l. iiij. §. ij. qui.

† Bona agnoſcere. Tanquam vacātia, d. l. 50. de manumiſſ. teſtam. Vacantia bona ſunt defuncti, cui hæres non extitit. l. j. Cod. de bon. vac. N.A.

¶ g Attendunt. Vt procuratores noſtri.

¶ h Præferendam. Hoc eſt, quia competēt libertates. Accurſius.

¶ i Cogenda. i. accipienda per fiſcum.

¶ k Adita eſſet. Olim priùs fiſcus admittebatur bonis nō aditis ab alio, & etiā aditis: dum modo eſſent bona ſoluendo: aliàs aditio ab alio facta valebat, vt ff. de fideicomm. lib. l. iiij. §. pen. hodie indiſtinctè admittitur: vt C. de teſ. manu. l. finali. §. penultimo.

¶ l Væneant. id eſt, vendantur.

† Ad §. 2. Poſſideantur, & væneāt. Quod eſſet ignominioſum defuncti memoriæ, dictū eſt ſ. ad §. j. quādo & quibus ex cauſ. N.A.

† Deſēſor. Prætor in abſentis bonorū poſſeſ. nō mittit, niſi eius qui arbitrio boni viri, nō defenditur. l. 7. §. 1. ff. quibus ex cauſis. N.A.

† Codicillis. Nam qui inteſtatus decedit, legare tamē per codicillos poteſt. §. 2. ſuprà de codicil. N.A.

† Dederit. Per fideicommiſſum. N.A.

Digitized by Google

N.A. † Fauor conſtitutionis. Fauor libertatis hanc ſentētiam contra expreſſa cōſtitutiōis verba efflagitat. l. 4. §. 1. ff. de fideico. liberta.

¶ a Eam. libertatem. Accur.

¶ b Succeſſor. Nunquid ex teſtamēto, vel ab inteſtato erit iſte hæres? Reſpond. neutrum dici poteſt. Dic ergo hunc anomalū ſucceſſorem eſſe: ſicut illum qui ſuccedit hæredi non implēti defuncti volūtatem, vt in authen. de hær. & Fal. §. in omnibus. & iura ſepulchrorū habet, vt bonorum poſſeſſor. vt ff. de fideic. lib. l. iiij. §. is autem, cui.

¶ c Neminem. Hæredem ab inteſtato.

ADDITIO.

Puta quia repudiauit, vel lapſus eſt terminus præfixus ad inſtantiam petentis bona ſibi addici. Sed ſi ſolum ad inſtantiam creditorū fuiſſet præfix⁹, haberetur pro hærede. Angelus.

N.A † Reſtitui poteſt. Veluti, quia minor xxv. annis.

N.A. † An quamuis. Et tādiu incertum ſit, an nemo ab inteſtato hęres exiſtat, d. l. quarta. §. pri. mo. de fide. lib. bert.

N.A. † Semel competierunt fauor libertatis, vt cauſa ipſius ſemel probata, nō retractatur. §. 3. in fin. §. qui & quib. ex cauſ.

N.A. † Ad §. Hæc cōſtitutio. Et ſi deficiāt. Quia nominatim de teſtamento ſcripta ſunt, fauor libertatis, contra iuris rigorē interpretationē admittit. l. generaliter. 24. §. ſi quis. ff. de fide. libert.

¶ d Diuiſiones. id eſt, caſus.

¶ e Cōſtitutio. C. de teſtamento manumiſ. l. fin.

N.A. † Conſtitutio. lege vltima. C. de teſtament. manumiſſ.

¶ f Species. id eſt, caſus.

DE SVCceſſionibus, &c.

¶ Suprà viſum eſt de multiplici ſpecie ſucceſſionum: ſed quia ſunt quædam, quæ hodie ſunt ſublatæ, vt eſt illa, quæ fiebat per bonorum traditionem, vel ſenatuſconſultum Claudianum, ideo ſubdit de ſucceſſionibus ſublatis. Porcius.

[Margin corrections: • absq. • teſtatus. • deceſſerat. • absq. • ſi. • absq. • quam. • poteſt. • qua. • absq. • ipſius]

…ta ſit ab inteſtato hæreditas, an fauor cōſtitutionis † debebit locum habere? Certè ſi inteſtatus deceſſerit & codicillis dederit libertatē, competere eam [a] nemini dubium eſt, tūc enim cōſtitutioni locum eſſe verba oſtendūt, cùm nemo ſucceſſor [b] ab inteſtato exiſtat. Ergo quandiu incertum erit vtrū exiſtat, an nō, ceſſabit cōſtitutio. Si verò certū eſſe cœperit neminē [c] exiſtere: tunc erit cōſtitutioni locus.

¶ Licet ille, qui repudiauerit hæreditatē poſſit in integrū reſtitui, & iterū adire: tamē additio ſemel facta, & libertates non reuocantur.

¶ Si is, qui in integrum reſtitui poteſt † abſtinuerit hę reditate, an quamuis † poteſt in integrū reſtitui, poſſit admitti conſtitutio, & bonorū additio fieri [d]? Quid ergo, ſi poſt additionē libertatum cōſeruandarū cauſa factā, in integrū ſit reſtitutus? vtiq; non erit dicendū, reuocari libertates: quia ſemel competierunt †.

¶ Si libertates datę fuerint inter viuos, datur additio bonorū: ſed reuocatur in dubium, an datæ fuerint in fraudem creditorum. Aretinus.

¶ Hæc conſtitutio libertatū tuēdarū cauſa introducta eſt. Ergo ſi libertates nullæ ſunt datę: ceſſat hæc conſtitutio. Quid ergo ſi viuus dederit libertates, vel mortis cauſa, & ne de hoc quæratur, vtrum in fraudē creditorum, an nō factū ſit, idcirco velint ſibi addici bona, an audiendi ſint? Et magis eſt: vt audiri debeant, & ſi deficiāt † verba conſtitutionis.

¶ Supplet reſcriptū D. Marci Aur.

¶ Sed cùm multas diuiſiōes [e] eiuſmodi cōſtitutioni deeſſe perſpeximus, lata eſt à nobis pleniſſima conſtitutio [f], in quā multæ ſpecies [g] collatæ ſūt, quibus ius huiuſmodi ſucceſſionis pleniſſimū eſt effectum, quas ex ipſius lectione cōſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

TIT. XIII. DE SVCCESſionibus ſublatis

Erant

Erant ante prædictam. Totus iſte titulus diuiditur in duas partes. Primò, tollit venditiones & ſucceſſiones, quæ ex eis fiebant. Secundò, quæ fiebant ex Senatuſconſulto Claudiano. Secunda ibi, Erat.

¶ a Emptio. id eſt, venditio: vt ſequitur. ſic & ff. de actione empt. l. veteres. Accur.

° Sutto. in Voſ.

ADDITIO. Quod facit vt pœnale diſpoſitum in vno, puta vendente, habeat locū etiam in emente, cùm ſint correlatiua.

N.A. † Bonorum emptio. Olim cùm debitor abſens, non defendebatur, creditores à Prætore bonorum poſſeſſionem eius poſtulabant. Prætor eis bonorū poſſeſſionē dabat, ad dies triginta tantùm, vt eam cuſtodirēt. Poſt iterum à Prætore poſtulabant, vt magiſtrum ad bonorum poſſeſſionem creare liceret. Ad extremum poſtulabant, vt ſibi auctionem facere liceret: ac tunc lex bonis vendundis proſcribebatur, quibus, ſ. conditionibus bona venderentur: hoc eſt, quota parte creditores cum bonorum emptione decederent: veluti ſeptima, vel octaua. Ac tum bona, iuráque omnia per vniuerſitatem, illi bonorum emptori, pleno iure adquirebantur, vt diximus ad l. properandum. xj. §. j. C. de iudic.

¶ b Ambages. nā proponebat creditor actionem: & ſi cadebat à Syllaba, cadebat à cauſa. Si verò non cadebat, bona debitoris abſentis vendebant ſua auctoritate: quod hodie non eſt: vt hic, & C. de formul. & impe. l. j. & ij.

¶ c Ambages. Ambages, vt ternæ illas ad Prætorem aditiones, & tria eiuſdem decreta.

¶ d Ordinaria. id eſt, ſolennia.

† Extraordinariis. Quibus ſolo iudicis officio creditoribus hæreditariis ſuccurritur, vt bona vniuerſa vendātur. l. 6. l. 9. Co. de bon. auct. iud. poſ. N.A.

quæ fiebāt per bonorū venditiones, & ex ſenatuſconſulto Claudiano[a].

¶ Succeſſio facta per venditionem bonorum debitoris, eſt hodie ſublata. Aret.

Erant ante prędictam ſucceſſionem olim, & aliæ per vniuerſitatem ſucceſſiones: qualis fuerat bonorum emptio[a] †, quæ de bonis debitoris vendendis, permultas ambages[b] † fuerat introducta, & tunc locū habebat, quādo iudicia ordinaria[c] in vſu fuerāt. Sed cū extraordinariis † iudicis poſteritas vſa eſt, ideo cum ipſis ordinariis iudiciis etiam bonorū venditiones expirauerunt[d]: & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona[e], poſſidere, & (prout vtile eis viſū eſt*,) ea diſponere: quòd ex latioribus Digeſtorum libris[f] perfectius apparebit.

¶ Succeſſio, quæ fiebat per ſenatuſconſ. Iſtū Claudianum, eſt hodie ſoluta. Aret.

¶ Erat & ex ſenatuſconſulto Claudiano miſerabilis† per vniuerſitatem acquiſitio: cùm libera mulier ſeruili amore bacchata[h] ipſam libertatem per ſenatuſcōſultum amitte-

¶ e Expirauerunt. id eſt, receſſerunt.

¶ f Bona. ſcilicet omnia: vt ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. ea. l. ij ſed hodie pro menſura debiti declarati: vt in auth. de exhib. & intro. re §. ſi verò ſemel.

ADDITIO. Dic hoc verū, quando agitur perſonali: ſecùs ſi agatur etiam hodie reali vel hypothecaria: quia iura antiqua remanent incorrecta: & ſic fit miſſio in ſolidū in poſſeſſio. vt not. gloſ. in verb. proſequitur in auth. &, qui. C. de bo. auct. iu. poſſeſſ. & in l. iij. in gl. penult. Cod. de procurat.

¶ g Libris. Vt ff quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. per totum. & de bon. aucto. iud. poſſeſſ. per totum.

† Miſerabilis. Miſerabile eſt viuo ſucceſſorem, & quidem hæredem eſſe. Quod M. Tullius dixit. Viuo videtique. N.A.

¶ h Bacchata. i. capta, vel decepta. vt enim viuo quis capitur, vel Baccho: ita & amore. Item feruore amoris nihil vehementius inuenitur: vt in authent. quibus mod. natur. effici. legi. §. illud. verſic. nouimus.

Ebrius & mulier luxurioſa a quiparantur.

ADDITIO. Et maximè in iuuenibus. Vnde verſus: Militat in teneris annis amor hoſpes amœnus.

Atque in canicie ridiculoſa Venus. Facit c. cùm in iuuentute. extrà, de præſump.

N.A. † Libertatē amittebat. Ac per hoc maxima capitis deminutione adficiebatur. Vlpianus. L. E. II.

a Subſtātiam. Si coniungebat ſe alieno ſeruo, & cōtra domini nuntiationem vt Cod. ad ſenatuſconſult. Claud. l. vnica.

N. A. † Noſtris temporibus. Quib⁹ cōſtituet, vt dominus qui non in ſeruum ſuū animaduerteret, & eū à mulieris conſuetudine reuocarit, arbitrio iudicis dānetur, l. j. Co. de ſenatuſ. Claudia.

bat†, & cum libertate ſubſtātiam a: quod indignū noſtris temporibus† eſſe exiſtimantes, & à noſtra ciuitate deleri, & non inſeri noſtris Digeſtis cōceſſimus.

TITV. XIIII.

DE OBLIGATIONIBUS.

¶ Tertiam iuris ciuilis partem expoſiturus, de obligationibus, vnde actiones ceu ex matre oriuntur, titulum generalem, atq; deinceps earum ſpecies præponit: quo deguſtatis obligationibus naturas actionum maturius aſſequamur.

NVnc tranſeamus ad obligationes. Obligatio b eſt iu-

DE OBLIGATIONIBVS.

Accurſius ſic continuat iſtum tit. Dictum eſt ſuprà de perſonis. lib. j. de rebus in ſecundo, & tertio vſque huc. Nunc de actionibus debet dicere: vt §. de iur. natu. §. fin. ſed quia obligatio mater eſt actionis: vt ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio. ideo præmittitur de obligationibus: & ideo dicit hic, Nunc tranſeamus ad, &c. Accurſ.

Obligationum quædam eſt ciuilis tātū, quædam ciuilis & naturalis ſimul.

NVnc tranſeamus, &c. Totus iſte tit. diuiditur in quatnor partes. Primò, ponit definitionē obligationis. Secundo, ponit vnā diuiſionem obligationis. Tertiò, ponit ſecundam diuiſionem. Quartò, illam diuiſionem in aliam ſubdiuidit. Secunda ibi, Omnium autem. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Prius eſt.

CASVS. Quoniam de perſonis primùm dixiſti, deinde de rebus, nūc conſequens eſt, vt de actionibus nobis explices. Sed quoniam actiones partim ex dominio rerum, partim ex obligationibus naſcuntur, melius erit primùm de obligationibus dicere: quandoquidem de rerum dominio ſatis explicatum eſt. Quid ergo eſt Obligatio? Exemplo planius intelliges, Titius filium inſtitutum hæredem iuſſit dare Mæuio centum. Lex porrò xij. Tabula. iubet hæredem ſoluere legatariis, quæ legata ſunt. Obligat ergo lex hæredem Mæuio, vt quaſi hoſtem captum, & vinctum cogimus dare pecuniā, ſic Mæuium per iudicem cogat pecuniā reddere. Olim verò ſi Titius fideicōmiſiſſet tātùm, lex non obligabat hæredem Mæuio. Atque ideo nullo iuris vinculo hæres adſtrictus dicebatur in §. j. §. de fideicom. hæred. Cornel. Vibul.

¶ Not. quid ſit obligatio. Itē, q eſt ius. Item, quòd eius vigore quis dicitur vinctus. Item, quòd adſtringit ex virtute ſibi à iure ciuili tributa. Item, quòd obligationes aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ: & quæ ciuiles ſint, & quæ prætoriæ. Item, quòd ſunt ex contractu, vel quaſi: delicto, vel quaſi: & illæ, quæ ex cōtractu ſunt, contrahuntur aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu. Sylueſt.

b Obligatio. Videtur quòd nulla obligatio definiatur. nam ciuilis ſola non habet effectum exigendi? vt patet in obligatione literarum ante biennium: vt infrà de lite. oblig: [Hæc opinio communis eſt, quamuis Vltramontani velint nec naturalem, nec ciuilem natam: de quo in lege, cùm quis. Codice de iur. & fact. ign. Syluester.] Item patet in omni obligatione ciuili & naturali ſimul. nam ſi pactum fieret de non petendo, tollitur naturalis, & remanet ciuilis: vt ff. de ſol. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis, & tamen non habet effectum iſtum, vt j. de except. §. prætereà. Item, nec naturalis: quia nec per eam fit actio, licet impediatbr repetitio, vt ff. de donat. l. hoc iure. §. fina. & ff. de condi. inde. l. iudex. & lege, Iulianus. Sed dic, quòd ſimul vtraq; hic definitur. Item, ſi bona eſt definitio: ergo cōuertitur cum ſuo definito. *Definitio bona conuertitur cū ſuo definito.*

Vbi

ris vinculū a †quo neceſſitate b †adſtringimur alicuius rei c ſoluendæ

Vbicunque ergo eſt iuris vinculum, ibi eſt obligatio: & è contra, vbi non eſt tale iuris vinculum, non eſt obligatio: ergo nec fideiuſſor adhiberi poteſt, vt ff. de verb. oblig. l. j. §. ij. incipit, ſi quis ita. in fi. quod eſt falsū: qa naturali obligationi accedit, vt ī. de fideiuſſor. in prin. Sed dicas, ꝙ hic eſt deceptio. nam ſi dicas non eſt obligatio, ſ. ciuilis & naturalis, vera eſt. ſi dicas obligatio, ſcilicet nulla, etiam naturalis, falſa eſt. & ſic vis eſt in dictione, obligatio. vbicunque enim dico, quòd naturali obligatione quis tenetur, intelligo de iure gentium: quia conuenit is omnibus & * omnibus.

Obligatio effectualis habet radicē naturalē & ciuilem.

** nō omnibus legit Bellonus.*

¶ Adde, ꝙ hæc opinio communis eſt: contra quā diſputando tenet Fortun. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. vbi tenet, quòd hic ſola ciuilis definiatur.

Obligatio ciuilis tollitur per acceptilationē & ſententiam.

¶ a Iuris vinculum. Id eſt, iùs vinciens: & ſic eſt res incorporalis, vt ſ. de re. cor. & incor. in fi. vt enim boues funibus viſualiter ligantur, ſic homines verbis ligantur intellectualiter: vt ff. de verb. ſign. l. rei. §. j.

ADDITIO. Iuxta illud, Verba ligāt homines, taurorum cornua fines. Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

Obligatio ciuilis quibusdam perſonis non adhæret.

N.A. † Iuris vinculum. Sic vinculum iuris pro efficaci obligatione. §. 1. ſ. de fideicom. hære. Sic ciuile, & naturale vinculum, pro ciuili & naturali obligatione. l. 59. ff. de cond. indeb. & vinculum naturalis æquitatis. l. 95. §. naturalis. ff. de ſolutio.

¶ b Neceſſitate. Tunc enim verè debitor eſt, cùm neceſſe habet ſoluere: vt ff. de verb. ſig. l. debitor. & ita ſecundùm hoc nulla obligatio: cui opponitur exceptio, definitur hic: quod verum eſt, ſi opponatur exceptio, ideo quia deſiit eſſe vinculum naturale, vel ciuile. Nam quędam exceptiones proponuntur, etiam quando vtrunq; vinculum adeſt: vt Macedoniani & Velleiani. [Rationem aſſignat Bart. in l. j. verſic. antequam vadam. ff. de condict. indeb. Syl.] Sunt enim effectualis obligationis duæ radices: vna naturalis, ſ. quæ conſenſu naſcitur, quæ inter omnes fieri poteſt, etiā inter ſeruos, & hæc naturalis dicitur, vt ff. de pac. l. j. §. adeò. hæc radix contrario conſenſu tollitur, vt ff. de ſol. l. Stichū. §. naturalis. quia nil tā naturale, &c. vt ff. de re. iur. l. nihil tam. ſed hæc naturalis vim nō habet exigēdi, impedit tamen ſoluti repetitionem, vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſo. §. fideiuſſo. Huic quandoq; accedit ciuilis etiam radix, quæ illi naturali faciem dat, vel formam, vel veſtē, vt poſſint parere actionem Et hæc ciuilis tollitur contrario ciuili actu, non naturali, vt per acceptilationem, vt ī. quib. mod. tol. obl. §. item per acceptilationem. Item per ſententiā, remanēte naturali: ſed hoc non eſt ipſo iure, ſed per exceptionem: vt ff. de cond. inde. l. Iulianus. ſententia enim eſt de iure ciuili, cùm omnia iudicia ſint de iure ciuili: vt diximus ſ. de iur. na. §. ius autem. in gl. vt ſunt. &c. per l. ff. de ori. iur. l. ij. §. his legibus latis. verſi. hæc diſputatio. Hæc gloſ. communiter approbatur, quicquid voluerit gl. in l. j. ff. de condiction. indebi. Syl.] Et hæc ciuilis non adhæret ſeruis. cùm nil ſint inſpecto iure ciuili: vt ff. de reg. iur. l. ſeruiturē. & l. quod attinet. Item, filio contra patrem, vel econtra non naſcitur: vt ff. de condi. inde. l. fratre, cùm inter eos nō poſſit eſſe iudicium: vt ff. de iud. l. lis iure ciuili impediente, ratione patriæ poteſtatis: vt ſ. de pa. poteſt. §. ius autem. Accur.

¶ Adde, quòd vera ratio eſt: quia inſpecto iure ciuili filius eſt eadem perſona cum patre, & è contrario: & ideo actio & paſſio in eodem ſubiecto non cadit: quia talis vnitas non eſt conſiderata ſecundùm ius gentium. Hoc autem verum de iure antiquo, exceptis caſtrenſibus, vel quaſi, & hodie aduentitiis: de quibus videnda eſſent, quæ ponit Bart. in l. ſi quis pro eod. §. item ſi filius. ff. de fideiuſ. Syl.

ADDITIO. Hodie tamen in aduentitiis fortè naſcitur ciuilis obligatio, quamuis durante patria poteſtate contra eum non exerceatur. Ang.

† Neceſſitate. Sic, vt hic in l. 13. C. de contrah. empt. Nullam eſſe obligationem, quę contrahentes neceſſitate non adſtringat. N.A.

¶ c Rei. Vel etiam facti: quia verbum rei, generale eſt: vt ff. ſi cer. pet. l. j. in fi. & ff. de ver. ſig. l. rei.

ADDITIO. Not. appellatione rei factum contineri. ex quo dixerunt aliqui, quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd pro quacunque repetita ſoluatur ſolidus pro libra, quòd habebit locum in facto petito: quod verum limitat

ſecundum[a] noſtrę ciuitatis iura †.

¶ Ponit primam diuiſionem obligationum: quod aliquæ ſunt ciuiles, aliquæ prætoriæ.

¶ Omnium autem obligationū ſumma[b] diuiſio[c] in duo genera deducitur*: nāque aut ciuiles ſūt, aut prętorię†. Ciuiles ſūt, quæ aut legibus[d] cōſtitutę* aut certo* iure ciuili †cōprobatæ[e] ſunt.

* diducitur. * inuentæ. * certe.

hic Bald. quando tale factum petitum erat æſtimabile, vt librum ſcribi, domum ædificari, & foſſam fodi. Si autem eſſet inæſtimabile, vt facere vxorem conſentire, tūc nihil eſſet ſoluendum, quia verba ſtatui debēt intelligi in caſu poſſibili: hoc eſt, quo res æſtimari poſſit. l. non ſolùm. ff. de actio. & obligation. & l. ſi ideo. Co. de iis quib. vt indig. & ad Sylla. Chriſtoph.

¶ a Secundum. Iſtud ſecūdum poteſt referri ad totam definitionem: q.d. obligatio ſic definitur ſecundùm iura Romana, id eſt, ſecundùm leges. & ſic ciuilis, & naturalis hic ſimul definitur. [Adde, quòd hæc expoſitio eſt bona: quia eſt vltima differentia perficiēs definitionem, quę reſpicit cauſam formalem, & excludit illud iuris vinculum, quo quis adſtringitur alicuius ſoluendæ rei, non ſecūdùm noſtræ ciuitatis iura, quæ verba important, vt vinculum obligationis, licet habeat naturalem cauſam velut primam materiam & præexiſtentem: tamen formaliter cauſetur ſecundùm noſtræ ciuitatis iura, & ita vt ciuilis obligatio iuncta naturali, tanquā cauſa formalis materiali, & mēs fœminę, efficiat vinculum neceſſitatis adſtringens, ſecundùm noſtræ ciuitatis iura: vnde tenetur ſeruus domino operari, & tamen non eſt hæc obligatio, ſed vinculum iuris gentium, quod ius ciuile recipit: nihil tamen ei adiungit, aut tribuit formale. Syl.] Vel dic. quòd refertur tantùm ad principium. ſ. iuris vinculū. Et quod dicit, quo aſtringimur. ſ. quandoque eſt ciuilis, & naturalis. quandoque non: vt quando eſt naturalis ſola, vel ciuilis ſola. & ſecūdùm hoc quælibet definitur hic: non etiam naturalis, vel ciuilis ſola. Vel dic, quòd ponitur remotiuè hæc dictio, ſecundùm. q. d. illa obligatio eſt iuris vinculum, quæ eſt ſecundùm ius, non contra ius. ff. de verb. obl. l. generaliter. & l. veluti. & ſecundùm hoc refertur ad primum. Vel dic, quòd refertur tantùm ad illam dictionem, ſoluendæ: nam ſecundùm ius ſunt faciendæ ſolutiones, vt res æquè bona ſoluatur: vt ff. ſi cert. peta. l. cùm quid. & ff. commo. l. iij. §. ſi reddita. Item, congruo loco, & tempore: vt ff. de ſolu. l. ſi ſoluturus. Itē, de euictione promitti debet: aliàs non videtur ſoluere: vt ff. de verb. obli. l. Iulian⁹. §. qui fundum. & ff. de condi. cau. da. l. fin. & de euict. l. ij. Itē, per cōpetentes actiones & iudices fiat ſolutio, aliter non valet ſētētia, nec ſolutio fieri debet: vt Cod. ſi à non cōpe. iud. l. fin.

† Ciuitatis iura. Quibus nō exponimus conuentionibus efficaces obligationes naſcuntur: veluti ex pactis nudis. l. ſi tibi. 27. C. de loc. & conduc. N.A.

¶ Omniū autē. THEMA. Quoniam de definitione dixiſti, volo audire diuiſionē. Vinculū, inquit, illud iuris eſt aut ciuilis, aut prætorij. Nā aut à iure ciuili primū inuentū eſt, veluti verborū & literarū obligatio: aut quū à iure gentium inuentum eſſet, vt emptio, & venditio, poſtea confirmatum eſt à iure ciuili. Aut Prętores vinculum illud ſua iuriſdictione cōſtituerūt, ſupplentes, vel emendantes ius ciuile, quale eſt vinculum obligationis furti. Cor Vib.

¶ b Summa. i. prima: vel ſumma, i. breuis. ſic ſ. de iur. perſo. in prin. eſt enim quandoque maior: vt j. eod. §. fin.

¶ c Diuiſio. Diuiſio eſt innumerabilis materiæ breuis cōpoſitio, & diuiſio ad multa facit, vt diximus in proœ. §. pe. ¶ Tu rectius dic, q diuiſio eſt alicuius totius vniuerſalis aut integralis ſufficiēs & diſtincta partiū aſſignatio. Syl.

† Aut prætoriæ. Naturales prætermiſit. quæ neceſſitatis vinculū non habent. d. §. naturales legis. 95. de ſolutio. N.A.

¶ d Legib⁹. Vt legis Aquilæ obligatio: vt j. de l. Aquil. in prin. Itē, de pauperie per legē xij. Tab. ff. ſi qua. pau. fec. dic. l. j. primo reſp. Item, furti nec manifeſti. vt j. de noxa. §. ſunt autē. Secus autem eſt de furto manifeſto: quia illa obligatio eſt prætoria: vt j. de perpe. & tempo. act. §. furti quoque.

† Iure ciuili. A Iurecōſultis, qui ex certis iuriſgentiū cōtractib⁹ efficaces naſci obligatiōes voluerūt, quorū alij nomē habent, alij non habent. l. 7. de par. D. N.A.

¶ e Iure ciuili comprobatæ. Vt ſunt obli

obligationes iure gentium inuentæ: vt ſ. de iure natu. §. ius autem. quæ à iure ciuili ſunt comprobatæ: vt ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile.

¶ a Conſtituit. Vt obligatio ex furto manifeſto: vt j. de perp. & tēp. act. §. j. Item, ex rapina: & vbicunq; Prætor aliquā obligationē inducit: vt patet p multos titulos: vt ff. de iuſti. & iure. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium.

N.A. ✝ Iuriſdictione conſtituit. Non etiam ex ciuili iure. Nam quæ ciuili iure cōprobantur, eorum etiā actiones Prætor in edicto propoſuit. l. j. ff. ſi pars hæred. pet. l. j. ff. de poſſ. here. petitio.

* deducitur.

Prætoria ſūt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit [a] ✝, quæ etiam Honorariæ [b] vocantur.

¶ Ponit ſecūdam diuiſionem obligationum, quæ eſt quadruplex.

¶ Sequēs diuiſio [c] in quatuor ſpecies diuiditur*. Aut enim ex cōtractu [d] ſint, aut quaſi ex contractu [e] ✝: aut ex maleficio [f], aut quaſi ex maleficio ✝.

¶ Obligationes ex contractu ſunt in quadruplici differentia.

¶ Prius eſt, vt de iis, quę ex contractu [g] ſunt, diſpiciamus. Harū ęquè [h] quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahūtur [i], aut verbis [k] ✝, aut literis [l], aut conſenſu [m]: de quibus ſingulis diſpiciamus.

quodam iure, eiuſmodi obligationes ex variis cauſis deſcendant. E.B.

¶ h Ex cōtractu. proprie ponitur quo ad illos contractus, vbi hinc inde naſcitur obligatio. impropriè, quo ad alios: vt ff. de verbo. ſig. l. Labeo. ſic ff. ſi cert. pet. l. certi. condic. In princi. & de offic. Proconſ. & Leg. l. ij.

ADDITIO. Not. appellatione cōtractus intelligi propriè contractū vltro citróq; obligatorium: pro quo l. Labeo. ff. de verb. ſign. Ex quo dicit Bald. quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd qui nō petierit debitū ex contractu intra x. ann. cadat à iure ſuo: non habet locū in creditore ex mutuo: quia ille non eſt propriè contractus, cùm ſolum recipiens obligetur: non autem numerans. Chriſtoph.

¶ b Honorariæ. Quia Prætores honores gerebāt: quod dic. vt ſ. de iure nat. §. Prætorum.

¶ c Sequens diuiſio. i. obligationum.

¶ d Ex contractu. Vt j. vſque ad tit. de obl. quæ ex quaſi contractu.

¶ e Ex quaſi contractu. Vt infrà de obli. ex quaſi contractu. Sequentes duo tit. vſque ad quartum librum ſunt cōmunes. ſcilicet per quas perſo. no. acquir. & quot mo. tol. obli.

N.A. ✝ Ad §. ſequens. Ex contractu. Contractus eſt conuentio, ciuilem obligationem pariens.

¶ f Aut ex maleficio. vt infrà de obli. ex malefi. vſque ad titul. de oblig. ex quaſi malefi.

N.A. ✝ Ex maleficio. Delictum, eſt priuatū, crimen, publicum. Vnde delicti nomine, obligatio priuata, & forenſis actio, criminis nomine, publica accuſatio inſtituta. l. de incend. naufrag.

¶ g Ex quaſi maleficio. vt infrà de obl. ex quaſi malefi. & ſubaudi, vt ex variis figuris cauſarum: vt ff. de actio. & obl. l. j. in principio.

ADDITIO. Vlpianus quaſi cōtractū & quaſi delictū varias figuras cauſarum vocat. quòd ſingulari & proprio

¶ i Aequè. Vt ſuprà. Accurſ.

¶ k Re contrahuntur. Vt infrà titulo proximo.

¶ l Verbis. vt infrà tit. ij. vſque ad tit. de lit. ob.

✝ Aut re, aut verbis. At quæ ex delicto, omnes re, i. facto contrahuntur. l. iiij. ff. hoc tit. Rurſus, aut re, aut verbis: aut coniunctim re & verbis: vt ſi creditam pecuniam ſtipulet. l. ix. §. ij. ff. de reb. cred. l. obligamur. 52. ff. hoc tit. ſed vincit ſtipulatio. l. vj. l. vij. ff. de Nouat. l. ſi ita. 126. §. ſupereſt. ff. de verb. oblig. N.A.

¶ m Literis. Vt infrà de lit. ob.

¶ n Conſenſu. Vt j. de obli. ex conſenſu, cum ſeq. tit. Sed quæ eſt differentia inter actionem, & obligationem, & cōtractum? Reſpon. contractus eſt verborum conceptio, vel conſenſus: vt patet. ff. de verb. obli. l. ſtipulationum. §. ſtipulatio. & eſt facti, vt ff. de cura. fur. l. conſilio. in fi. [Adde, quòd hoc non eſt verum, conceptionem verborum eſſe qualitatē, & formā eſſentialē omnium contractuū: ſed illorū tantùm, qui verbis perficiuntur, vt ſtipulatio, nam

Digitized by Google

aliorum eſſentialis forma eſt conſenſus, aut res, aut literæ, vt hic dicitur: & verba in eis interueniunt, vt cauſa inſtrumentalis accidentalis: & ideo ſine eis eſſe poſſunt. l. mutus. ff. de iur. dot. & declarat hic Angel. & nota, quòd illa verba poſita in gl. & conſenſus, nō ſunt Accurſij, ſed ſunt additionalia, & imperfecta: quia conſenſus ſine alia forma non diceretur contractus eo modo, quo hic accipitur: ſed eſſet conuentio, ſeu pactū ſimplex. l. j. ff. de pact. Sylu.] Obligatio eſt, quæ inde naſcitur: vt arg. ff. ſi cert. petat. l. ij. circa fin. Actio eſt, quod poſtea inde ſurgit: & ſic nullum eſt alterum: vt ff. de procurat. l. licet. §. ea. & j. titul. ij. in princ. & hæc duo ſunt iuris, vt in definitionibus patet.

Contractus obligatio & actio differūt

TITV. XV.

QVIBVS modis re contrahitur obligatio.

¶ Mutuum ex eo dictum, quòd de meo tuum fiat: in iis rebus tantùm conſiſtit, quas numero, pondere, vel menſura conſtantes, in hoc damus, vt eorum fiant, à quibus recipiuntur, & ad nos nō illæ ipſæ, ſed eiuſdem qualitatis aliæ reuertentur.

RE * contrahitur a † obliga-

** Ex Gaio lib. 3. tit. 9.*

QVIBVS MODIS RE contrahitur obligatio.

¶ Continuatio iſtius tit. ad præceden. patet §. tit. proxi. in fin. Ang.

RE contrahitur. Totus iſte tit. diuiditur in quinque partes. Primò, ponit de mutuo. Secundò de indebito ſoluto. Tertiò, de commodato. Quartò, de depoſito. Quintò, de pignore dato. Secunda ibi, in §. is quoque. Tertia ibi, Item is. Quarta ibi, Prętereà. Quinta ibi, in §. creditor quoque. CASVS. Ordine ergo ſingulas ſpecies perſequamur. Quomodo re contrahitur obligatio? multis modis, quorum primus eſt mutuum. vt ecce, Cornelius mihi roganti credidit decem aureos, candelā & frumentum. ea pecunia libros mercatus ſum, cādelam in muſeo conſumpſi, frumento vixi. omnia illa mea facta ſunt, ſed ea lege & pactione, vt alia eiuſdē naturæ & qualitatis Cornelio reddam, quare etſi alios aureos, aliam candelam, aliud frumentum ei reddam, modo æquè bona ſint, liberatus ſum. Cor. Vibul.

¶ Not. mutuum in re contrahi. Item, quòd res exiſtentes in pondere, numero, menſura, ſunt illæ, in quibus mutuum conſiſtit. Item, quòd in his rebus ita demū mutuum contrahitur, quando dantur ad pondus, numerum, vel menſuram: & hęc eſt forma antecedēs ipſius. Itē, in prædictis rebus non contrahitur etiam mutuum, niſi ita dentur, vt accipientiū fiant: & hæc eſt vna ex cauſis finalibus ipſius. Item, in prędictis rebus ſimiliter nō cōtrahitur mutuum, niſi ita dentur, vt factæ accipientiū nō eædem reddantur, ſed aliæ nō diuerſi generis, ſed eiuſdem: & hæc eſt alia finalis cauſa eiuſdem. Item, qui mutuum accipit, debet rem eiuſdem generis ęquè bonam reddere. Item, not. mutui etymologiam. Item, quòd ex contractu mutui oritur certi condictio. Syluest.

¶ a Re contrahitur. In primis not. veſtiri pactū id, quod eſt nudum vj. modis. Re, vt hic. Verbo, vt j. tit. j. Literis, vt j. de li. obli. Conſenſu, vt j. de obli. ex conſen. Cohærentia contractus, vt ſi iuxta cōtractum apponatur aliquod pactum ante vel poſt: vt Co. de pact. l. petens. & ff. de pac. l. iuriſgentium. §. quinimò. Itē, interuentu rei, vt in cōtractibus innominatis, ex quibus naſcitur actio: demum re ſecuta: vt Co. de rer. permut. l. ex placito. [Adde q; ille tex. non probat niſi à contrario ſenſu. bonus tex. in l. j. §. item emptor. in j. reſp. ff. de rer. permut. Sylu.] Sed quid differt ea, quæ veſtitur re, ab ea, quæ interuentu rei veſtitur? Reſpon. prima habet veſtimentum, & robur ſtatim cū naſcitur, non tamen agitur vt reddatur mutuum vel commodatum. ff. ſi cert. pet. l. cùm quid. Sed in alia dudū fortè poſtea: quando res traditur. C. de pac. l. petens. & C. de rerum permu. l. ex placito. Et adde duos modos: vt no. d. §. quinimò. in gl. j. ſcilicet quando veſtitur legis auxilio: quod eſt quoties nudum pactum actionem parit, vt in donatione: vt ff. de pac. l. legiti. Item, rei principio, vt in pollicitatione facta Reipu. vt ff. de pol. l. j. Accur.

† Re contrahitur. Quia cum conuentione rei, traditio intercedit. dicta l. *N.A.*

obliga

tio, veluti * mutui datione †. Mutui a autem datio* in iis rebus cōſiſtit, quæ pondere b numero†, mēſuráve conſtant: veluti, vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro, quas res aut numerando c, aut metiendo d, aut appendendo e in hoc damus, vt accipientium fiant: & quandoq; f *nobis non eædē res†, ſed aliæ eiuſdem naturæ, & qualitatis g reddantur. Inde h *etiam mutuum appellatum† eſt, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat i: & ex eo contractu naſcitur actio, quę vocatur, Condictio k †.

* abeſt.

* obligatio.

obligamur. 52.ff. hoc titulo.

ADDITIO Itē, veſtitur pactum auctoritate legis: vt Co. de dona. l. ſi quis argentum. ſed iſte modus comprehenditur ſub prædi. Item iureiurando, vt ff. de oper. lib. l. vt iuſiurandi. ¶ Adde, ſecundùm Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pact. quòd veſtitur etiam cohærentia volūtariæ traditionis. l. legem C. de pact. Item, implemēto cōditionis. l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet. Syl.

N.A. † Mutui datione. Mutuatio, eſt debitoris, mutui datio, creditoris. Eſt autem mutuatio, contractus, quo quātitas alicui ea lege creditur, vt ex eodem genere, aliquando tātundem reddatur.

¶ a Mutui. Not. ꝙ quatuor debent eſſe in mutuo. natura, vt ad hoc ſit inuēta, vt menſuretur, vel ponderetur, vel numeretur, ſicut eſt in pecunia: vt ff. de contrah. emp. l. j. Itē conſuetudo. Item aptitudo, vt ad numerū, vel ad pondus ſuæ naturæ aptetur. Itē actus. ſ. vt detur ſecundùm naturam ſuam. Nā ſi dedero pecuniam in ſacculo non numeratam, vt tantundem reddas, non erit mutuum, ſed innominatus contractus. vide hos caſus. ff. ſi cer. pet. l. ij. §. ij.

¶ b Pondere ff. ſi cer. pet. l. ij. §. itē mutuū. contra. Sol. ibi largè accipitur nomen pecuniæ: vt ff. de leg. j. l. talis. Acc.

N.A. † Pondere, numero. i. non conſtant in ipſo corpore, ſed corporis pōdere, numero, menſura: quòd autem modo dixit, re contrahitur: quia, ſcilicet, cum conuentione, rei traditio intercedit. d. l. 52. ff. de obligat.

¶ c Numerando. Vt pecuniam.

¶ d Metiēdo. Vt vinū, oleū, frumētum.

¶ e Appendendo. Vt ære, & argento, & auro. Sed quid ſi librum ad pondus dedero? Reſpon. non eſt mutuum: quia conſideratur conſuetudo, & aptitudo, & natura rei talis: ſic ff. eod. l. ij. §. j. Itē, quid ſi pecuniā in ſacculo vt ſpeciem? Reſp. non eſt mutuum? quia actus mutuo ſimilis exigitur: vt ff. de leg. j. l. planè vbi. §. ij. verſ. ſed hoc ita erit.

¶ f Et quandoque. Incidenter enim quandoque eadē: quia non indiget ea: vt argu. ff. ſi cer. pet. l. qui pecuniā. ſed cū accipit, eius debet eſſe propoſiti, vt aliud reddat: vt ff. ſi cert. pet. l. ij. in princip. Acc.

* quoniā D. Aug. lib. 3 co. T.

* vnde.

ADDITIO. Dic, Quandoq; i. aliquēdo, ſiue poſt aliquod tēp⁹ Gaius in Inſtit. lib. 2. tit. 9. ſcribit, ſtatuto tēpore. ſic ſumitur in l. res in dotē. ff. de iur. dot. l. ſi vini. ff. de vſuf. ear. rer. Eſt ergo Mutuū contractus, quo rerum quæ numero, pondere, & menſura conſtant, vſus ita datur, vt aliæ generis eiuſdem ſtatuto tempore reddantur.

† Eædem res. Non eadem ſpecies, ſed idem genus. N.A.

¶ g Qualitatis. id eſt, bonitatis: quod tacitè ſemper præſumitur agi: vt ff. ſi cer. pet. l. cùm quid. §. ij.

¶ h Inde. Quia fit accipientis. Accurſ.

† Appellatū. Nō ꝙ ſit veriloquium, ſed feſtiua alluſio Stoicorum. Vt teſtamētū teſtatio mentis, donatio, doni datio. N.A.

¶ i Tū fiat. Cōponitur enim ex integro, & corrupto: vt hic, & ff. ſi cer. pet. l. ij. §. appellata. Et not. ꝙ licet deſeruire nomini: quia nomina debēt eſſe cōſonātia reb⁹: vt §. de dona. §. eſt & aliud. Et not. reconciliari mutuum tribus modis: vt no. ff. ſi cer. pet. l. ij. § appellata: in glo. ij. & l. eo. § item is. in glo. mutuum.

Mutuū vnde ſit poſitum.

ADDITIO. Quibus adde duos alios modos: ſcilicet propter ſuperuenientiam dominij: in mutuantem ex cauſa de præterito: vt l. proinde. ff. ſi cer. petat. Item, ratihabitatione ſecuta: vt l. ſi procurator. ff. de condic. inde. & hæc vera in mutuo merè naturali. Aliàs in merè ciuili curſu biennij. Item, ciuile, cui natura cooperatur, reconciliatur ſtipulatione, ſiue præcedat, ſiue ſequatur vt per Angel. hic.

Cōdictio certi ſpecialis.

¶ k Condictio. ſcilicet ſpecialis, quæ de mutuo datur: quæ hic appellatur à quibuſdam, ſi cer. pet. vt ff. de triti. l. j.

Cōdictio certi generalis.

Sed

¶ Indebito errore ſoluto perinde re obligatur recipiens, ac ſi ſibi mutuum ſolutum fuiſſet: idcirco in eũ condictitia actio datur, impuberes autem ſi ſine tutore indebitum receperint, nihilo magis re obligantur, quàm ex mutuo.

¶ Is quoque, qui nõ debitum accepit ab eo, qui per errorẽ [a] † ſoluit, re obligatur †, datúrque agenti contra eum propter repetitionẽ condictitia actio [b] †. Nam per-

Sed dic, quòd condictio certi ex mutuo ſpecialis dicatur. eſt & alia generalis, quæ datur ex omni cauſa, & ex omni contractu, ex quo certum petitur: vt ff. eod. de reb. cre. l. certi condictio. in princi. [Hęc opinio gl. cõmuniter approbatur in l. certi cõdictio. in princ. ff. eod. quamuis Vltramon. tenuerint vnam eſſe certi condictionem. Syl.] Sed nunquid ad intereſſe datur certi condictio? Quidam dicunt, quod non, vt ff. ſi quis in ius vo. non ie. l. fin. Nos dicimus quod ſic. & quod d. l. dicitur incerti cõdictio. dic. i. certi condictio quę datur ad intereſſe, quod eſt incertum. & eſt ratio: quia licet prima facie ſit incertum, certificatur tamen per iudicem: vt infrà de actio. §. curare. ſecùs, ſi ad factum: quia etiam in ſententia nõ certificatur quantitas: vt ff. de verb. obl. l. vbi autem. §. qui id, quod. & ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. finali.

Intereſſe petitur condictione certi.

¶ Hæc opinio communiter tenetur in d. l. certi condictio. in princip. quando intereſſe petitur ſimpliciter. Syl.

N.A. † Condictio. Condictionis nomen generale eſt, dicitur & actio pecunię creditæ, & actio ſi certum petatur, ſed propriè actio mutui.

¶ Is quoque. CASVS. Valerius putabat ſe mihi decem debere. itaque mihi decem numerauit, quæro, an ea decem mea ſint? Sunt ſanè, inquit, ſed ita, vt ius ciuile te obliget, vinctúmque tradat Valerio, vt cogere te per actionem poſſit ea decem reſtituere. Sed ecce, Valerius putabat ſe decem Annio pupillo debere. itaque decem ei ſine tutoris auctoritate numerauit: an ius ciuile vinctum Annium tradet Valerio, vt eum cogat ea decem reddere? minimè. neque enim ſine tutoris auctoritate gerens aliquid pupillus, iure ciuili obligatur. Cor. Vibul.

¶ Not. quando quis obligetur ex indebito recepto. Item, quòd ſoluenti datur condictio indebiti. Item, quòd valet argumentum de mutuo ad indebitum. Item, quòd pupillus ſine tutoris auctoritate non obligatur. Item, quod licet ſolutio indebiti effectu producat obligationem, quæ ipſo effectu cõſiderato dicitur obligatio ex cõtractu, tamen inſpecta inuentione agentium, talis actus non eſt contractus, ſed diſtractus. Syl.

¶ a Per errorẽ. Aliud ſi extra ſcientia. vt ff. de condi. ind. l. j. & ff. de reg. iur. l. cuius per errorẽ. & C. de iur. & fact. ignor. l. cum quis. Acc.

ADDITIO. Ex quo not. modum concludẽdi eſſe, quòd indebitum ſoluit per errorem iuris, vel facti, prout fuerit: & eſt neceſſe hoc exprimere: niſi qualitas perſonæ agentis eſſet cauſa dandæ condictionis: vt in pupillo, in demente vel furioſo. Ang.

† Per errorem. Nam qui ſciens indebitum ſoluit, donare intelligitur. l. vij. §. ij. ff. pro empto. N.A.

† Re obligatur. Non nuda conuentione, ſed rei præſtatione. N.A.

† Condictitia actio. Generale nomen: nam propriè eſt actio indebiti. l. 29. §. 2. ff. mand. N.A.

¶ b Condictitia actio. id eſt, condictio indebiti, quæ datur propter indebita ſoluta, ſi facta ſint accipientis: vt ff. eodem de cond. inde. l. indebiti. §. j. [Adde, condicuntur enim reſpectu dominij, quatenus dominiũ tranſlatum eſt. l. ſi pœnæ. §. ſi falſo. ff de condict. indeb. & ibi glo.] Syl. Aliàs nulla condictio datur, niſi dominium ſit tranſlatum: vt ff. vſufruct. quemad. cauea. l. fin. & infrà de act. §. ſic itaque. & §. appellamus. [Intellige ratione ipſius dominij. Nam ratione poſſeſſionis tranſlatæ competit condictio. d. l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. vbi vide Bart. in l. notab. omnino. ff. de condict. indeb. qui enim acturus eſt condictione indebiti, ſi diffidit de probatione dominij], debet petere tantummodo poſſeſſionem, & libellum de ſola poſſeſſione concipere. Syl.] Item, ad augmenta naturalia: vt ff. eod. de condic. indeb. l. indebiti. non ad ciuilia: vt C. eod. l. j. [Intellige, niſi debitor ageret de lucro ciuilis acceſſionis: nam ad acceſſiones

Cõdictio indebiti ad quid datur.

Digitized by Google

ſiones in quarum præſtatione nõ agitur de damno vitando tenetur.d.§.ſed & ſi nummi. verſic. ſed etſi poſſeſſionem. Syl.] Et in quantum locupletior eſt accipiens, ſi bona fide percepit: vt ff.eod.l.nõ fortem.§. libertus.

¶ f Mutui. Quia neutra, niſi ſit factus locupletior.

¶ Mutui datione. Legendum hic potius; Mutuatione: Sed omnino legendũ eſt,mutui actione,vt in l.5.C.quib. non ob.longi.

dicas de proximo infantia etiã ſecundum Ang.

inde ab eo a *condici b poteſt, ſi apparet c † * eũ dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet d. Vnde pupillus e †, ſi ei ſine tutoris auctoritate indebitum *per errorem datũ eſt: non tenebitur* indebiti condictione*: non magis, quàm mutui f datione g. † Sed hæc ſpecies obligatio-

** ei.*

** parti.*

aliàs ſi ſciẽs acceperit,in totũ: vt ff. eod. l. in ſumma.§.ſi ſeruum. & quandoque furti: vt ff. de cõdict.fur. l. quoniam. vel dic vt ibi.

¶ a Ab eo. ſcilicet qui ſoluit.

¶ b Condici. Et cui ſolutum eſt.

¶ c Si apparet. Si, id eſt,quia. Sed videtur hic dici quòd primò appareat indebitum: & ſic probetur ante, quàm actio proponatur: & ita ante lit. conteſta. quod eſt falſum, niſi in caſu: vt C.de teſtib.in authen.ſed & ſi quis.Sed reſpon. hoc verbum, poteſt, quod hic eſt,intelligendum cum effectu. ſcilicet vt condemnetur reus.

N.A. † Si paret. Initium formulæ actionis. l. Titius iudex eſto, ſi paret primum, ſecundo indebitum per errorem ſoluiſſe, Neque id ſecundus reddat, tum ſecundus damnetur. §. ſic itaque. infrà de actio.

¶ d Accepiſſet. Vnde tenetur, niſi in caſibus: vt ſi ſoluitur. ex cauſa, quæ inficiatione creſcit: vt C.eod. de condic.indeb.l. ea,quæ.Item,ex cauſa pietatis:vt ff.eod.l.cũm is.§.ſi mulier.Itẽ, tranſactionis:vt ff. eod.l.in ſum. Item, rei iudicatæ:vt C. eod.l.j. Item,ſcientiæ: vt ff.eod.l.j.& hîc dicitur. Item, iuramenti: vt infrà de act.§.itẽ ſi quis poſtulante. Et aliàs: vt not. infrà de oblig.quæ ex quaſi contractu.§.fin. & etiam in l.eleganter.§.fin,in glo.fin.ff. de condict.indeb.

¶ e Vnde pupillus. Sed ſi pupillo ſolueris indebitum per errorem credens teneri; non poteris contra pupillum agere condictione indebiti, nec certi condictione ex mutuo: ſed iſta obligatio non videtur ex condictione deſcendere: quia ſoluit pupillo per errorem.

† Pupillus. Niſi locupletior factus ſit l.4.§.4.ff.de del.except.

¶ Hæc eſt inepta additio, quam diſpungere tamen noluimus, ſed aduertere. Syluest.

Indebitũ accipiẽs in certũ reſtituere nõ tenetur, ſcilicet actione ex eo contractu, etiam, ſi ad eum aliquid peruenit: tenetur tamen tũc cõdictione ſine cauſa, vel ad exhibendũ: vt l. 3. in pr. ff. cõmo. Et idem

¶ g Datione. Sed qualiter tenetur ex mutuo? Diſtingue: aut eſt infans,& tũc nullo modo tenetur:vt ff. eod. de condi.indeb. l. quod pupillus. & ff. de act. & obli. l.pupillus.[Adde,idem in proximo infantiæ, §.pupillus. infrà de inuti.ſtip. & communiter tenetur. Syl.] Aut maior infante: & tunc ſi tutori promittat,nullo iure debetur: vt ff. de aucto.tuto.l. pupillus.[Ratio eſt,quia lex prohibet, & reſiſtit. d.l. pupillus.vnde nec naturalis naſcitur, vt not. in l.cum lex.ff. de fideiuſſ. & eſt hæc communis. Syl.] Si alij promittat, & ſine tutore: naturaliter tantùm tenetur: vt ff.de noua. l.j.ſi cum tutore,etiam ciuiliter,& naturaliter obligatur, ſed reſtituitur: vt ff.de auct.tut.l.impubere. & C. ſi tuto. vel cur.inter.per totum. [Intellige in actibus in quibus tutoris auctoritas ſufficit,ſecus in contractibus rerũ prohibitarum alienari ſine decreto: ſunt enim ipſo iure nulli, etiam interueniente tutoris auctoritate. l. etſi is.l.ſi prædium C. de præd. minor. & dum dicit reſtitui,dic hoc verum eſt,etiam ſi læſus ſit, & interueniſſet auctoritas iudicis.l.ſi quidem.ij. reſp. C.de præd. minor. Syl.]Et in adulto habente curatorem, idem quod in pupillo: vt C. de in integr. reſtit.min.l.ſi curatorem. non habet, ciuiliter, & naturaliter tenetur, ſed reſtituitur. Et hæc omnia ſunt vera, niſi factus ſit locupletior. [Aduerte tamen,quòd quando lex reſiſtit contractui,vt dictum eſt ſuprà licet locupletior factus teneatur naturaliter & ciuiliter,tamen contractus à principio fuit nullus, nec produxit aliquam obligationem, etiam naturalem: & conſequenter non poteſt tractu temporis conualeſcere.vnde obligatio non poteſt dici in prædictis caſibus deſcendere ex contractu: ſed eſt fundata ſuper l. nam hoc natura. ff.de condict. indeb. In aliis verò caſibus, quia actus à principio non eſt nullus, poteſt

** nõ debitum.*

** tenetur.*

Digitized by Google

poteſt conueniri actione ciuili ex illo contractu.l.iij.in prin. ff.commod. In prædictis verò agere ad exhibendum. l.ij.eod. tit. aut condictione ſine cauſa.l.j.de condict.ſine cau.Sylueſt.] Vel quia ſit ſalua pecunia, vel in aliam rem verſa: vt ff. de ſolut. l. in pupillo.tũc enim tenetur & ciuiliter, & naturaliter, & cum effectu: vt ff.eod.l. natum aliter.§.fi. & l.ſeq.& ff.cõmo.l.iij.His ergo eiſdem modis & de indebito tenetur, vt dicitur. Et not. ſimilitudinẽ inter mutuum, & indebitũ, quod valet ad multa: vt ff. eo.l.indebiti.§.j. & ij.vbi reconciliatur indebitum eiſdem modis, quibus & mutuum.

...mis non videtur ex contractu a conſiſtere: cùm is, qui ſoluẽdi animo dat, magis voluerit negotium diſtrahere †, quàm contrahere.

¶ Non minus re obligatur qui cõmodum accepit, quàm qui mutuũ. in hoc tamen differunt, quòd mutuum accipiẽs rei dominiũ aſſequitur:& ob id fortuito caſu non liberatur.is autem cui commodatur, dominus non fit: qui quàuis rei cuſtodiendæ exactiſſimam curam præſtare debeat, de caſu tamẽ fortuito (niſi culpa præceſſerit) minimè tenetur.

¶ Item is †, cui b res aliqua vtenda datur c, id eſt, cõ...

¶ Not. quòd finalis cauſa commodati, eſt datio vtendi gratia. Item, ꝙ commodatarius re obligatur: & tenetur actione cõmodati. Item, quòd dominium non transfertur in commodatarium. Itẽ, quòd tenetur ad idem indiuiduum reſtituendũ.Item, quòd mutuatarius tenetur de caſu,commõdatarius de omni culpa. Itẽ,quòd qui culpam in alienis rebus cõmittit, non excuſatur quòd in ſuis ita ſolitus ſit verſari.Item, quòd commodatarius tenetur de omni caſu cõtingente propter culpã ſuã. Item, quòd de forma eſſentiali commodati eſt liberalitas, & vt detur gratis. Item, quòd conuentio rei ad vtendum dando mercedem in pecunia conſtituta,eſt locatio: in alia verò re, quàm pecunia. eſt contractus innominatus. l. j. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. Item, incendium compendium computari inter caſus fortuitos.Syl.

¶ a Ex contractu. Nec eſt,imò ex quaſi contractu: vt infrà. de oblig. quæ ex quaſi contractu. §.item is. Aliquid tamen tacitè geritur propter quod eſt poſitus hic caſus inter obligationes ex contractu:vt ff.eod.de cond. indeb.l.ſi in area.j. reſpon. & ff. commod.l.ſi is qui.§.vlti.

¶ Aduerte, quia glo. non videtur intelligere. Nam verum eſt, quòd in ſolutione indebiti tacitè naſcitur obligatio. nõ tamen ex tacito negotio, ſed expreſſo.d.l.ſi in area.dẽ quo videnda eſſent, quæ ſubtiliter conſiderat Fortun.in l.j.§.j.in iiij.no.ff.de pac.Syl.

¶ Item is. CASVS. Memmius mihi ſuum librum commodauit, ius ciuile mihi continuò vinculum iniicit, quo Memmius me coget eum librum reddere. Ecquod igitur eſt diſcrimen inter mutuum,& commodatum?Duplex. Primùm, ſi tibi pecuniam, aut candelam,aut vinũ mutuò dedero, illa omnia tua fiunt, neq; teneris eadem corpora reddere:ſed in commodato,teneris idem ipſum corpus, veluti eundem librum reſtituere. Secundò, debitor de omni caſu fortuito tenetur: commodatarius, non tenetur, niſi culpa præceſſerit. cuius rei exempla ex hoc §. appertiſſima cognoſces. Cor.Vib.

¶ Negotium diſtrahere. Eſt enim conuentio tacita de negotio diſtrahendo l.13.§.vlt.ff.commodat. l. v. §. is quoque.ff.de oblig.& actio. N.A.

¶ ad §. Item is.Re obligatur nõ modo conuentione,ſed rei traditione.

¶ b Item is cui.q.d.non ſolùm in duobus ſuperioribus caſibus.ſ.quando aliquis accipit mutuum, vel quando accipit indebitũ,obligatur re: ſed etiam in hoc caſu. Accurſius.

¶ c Datur. i.traditur:quia dare eſt dominiũ trãſferre: vt l.vbi autẽ.§.fi.ff.de verb.obl.& j.de actio. §.ſic itaq;.quod non fit in re commodata.Chriſtoph.

ADDITIO. Eſt autẽ cõmodatum non à cum & Modus dictũ,vt Alciatus putat: ſed à verbo Cõmodare,quod ſignificat. prodeſſe, vſui eſſe, proficere. Vnde Cicero in Verrinis Cõmodũ pro cõmodatũ, dixit. Paulò ante vidimus, inquit,qui forũ ac Baſilicas,nõ ſpoliis prouinciarum,ſed ornamentis amicorum: cõmodis hoſpitũ,non furtis nocentiũ ornarent.Eſt ergo Cõmodatum,

con

contractus, quo vſus alicuius rei gratis cōceditur, trāſlato in vtentē periculo.

N.A. † Longe diſtat. Mutuū, in abuſu; commodatum, in vſu conſiſtit.

Commodatū & mutuum dupliciter differunt. ¶ a Namque. Prima differentia inter mutuū & commodatum.

¶ b Vt eius fiat. Quod eſt in mutuo.

¶ c De ea ipſa re. quod nō eſt in mutuo.

N.A. † Ipſa re. Id eſt, eo ipſo corpore. Vnde etiam actio cōmodati datur. l. ix. ff. de rei vind.

¶ d Reſtituēda. Etiam non deteriore: aliás non videtur reddita, vnde tenetur ad intereſſe: vt ff. commod. l. iij. §. ſi reddita.

modatur, re obligatur: & tenetur cōmodati actione. Sed is ab eo, qui mutuū accepit, lōgè diſtat †. Nāq; [a] nō ita res datur, vt eius fiat [b]. & ob id de ea ipſa re [c] † reſtituēda [d] tenetur. Et * is quidem [e], qui mutuum accepit [f], ſi quolibet fortuito * caſu † amiſerit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum, hoſtiúmve incurſu, nihilominus obligatus permanet. At is, qui vtendum accepit, ſanè quidem exactam [g] † diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare iubetur *: nec ſufficit, ei [h] tātam diligentiam adhibuiſſe, quantam in ſuis rebus adhibe-

** at.* ** abeſt. D.*

¶ Qua autem ratione proſequi debeamus intereſſe deteriorationis, & libellum cōcipere, declarat Bart. in d. l. iij. §. ſi redita. Syluest.

¶ e Et is quidem. Secunda differentia.

Mutuū eſt triplex. ¶ f Mutuum accepit. Hic. Not. Mutuum eſſe triplex. Naturale tantum, ſ. quando fit numeratio ſine ſtipulatione de ſoluendo. Ciuili tantùm, quando ſtipulatio interuenit de ſoluendo ſine numeratione. Ciuile, & naturale, quādo numeratio, & ſtipulatio interuenerunt: vt ff. ſi cer. pet. l. ij. *Mutuū deficit tripliciter.* Item, no. ꝙ deficit mutuum ratione rei, vt in iure: vt ff. eod. l. ij. §. mutui. & §. appellata. & ratione perſonæ: vt ff. ſi cert. pet. l. ſi à furioſo. & ratione diſſenſus: vt ff. ſi cert. pet. l. ſi ego pecuniā. & l. ſi me, & Titium. *Cōpellitur. D.* *Mutuum reconciliatur pluribus modis.* Reconciliatur autem mutuum conſumptione: vt ff. ſi cert. pet. l. nam & ſi fur. ſtipulatione: vt C. ſi cert. pet. l. quamuis vſucapione, ad inſtar alienæ pecuniæ datæ in dotem: vt ff. de iure dot. l. Proculus.

¶ Adde. quòd hæc gl. non eſt Accurſij: ſed additio trāsferens importunè materiam mutui ad hunc locum. Syl.

N.A. † Fortuito caſu. Quia ſpecies interit, non genus. l. ij. ff. ſi cert. pet.

¶ g Naufragio. Hic no. a fortuitos caſus melius, quàm in aliqua lege. ſic enumerantur aliqui caſus. C. de pignora. actio. l. quæ fortuitis.

¶ Adde meliorem text. in l. in rebus. in princ. ff. eod.

¶ h Exactam. Aliás exactiſſimam. & ſic ponitur poſitiuus pro ſuperlatiuo [Adde, quòd aliqui text. emendati habent exactam. expone ergo diligētiam exactā, id eſt, ſolertiā non vulgarem neq; mediocrem, ſed hominis diligentiſſimi. Diuerſimodè ergo accipitur hic, & infrà eod. §. fin. vt ibidem dicit gloſ. & pro expoſitione exactiſſima eſt tex. in l. §. is verò, qui ff. de actio. & oblig. vbi ponūtur verba tex. noſtri. & ponitur ibi, exactiſſimam. Syl.] Et diſtingue: quia interdum ſolus dolus venit in commodato: vt ſi commodo vxori meæ, vt compta veniat ad me: vt ff. eod. commo. l. ſi vt certo. §. non videndum. & §. interdum. Quandoque dolus, & culpa leuis: vt ſi commodo tibi ſcyphum, vt communes amici inuitentur ad cœnam: vt ff. eod. cōmod. l. in rebus. §. hoc ita. Interdum leuiſſima, & hoc generaliter, vt hic. Interdum caſus, vt ſi culpa præcedit caſum: vt hic ſequitur: & ff. eod. l. in rebus, circa princ. verſic. alioquin.

ADDITIO. Si quæritur an in cōmodato cōmodatarius teneatur de dolo, lata culpa, vel leui: dic ex mente doct. in dicta l. ſi vt certo, ꝙ ſi contractus celebratur gratia dātis: tunc recipiens tenetur ſolùm de dolo, & lata culpa. Sed ſi gratia recipientis tantùm, tūc tenetur de dolo, & omni culpa, ſed non de caſu fortuito, niſi culpa præcedat caſum: vt hic. Si gratia vtriuſq;, tūc de dolo, lata culpa, & etiā leui. Quid ſi res cōmodata ſit æſtimata antè, quàm commodetur? Dic ꝙ æſtimatio ſemper addit vnam ſpeciem obligationis primæ: vt per glo. & Bart. in d. l. ſi vt certo, &c. ſecundum Iaſo. & Chriſtopho. *Commodatarius de quibus tenetur.*

N.A. † Exactam. Imò exactiſſimam l. j. §. j. ff. de oblig. & actio. Nam culpam præſtat leuiſſimam. l. v. §. ij. ff. commod.

¶ h Ei ſcilicet commodatario.

¶ a Caſus,

Digitized by Google

re ſolitus eſt: ſi modo alius diligētior poterat * eam rem cuſtodire. ſed propter maiorem vim maioréſve caſus [a], nō tenetur: ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenit. Alioqui ſi id, quod tibi commodatum † eſt domi, peregrè tecum ferre malueris: & vel incurſu hoſtiũ prædonúmve, vel naufragio amiſeris, dubium nō eſt, quin de reſtituēda ea re tenearis. Cōmodata autem res tũc propriè intelligitur †, ſi nulla mercede [b] accepta vel cōſtituta, res * tibi vtenda data eſt: alioqui † mercede interueniēte, locatus tibi vſus rei videtur. Gratuitũ enim debet eſſe cōmodatũ [c] †.

¶ Depoſitari⁹ obligatur re, & tenetur de dolo. h. d. Aretinus.

¶ Præterea [d] & is,

* poteris.

* abeſt.

¶ a Caſus, ſcilicet alios.

ADDITIO. Vis maior, θεῖα βία dicitur in l. ſi merces. §. ſi vis maior. ff. locati. eſt ergo animaduerſio Dei in homines. cuius euitandæ ipſæ facultatē ademit, veluti tempeſtatũ, grandinũ, procellarum, &c.

N.A. † Domi cōmodatum. Planius fuiſſet: Domi vtendum datam.

N.A. † Propriè intelligitur. Cōmodare, eſt rē aliquam certũ ad vſum gratis vtendam dare l. j. §. j. ff. cōmodati.

¶ b Mercede. Sic infrà loca. §. j. ſic infrà māda. §. fin.

N.A. † Alioqui. Naturalis contractus formę portione immutatur. l. 27. ff. de reg. iur. lex dat formam contractui. Contractus in alterum contractus genus, & nōmen, per pretium trāsfertur. l. 10. C. de iure dot. l. 52. ff. de verb. oblig.

N.A. † Commodatum gratuitum. Nā commodatum eſt contractus, quo res gratis, certum ad vſum, ea lege cōceditur, vt eadem finito vſu, cum exacta diligentia reſtituatur. l. j. §. j. ff. de oblig. & actio. Commodatũ, differt à precario: quòd in commodato, modus & finis vtendi præſcribitur, neque ante vſum expletum reuocatur. In precario, neque modus, neque finis præſcribitur l. xij. ff. de Precar. Commodatum differt à mutuo; quia commodatum corpore conſiſtit, mutuum, quantitate. In commodato, retinetur dominium, in mutuo, transfertur. Qui mutuum recipit, caſu fortuito non liberatur; commodatarius liberatur.

Culpa lata.		Diligentiæ vulgari.
Culpa leuis.	oppo-nitur	Diligentiæ exactæ.
Culpa leuiſſima.		Diligentiæ exactiſſimæ.

hæc forſitan parerga, ſed quia ad commodatum pertinet aliquatenus, ideo placuit obiter nonnihil de his dicere.

¶ c Commodatum. Commodatum eſt, ſi dedi tibi rem meam, vt ea vtaris, nec inde accepi mercedem: ſi verò merces interueniat, erit locatio, & conductio. gratuitũ enim debet eſſe cōmodatũ: ideo teneris ad exactiſſimam diligentiam. ſic infrà loca. §. j. ſic infr. mand. §. fi. *Commodati declaratio generalis.*

¶ Præterea.

CASVS. Valerius cùm peregrè proficiſceretur pecuniam ſuam apud Titium depoſuit, Eſtne obligatus Titius? Maximè, & ad res duas. primùm, ad eadē pecunię corpora reddenda, deinde ad præſtādum dolum. Quid ergo? Titius erat negligens, & diſſolutus, non gnauus & induſtrius, ſolicitúſq; de ſuarum rerum cuſtodia. fures igitur propter Titij ſocordiam noctu in eius domum ingreſſi, Valerij pecuniam ſubripiunt, an tenebitur Titius? minimè. Cor. Vib.

¶ Not. quòd ad eſſentiam depoſiti requiritur res: quia re contrahitur obligatio. Item, ex eo naſcitur actio depoſiti. Item, depoſitarius tenetur ad idem indiuiduum reſtituendum. Item, tenetur ſolùm de dolo, & lata culpa, nec regulariter tenetur de leui aut leuiſſima. Item, negligentia depoſitarij imputatur deponenti. Item, mala electio dicitur in culpa. Item, quòd taxatiua excludit caſum æquiparatum, ſecundum Ang. hic Sylueſt.

¶ d Præterea. id eſt, præter ſupradictos modos accipiens depoſitum, re obligatur. Vnde ſi depoſui penes te rem meam: mihi obligaris: & poſſum agere cōtra te actione depoſiti ad rem mihi reſtituendam: & teneris ex ſolo dolo, ſi dolum commiſeris: ſed ſi negligenter cuſtodieris, non teneris. Et ideo ſi depoſitarius rem ſibi depoſitam per negligentiam ſuam amiſerit furto: debet ſibi imputare, qui cuſtodiendam rem *Depoſiti declaratio.*

Digitized by Google

rem ſuam amico ſuo tradit negligenti: vt dicitur in fine huius §.

ADDITIO. Depoſitum eſt contractus, quo quis rem ſibi cõmiſſam perinde ac ſuam aſſeruare, & eam repetenti domino reſtituere tenetur.

apud quẽ res aliqua deponitur a †, re obligatur, tenetúrque actione depoſiti: quia* & ipſe de ea re, quã accepit, reſtituenda tenetur. Sed is* ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo b commiſerit, culpæ autem nomine, id eſt, deſidiæ ac negligentiæ, nõ tenetur. Itaque ſecutus eſt, qui parum diligẽter cuſtoditam rem furto amiſerit: quia qui negligẽti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei,* ſed ſuæ facilitati* id imputare d debet e.

* qui. N.A. *etiã D. * abſiſt. * ſtultitia.

¶ Pignoris quoque obligatio re contrahitur: quæ quia vtriuſq; contrahentis gratia celebratur, creditorem de dolo, & leui culpa tantũm obnoxiũ reddit.

a Deponitur. id eſt, cuſtodiẽda datur: vt ff. depo.l.j.

† Deponitur. Depoſitum, eſt conuentio qua res mobilis, ea lege ſeruanda recipitur, vt & gratis ſeruetur, & qui cuſtodiã recipit, aut eam ipſam reddat, aut quãtum depoſitoris intereſt, præſtet. l.j. §.ij.ff. de oblig. & actio. Commodatum, in recipientis gratiam contrahitur, depoſitum, in dãtis. Quapropter in illo leuis, in hoc lata culpa præſtanda. Per illud, vſus rei conceditur, per hoc, non conceditur. l.23.ff.de re. iur.

b Dolo. Not. in depoſito ſolum dolũ venire: vt hic, & ff.depo.l.j. §. illud. Itẽ, venit lata culpa, quæ pro dolo accipitur: vt ff.eo.de poſ.l. quòd Nerua. Quandoque leuiſſima, vt. ſi hoc fuerit pactum: vt ff.eo.l.j.§.ſæpe. Item, ſi fuit in culpa: quia portauit rem depoſitam per locum periculoſum: vt ff.commo. l. in rebus. §.j. & l.ſi vt certo. §.interdum. Item, ſi eſt mora facta in reſtitutione: vt ff. depo.l.ſi in Aſia. §.fin. & hic, & ſupior ſimiliter tenetur de caſu, ¶ Adde glo.in l.j.§.ſæpe.ff. depoſi.cui adde alium caſum, qui ponitur in tex. vt ibidem not. Bar. Syl.

c Culpæ. ſcilicet leuis.

d Imputare Sic j. de ſocietate. §. fin. & ff.de minor.l.cum mandato.§.fi.

Dolus.

e Debet. Hic nota aliud eſſe dolum: vt quando eſt machinatio ſtudioſa: vt ff.de do.l.j.§.ij. Aliud latã culpam: vt non intelligere quod omnes intelligunt: vt ff.de iur.& fact.igno.l. regula. §.ſi filius. & de verb.ſig.l. latæ. Aliud leuem, vt deſidiæ & negligentiæ: vt hic Aliud leuiſſimã, vt ſi quocũque modo potuit præuidere, & non præuidit. vnde furtũ fieri nõ poteſt ſine leuiſſima culpa: vt ff. pro ſoc.l.cũ duobus. vel incendium naſci, licet non noceat inculpabilibus: vt ff.de offi. præf. vig.l. iij.§.j. ff. de peric.& commod. rei vend.l.ſi vẽdita & §.proxi. §. [Adde, quòd iſtæ illationes non ſunt generaliter veræ: de furto, vide bonã gloſſ. in l. cum duobus. §. dãna. in verſi. ſubreptũ. ff. pro ſoc. Incendium verò numeratur inter caſus fortuitos: vt not. Ang.prox. §.ſed conſidera, quia caſus poteſt accipi duobus modis: vno quãdo habet culpã antecedentem, aut concomitantem, & tale plerunque dicitur incendiũ.l.iij.§.j.ff.de offic.præfe. vigil. Altero, quaſi contingit ſine ipſius culpa, de cuius obligatione queritur: & hoc modo propriè dicitur caſus, quo ad illum: verificantur ergo ſecundum dictum modum primum, quę dicũtur hic per gloſ.Syl.] Aliud caſum fortuitum qui ſcilicet præuideri non poteſt: vt §.proxi.& C.de pigno.actio. l.quæ fortuitis.

Culpa leuis *Culpa leuiſſima.* *Culpa leuiſſima*

tamen adhuc eſt caſus fortuitus, ſecùs ſi ſit leuis, & ſic intelligitur quod notat in l. nauta. ff nau. caup. ſtabul.

Creditor. CASVS. Lelius mutuò dedit Miloni centum. Milo ille obæratus, vaſa aurea Lælio pignori dedit. Quæro an Lælius obligetur? maximè, ſed ad vaſa tantùm reddenda. nam ad periculum præſtandum non eſt obligatus. quare ſi fures noctu ea vaſa ſubripuerint, modò Lælius exactam diligentiam in iis cuſtodiendis adhibuerit, liberatus eſt. Cor. Vib.

¶ Not. quod obligatio pignoris ex parte creditoris recipientis contrahitur re, ex parte debitoris dantis conſtituitur ſolo conſenſu, & ex ſolo pacto nudo iure prætorio naſcitur actio. l. ſi tibi. §.de pignore. ff. de pact. Item, quòd creditor tenetur actione pignoratitia. intellige directa ad reſtitutionem eiuſdem rei, quam accepit: contraria verò pignoratitia tenetur ipſe debitor

creditori. Item, contractus pignoris dicitur celebrari gratia vtriuſq;. Item, ꝙ in his contractibus qui celebrantur gratia vtriuſque, venit regulariter leuis culpa. Item, ꝙ creditor non amittit ius crediti, quamuis amiſerit pignus caſu fortuito, aut culpa leuiſſima. Sylu.

¶ Creditor [a] quoque, qui pignus accepit [b], re obligatur: quia* & ipſe de ea ipſa re, quā accepit, reſtituenda tenetur, actione pignoratitia [c]. Sed quia pignus † vtriuſq; gratia datur, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur: & creditoris, quò magis ei in tuto ſit creditum: placuit ſufficere, ſi * ad eā rem cuſtodiēdam exactam diligentiam adhibeat *, quam [e] ſi præſtiterit, & aliquo fortuito caſu [f] rē amiſerit: ſecurum eſſe [g], nec impediri creditum petere.

** qui.*

** quod.*

** adhiberet.*

TITV. XVI.

DE VERBORum obligationibus.

¶ Quæ ex ſtipulatione, id eſt, vltro citróque facta interrogatione, & reſponſione obligatio oritur: verborum obligatio dicitur ex qua ſi certū in ea deductū ſit, certi condictio ſi incertū, ex ſtipulatu actio ꝓficiſcitur, & quamuis ſolenni quadā

a Creditor. Creditorē accipe ex omni cauſa: vt in authēt. de fideiuſ. §. fi. ff. de verb. ſign. l. ſi cui.

b Accepit. Nota, cautè ponit accepit, aliter non dicitur re obligari, ſed pignus creditori etiam nuda cōuentione tenetur: vt ff. de pig. act. l. j. & hypothecaria ſibi naſcitur ad pign° illud perſequēdum: vt j. de ac. §. itē Seruiana.

ADDITIO. Pro hac. gl. vide tex. in l. grege. §. & in ſuperficiariis. ff. de pign.

c Actione pignoratitia. Quæ naſcitur demū ſoluta pecunia: vel aliàs ſatiſfactio: vt ff. de pign. act. l. ſi rem. §. omnis. Sic in actione tutelæ, quæ demum finita tutela naſcitur: vt ff. de tut. & ra. diſt. l. ſi tutor. §. fin. & l. ſeq. licet quidam dicant etiam prius eam naſci, ſed non intentari: vt no. in d. §. omnis.

** Actio hypothecaria & actio tutelæ quādo naſcuntur.*

Adde, quòd vera eſt prima determinatio, per d. §. omnis. quòd naſcitur tunc, cum ſolutione vel alio quolibet modo diſſolutū ſit pignus: non tamen naſcitur ex ipſa ſatiſfactione, ſed ex cōtractu pignoris re iā antea celebrato: naſcitur ergo hodie, ſed ex cōtractu præexiſtente, vt ibi declarant Barto. & alij. ſi tamen exercendi ingenij gratia videre vis, circa hoc vide Fortun. in l. Iuriſgentium. in prin. ff. de pact. Sylu.

N.A.

Sed quia pignus. Pignus eſt cōtractis, per quod debitor rē ſuā creditori, pro debito obligatā apud eū depōit, vt illi pecunia ſua ſit cautior. Hypotheca eſt

nuda conuentio, per quam debitor rei ſuæ obligatione creditori cauet. l. iiij. C. de pignor. l. iii. ff. de pign. actio. Pignoratitia actio eſt, quæ ei qui rē oppignerauit, ſi creditori ſoluta pecunia conceditur aduerſus eum, vt aut rem ipſam reſtituat, aut quantum illum eo nomine dare, facerève oportet tāti dānetur. l. j & paſ. ff. de pig. actio.

d Exactā. Propriè ponitur, non pro ſuperlatiuo: vt §. eo. §. & is. nō enim tenetur de leuiſſima: vt ff. de pig. act. l. ſi cum venderet. §. venit. & l. ſeq. Ac.

e Quam. ſ. exactā diligētiam.

f Fortuito caſu. Sed quis ꝓbabit hūc caſū? Reſpō. creditor probat ſe amiſiſſe: vt Cod. de pignor. actio. l. ſi creditor. Itē, debitor probabit dolum, vel culpam creditorē cōmiſiſſe: vt ff. de probat. l. in exceptionibus. & l. quoties. §. qui dolo. Sed tertiò creditor probat caſum, ſi vult euadere: licet Bulg. aliter diſtinxerit: vt not. in d. l. ſi creditor. Accur.

Adde, ꝙ ordo probationis eſt iſte, ꝙ primò, debet cōſtare rē q̄ petitur, fuiſſe penes illū à quo petitur: & ſi cōuentus negat, onus actori incūbit: nec poteſt actor aliā à reo probationē exigere, q̄ iuramenti. Hoc cōſtituto vera, & cōmunis eſt reſponſio gl. ꝙ onus ſpectat ad creditorem. d. l. ſi creditor. ſiue ſit actor, ſiue reus. probata igitur amiſſione, cùm dolus non præſumatur, clarum eſt illius probationem incumbere dicenti. De culpa autem diſtinguēdum eſt: vt per Bart. in l. ſi quis ex argentariis. §. an verò. ff. de eden. Sylu.

g Securum eſſe. Repete, placuit.

DE VERBORVM obligationibus.

Iſta continuatur ad præcedentia, vt patet in tex. ſuprà de oblig. in fi. A ret.

Verbis

VErbis. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit, qualiter obligatio verbis contrahitur, & quæ actio ex ea reſultet. Secundò, quibus verbis olim & hodie concipitur. Tertiò, quot modis ſtipulatio fieri poteſt. Quartò, illud per exépla declarat. Secunda ibi, In hac re. Tertia ibi, Omnis ſtipulatio. Quarta ibi, Purè veluti.

verborum formula olim cōcipi deberet, hodie tamē quibuſcunq; verbis (modo vterq; contrahentiū quid alteruter intelligat) fieri poteſt.

VErbis * obligatio † cōtrahitur ex interrogatione & reſponſione* †. cùm quid dari b fieríve c nobis ſtipulamur d, ex qua e duæ proficiſcuntur actiones tam condictio* f † certi, ſi certa ſit ſtipulatio, quàm ex ſtipulatu g, ſi incerti.

* Ex Gaio vbi ſuprà.

CASVS. Cognoui de obligationibus, quæ re contrahuntur: expone nunc de ſequenti ſpecie, cùm verbis ſcilicet contracta eſt obligatio. Exemplum habebis ex Plauti Pſeudolo, vbi Ballio leno putans ſe Pſeudolum ſeruum decepiſſe, ſic Simonē ſenem alloquitur, Roga me viginti minas, Si ille hodie illa ſit potitus muliere. ſiue eam ſuo gnato hodie, vt promiſit, dabit. Rogato obſecro, hercle geſtio promittere. omnibus modis tibi eſſe rē vt ſaluam ſcias: atq; etiam habeto mulierem dono tibi Simo. Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier. vt concepiſti verba, viginti minas dabíſne? Ballio, Dabuntur. hæc Plautus. Romani ergo non contenti ſimplici promiſſione ac pactione, voluerunt interrogationem, & reſponſionem iſto modo fieri. Cor. Vibulanus.

Not. quòd ad eſſentiam ſtipulationis requiruntur verba interrogantis, & reſpondentis. Item, quòd in ſtipulatione deduci poteſt, non ſolùm datio, ſed factum. Item, ex ſtipulatione certę rei oritur certi condictio, incertæ verò actio ex ſtipulatu. Item, quòd ſtipulatio dicitur à ſtipulo, quod apud veteres firmum ſignificabat. Sylu.

N.A. † Verbis obligatio. Romani firmari pacta, & conuentiones putabant certis verborū formulis, nec ex pactis nudis obligabantur, niſi ſolennitatē verborū adieciſſe. Hæ dicebantur ſtipulationes. i. conceptiones verborū. l. v. §. j. ff. hoc tit. Acceſſio & concluſio hæc plerunq; erat cæterarū obligationū: per ſe verò ſtipulatio non fiebat. l. viij. ff. de præſcript. verb.

† Reſponſione. Solennibus verbis concepta. N.A.

a Ex interrogatione. ſ. præcedente, & reſponſione ſequente: vt hic, & Cod. de vſuris. l. j. aliàs non valeret.

Sunt enim hæc formalia ſtipulationis. primò, interrogatio, & reſpōſio: ſecundò, ordo, ſ. interrogatio pręcedat: tertiò, verborum auditus: quartò, intelligentia verborū. ſcilicet conſenſus, qui eſt baſis & fundamentum omnium contactuum: probantur hæc omnia ex ex textu noſtro, & ex lege prima. ff. ęodem. Sylu.

* reſponſo. commodo.

* lege condictio.

b Dari. ſcilicet certum, quod appareat, quid, quale, vel quantum ſit in obligatione: vt ff. eod. l. ſtipulationum. & l. ſeq. Accur.

c Fieríve. Vel etiam non fieri: vt ff. eod. l. vbi autem. §. id quod. & ī. eod. §. fin. Accurſ.

Adde, ſatis fuiſſe dicere, dari, fieri, vt quia facti appellatio comprehendit non facta. l. ij. §. item ſi in facto. ff. eo.

d Stipulamur. Eſt autem ſtipulatio, verborum conceptio, qua aliquid dare, vel facere promittimus, &c. vt ff. ęod. l. v. § Stipulatio Accur.

e Ex qua. ſ. obligatione verborum.

f Condictio. ſcilicet, certi generalis: de qua dic, vt ſuprà tit. j. diximus circa princip. Item, & triticaria locum habet, vbi petitur certum vel incertum: niſi petatur pecunia numerata: vt ff. de tritic. l. j.

† Condictio. Condictio, res certa eſt, cùm apparet quid, quale, quantum: incerta eſt, vel quæ in genere, vel in iure cōſiſtit: vt homo, fundus, ſeruitus, poſſeſſio. l. 74. & 75. ff. hoc tit. Ex illius ſtipulatione, condictio certi naſcitur: ex huius, actio ex ſtipulatu. l. 9. l. 24. ff. de rebus cred. N.A.

g Ex ſtipulatu. Si autem certum quid mihi debeatur, non ex ſtipulatione, ſed ex alio contractu agitur, cōdictione incerti. nam dico, quod eſt propriū nomen actionis: vt ff. de condict. indebit. l. ſed & ſi me. §. j. vbi de hoc notaui. Accur.

Digitized by Google

ta [a] ſit: quæ [b] hoc nomine inde vtitur *, quòd ſtipulum [c] † apud veteres firmum [d] appellabatur, fortè à ſtipite deſcēdens.

¶ Olim requirebatur quædam ſolennitas verborum in ſtipulatione, q̄ hodie eſt ſublata: nec refert qua lingua fiat interrogatio & reſponſio: dummodo ſe intelligant. Aretin.

¶ In hac re [e] olim talia verba tradita fuerunt. Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto, Fidepromittis? [Fidepromitto,] Fideiubes? Fideiubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam [f]. Vtram autem Latina, an Græca, vel qualibet *alia lingua [g] ſtipulatio cō cipiatur, nihil in-

* priſtur.

inclusa abſūt.

* qua

¶ a Hi incerta. Niſi in caſu: vt l. vnic. C. de rei vxo. actio. in princ. Sed quid, ſi promitto aliquid in genere? Reſpō. non valet. nam dando muſcam liberarer. oportet enim, quod aliqua certitudo ibi ſit: vt homo, vel equus, quæ certis finibus contineatur, aliàs non valet: vt ff. eod. l. ita ſtipulatus, in princi. & ff. de iur. dot. l. cùm poſt. §. gener à ſocero. Accur.

¶ Adde, quòd quamuis doct. excipiant certos caſus, putà ſtudij, dotis, alimentorum, & intelligant incerta valere, malè ſentiunt: ex quo enim ſecūdùm qualitatē regionis, & perſonarū diſpoſitum eſt iam à iure hæc haberi, non ſunt omnino incerta, illa incertitudine, quæ vitiat: ſed incerta ſunt incertitudine, quæ certificari poteſt. quod not. Syl.

¶ b Quæ. ſcilicet ſtipulatio.

¶ c Stipulum. Alludit vocabulo. ſic ſuprà de teſta. in princ. & ff. de acqui. poſſ. in princ. nam omnia conſonantia debent eſſe rebus: vt ſuprà de don. §. eſt & aliud.

ADDITIO. Veteres, inquit Varro, lib. 4. ling. Lat. ad finem, æs ſtipē quoque dicebant: nam quod aſſes ex graui ære eſſent, & libræ pondere, qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant, id eſt, componebant, quo minus loci occuparent, à ſtipendo, Stipem dicere cœperunt. Vnde ſtipēdium dictum, & qui pecuniam alligat, Stipulari ac reſtipulari.

N.A. † Stipulum. Stipulatio igitur, quaſi confirmatio, quæ ſolet contractibus coniungi. ſtipum, firmum. Sic Paulus lib. Sent. 5. cap. 8.

¶ d Firmum. Nam & baculum vel ſtipitem paleæ dabat vnus alteri pro inueſtitura: vt hodie fit in Marchia: ſed in Lombardia bibunt: alibi per mantellum inueſtiunt. ſic ff. de pact. l. j. §. j. Accurſ.

¶ In hac re. CASVS. Imperator docet, olim requiri ſolitum, vt quo verbo quis interrogatus erat, eodem reſponderet. vt Spondes? dicendum erat, Spōdeo. Promittis? Promitto. Plautus in Pſeudolo, Dabiſne argēti mihi hodie viginti minas? Dabo. Sed Imperator Leo eā ſolemnitatem ſuſtulit, & congruētem interrogationi reſpōſionem ſenſu & intellectu, magis quàm verborū cōiugationi exegit. Cor. Vlb.

¶ Not. quòd verba ſtipulationis poſſunt cōcipi qualibet lingua, quam contrahentes intelligant: quod intellige, ſiue per ſe, ſiue per interpretem. l. j. in fi. ff. eod. Item, quòd diuerſitas linguę non vitiat ſtipulationem. Item, quòd contrahētes aliena lingua ſtipulari poſſunt. Itē, quòd verborum ſolennitas ſublata eſt. Item, quòd in eis attenditur mens & intentio contrahentis idoneis verbis expreſſa. Sylu.

¶ e In hac re. ſcilicet ſtipulatione contrahenda.

¶ f Faciam. Quæ omnia dici debebant in ſtipulatione, vel aliqua de his. ſic ſ. de ſingul. reb. per fideic. rel. §. fin. ſed hodie vel vnum ex his, vel etiā aliud, dummodo aptum, ſufficit: vt infrà eo. §. verſ. ſed hæc. qui continuari debet cum iſto §.

¶ g Lingua. Vt Aſſyria, Latina, Græcę, vel alia: vt ff. eod. l. j. §. fin in fin.

ADDITIO. Dummodo ſe intelligant: aliàs erit neceſſarius interpres, idē in teſte in Illyrico nato, cuius lingua non intelligitur: quia iudex eum interrogabit per interpretem. Et ſi ipſe iudex & notarius, vel etiā notarius ſolus ſit interpres, ſufficiet: imò ipſius ſcriptura vel inſtrumentum faceret fidem etiam cōtra nuntium vel teſtem, dicentes aliter denuntiaſſe, vel depoſuiſſe, quàm ſcriptum ſit: & hæc vera in iudicijs ciuilibus: ſecus in criminalibus, vt per Angel. hic.

¶ Nihil

Digitized by Google

N.A. † Nihil intereſt. Quia conuentionibus iuris ſubiiciebantur, quæ quauis lingua fiebant. l. 7. §. quod fere. ff. de Pac. § a Stipulantium. Propriè & impropriè dicitur: ſic in authen. de æqua. do. §. j. & ſic impropriè etiam promittens dicitur ſtipulari: vt hic & ff. de cond. indeb. l. ſi non ſortem. §. decem.

§. fin. in gloſ. fin. & l. ſeq. & ff. de mun. & hon. l. vt gradatim. §. & ſi lege. ibi, ſic idonei ſunt.

¶ Adde, quòd ratio eſt, quia tunc conſtaret ſolo conſenſu ſtipulatio, quæ tamen verba requirit. ſupr. eodem, in princ. Syluest.

tereſt †, ſcilicet ſi vterque ſtipulantium a intellectum eius linguæ habeat: nec neceſſe eſt, eadem lingua vtramque vti: ſed ſufficit congruenter ad interrogata * reſpondere, quinetiã duo Græci Latina lingua obligationem cõtrahere poſſunt. Sed hæc b ſolennia verba olim quidẽ in vſu fuerũt: poſtea autẽ Leoniana conſtitutio c lata eſt, quę, ſolennitate verborum ſublata, ſenſum d, & conſonantem intellectum ab vtraque parte ſolùm deſiderat *, quibuſcunque e tandem * verbis expreſſu*m eſt.

*inter rogatam. *licet. *abest. *expreſſum.

¶ Stipulationis puræ ſtatim cedit dies: & petendi ius competit: ſtipulationis vero in diem, quamuis ſtatim dies ceſſerit, non tamen anteà promiſſum peti poteſt, quàm etiam tota dies, in quam ſtipulatio facta fuit, prætererit.

¶ Omnis ſtipulatio aut purè †, aut in diẽ, aut ſub cõditione fit. Purè, veluti, Quinq; aureos dare ſpõdes? ídque confeſtim f

¶ Adde, quòd æquiuocat glo. quia ſecundùm Grãmaticos ſtipulor eſt verbũ commune, & æquè propriè pro promiſſione accipitur. Iuuena. Quantum vis ſtipulare, & protinus accipe quod do. & Sueton. Prætorũ lectoria quę vetat minorem xxv. annis ſtipulari. Plaut. niſi dolo malo ſtipulatus ſis: quod ratione manifeſta probatur, quia ſi ſtipulatio eſt interrogatio, & reſponſio ſimul iuncta, quare non tam bene debet dici ſtipulator promittens, ſicut interrogans, cùm in ea vterque ſit agens? Syl.

¶ b Sed hæc. quæ diximus ſuprà eod. §. in hac

¶ c Conſtitutio. vt C. de contrahen. & commit. ſtipul. l. omnes.

¶ d Senſum. Aliàs conſenſum. ſ. verbis expreſſum ab vtroque, & incõtinenti: vt ff. eo. l. j. in prin. & §. qui præſens. & §. ſi quis ita interroget, licet verba inutilia fuerint inſerta: vt ff. eod. l. extrinſecus. aliàs ſi diceret verba expreſſa non exigi, non differret ab his contractibus, qui conſenſu contrahuntur: vt j. de obl. ex conſenſu. j. reſp. Accur.

¶ e Quibuſcunque. Habilibus tamen ad hoc. Quid enim ſi dicam a, & velim repræſentare, promittis: tu dicas b, & velis repræſentare promitto? non valet: vt ff. de conſt. pec. l. qui autem.

¶ Omnis ſtipulatio. CASVS. Seruilius ità ſtipulat⁹ eſt à Quintio, Decem aureos mihi dare ſpondes? Quintius reſpondit, Spondeo: quæro, quãdo Quintius cogi poſſit? Confeſtim. Lælius ita ſtipulatus eſt, Decem mihi dare ſpõdes Calẽ. Maiis, Marce Tulli? Tullius reſpondit, Spondeo. Quãdo Tullius cogi poterit? Poſtridie Calend. Maias. Terentius hæc alluſit in eunucho i Parmeno Pythiã alloquens, Reddam, inquit, hercle tibi. Pyt. Credo, ſed in diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe, quod minitare. Tu iam pendebis. Cor. Vib.

¶ Not. diuiſionem qualitatum ipſius ſtipulationi. reſpicientiũ cauſam formalem ipſius, Item, quòd pura eſt, quæ neque diem, neque conditionem habet. Item, ex ſtipulatione pura ſtatim oritur obligatio & actio. Item, quòd ſtipulatio in diem, eſt quæ habet diem appoſitum, gratia differendæ ſolutionis. Itẽ, quòd ex ſtipulatione in diem obligatio ſtatim naſcitur, non tamen poteſt effectualiter intentari, niſi totus dies prætierierit. Sylu.

N.A. † Purè. Pura dicitur, cui neq; dies, neque conditio adiecta eſt.

¶ f Confeſtim. i. ſtatim: vt ff. eod. l. eum qui Kalendis. §. fi. & hoc niſi ratione loci fit in diem. vt infrà eo. §. loca. [Hæc tamen reſpectu conceptionis verborum eſt pura, licet inſpecta men

te,& ſententia ſit in diē.d.ſ. loca.Syl.] Vel ratione rei, quæ adhuc non eſt in rerum natura: vt i. de excep.ſ.antep. & ff.eo.l.interdum. in prin.& de condi.& demonſt.l.j.ſ.fin. Sed ad quid ſit promiſſio,cùm non incontinēti ſoluitur? Reſ. non eſt ſic prauè intelligendū verbum confeſtim, vt veniat ſtatim cum ſacco paratus: vt ff.de ſol.l.quod diximus. ſed aliquod ſpatiū, puta decē dierum dandū eſt: vt infr. de inut. ſtip.ſ. fin. ff.de cōſt. pec.l.promiſſor.ſic etiam ferè vbique conſuetudo interpretatur, vt intra decem dies fiant præcepta à poteſtatibus, quæ eſt bona legum interpres: vt ff. de leg. & ſenatuſc.l. ſi de interpretatione, & c. cùm dilectus.extrà de conſue.

* proximis.

peti poteſt in diē[a] cum adiecto die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit, veluti, decem aureos primis[b] * Calendis Martiis dare ſpondes? Id autē quod in diē[c] ſtipulamur, ſtatim quidem debetur: ſed peti priùs, q̃[d] dies venerit * non poteſt[e]. At * ne eo quidem ipſo[f] die, in quem ſtipulatio facta eſt[g], peti poteſt: quia totus is dies arbitrio † ſoluentis tribui debet[h]. Neque enim certum eſt eo die in quem promiſſum eſt, datum nō

* venſat
* ac.

Adde, quòd hæc gl. falſa eſt in taxatione decem dierum: verius loquitur glo.in ſ.fi.i.de inut. ſtipu. arbitrio enim iudicis ſtatuitur.l.ratum. ff.de ſolu Sylueſter.

a In diem. ſ.fit ſtipulatio.ſed nūquid ſtipulatio eſt actus ciuilis? Reſp. ſic: vt j.de acti.ſ. de conſtit. ergo non debet recipere diem, nec etiam conditionē: vt ff.de regul.iur.l.actus.Sed dic,quòd hic actus ibi non computatur. ſic in nouatione: vt dicitur ff.de nouat.l.nouatio. Et illa regula, actus, habet locum in ſuis numeratis caſibus.

Stipulatio an poßit fieri ſub conditione.

b Primis. Superfluè hoc dicitur. ff. eod.l.eum qui Kalendis.in princ.

c In diem. Aliud ſi ad diem: nam tunc vſque ad diem tenetur, & non poſt: vt ff.de act. & obli. l. obligationum ferè.ſ.j.& die, quòd idem eſt dicere ex die, quòd in diem: vt d. l. in princip.& hic.

In diē, & ad diē differunt.

d Priuſquàm. Nam ceſſit,ſed non venit dies.quod dic: vt ff. de verbo.ſigni. l.cedere.

e Non poteſt. Sic ff.ſi cert. pet. l certi condict. in princ.& ſi petat, repellitur per exceptionem: vt i. de exceptionibus.ſ.præterea.

Hanc glo. diſputatiuè reprobat Fortun.in l.item quia.ff.de pact.Syl.

f Ne eo quidem ipſo. Niſi ab initio ſic dicat, Hodie dare ſpondes? quo caſu pura eſt: vt ff.eodem. l.liber homo. ſ.decem ſed ſi eſt pura: ergo peti non poteſt ante decem dies. Ita enim determinatur verbum, confeſtim ſ.eod. ſ. omnis. & in d. l. liber homo.ff.eod.dicitur quod eadē die: ergo malè. Sed ibi expreſſa eſt dies.

Cōfeſtim determinatur per decē dies.

Adde glo. veram: quia in dubio talis adiectio nō videtur appoſita gratia differentiæ ſolutionis, ſed repreſentādę promiſſionis, aut ſolutionis accelerandæ. d.ſ. decem. ſecùs, ſi aliter de mente conſtaret, vt dicit ibi Bart.& ſeq.doct.Sylu.

g Facta eſt. ſ.vt ſoluatur.

Arbitrio. In obligationibus tempus adiicitur, non in ſtipulatoris, ſed in promiſſoris gratiā.l.38.ſ. inter ff.h.t. N.A.

h Tribui debet. Hic no. quæſtionem de facto: iudex ſtatuit terminum peremptoriū partibus ad audiendam ſententiam, putà diem Iouis: vna partiū non veniente eadem die, quæro, quādo debeat ea ſententia ferri, an die ſtatuta, vel ſequenti? Et videtur quòd non die ſtatuta: quia vt in contractibus tota illa dies videtur ſua, vt hic. & pro hoc eſt ff.de ſerui. l more Romano. per quam legem etiam ſi media nocte veniſſet, ſatis ſufficeret. vnde patet q̄ ea die ferri non debuit. Item alia ratione: quia poſt peremptorium debet eam partem abſentem citare iudex: vt ff.de iudic.l. & poſt edictum. & inter vnam citationem & aliā debebat eſſe ſpatium decem dierum olim: vt ff. de iu.d.l. per interuallum. hodie xxx.dierum: vt in authen.de liti.ſ. omnem. & ſecundùm conſuetudinem Bononien. vnius diei. Vnde patet, quòd in die peremptorij non debet ferri. Sed in illa l. & poſt edictum, exponitur, debet, id eſt, poteſt. Item videtur econtrà, quòd in die peremptorij debeat iudicari: vt Codice quando prouoc. non eſt neceſ.l. cùm non eo die.Item, ſi ſit ita prope ſero, vt certum ſit eam partem amplius non poſſe venire, debet iudicare in die peremptorij: vt ff.

de

Digitized by Google

de verb.obl.l. cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo. & l. liber homo.in fine, Et hæc verior opinio. [Adde hoc eſſe hodie expreſſum in c.conſuluit.de of. deleg.& tenẽt cõmuniter doct. in d. §. decem.Syl]Sed tamen poſt veſperas ſtatim, vel in ipſis veſperis debet ferri: vt auth. de iud. §. ſedebunt. ſed nec in nocte debet ferri ſentẽtiã: & ita paulò poſt exceſſum veſperarum debet iudicari: Et ita quidem electi ad quoddam conſilium de facto iudicauerunt.

Sentẽtia die præfixa debet ferri etiã abſente altera parsium.

ADDITIO. Niſi iuriſdictio iudicis ſit peritura.Et hæc procedunt in definitiua,non interlocutoria, quæ etiam de nocte ferri poteſt. & ab opinio. iſtius glo. quam etiam tenuit Barto. & Bald.dicit Ang. non eſſe recedendum. & an die ſequenti per emptoriũ,poſſit ferri ſentẽtia, vide pulchrè per eũ hic.

¶ a Datum non eſſe. i.non eſt hoc verum incommutabiliter.

¶ b Priuſquàm. vt ff. eod.l.quicquid.§. fi.& ff.de pig.act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua.

¶ At ſi ita ſtipulaueris. CASVS Flauius ſtipulatus eſt à Mæuio decem aureos annuos, quoad viuã dare ſpõdes? Spopondit Mæuius. quæro, qualis ſit hæc obligatio?Pura,inquit. quã in fine huius ipſius anni peti poteſt. & perpetuò in fine ſingulorũ annorũ. Sed ecce Flauius eſt mortuus, poteſtne hæres à Mæuio petere?Maiorib⁹ noſtris placuit,non poſſe conſtitui ad tẽpus obligationem:vt ſi dicam, Dabis vſque ad decem annos?Tempus enim obligationem non perimit. Quapropter hæres petet à Prætore condictionẽ certi:neque Prætor illi recuſare poterit: ſed ſimul iudici permittet cognoſcere, an ſint ſtipulata decem, quoad viueret Flauius. Iudex autem hanc pactionem factam cognoſcens,Mæuium abſoluet. Corn.Vib.

¶ No.quòd ſtipulatio annua pura eſt, quia tempus apponitur gratia multiplicandæ obligationis. Item, quòd licet ſtipulatio annua limitetur tempore vitæ ſtipulatoris, tamen ipſo iure eſt perpetua, & tranſit ad hæredes. Item,obligatio nõ poteſt limitari tempore. Item, quòd quamuis ipſo iure tranſeat ad hæredes, tamen de æquitate datur exceptio.Sylu.

eſſe [a] priuſquàm [b] is præterierit *.

¶ Stipulatio annua quo ad quis viuet, pura & perpetua eſt: ſed poſt mortem ſtipulationis obſtat exceptio hæredi. Ar.

¶ Adnota, Tẽpus ipſo iure non poſſe tollere obligationem, ſed exceptionis ope.

¶ At ſi ita ſtipuleris, Decem aureos annuos [c] quo

¶ c Annuos. Aliud, ſi dixerit, ſingulis annis. Nam primo caſu, in initio cuiuſcunque anni,ſecundò, in fine committitur ſtipulatio: quia ſic eſt in legato ſic relicto:vt C. quando dies legato. ced. l.j. [Ratio eſt: quia in primo caſu tempus non apponitur gratia ſolutionis differendæ, ſed ad multiplicandum obligationem In ſecundo verò,tempus apponitur gratia differendæ ſolutionis: excipe tamen à primo caſu relictum reſpectu certæ neceſſitatis.d. l. nec ſemel. §. ſi in habitationem.Item,relictum fructuum vel pecuniæ ex fructib⁹ percipiẽdis.l.firmũ. §.pater.ff.quando dies legat.ced. Syl.] & ff.quando dies leg.ced l. nec ſemel. Vnde verſus,Annua ſi debes, tũc inſpicies caput anni:Anno ſi debes, in fine tenebris anni. vt dices infrà de inuti. ſtipula.§.qui hoc anno & ff. eod.l.qui hoc anno.Sed nunquid eſt vna ſtipulatio,vel plures?Reſpon.vna eſt: vt ff. eo.l.ſi Stichum. §.j.licet legata ſic relicta ſint plura:vt ff. de don. cauſ. mor. l.Senatus.§. fin.Sed quæ eſt ratio? Reſpon.quia ſemel in ſtipulatione inſpicitur conditio ſtipulantis: vt ſi ſit filius,acquirat patri:& vna eſt actio: vt ff.eod.l.ſi filius. ſed in legatis pluries conſideratur: ſcilicet, ſingulis annis, cùm ſingulis annis cedat dies legati, & plures ſint actiones: vt ff.de annuis legatis l.cùm in annos. & quando di. leg.ced.l. cùm in annos. Sed M. dicebat hanc eſſe differentiam:quia in ſtipulatione eſt vna verborum conceptio:ſed quantũ ad rei vtilitatem plures ſunt,ſicut legata. & facit pro eo.ff. eod.l.pluribus.§.j. ſed ibi certè per alia verba fuit facta, ſcilicet, per hæc: annua, bima, trima die. vel dic, quòd ibi quorundã ſententia recitatur. Nec obſtat quòd vna eſt conceptio: nam & in legato vna eſt conceptio.

Promiſſio x. aureos annuos, & ſingulis annis, differunt.

Adde, quòd rationes differentiæ aſſignatæ in glo. ſunt potius illationes: vnitas enim actionis eſt effectus vnitatis ſtipulationis,non ratio. Vnde ad

Digitized by Google

aliis aſſignatur ratio, quòd cùm ſtipulatio pendeat à conſenſu duorum, eſt firmior, & non ita multiplicabilis ſicut legatum: ſicut videmus debilius legatum, quod efficitur caducum per mortem legatarij: quod nō eſt in ſtipulatione, vel quia legata dantur, ob bene merita. l. nec ad iecit. ff. pro ſocio. & regulantur à mente teſtantis, quæ videtur eſſe, vt hic habeat donec viuit, & non vltrà: & ideo ſubeſt conditio, ſi viuat: ſecus in ſtipulationibus, vbi non merita, ſed ſonus verborum attenditur l. quidquid adſtringendæ. ff. de verb. obl. Vel quia in legatis in dubio fit interpretatio pro hærede contra legatarium: in ſtipulatione contra promiſſorem. l. veteribus. ff. de pact. Syl.

ad viuam [a], dare, ſpondes? & purè facta [b] obligatio intelligitur: & perpetuatur [c]: quia ad tēpus † non poteſt deberi: ſed hæres petendo, pacti exceptione † ſubmouebitur.

¶ Stipulatio eſt lata in aliquem futurum euentū incertum, eſt conditionalis. Aret.

¶ Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquē caſum [d] † differtur obligatio [e]: vt ſi aliquid

¶ a Quoad viuam. id eſt, donec viuam.

¶ b Purè facta. ſcilicet ratione primi anni: ſed ratione ſequentium eſt: in diem quo ad quid: quia ante annum, non debetur: & conditionalis quo ad aliud. nam aliàs non debetur, niſi viuam: arg. ff. eod. l. hoc iure. & l. in illa. Vel dic, quòd eſt pura abnegatiuè, id eſt, non conditionalis.

¶ Adde, quòd glo. eſt falſa: quia ſi illa verba facerent conditionem, ſequeretur quòd obligatione, qua poſt mortem ſtipulatoris tenetur, promiſſor ipſo iure hæredi non poſſet naſci: eſt ergo conditionalis inſpecto effectu propter æquitatem pacti. Syl.

¶ c Perpetuatur. ad eſt, donec viuat. ſic ff. pro ſoc. l. j. ſecundùm quoſdam: imò dic, per omnia ſecula, etiam poſt mortem. nam tempore non tollitur obligatio, ipſo. ſ. iure, vt ſequitur: vt ff. de act. & obliga. l. obligationum ferè. §. placet. & ff. de ſeru. l. ſeruitutes. ſed & per exceptionem vt ſequitur. ſed hæres petendo, &c. vt ff. de actio. & oblig l. obligationum ferè. §. placet. & ff. de ſeruit. l. ſeruitutes.

N.A. † Ad tempus. Quia certis tantùm ciuilibus modis, obligationes perimūtur, quorum in numero non eſt tempus. l. 4 j. ff. de oblig. & actio.

N.A. † Parti exceptione. Si paret Titiū Mæuio decē aureos annuos ſpopondiſſe, niſi conuentū fuerit, vt quoad Mæuius viueret, eos daret, tum Titius damnetur. l. 36. § qui ita. ff. hoc tit.

¶ Sub conditione. CASV. Lucilius ab Horatio ſic ſtipulatus eſt. Decē dare ſpōdes, ſi nauis ab Alexandria venerit? Horatius ſpopondit. Ius ciuile iniicier quidem cominuò vinculum Horatio, ſed tamen eum non tradet vinctum Lucilio, niſi poſtquam ab Alexandria nauis venerit. Ius enim ciuile tantiſper differt, & cunctatur illud vinculum tradere Lucilio, dum in dubio ac pendenti eſt conditio. Cor. Vib.

¶ Not. quòd in ſtipulatione conditionali natiuitas obligationis differtur in euentum conditionis. Item, ſtipulatio conditionalis eſt illa, quæ differtur in aliquem caſum futurum, vel non futurum, & quòd fit per coniunctionem ſi. Syl.

¶ d In aliquem caſum. i. in aliquam fortunam inopinatam, vt poſſit ſe habere ad eſſe, & non eſſe, quod in futuris tantum eſt: vt infrà eodem §. conditiones.

ADDITIO. In text. Committatur ſtipulatio, Dic, Committi ſtipulationē dici, cùm quid commiſſum eſt, quāobrem quod ſtipulatum eſt debeatur. Sic dicitur commiſſa mulcta, pœna, hæreditas, condemnatio, deuotio, lex bona, iudicium: de quibus omnibus vide Fr. Hotomanum in §. ſed hæc quidem. J. de actio.

† In aliquē caſum. Cùm in incerti caſus euentum confertur. l. 64. ff. verborum ſignif. N.A.

¶ e Differtur obligatio. Nam ante euentum conditionis obligatio cēſſat: vt ff. ſi cert. pet. l. non omnis. & ſic ea pendente non eſt debitor, ſicut nec hæres ſub conditione inſtitutus interim eſt hæres: vt famil. erciſcun. l. ſi maritus. [Adde, quòd nec purè inſtitutus dicitur hæres ante aditam hæreditatem. l. hæres quandoque. ff. de acquir. hær. Syl.] Arg. contrà. C. de conſt. pec. l. ij. in eo quod dicit condictionale debitum poſſe conſtitui: quod non

poſſet.

poſſet, niſi eſſet debitũ, vt ff. de conſti. pecu. l. j. Sed dic, quòd ſufficit debitum ſpe. Item, nec illud interim debetur: vt ff. de conſtit. pec. l. id, quod. Itẽ arg. contra ff. ex quibus cau. in poſſeſ. ea. l. ea. in poſſeſſione. & ff. de ver. ſign. l. creditores. ſed ratione ſpei creditores dicuntur, vt j. eo. §. ex conditionali.

ADDITIO. Impropriè tamen, propriè autem creditor eſt, qui fidem alterius credẽdo ſecutus eſt. Et ita intelligitur ſtatutum de eo qui credidit faciens mentionem: ſecus ſi de creditore ſimpliciter, quia intelligitur quocunque modo alium habeat obligatum: dũmodo non in diem, vel ſub condictione. Ang.

vt ff. de condi. & demon. l. j. & in auth. de nupt. §. deinceps.

* Adde, quòd non eſt intelligenda in diem: vt §. eod. §. omnis. ſed in diem in certum, quia aliàs diceretur nata obligatio, & actio, quod falſum eſt. l. dies incertus. ff. de condi. & demonſt. Syl.

factum fuerit, vel nõ fuerit, committitur † ſtipulatio: veluti, Si Titius Conſul fuerit factus, quinq; aureos dare ſpondes?

¶ Stipulatio ſub negatiua conditione concepta, cum viuo ſtipulatore impleri nequeat, eo mortuo effectum ſortitur.

¶ Si quis ita ſtipuletur, Si in Capitolium nõ aſcendero[a], dare ſpõdes[b]? perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet, cũ morietur[c] † *, ſibi dari.

¶ [illegible]

¶ Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt[d] debitum iri: eámque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus[e], ſi priuſquã conditio exiet *, mors nobis contigerit[f].

* morietur.

Cùm moritur. Quia nunquam ante ipſius mortem, certum eſt eum non eſſe aſcenſurum. d. l. 115. ff. hoc tit. Stipulationes q̃ à cõditione incipiũt nõ prius committuntur, quam certum ſit eas expleri non poſſe l. 27. l. 99. § j. ff. eod. titulo N.A.

* exiſtat.

* Ex conditionali. CASVS. Stipulatus ſum à te, Si Pompeius Mithridatem vicerit, decem dabis? Promiſiſti te daturum. Ius ciuile vinculum quidem tibi confeſtim iniicit, ſed mihi tamen illud vinculum duntaxat oſtentat, ſed non ante tradit, quàm Pompeius Ponti regem ſuperarit. Quid ergo, ſi ante confectum bellum deceſſero, & me mortuo, condictio extiterit? Sanè ius ciuile meo hæredi tradet te vinctum atque obligatum, vt te per iudicem cogat decem ſibi perſoluere. Cornelius Vibulanus.

† Committitur. Vel committatur, cum conditio ſub qua concepta eſt, exiſtit. l. 115. ff. hoc tit.

¶ Si quis ita ſtipuletur. CASVS. Stipulatus ſum abs te, Si in Aſiam profectus non ero, decem dare ſpondes? ſpopondiſti. Ius ciuile confeſtim tibi vinculum iniicit obligationis: ſed non prius mihi illud in manum tradit, quã ex vita deceſſero. tum enim certum erit me non profecturum. Hæredi ergo meo traderis vinctus, vt te cogat decem exſoluere. Cor. Vib.

a Si in Capitolium non aſcendero. ſuprà poſuit in affirmatiua conditione & negatiua, nunc in negatiua tantùm.

b Dare ſpondes. ſ. quinque aureos, vel aliquid aliud.

c Cùm morietur. Similes ſunt iſtæ duæ ſtipulationes in hoc, quia mortuo ſtipulante in vtroque caſu committitur, vt hæredes agant. nam poteſt obligatio ab hærede ſic incipere: vt Cod. vt act. ab hære. & contra hæred. lege j. Diſſimiles in hoc, quia prima conditionalis, ſecunda in diem: quam diem certum eſt euenire: vt ff. de condi. inde. l. nam ſi. licet neſciamus quando:

¶ Not. quòd ſpes futuri debiti ex contractu conditionali tranſmittitur ad hæredes. Syl.

d Spes eſt. Non autem ceſſit, vel venit dies: ſed in pura ſtatim cedit & venit. ff. de verborum ſignifi. l. cedere. ſed in illa, quæ eſt in diem, ſtatim cedit dies legati, ſed non venit. §. eodem. in diem. *Diem cedere & venire differũt.*

† In hæredem. Plerumque tam hæredibus noſtris, quàm nobiſmetipſis cauemus. N.A.

e Tranſmittimus. Sic Cod. de iis qui ante aper. tab. l. vnica.

b Contigerit. Sed quia legatarius cõditionalis legati ſpem ad hæredem non tranſmittit: vt Co. de cadu. tol. l. *Legatarius cõditionalis legati ſpẽ non tranſmittit.*

Digitized by Google

vnica. §.ſin autem aliquid? Reſpon. in ſtipulatione interuenit factum ſtipulantis volentis ſibi proſpicere, & ſic hæredi: vt ff. de prob. l. ſi pactũ. quod non eſt in legatario: cuius nullum factum interuenit: & eodem modo reſponde in hæreditate conditionali.

¶ Loca etiam inſeri. CASVS. Cũ eſſemus Lutetiæ, ſic à te ſtipulatus ſum, Centum Lugduni dare ſpõdes? ac ſpopondiſti. Quoniã neque dies, neq; cõditio adiecta eſt, quæro an ius ciuile ſtatim mihi tradat vinculum, quod tibi iniecit*? minimè: ſed tum, quum Lugduni fueris. Quid ergo, ſi Romæ, cũ eſſemus, ſtipulatus ſum, Hodie Syracuſis dare ſpondes? Ius ciuile non iniiciet tibi vinculũ: quia quas natura nõ fert, id eſt, quæ impoſſibiles ſunt promiſſiones, ius ciuile irridet, atque repudiat. Cor. Vibulanus.

* Aliàs iniectũ. Quoniã vetuſt. exẽ. habent interiectũ.

¶ Loca etiam. Non ſolùm conditio, vel dies.

N.A. † Re ipſa. i. tacitè, vt ipſa & iuris intellectu. Nam hæc ſtipulatio, à verbis pura eſt, à ſententia in diem eſſe intelligitur. l. 73. ff. hoc tit.

¶ a Tempus. Quod bonus iudex arbitratur: quod dic: vt ff. eodem. l. continuus. §. cùm ita.

ADDITIO. Not. quòd licet in actibus iudiciariis tempus itinerandi ſit ſtatutũ certum, vt viginti milliariũ ſingulo die: vt l. j. ff. ſiquis caut. (& dic vt ibi per Bart. & Doc.) tamen in contractibus non eſt determinatum: ſed totum reſidet in pectore iudicis: qui multa debet conſiderare, & locum, & periculum, & qualitatem perſonæ: vt l. continuus. §. j. & ibi vide Bart. & Imo. l. ff. eodem. Ang.

¶ b Impoſſibilis. Ratione enim impoſſibilitatis ſtipulatio vitiatur, vt l. de inutil. ſtipula. §. ſi impoſſibilis. niſi vterque haberet ibi procuratorem, & egiſſet qui libet cum ſuo, vt eadem die fieret ſolutio: vt ff. eodem. l. fi. §. ſi inter eos.

¶ Adde hoc nõ pcedere in cõtractibus bonæ fidei, vel etiam ſtricti iuris habentibus naturã bonæ fidei. l. inſuſam. §. j. ff. loca l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de leg. 1. Syl.

¶ Cõdictiones. CASVS. Sic à te ſtipulat' ſũ. Si Cicero liberos habuit, decem dabis? vel, Si rex ſit Lutetiæ, decem dabis? Promiſiſti. Ius ciuile continuò tibi vinculum iniicit: ſed mihi illud non antea tradit, quàm illa vera eſſe conſtiterit. vt in illa vulgari, Si vxor tua grauida eſt maſculo, dabis centum? Ius ciuile confeſtim tibi vinculum iniicit, ſed antequàm vxor tua pepererit, illud mihi vinculum non tradit. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd conditio de præſenti vel de præterito falſa ſtatim infirmat obligationem, ſicut vera facit ſtatim ſtipulationem validam. Item nota, quòd certa in contractibus non ſuſpendunt obligationem, dummodo ſint certa in rerum natura. Syl.

N.A. † Aut infirmãt. Si vera eſt cõditio, præſentem obligationem parit: ſin falſa, ſtipulationem infirmat. l. 110. ff. eo. tit.

¶ c Conſul fuit. Sic ff. ſi certum petatur.

¶ [illegible] repromiſſio.

¶ [illegible]

¶ Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti, Carthagine dari ſpondes? quæ ſtipulatio, licèt purè fieri videatur, tamen re ipſa † habet tempus a adiectum*, quo promiſſor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo ſi quis Romæ ita ſtipuletur, Hodie Carthagini dare ſpõdes? Inutilis erit ſtipulatio, cùm impoſſibilis b ſit.

¶ Cõditiones quæ ad præſens vel præteritum tempus referũtur, aut ſtatim infirmant † obligationem, aut omnino non differunt: veluti ſi Titius Conſul fuit c: vel, Si Mæuius viuit, dare ſpondes? Nam ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio: ſin autem ita ſe habẽt, ſtatim valet. Quæ enim

Digitized by Google

tatur. l. itaque. & l. cùm ad præſens tẽpus. patet etiam in l. conditio. ff. de verbor. oblig.

a Naturam. Ergo nec futura morantur obligationem. nam etiam illa per rerum naturam certa ſunt: vt de iudic. l. ſed & ſi reſtituatur. §. fi. contrà. Sed dic, quòd aliud eſt eſſe certum per rerũ naturam. i. per naturalẽ curſum naturę, per quam ſola pręterita & pręſentia ſunt certa: & ita hic accipitur. Et etiã illa futura certa ſunt, quæ nõ habent ſe ad vtrumlibet: vt ſi moriar. nam & hæc non morãtur obligationẽ: vt ff. de cond. indeb. l. nam & ſi. & l. præcedent. & ſeq. & ff. de nouat. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. [Adde, gl. eſt falſa: quia in diem incertum ſuſpẽdit. l. dies incertus. de cond. & demon. in l. quodcunque. §. fi. ff. eodẽ. quamuis videretur dicendum, quod promittendo ſi moriar, iſta ſit pura: quia certum eſt me moriturum: promittendo cùm moriar, ſuſpendatur obligatio: quia videtur facta adiectio cauſa differendæ ſolutionis. Syl.] Et aliud eſt in natura rerum, id eſt, in ſcientia Dei: in qua omnia, quæ ſunt vel fuerunt, vel futura ſunt, teſte Boëtio, tanquam pręſentia ſunt. Item & aliàs, ſunt mille anni ante oculos eius tanquam heſterna dies quæ præteriit. & dicitur prima, natura naturata: ſed ſecũda, natura naturans: quod idem eſt, quod ipſe Deus. ADDITIO. Per naturã certum eſt aliquid dupliciter, ex cauſa ſcilicet, & ex re ipſa: ex cauſa puta, ſi mater vterum gerat: quoniam non cõcepti naſci non poſſunt: re verò ipſa certum eſt, quid nunc agat Rex, licet mihi ignotum ſit. illa notitia de futuris eſt. l. ſed etſi. ff. vbi quis age. vel con. hæc de præſentibus tantùm, de quibus hic agitur. Aeiny. Ferr.

Natura eſt duplex.

per rerũ naturã [a] ſunt certa, nõ morãtur [b] obligationem: licet apud nos incerta ſint [c].

¶ Facti in ſtipulationẽ deduci poſſe explorati iuris eſt: quibus (cum æſtimatione præſtanda a facti obligatione eximatur promiſſor) vtile eſt, pœnam adiici propter eius quod intereſt, difficilem probationem.

¶ Non ſolum res in ſtipulatũ deduci poſſunt, ſed etiã facta: vt ſi ſtipulemur fieri aliquid, vel non fieri, & in huiuſmodi ſtipulationibus optimũ erit pœnã ſubiicere [d]: ne quantitas [e] ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare [f], quòd eius intereſt.

b Non morantur. id eſt, non ſuſpendunt, ſiue differunt. Accur.

N. A. Morantur. Differunt. Ergo ſtipulatio concepta ſub conditione præſentis, vel præteriti temporis, à verbis conditionalis eſt, à ſententia pura eſſe intelligitur.

c Incerta ſint. ff. de reg. iur. l. in totũ. cõtra. Solut. illa loquitur in his, vbi præſens ſolennitas exigitur: vt ſeptem teſtes in teſtamento, vt §. de teſt. §. j. Vel loquitur in illis caſibus, vbi certa ſciẽtia, & intellectus de pręſẽti exigitur in cõtractibus puris: vt C. de donat. l. nec ignorãs, nec inuitus. hic autem in conditionali.

intereſt.

Non ſolũ res. CASVS. Stipulatus ſum ab Apelle, Venerem mihi in hac tabula te picturum ſpondes? Cùm ſpopondiſſet, tamen pingere neglexit: & à me ſæpenumero appellatus, me ludificatur. Ius ciuile vinculum, quod ei promittenti iniecit, mihi tradit, vt id quod mea intereſt Venerem nõ eſſe pictam, ab eo exigam. Sed quia interdum obſcurum eſt, quantum mea interſit, vt contentionum & litium facultas adimatur, debeo adiicere hanc appendiculam. Quod ſi non pinxeris, decem dare ſpondes? tum enim definitur ſumma eius, quod intereſt. Reliqua per ſe intelliguntur. Cor. Vih.

Not. etiam facta in ſtipulationẽ deduci, & dicuntur facta, etiam non facta. Item, quòd vtile eſt in his ſtipulationibus ſubiicere pœnam. ratio aſſignatur hîc & alia ponitur in l. fin. de prætor. ſtipul. Item, quòd petenti intereſſe incumbit onus probandi quantitatem certam. Sylueſt.

Non ſolùm. De ſtipulationibus, quæ in dando conſiſtunt huc vſq; diximus: nunc de iis, quæ in facto conſiſtunt.

d Pœnam ſubiicere. Sic ff. de præto. ſtipu. l. fin. vbi datur ſimile conſilium.

e Quantitas. ff. de arbit. non autem. contra. Solu. non intereſt quo ad hoc, vt valeat compromiſſum: intereſt tamen quo ad vtilitatem ſtipulationis.

f Probare. Sed quomodo intereſſe pro

ſe probatur? Reſpon. per teſtes, vt hic innuitur: vt C. de ſenten. quæ pro eo. l. vnic. §. j. niſi petatur ex dolo alterius: quia tunc per ſolum ſacramentum: vt ff. quod vi, aut clam. l. ſemper. §. in hoc interdicto & §. ſequ. & C. vnde vi. l. ſi quando. & C. de iure dominij impe. l. j.

plura capitula, ſi ratione intereſſe petatur. ſecundùm Ioan. Fab. hic. Et nota quòd iuramentum de non contrauenienndo habet vim iſtius clauſulæ: itẽ, facit vt actus valeat eo meliori modo, quo poteſt. Angelus.

N.A. † Interſit. Difficilis eſt probatio eius quod intereſt, quoniã in facto conſiſtit. l. 34. ff. de reg. iur.

N.A. † Pœnã. Pœna eſt id quod veriſimiliter intereſt partim cõuentione definitum. l. vlt. C. de ſtipul. præt. Id quod intereſt, eſt infinitũ, pœna autem finita.

* abeſt.

a Quædã fieri. Puta ire Romam.

b Quædam non fieri. Puta per Florentiam non ire.

c Clauſula. ſ. Pœnalis. Acc.

d Factũ erit. Hoc redditur ſecundo dicto. Adde, quòd ſi voluiſſet ſingula ſingulis referre, non præpoſteraſſet. Vnde dicas vtramuis conceptionem ad vtrumque referri, ita vt vna quæuis earum ſufficiat in pœnali ſtipulatione ſubiecta ſtipulationi vtriuſque, ſcilicet facti & non facti, licet etiam ambæ conceptiones ſubiici poſſent. Syluester.

e Factum non fuerit. Hoc refertur ad primum. Et ſi ex vno capite ſit pœna commiſſa, non committetur plus, vt ff. de arbi. l. ſi duo. §. ſi. niſi hoc actũ ſit, vt pluries committatur: vt ff. de tranſactionibus. l. qui fidem.

ADDITIO. Item, niſi ſit appoſita ſuper facto iterabili, vel continente

tersit †. Itaque ſi quis: vt fiat aliquid, ſtipuletur, ita adiici pœnã † debet. Si ita factũ non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? Sed ſi quædã fieri [a], quædã non fieri [b], vna eadémque conceptione ſtipuletur quis *, clauſula [c] huiuſmodi erit adiicienda: Si aduerſus ea factũ erit [d], ſiue quid ita factum nõ fuerit [e], tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpõdes?

TIT. XVII.

DE DVOBVS reis ſtipulandi, & promittendi.

¶ Ne [illegible] reos à [illegible] delicto dici: ſed eos reos ſtipulandi dicimus, qui duo, pluresve ab aliquo ſibi quid dari, aut fieri ſtipulantur, quibus [illegible] reſpõderur. promittendi vero reos qui ſeparatim [illegible] idem dare, aut facere ſinguli promittunt [illegible] quòd duobus reis ſtipulantibus debetur, ſingulis in ſolidum debetur: & e diuerſo, quòd plures promittendi rei ſpõderũt, ſinguli ſolidũ dare tenentur: vnius tamen ſolutione aut acceptione vtriuſque perimitur obligatio.

ET ſtipulãdi, & ꝓmittẽdi duo pluréſve rei fieri

DE DVOBVS reis ſtipulandi & promittendi.

¶ Quia in ſtipulatione, de qua dictum eſt ſuprà titulo primo, plures perſonæ interueniunt quandoque, quarũ quædam dicuntur rei ſtipulandi, aliæ rei promittendi: ideo dicit de duobus reis ſtipulandi ac promittendi. Accur.

ADDITIO. Rei autẽ ſunt, quorum de rẽ agitur in iudicio. Cicero libro de Oratore ſecundo. Reos appello, nõ eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorũ de re diſceptatur: & paulò poſt. Reos appello, quorum res eſt.

† Rei, vetuſtè dicebantur, omnes quorum res agebatur: vnde duo ſtipulatores, quorũ vtriq; ſolidũ promiſſum eſt, Rei ſtipulandi, vel Rei credendi dicuntur duo promiſſores, quorum vterque in ſolidũ obligatus eſt, duo rei debẽdi, ſiue duo rei promittẽdi. l. j. & paſſ. ff. hoc titulo. Dicuntur & correi. N.A.

T ſtipulandi. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit de duob. reis ſtipulãdi, qualiter fiat. Secũdò, de duob⁹ reis promittẽdi. Tertiò, ponitur effect⁹ ipſi⁹ obligationis pluriũ reorũ. Quartò redit ad duos reos promittendi. Secunda ibi, §. duo

Digitized by Google

§.duo pluréſve. Tertia ibi, Ex eiuſmodi. Quarta ibi, Ex duobus.

CASVS. Quintius & Sextius crediderunt Septimio decem, vterque illorum vult ſibi iſtum in ſolidum obligarum eſſe: quonam id conſequentur modo? Si Quintius ita dicat, Decem mihi dare ſpõdes? ſimiliterq; faciat Sextus, & poſtea Septimus ad vtrunq; reſpondeat: Vtrique veſtrũ ſpõdeo. Quid autẽ, ſi Quintio ſtipulanti reſpondeat, Dabo: & ſimiliter Sextio ſtipulãti poſtea ſeorſim reſpondeat, Dabo? Duplex erit obligatio: nec duo rei ſtipulãdi dicentur. Cornel. Vibul.

¶ Not. quòd in cõſtitutione plurium reorũ ſtipulandi debet præcedere omnium interrogatio, & ſequi reſponſio promiſſoris vna omnibus. Item, quòd duo ſtipulatores quib⁹ ſeparatim promiſſor diſtinctis actibus promittendi reſpondet, non ſunt duo rei ſtipulandi, quæ intellige in dubio. Syl.

Reus ſtipulãdi. ¶ Et ſtipulandi. Hic dicitur reus ſtipulandi, qui rem aliquam, vt pecuniam ſtipulatur: à re, non à reatu dictus. Et econtrà *Reus promittendi.* reus promittẽdi, qui aliquam rem promittit: vt ff. eod. l. j. aliàs reus tantùm debitor dicitur: vt patet C. de iura. calum. l. ij. aliàs dicitur reus, qui conuenitur: vt C. de iudi. l. properandum. §. & ſiquidem. & dic vt ff. eo. l. j. Poteſt dici & alio reſpectu reus ſtipulandi, & promittendi: vt dicitur in gl. Accurſ.

Reorum debendi vel credẽdi cõſtitutiõ an per interuallũ impediatur.

¶ a Spondeo. Hoc adiecto, vt ſint duo rei in ſolidum etiam iure veteri: vt ff. eod. l. reos. §. fin. & §. cum tabulis.

¶ Adde, vel ſi aliter conſtat contrahentes voluiſſe facere duos reos, quia erunt nihilominus: vt patet ex communi opinione poſt Bart. in l. ij. ff. eo. in j. & ij. quæſt. Syluest.

¶ b Spondeat. Ex interuallo: putà, ſi diuerterint ad alios actus extraneos: vt ff. eod. l. duos. §. fin. aliàs ſi non eſt extraneus actus, contradicerent. d. l. ei, ex quo modo dixerat ibi, nam ſi prius. & quod dicitur. ff. eod. l. iij. Accurſ.

poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt omnium interrogationem promiſſor reſpondeat, Spondeo [a]: vt puta cũ duobus ſeparatim ſtipulantibus ita promiſſor reſpondeat, Vtrique veſtrûm dare ſpondeo. Nam ſi prius Titio ſpoponderit, deinde alio interroganti ſpondeat [b]. alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei [c] ſtipulandi eſſe.

¶ Si duo promittant eidem eadem pecuniam, efficiuntur duo rei promittendi. Aret.

¶ Duo, pluréſve rei promittẽdi ita fiunt: Mæui, decem aureos dare ſpõdes? & Sei, eoſdem decẽ aureos dare ſpondes? ſi * reſpõdeant ſinguli ſeparatim, Spõdeo [d].

¶ Natura duorum reorum eſt, vt quilibet teneatur in ſolidum: ſed vnius ſolutione & receptione tollitur obligatio vtriuſque. Aret.

Tu dic ꝙ interuallum magnũ, putà vnius diei, cum extraneo vitiat conſtitutionem duorũ correorũ, ſi interueniat inter interrogationẽ & reſpõſionem: aliàs ſi inter obligationem vnius perfectam, & alterius perficiendam, non vitiat conſtitutionem correorum expreſſam, ſed tacitam ſic, ſaltem in duobus reis credendi. ** abeſt.*

¶ c Nec credũtur duo rei. ſcilicet vt vna ſit obligatio, & vnius rei: ſed ſunt creditores duo, & diuerſarum rerum: vt infrà eod. §. ex huiuſmodi.

¶ Duo, pluréſve. CASVS. Video qua ratione duo rei ſtipulandi, id eſt, conſtipulatores fiant: expone nunc quomodo duo rei promittẽdi, & quaſi conſponſores fiant. Si Titius ita roget, Mæui, decem dabis? Mæuius dicat, Dabo. Item Sei, eadem decem dabis? Seius reſpondeat Dabo. Tunc ius ciuile vnicum vinculum in illos duos iniicit, & Titio vinculum illud in manum tradit. Corn. Vib.

¶ d Spondeo. Hoc acto, vt fiant duo rei, & in ſolidum: vt ff. eo. l. reos. §. fin.

¶ Ex huiuſmodi. CASVS. Quæro, nunc quale ſit illud vinculum, vtrum ſimplex, an verò duplex? Simplex tantùm: nam ſi duo ſint conſtipulatores, vterque tenet vinculum, quo debitor adſtrictus eſt: ſi duo ſint rei promittendi, vterque conſtrictus eſt vno vinculo, quod ſtipulator tenet. quare quũ duo ſtipulatores ſunt, ſi vnus pecuniã exegit,

Digitized by Google

exegit,laxat vinculum,& debitor liberatur. ſi duo ſint promiſſores, & vnus pecuniam dederit, vinculo ei laxato vterque liber euadit. Cor.Vibul.

¶ Ex huiuſmodi obligationibus [a] & ſtipulationib9 * ſolidum † ſingulis debetur: & promittentes ſinguli in ſolidum tenentur. In vtraque [b] tamẽ * obligatione vna res vertitur: & vel alter [c] debitũ accipiẽdo, vel alter [d] ſoluẽdo omnium perimit [e] obligationem, & omnes liberat [f].

¶ Etiã diuerſitas tẽporis adiecta ſolutioni, non facit ceſſare cõſtitutionem duorum reorum. Aret.

¶ Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diẽ, vel ſub cõditione obligari poteſt [g]. nec impedimento erit dies, aut conditio, quò minus [h] ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

TIT. XVIII.

DE STIPVLATIONE ſeruorum.

¶ Seruus hæreditarius, quod ex ſua ſtipulatione hæreditate iacente acquirit, hæredi futuro acquirit. Aretinus.

Obligatio eadẽ poteſt eſſe vna & plures.

¶ a Obligationibus. Hoc refertur ad reos promittẽdi, & quod ſequitur, & ſtipulationibus, ad reos ſtipulandi: vt probatur infrà ſtatim.

N.A. † Solidum. In ſolidũ debitor dicitur, ꝙ non in viriles partes, pro diuiſo; ſed ſimul pro indiuiſo debetur. In ſolidum, & viriles partes, opponũtur. l.xj.§.vlt.ff.hoc tit. Sic igitur ſolidum debetur, vt & ex pluribus correis debendi, vno ſoluente, omnes liberentur, & ex pluribus correis ſtipulandi, vno accipiente, omniũ perimatur obligatio l. iij. ff.hoc titul. Sed per Nouel.99.requiritur, vt nominatim exprimatur; vt duo rei, ſinguli in ſolidum teneantur.

¶ b In vtraque. id eſt, vtriuſque obligatione. nam vna eſt quo ad vnũ effectum: vt ff. eod.l.iij.in fin. ſed plures ſunt: quia plures tenentur, vt hic.

¶ Dic plures etiam diſtinctè, & eſſentialiter.l, eandem. in fi.ff.eod.Syl.

¶ c Alter. ſ.reorum ſtipulandi.

¶ d Alter. ſ. reorum promittendi.

¶ e Perimit obligationem. Ille qui accepit.

¶ f Liberat. Ille qui ſoluit.Similis electio,ſeu implicatio verborum eſt.ff.de arbit.l.ſi duo. in princ.Vel dic.ꝙ quilibet iſtorum reſeruatur ad vtrunque ſupradictum. & poſſunt fieri in ſtipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi:vt ff.eod.l.eandem.

¶ Intellige,dummodo conſtet contrahentes id agere velle. Syluest.

¶ Ex duobus. CASVS. Poteſtne ex duobus promiſſoribus alter purè obligari,alter in diem,vel ſub conditione: veluti ſi ſtipularer à Quintio, Centum dabis: & à Sextio, Centũ dabis Calen. Maij, vel ſi nauis ex Africa venerit? Poteſt: & Quintius confeſtim vinctus ſtipulatori traditur, vt eũ cogat pecuniam ſoluere. Cornel. Vibul.

Obligatio an poſſit imparitatẽ continere.

¶ g Poteſt. Sed nónne eſt hic imparitas? quod eſſe non debet: vt ff. eod.l. tandẽ.§ ſed ſi quis. Reſp. ſecundum M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic: vt ff.eodem.l.ſi ex duobus.§.fi. Alij vt P. dicunt, ꝙ hic non eſt imparitas: cùm adueniente conditione, vel die, ambo æqualiter teneantur: ſed adhuc medio tempore remanet imparitas: quare dic, quòd in quãtitate debita, vel re, quæ debetur, nõ poteſt eſſe imparitas, vt ibi: ſed in aliis poteſt, vt hic, & ff.eod.l.ſi ex duobus. §.fin.

Rei debendi in ſolidum non poſſunt cõueniri.

¶ h Quo minus. Sed adueniente conditione,sociũ poterit conuenire mandati,ſecũdum quoſdam, vel verius negotiorum geſtorum:vt C. eo.l.j. Patet ergo conſtitui poſſe purè duos reos debendi,& quemlibet in ſolidum conueniri: vt C.eodem.l.j. Hodie contrà: etiam ſi hoc actum eſt expreſſim, niſi altero abſente, vel inope exiſtente, vt in authentico, de duobus reis. §. j. & authentica, hoc ita eod. tit.C.niſi renuntiatum fuerit illi conſtitutioni: vt C. de pact.l.penult. & ff.de minor.l.ſi iudex.

DE STIPVLATIONE ſeruorum.

¶ Suprà titul.j.& titul.præced.dictum eſt de ſtipulatione liberarum perſonarum. Verùm quia interdũ ſerui ſtipulan

pulan

pulantur: ideo de his tractaturus intitulauit de ſtipulatione ſeruorum.

Seruus. Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, quod ſeruus ſtipulãdo acquirit domino in cuiuſcunque perſona ſtipulatio concipiatur. Secundò, excipit à regula, ꝙ factum nõ acquiritur. Tertiò, ſi ſint plures domini, pro dominicis portionibus acquiritur. Secũda ibi, ſed cum factum. Tertia ibi, Seruus communis.

* abeſt.

CASVS. Panurgus ſeruus in iis, quæ ad ius ciuile pertinent, pro nullo habetur, nec perſonam habere intelligitur, totúſque ex perſona domini pendet, finge ergo ſtipulatum eſſe à Lælio centum. Ius ciuile iniicit ne vinculum in Lælium? maximè, ſed vinculum illud non Panurgo, ſed Simoni hero in manũm tradit. Sed ecce, Simone mortuo hæreditas iacebat, neque adibatur. Interea Panurgus ſtipulatus eſt centum à Lælio. Ius ciuile cui tradet vinctum & conſtrictum Lælium? an Panurgo? minimè, ſed hæreditati. Nam ſeruus hæreditati nondum aditæ acquirit. Corn. Vibul.

Not. ſeruum ex perſona domini ius ſtipulandi habere. Item, quòd hæreditas eſt perſona imaginaria ſuſtinens vices defuncti. Item, quòd ſeruus hæreditarius acquirit ſtipulando hæreditati. Item, quòd quicquid hæreditati acquiritur, hæredi poſtea adeũti quæſitum eſt. Syluest.

N.A. † Ex perſona. Serui iure ciuili pro nullis habẽtur l.32.ff.de reg.iur. Ideóque perſonam ad legitimam actum gerendum nullã habent l.j.ff. de iur. deliber. l.vij. ff. ad leg. Corn. de falſ. Stipulatio non eſt actus legitimus.

Dominus eſt caput ſerui.

a Domini. Qui dominus caput eſt ſerui: vt infrà de noxa. §. omnis ex ſua enim perſona nihil poteſt: vt ff. de reg. iur. l. ſeruitutem. & l. quod attinet. niſi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput: vt de capit. diminut. l. hodie.

Seruus ex perſona † domini [a] ius ſtipulandi habet. Sed & * hæreditas in pleriſq; [b] perſonæ defuncti [c] vicem † ſuſtinet: ideóque quod ſeruus hæreditarius ante aditam hereditatẽ ſtipulatur, adquirit hæreditati [d]: ac per hoc etiã hæredi poſteà facto adquiritur.

¶ Seruus ſiue filiusfamiliâs à quocunque ſtipulentur, & in cuiuſcunque perſona ſtipulationem concipiant, acquirit domino & patri. Arg.

¶ Siue autem domino, ſiue ſibi [e], ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonali-

b In pleriſque. Hoc præterea dicit, quia hæreditati furtum fieri non poteſt: niſi in tribus caſibus: vt ff. de fur. l. hæreditariæ. & l. ſeq. Item, propter vſumfruct. qui ſeruo hæreditario promitti non poteſt, vt hæreditati quæratur: vt ff. eod. l. vſusfructus.

Hæreditati furtũ fieri non poteſt.

Et eſt ratio ſecundum docto. quia ſine perſona cui accedit, deberi non poteſt.

N.A. † Perſonæ vicem. Hæreditas iacens, tantiſper dũ acquiratur, loco domini, id eſt, defuncti eſt. Ideóq; dicitur interdum Dominus, interdũ Domina. Et ſeruus hæreditarius adquirẽs, ei adquirit, qui defuncti perſonam ſuſtinet. l.61.ff. de adquir. rer. dom.

c Defuncti. non hæredis: vt hic, & ſ. de hæred. inſti. §. ſeruus, & ff. de acquir. rer. dominio. l. hæreditas. Et quæ ſit ratio, quare perſonam defuncti, & non hæredis ſuſtinet, dic, vt d. §. ſeruus.

d Hæreditati. Sic ff. de iniu. l.j. §. quoties autem.

Siue autem, &c. CASVS. Dauus ſemper domino acquirit, ſiue dixerit, Hero meo dabis? ſiue, Mihi dabis, ſiue Conſeruo meo Pſeudolo dare ſpõdes, ſiue ſimpliciter nulla nominata perſona Dare ſpõdes? Filiusfamiliâs ex re patris cõmercium faciẽs ſtipulari poteſt huiuſmodi omnibus modis: & ſemper patri acquirit. nam ius ciuile vinculum quod in promiſſorem iniecit, tradet aut domino, aut patri. Cor. Vib.

Not. quòd quocunque modo ſeruus ſtipulationem concipiat, domino acquirit. Item, quòd filij in poteſtate ſtipulando æquiparantur ſeruis. Item, ꝙ valet argumentum de filio ad ſeruum, & è conuerſo. Syl.

e Siue ſibi. Niſi in caſibus, vt cum factum eſt in ſtipulatione, quo caſu domino non acquiritur: vt infr. proxi. §. & cùm operas liberto ſtipulatur: vt ff. eod. l. antepen. [Intellige de incertis: & ratio ponitur in l. operæ in rerum in j. & vlt. reſpon. ff. de oper. liber. quicquid voluerit glo. in l. ſeruus patroni. eod.

Digitized by Google

eod.titul. Syl.] Et in aliis caſibus, quos not. ff. eod. l.j. & l. ſeq. Sed nunquid frater poteſt ſtipulari fratri ſuo in eadem poteſtate exiſtenti? Dic quod ſic: quia ſeruus cōſeruo ſuo ſtipulari poteſt, vt hic igitur frater fratri: arg. C. de diuer. reſcri. l.j. Item, quia vox filij, vox patris intelligitur: & vox ſerui, vox domini intelligitur: vt infrà de inut. ſtipul. §. ei verò. qui. & §. poſt mortem.

a Imperſonaliter. Nullius facta mētione, id eſt, vel proprio nomine, vel appellatiuo: vel facta mentione de nomine appellatiuo, ſed nō proprio: vide ſuprà de exhæred. liber. §.j. Accurſ.

Abſona eſt hæc expoſitio, quia dictio imperſonaliter, excludit etiā appellatiui mentionem, vt declaratur in l. proinde. ff. eod. tit. Syl.

ADDITIO. Idem per omnia dici poteſt in monacho ſtipulante. Ang.

b Acquirere. Vt ex cauſa profectitia, & aduentitia iſto iure: quod dic, vt ſuprà per quas perſo. nobis acquiri. §.j.

Sed cùm factum, &c.

CASVS. Dauus ſtipulatus eſt factū, quod ipſius perſonam ſpectat, atque attingit: veluti, promittis te permiſſurum mihi per fundum tuum iter facere? Ius ciuile iniicit vinculum in promiſſorem, idq́; tradit domino: ſed ita, vt Dauus ſolus iter facere poſſit, non autem dominus. Cor. Vib.

Not. quòd ſtipulatio meri facti explicandi à ſeruo, non poteſt per alium explicari. Item, quòd ſtipulatio itineris, & actus in ſeruo eſt merum factum. Syluest.

c Cùm factum. Sed ſi ſtipulatur ſeruus ſibi ſcribi librum, & ſic factum: nónne acquirit domino? Reſpon. ſic & quod hic dicitur, ſed cùm factum. &c. id eſt, à ſeruo faciendum, & nō ab alio, vel etiam à domino.

[Imperſonali]ter a ſeruus ſtipuletur, domino adquirit. Idem iuris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis adquirere b poſſunt.

¶ [illegible] factum, [illegible] perſo- [illegible] non [illegible] quæ [illegible].

Sed cùm factū c in ſtipulatione cōtinebitur, omnimodo d perſona ſtipulantis † cōtinetur e: veluti, ſi ſeruus ſtipuletur, vt ſibi ire agere f liceat, ipſe enim tantùm prohiberi nō debet, non etiā dominus g eius.

¶ Ex cōmuni ſeruo ſtipulatione [illegible] dominorum, propter [illegible] ſcilicet dominica, acquiritur, niſi vnius domini iuſſu, aut nomine ſtipulatus ſit: quod autem vni dominorū quæri non poteſt, alteri accreſcit.

ADDITIO. Tu dic ſecūdum Ang. quòd factum ſi perſonæ ſerui inhæreat à quocunque, ſiue ipſi ſeruo, ſiue ſibi ab alio ſit præſtandum, non acquiritur domino: aliàs ſecùs. Ioan. Fab.

d Omnimodo. Sic ff. de vſu. & habi. l. plenum. §. ſi vſus.

Perſona ſtipulantis. Seruus non habet perſonam iure ciuili; ſed naturali, quo omnes homines inter ſe pares ſunt. factum, perſonale eſt; & ideo quæ facti ſunt, non trāſeunt ad dominum. l. 44. ff. de condict. & demonſt. N.A.

e Continetur. Sic ff. de condict. & demōſt. l. qui hæredi. Accurſ.

f Ire agere. Hæc verba expone, vt ſuprà de ſeruit. in princ. & ff. de ſer. ruſt. præd. l.j. Et nota, quia hic per verba loquitur: aliud ſi per nomen puta iter: tunc enim domino acquiritur: vt ff. eod. l. ſi communis. *Stipulari ire & ſtipulari iter differunt.*

g Non etiam dominus. Subaudi prohiberi non debet: quaſi diceret, debet prohiberi. Sed contra, ſuprà per quas perſo. nob. acquir. §. non ſolùm. & ſuprà de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. §.j. Sed non eſt contra. quia & hic acquiritur domino commodum. nam ad ſui domini vtilitatem ibit ſeruus.

Seruus communis, &c.

CASVS. Cornelius hæredes inſtituit. Quintium ex octo vnciis, Sextium ex quatuor. ante aditam hæreditatem ſeruus Parmeno à Titio duodecim ſtipulatus eſt: Ius ciuile vinctum Titium tradet Quintio pro duabus partibus, id eſt, octo vnciis: Sextio verò pro vna parte, id eſt, quatuor vnciis. Quid, ſi Parmeno cùm eſſet Quintij, & Sextij communis, iuſſu ſolius Quintij ſtipulatus eſt. Ius ciuile tradet vinculum ſoli Quintio. Quid ſi Parmeno ſic dixit, Heromeo Sextio dare promittis? vinculum totum ſoli Sextio tradetur. Corn. Vibul.

a Ser

¶ a Seruus communis ſtipulando. Impersonaliter, vel ſibi. vel dominis ſuis ſub nomine appellatiuo, aliud ſi propria nomina expreſſerit: nam tunc acquirit pro virili, nõ pro portione dominij. Sed quid ſi propriū nomen, & appellatiuum? Reſp. ſi præponat ꝓprium, pro virili, ſi appellatiuū præponat ꝓ dominica: vt ff. de ſtipul. ſeruor. l. ſi cõmunis ſeru⁹ ita ſtipuletur, Lucio Titio. & ff. de ſtatu libe. l. ita. §. j. Accur.

¶ Adde hæc vera etiam in dubio, ſecùs ſi cõſtaret de intentione agētium. d. l. ſi ſeruus. quod probatur ex coniecturis collectis ibi, & hic, & per doc. Syluest.

¶ Seruus communis ſtipulando [a], vnicuiq; dominorum pro portione† dominij adquirit: niſi iuſſu vnius eorum, aut nominatim [b] alicui * eorū ſtipulatus eſt [c]: tunc enim ſoli ei adquiritur.

* cur.

¶ Seruus cõmunis ſtipulando rē, quæ non poteſt vni ex [illegible] in ſolidū alteri [illegible].

¶ Quod ſeruus cõmunis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis adquiri nõ poteſt, ſolidum alteri adquiritur: veluti, ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, vnius domini ſit [d].

TITV. XIX.

DE DIVISIONE ſTIPULATIONUM.

¶ Quæ ſit ſtipulationum diuiſio, & quæ ipſius vis ac ſignificatio ſit, breuiter exponit.

STipulationum aliæ ſunt * iu-

* aleſſ.

N.A. † Pro portione.
Quia ſeruus cõmunis ſic eſt omnium, vt non ſingulorum totus, ſed pro partibus indiuiſis communis ſit, & domini intellectus magis partes habeant, quàm corpore. l. v. ff. hoc. tit.

¶ b Nominatim. Proprio nomine: vt ſ. de exhære. lib. §. j. vel appellatiuo: dummodo intelligatur, de quo domino dicat: vt C. de libe. præte. l. ij. & iij. & ff. ſi cert. pet. l. certum. Accur.

¶ c Stipulatus eſt. Hoc eſt diſiunctim, id eſt, diuiſim exaudi. Sed quid, ſi vnus iuſſit ſeruo, & ipſe alteri ſtipulatus eſt nominatim? Diſtingue ex cuius re, vt ſi ex re iubentis, ſibi quæratur, aliàs nominato: vt C. per quas perſo. nob. acqui. l. fin. § fin. & ff. eod. l. proinde. §. fin. & l. ſeq. licet antiqui aliter diſtinguebant.

¶ Quod ſeruus communis. CASVS. Dauus erat communis Quintij & Sextij, Is fundum Quintij à Titio ſtipulatus eſt. Ius ciuile non tradet vinctum Titium niſi ſoli Sextio. quid ita? quia fundus, qui eſt Quintij, amplius eius eſſe non poteſt. Cor. Vib.

¶ d Vnius domini ſit. Nam cùm ſua ſit, amplius ei quæri non poteſt: vt ſ. de leg. §. ſed ſi rem. & infrà de actio. §. ſic itaque. reſtat ergo, vt ſoli alteri quæratur. Aliud, ſi ex re vnius ſtipuletur: quia tunc omnibus quæritur, ſed communi diuidundo iudicio reddatur, id eſt, cùm aget communi diuidundo pro iſto ſeruo, poteſt etiā deducere, quòd ſocius ſuus lucratus erat ex ſtipulatione facta ex reb⁹ ſuis: & redditur illi, ex cui⁹ re quæritur: vt ff. eo. l. ſi ex re. §. ſ.

† Vnius ſit. id eſt, alterutrius dominorū: veluti, ſi per alterutrius fundū viā ſtipuletur. l. v. l. vij. ff. de ver. oblig. N.A.

DE DIVISIONE ſtipulationum.

¶ Suprà dictum eſt de ſtipulationum materia. Verùm, quia earum multiplex eſt ſpecies: ideo ſubdit de diuiſione ſtipulationum. Por.

STipulationum. Totus iſte titu. diuiditur in duas partes principales, Primò, ponit diuiſionem ſtipulationis. Secūdò, illam per exempla declarat. Secunda ibi, iudiciales.

CASVS. In vrbe Roma Prætor vrbanus, qui iuri dicundo in priuatis cauſis præerat, perpaucas cauſas cognoſcebat, veluti de fideicommiſſis & alias quaſdam. Alias omnes iubebat per homines priuatos cognoſci, quibus de iis iudicandi poteſtatem dabat. Cùm igitur diſtinctū, ac ſeparatum eſſet iudicis officiū à Prætoris tribunali, intelligendum eſt quaſdam ſtipulationes interponi ſolitas apud Prætorē, quaſdam apud Iudicem, quaſdā apud neutrum, quaſdam apud vtrumque. Apud Prætorem veluti, Damnum timebam à tuis ædibus. vocabo te in ius: Prætor te ex ſua ſella ac tribunali iubebit ſtipulanti mihi hoc modo, Dam-

diciales,[a] aliȩ prȩtoriæ [b], aliæ conuentionales [c], aliæ communes [d], tam prȩtoriæ, quàm iudiciales. Iudiciales [e] ſunt duntaxat, quæ à mero † iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio [f], vel de perſequendo ſeruo [g] qui in fuga eſt, reſtituen-

num ſi quod mihi ex tuis ædibus acciderit, præſtabis? reſpondere, Prȩſtabo. Apud Iudicem, veluti, Poſt acceptum à Prætore C. Aquilium iudicem: ne reus intelligens ſe damnatum iri, venenum ſeruo det, quo ſeruum mihi redditum interficiat, cogetur ab Aquilio mihi ſtipulanti, Si quid dolo feceris, te præſtaturũ ſpõdes? reſpondere, Spondeo. Aliæ verò ſunt ſtipulationes, quæ neque apud Prætorem, neque apud Iudicem fiunt: ſed inter contrahentes tantùm. Aliæ denique modò apud Prætorem, modò apud Iudicem fieri conſueuerunt: quarum exempla nõ eſt noſtrùm interpretari: ſed gloſſularum. Co. Vib.

N.A. † Prætor iuri quidem dicundo præerat, ſed priuatas & tenues controuerſias non iudicabat, verùm iudicem pedaneum, ſiue delegatum, ſiue recuperatorem dabat, qui de iis, cauſa cognita pronuntiaret. Itaque deſtinatum & ſeparatum erat Prætoris officium à Iudicis officio. l. v. ff. de verb. obl. Nota, ius dicitur apud Prætorem, iudicium apud Iudicem. Vocatur in ius, ad Prætorem; cauſa agitur, apud Iudicem.

¶ Stipulationum. Simile per omnia. ff. de verborum obligat. l. ſtipulationum. ij.

¶ a Iudiciales. Quando iudex cognoſcit de aliqua cauſa, & pendente cauſa incidẽti facit interponere cautionem. & dicuntur iudiciales à iudice.

¶ b Prætoriæ. quando non aditur iudex alia de cauſa: ſed principaliter: vt talis cautio interponatur: veluti damni infecti, & cautio legatorum præſtandorum: & talis eſt differentia inter ea quæ dicta ſunt. Sed cùm hic ponatur prætoriæ, vt ſpecies oppoſita iudiciali: quare ff. de præto. ſtip. l. prima in principio, ponitur vt genus? Reſpond. ibi, aliter accipitur iudicialis, ſ. à iudicio: hic à iudice: vt ff. mand. l. Lucius.

ADDITIO. Facilimam & planiſſimam huius diuiſionis explicationem vide in Comment. Fr. Hotomani ad §. ſic itaque. de actionibus, vbi cur merè prætoriæ, & merè iudiciales ſtipulationes appellentur, apertiſſimè declarat.

¶ c Conuentionales. Quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum eſt & planum.

¶ d Communes. Veluti rem pupilli ſaluam fore: quia principaliter poteſt adire iudex, vt interponatur cautio, cum pupillus habet tutorem, qui non ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore: & ſic dicitur Prætoria. Poteſt verò adiri iudex non principaliter: vt cautio illa interponatur, ſed ex alia cauſa: veluti cùm pupillus non habet tutorem, poteſt petere coram iudice, & iudex qui dat tutorem ex officio ſuo facit interponi cautionem rem pupilli ſaluam fore: & ita dicitur iudicialis. Item, quidam dicunt illam cautionem rem ratam haberi, eſſe communem: quia quandoque interponitur à procuratore actoris: quandoque à procuratore rei: vt ff. de procur. l. Pomponius. §. ſed & is qui. Vel alia ratione dicitur communis, veluti, cùm procuratorio nomine quis alium conuenit, iudex ex officio ſuo debet facere, vt cautio rem ratam haberi, interponatur: & tunc eſt iudicialis. Prætoria eſt, quando quis promiſit mihi, quòd promitteret rem ratam haberi: modò volo, quòd promittat: & ſic principaliter ad iſtam ſtipulationem vado ad Prætorem vt ipſa interponatur. [Hæc gloſ. in antiquis codicibus Accur. non reperitur, & eſt additio quædam. Syl.] Reſiduum glo. (quæ in aliis impreſſionibus hic cõmuniter ponitur:) in fine gloſ. huius tit. habetur.

Cautio rem pupilli ſaluam fore, eſt cõmunis.

Cautio rem ratam haberi, eſt communis.

¶ e Iudiciales. ſ. ſtipulationes.

¶ f De dolo cautio. Vt ſi ago pignoratitia, caueas ne ſeruitutes dolo perdideris, vel rei ius in aliquo læſeris: vt ff. de pignor. action. l. creditor. Item, ſi rei vendicatione agam pro re, quam vſucepiſti iam lite conteſtata caues de dolo, ne alienaueris, vel manumiſeris ſeruum: vt ff. de rei vend. l. ſi poſt. ſic & ff. manda. l. ſi procuratorem. §. penul. & l. ſequen.

† Mero. Id eſt, quod à Prætoris officio ſeparatur. N.A.

¶ g De perſequendo ſeruo. Vt ſi meum mihi abſtuliſti ſeruũ, quẽ poſtea perdideris: caueas de eo perſequendo, vel

eius

eius pretio reſtituendo: vt ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. verſicu. quòd ſi homo. Item emptor qui redhibet, & non habet ſeruum, quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere venditori de perſequẽdo ſeruum: vt ſi habere poterit, illi reſtituat: vt ff. de ædil. edic. l. redhibere. §. ſi. ſic & ff. de condic. cau. da. l. ſi pecuniam. §. penultimo.

* inclusa addidit Tribonianus.

¶ a Ve. Pro vel.

¶ b Prætoriæ. Stipulationes.

¶ c A mero. id eſt puro: ſi qđ non iudicis officio. ſ. tali quali in ſuperiori caſu: vt ſtatim dicam. Accurſius.

* Expũge hanc dictionẽ Prætoris

¶ Hanc gl. pro ſingulari allegat Ang. in l. v. ff. de verb. oblig. Syl.

¶ d Damni infecti. Vt ff. de damno infect. l. Prætor ait. §. eo. verſi. in eũ qui. Dicitur & alio reſpectu prætoria illa quæ ab initio exigitur, ſiue ſit prætoria inuentione, ſiue ciuilis, ſiue alio quocunque modo inuenta: ex eo. ſ. ꝙ Prætor eam approbat: vt ff. de verb. ſign. l. & hoc ſenſu comprehendit prętorias, & iudiciales, & communes, & omnes præter conuentionales: & ita accipitur. ff. de præto. ſtipu. l. j. ſic. eſt de adoptione. ff. de adopt. l. ij.

¶ Adde, quòd inquãtum glo. vult prætoriam ſtipulationem duobus modis accipi, non bene ſentit hic, vt in l. j. ff. de præto. ſtipu. Dic ergo eo modo ſumi hic, vt in l. ſed ſolùm diuerſificatur ſignificatio iudicialis, quæ hic accipitur, vt ſpecies compar & coæqualis prætoriæ. ibi, vt ſpecies ſubiecta. Syluester.

¶ e Vel legatorum. Vt ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. l. j primo reſp.

¶ f Aedilitiæ. ſcilicet, ſtipulationes: vt ſi animal tibi vendo, de vitiis eius cauere debeo: vt ff. de ædil. edi. l. itaque. & l. ſi venditor.

N. A. ¶ Aedilitiæ. Aediles plebeii, & edictum proponebant, & ex edicto ſuo ius dicebant. Ius ædilitium, pars iuris honorarij eſt. §. Prætorum. ſup. de iur. nat. gent. &c.

dóve [a] pretio. Prętoriæ [b] ſunt, quæ à mero [c] Prætoris officio proficiſcũtur: veluti dãni infecti [d] [vel legatorum [e].] Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur ædilitię [f] †. nã & hę à iuriſdictione Prætoris * veniunt [g]. Conuentionales ſunt, quæ ex conuentione vtriuſq; partis concipiuntur: hoc eſt neque iuſſu iudicis, neque iuſſu Prætoris: ſed ex conuentione contrahentium, quarũ [h] totidem genera ſunt, quot (pene [i] dixerim) rerũ contrahendarũ [k].

ADDITIO. Earũ exemplum Varro de re ruſtic. lib. j. ſuppeditat. Emptor ſtipulatur priſca formula ſic, Illaſce oues, qua de re agitur ſanas rectè eſſe vti pecus ouillum, quod ſanũ rectè eſt extra luſcam, ſurdã, minam, id eſt, ventre glabro, neque de pecore morboſo eſſe, haberéque rectè licere, hęc ſi rectè fieri ſpondes?

¶ g Veniunt. Cũ ædiles erant ex Prætoribus: vt ſ. de iure nat. §. proponebãt. Sed quę erit intelligibilis differentia inter prętorias, & iudiciales: cùm hoc tit. accipiatur prętoria vt iudicialis? Reſpõ. quia prætoria Prætore mortuo inducta eſt: ſed iudicialis à iuriſconſultis aliis. Item, in prætoria inuenies iudicẽ ob hoc ipſũ principaliter adiri: ſed in iudiciali per conſequentiam: vt patet ex ſupra dictis exemplis. Item, iudiciales vagæ ſunt per totum corpus iuris: ſed prætoriæ, licet & ipſæ ſint vagæ, comprehenſæ tamen ſunt ſimul in vno titulo, vt ff. de præto. ſtip. l. j. Item, potes notare quartam differentiam: vt not. ff. de verbo. obli. l. v. §. ij.

ADDITIO. Hanc differentiam dominus Ioan. addit dicens: quia Prætoriæ ſunt quæ per ſolum iudicem ordinarium interponuntur: & iudiciales quæ per quemlibet alium iudicem.

† Conuentionales. Dictum eſt ſuprà conuentiones ferè omnes ſtipulatione confirmari ſolitas. l. j. in fine. ff. de Prę. ſtipul. N. A.

¶ h Quarum. ſ. conuentionalium.

¶ i Penè. ideo dicit penè: quia in quibuſdam valet alius contractus: vt venditio in libero homine, & ſimilibus: vt ff. de contrah. empt. l. & liberi. & l. liberi hominis. & infrà de contrahẽ. empt. §. finali. In quibuſdam non valet ſtipulatio: vt infrà titulo j. primo reſpon. §. j.

¶ k Rerum contrahendarum. ſ. eſſe genera: id eſt, quot poſſumus dicere eſſe genera contractuum, tot ſunt genera ſtipulationum, id eſt, vbicunque poteſt

Digitized by Google

contrahi, ibi poteſt ſtipulatio interuenire. nam ſtipulatio propriè non eſt contractus: vt ff. de verbor. ſignifi. l. Labeo.

N.A.

¶ Intellige largè, nõ propriè: vt declarant doct. in l. v. ff. de verbor oblig. Syl.

Communes[a] ſunt, veluti rem ſaluam fore pupillo (nam & Prætor[b] iubet rem ſaluam fore pupillo caueri: & interdum iudex[c], ſi aliter hæc res expediri non poteſt[d]) vel de rato[e] ſtipulatio *.

TITV. XX.

DE INVTILIBUS ſtipulationibus.

¶ Stipulatio rei quæ non eſt, nec eſſe poteſt in rerum natura, non valet: ſecus, ſi poſſet in noſtro dominio haberi. Ar.

¶ a Communes. Abnegatiuè lege. i. non prætoriæ tantùm, vel iudiciales tãtùm, vel conuẽtionales tãtùm: ſed partim ex vno, partim ex altero naturam accipiunt. Nam ſi non cauerit tutor pupillo, hoc ipſum peti poteſt: & quo ad hoc habet naturam prætoriæ: ſi petitur tutor, & per conſequens præſtatur ſatiſdatio: & in hoc habet naturam iudicialis, vt ff. de ſatiſd. tut. §. j. Sed de hoc dic plenius: vt ff. de verbor. obli. l. v. §. prætoriæ. vbi eſt hic tit. de verbo ad verbum. Item, ſi petatur hæc ſatiſdatio ab altero tutorum, vel curatorum: ex conſequentia petitur, & non præciſè: vnde & in hoc habet naturam iudicialis: vt ff. de admi. tut. l. iij. j. reſpon. & ſ. de ſatiſda. tut. vel cur. §. j. & §. ij. Vel dic communes alio modo: vt j. eo. §. ſed ſecundùm hoc, omnis prætoria poteſt eſſe communis.

* erigitur.

Cautio petitur à tutore quandoque principaliter quandoque incidenter.

ADDITIO. Dic quod hæc gl. ſecuta fuit errorem ſuum, quòd illa appellatur cautio prætoria; propter quam interponendã iudex principaliter adi-tur: illa verò appellatur iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter, ſed in conſequentiam aditur. quæ opinio ibi fuit reprobata, ſecundùm Chriſtoph.

¶ b Prætor. ſ. mortuus: cuius verba non habemus, ſed ſententiam: vt ſ. de ſatiſ. tut. in prin. & §. j.

¶ c Iudex. ſcilicet viuus.

¶ d Non poteſt. Quia ſponte non vult ſatiſdare ex præcepto mortui prætoris: vnde inuitus compellitur à iudice viuo.

¶ Non bene exponit: quia omnis prætoria eſſet communis, quod eſt falſum. Sylu.

¶ e De rato. Hæc eſt communis & alia cauſa, quàm ſuperior. nã hæc eſt conuentionalis quandoque, vt ſi fiat extra iudicium ex conuentione: vt ff. rem ra. hab. l. interdum.

¶ Hæc gloſ. falſa eſt: quia communis non dicitur reſpectu conuentionaliũ, ſed prætoriarum & iudicialium: vt patet ex text. noſtro. Syl.

¶ Item, iudicialis quando interponitur à procuratore actoris: cùm dubiũ eſt, an ſit procurator: vt Co. de procu. l. j. & de ſatiſd. l. j. aliàs non poteſt res expediri, cùm nõ admittatur: vt j. de ſatiſd. §. pen. Alij dicunt eam communem, ſcilicet, de rato: quia à procuratore rei præſtatur quandoque non ſolum auctoris: vt ff. de procur. l. non ſolùm. §. ſi ſtatus. & §. eſt & alius caſus, & vltimo §. & l. Pomponius. §. ſecundo. & l. ſi defunctus. §. vlt. Accurſ.

Cautio de rato eſt communis.

ADDITIO. Et hæc melior, quòd ideo dicantur communes, quia partim per Prætores, vt in procuratore actoris: partim per Iuriſcõſultos: vt in procuratore rei, fuerint inuentæ, vt hic. Cautio autem, quæ ex forma ſtatuti inducitur, ſi ſit factum à toto populo, vel repræſentantibus ipſum, dicetur ciuilis. Si verò ab epiſcopo, duce, vel marchione, dicetur prætoria. Angel.

Cautio à ſtatuto inducta an ſit ciuilis, an prætoria.

DE INVTILIBVS ſtipulationibus.

¶ Suprà in tit. de verbor. oblig. dixit in genere de ſtipulationibus interpoſitis ab vno: verùm quia tam ex parte creditoris, quàm ex parte debitoris aliquando plures perſonæ interueniunt: & ſunt duo rei: ideo ſubiecit titulum de duobus reis. Verùm quia nõ tantùm ſtipulatio interponitur à libero, ſed etiam à ſeruo: ideo ſubiecit titulum de ſtipulatione ſeruorum. Verùm, quia ſtipulatio non eſt ſimplex, ſed multiplex: ideo poſtea annectit titulum de diuiſione ſtipulationum, vt ſuprà tit. prox. Verùm quia aliquando ſtipulatio eſt inutilis, & quia hoc poteſt contingere multis modis: ideo ponit hic iſtum titulum, de inutilibus ſtipulat. Ang. Aret.

Ex Gaio libro 2. Inſt. tit. 9.

Omnis

Digitized by Google

OMnis res. Quoniã iſte tit. eſt valde lõgus, & habet plurimos §§. & vnuſquiſque habet materiam de per ſe, ideo non diuidam: quia eſſet valde longa diuiſio.

idem ſi ſciret mortuum, niſi mora debitoris præceſſiſſet mortem: vt ff. de conſtit. pecu. l. promiſſor. & ff. de ver. oblig. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. quæ eſt contra.

CASVS. Quoniam de ſtipulationibus dicere cœpiſti, quæro, quæ res in ſtipulationẽ deduci poſſint? Omnes, inquit, ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles: dũtaxat quę natura vel lege dominio noſtro ſubiecta eſſe poſſunt. quomodo? Natura quidem, veluti quæ in rerum natura neque ſunt, neq; eſſe poſſunt. veluti hominem mortuũ, aut hippocentaurum, aut chimæram, aut collem abſque valle, & ſimilia. Cor. Vibul.

OMnis * res, q̃ dominio noſtro ſubiicitur [a], in ſtipulationem deduci poteſt: ſiue mobilis [b] † ſit, ſiue ſoli †. At ſi quis rem, quæ in rerum natura [c] nõ eſt, aut eſſe nõ poteſt †, dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichũ, qui mortuus ſit, quem viuere credebat [d]: aut hippocentaurum [e], qui eſſe non poſſit: inutilis [f] † erit ſtipulatio.

¶ Rei quæ in dominio vel commercio noſtro nõ ſit, ſtipulatio eſt inutilis.

ADDITIO. Et tunc res ipſa & in ſtipulationem, & in petitionẽ, & in condemnationẽ deduci debet: in eius tamen æſtimationẽ fiet executio. l. ſi ſeruum. §. effectus. vbi gl. in verbo poſſit. & doct. ff. de verb. obli. Angel.

Dominium in quibuſdam rebus haberi non poſſumus.

¶ a Subiicitur. i. ſubiici poteſt. Sunt enim quædam res, quę non poſſunt eſſe in noſtro dominio: vel quia nec ſunt, nec fuerunt, ſ. in rerũ natura: vt j. proxi. §. vel ſi ſunt, impoſſibile eſt de natura: vt in Sole, & Luna, & ſimilibus: vt j. eo. §. ſi impoſſibilis. vel de facto, vt aureũ montem: vt ff. de ſtatulib. l. cùm hæres. §. j. vel de hominũ diſpoſitione: vt res ſacræ & religioſæ, & ſanctæ & publicæ, & in vſu publico exiſtentes: & aliæ ſimiles: vt liber homo ex ſui natura: vt j. proxi. §. & ſ. de rer. diui. j. reſp. & §. nullus. & ff. de verborum obliga. l. inter ſtipulantem §. ſacram. Accur.

¶ b Mobilis. Cuius appellatione & per ſe mouentia, vt equi, continentur: vt ff. de verb. ſig. l. mouentium. Accur.

N.A. † Mobilis. Item ſiue corporalis ſit, ſiue incorporalis.

N.A. † Soli. Res ſoli, dicitur res immobilis: & hanc propriam iuriſconſultorũ fuiſſe locutionem Seneca teſtatur.

¶ c In rerum natura. i. apud aliquos homines, ſic ſ. de verb. oblig. §. conditiones. Accur.

N.A. † Non poteſt. Nam qui fore ſperatur, rectè ſtipulatur, vt partus ancillę, fruges anni inſequentis. l. 83. §. 3. ff. de ver. oblig. Tam enim ſpeciei, quàm rei commercium eſt.

¶ d Credebat. Maximè ſubaudi. nam

¶ e Hippocentaurũ. Animal fortè natum ex equa & tauro: quod nunquam fuit viſum. vnde Horatius, in Arte, Humano capiti ceruicem pictor equinam, Iungere ſi velit, &c.

ADDITIO. Hippocentaurus, monſtrum & partim humanum, partim equinum. Plin. lib. 7. cap. 3. Claudius Cæſar, inquit, ſcribit hippocentaurum in Theſſalia natum, eodem die interiiſſe, & nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus. Hieronymus in vita Pauli tradit ab Antonino viſum in ſolitudine. Lucretius tamen lib. v. & Cicero tum in Nat. Deor. tum in Tuſcu. diſp. fabulam putant, quod de iſto monſtro narratur.

¶ f Inutilis. id eſt, vitioſa: quia contra ius eſt.

† Poſſit inutilis. Quia de his rebus rectè negotium gerimus, quæ ſubiici domino noſtro ſtatim poſſunt. l. 63. §. 3. ff. eod. tit. N.A.

¶ Intellige ita vitioſam, vt ex ea nec naturalis, nec ciuilis oriatur obligatio. l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. Syl.

¶ Ideo iuris. CASVS. Quamobrem paulò ſuperius dixiſti, res quaſdam prohiberi lege, ne dominio noſtro ſubiiciantur? Quoniam lex aut naturalis, aut ciuilis repugnat, nec res quaſdã ſtipulari poſſimus: veluti Iulium Cęſarem, à prædonibus captum, ſtipulari ab illis nemo poterat. Item, res ſacras, veluti prædia, quæ attributa ſunt alendis concionatoribus Eccleſiaſticis. Item theatra, ſtadia, res quarum commerciũ non habemus, i de quibus contrahere non licet, Quid ais? An non ſaltem in

pendenti erit ſtipulatio? quid enim ſi Cæſar ſe vendiderit? quid ſi reſpublica priuata facta ſit? Regula eſt, Quæ ab initio non conſiſtunt, ex poſtfacto nõ conualeſcunt. Sed ecce, domum Ciceronis ſtipulatus ſum, deinde per Clodium ſacra facta eſt: quæro, annon cogatur promiſſor eam mihi dare? minimè.

¶ Idem iuris eſt [a], ſi rem ſacram [b], aut religioſam [c], quam humani iuris eſſe credebat: vel publicã rem *, quæ vſibus [d] populi perpetuò expoſita ſit, vt forum [e], vel thea-

Quid ſi ſic ſtipulatus ſim. Titium, cùm ſeruus fuerit, dare ſpondes? non valet. qua de cauſa? quia niſi ius ciuile ſtatim iniiciat vinculum, ex poſt facto non iniicit. Cùm autem ſtipalata ſit res, quam ſtipulari prohibuerit, vinculum omnino non iniecit: quare nec naſcitur obligatio. Cor Vib.

¶ Not. ꝙ ſtipulatio rei ſacræ, religioſæ, publico vſui deſtinatæ, liberi hominis rei, cuius ſtipulator ſit incapax, vel rei ſuæ, non valet à principio. Itẽ, quòd talis ſtipulatio non ſuſpenditur, vt tractu temporis, ceſſante cauſa inualiditatis, reconualeſcat. Item, ſtipulatio ab initio valida tractu temporis ſit inualida, ſi ſine culpa, aut facto promiſſoris ſuperueniat vna ex cauſis ſtipulationem vitiantibus. Item, ſtipulatio ex cauſis prædictis inutilis eſt, etiã ſi contrahentes velint expreſſè differre illius effectum iu caſu ceſſantis impedimenti. Sylueſt.

¶ a Idem iuris eſt. ſcilicet, vt ſit inutilis. Accurſius.

Sacræ rei venditio valet inter ignorantes.

¶ b Sacram. Licet non valeat ſtipulatio, vt hic: valet tamen venditio inter ignorantes, vt actio detur: vt ĩ. de contrahend. empt. §. finali. & ff. de contrahend. emptio. l. liberi. & l. ſed Celſus. Sed quæ eſt ratio? Reſpond. quia in venditione non eſt neceſſe transferri dominium: in ſtipulatione ſic: vt ff. de contrahen. empt. & vend. l. ſi ita. §. fin. & in glo. fin. Et eſt ſimilis ratio, quare quis poteſt rem alienam vendere, vt ff. de contrahen. empt. l. rem alienam. ſed non obligare: vt C. quæ res pignor. obli. poſſ. qui filios: quia in pignore debet ius conſtitui creditori, quod ſibi det hypothecariã actionem: in venditione ſola traditio cum obligatione euictionis ſufficit: vt ff. de pignorib. l. & quæ nondũ. §. quod dicitur. & de actio. empt. l. ex empto. Accurſius.

Aliena res vẽdi poteſt, ſed non obligari.

¶ Hæc gloſ. in principio non eſt vera ſimpliciter: ſed quando ſtipularer liberum hominem mihi dari, non valet ſimpliciter: quia intelligitur dari. l. ſi ita diſtrahatur. § j. ff. de contrahen. empt. ſed ſi ſtipularer mihi tradi, valet ſtipulatio: ſi ignorem liberũ: quia poſſideri poteſt ab ignorãte. §. idẽ placet. ſup per quas perſ. nob. acqui. Idem, ſi ſtipularer ex cauſa onerosa, vel ex cauſa lucratiua, ſi promiſſor eſt in dolo, valet ſtipulatio quantum ad intereſſe euictionis, ſecundùm communem ſententiam in l. liber homo. j. ff. eod. Syluester.

* *abeſt rem.*

¶ c Religioſam. Hæc verba, ſacram & religioſam, exponet vt ſ. de rer. diuiſ. §. nullius. & §. religioſam.

ADDITIO. Dic hoc verum, quando res in totum eſt ſacra vel religioſa: ſi autem eſſet pro parte: an valeat ſtipulatio, emptio, vel alia diſpoſitio: vide l. hanc legem. & l. in modicis. ff. de contrahend. empt. Angel.

¶ d Vſibus. Aliàs ſi non eſſet in vſu publico, poteſt alienari: vt ff. de contrahend. empt. l. ſed Celſus. j. reſpon. & l. pacta. §. fi. ſic ff. de via publica. l. viam.

¶ Dic, dum tamẽ eius comparatio non ſit multum difficilis. l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. j. Syl.

¶ e Forum. ſ. vbi redditur ius: vt ff. de iuſtitia & iure. l. pen. vel rerum venalium. Sed forus eſt burſa. Accur.

Forũ & forus.

ADDITIO. Itèm forus dicitur locus èxercendarum litium: vt c. forus. extrà de verbo. ſignific. Item calcatorium. id eſt locus, vbi vua calcatur: quòd pede calcantis feriatur. Dicuntur etiam fori tabulata nauium, ab eo quod inceſſus ferant. Item, ſpectacula, hoc eſt loca erecta, vt ex his ſpectetur. Item forus dicitur foramen illud, per quod remus immittitur, à forando. Vnde verſus,

Cauſatur, venditque forum, ſignatque foramen.
Alta fori loca ſunt, dãtque carina foros.

Hoſtien. dicit, quòd forum in neutro genere ponitur pro territorio cuiuſque iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos homines animaduertere: vnde tota diœceſis dicitur territorium epiſcopi. xvj. quæſtione vij. omnes. Baſilicæ.

¶ a Thea

a Theatrum. Expone, vt ſ. de rer. diui. ſ. vniuerſitatis. Accur.

b Credebat. Idẽ ſi ſciebat: vt ſ. proxi. ſ. & ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. ſ. ſacram. ibi, caſum enim, &c.

c Cõmerciũ. Generale nomẽ eſt ad omnes contractus. Vnde dicitur aliquis habere cõmerciũ rei, quãdo per emptionẽ, vel alio modo poteſt eam habere, quare Iudæus non habet commercium Chriſtiani mancipij: vt Cod. ne Chriſtian. manci. Iud. & c. vnde ſi Iudæus Iudæo promittit, tale mancipium nõ valet: vel Chriſtiano promittat Iudæus, valet: vt ff. de ver. obli. l. multum intereſt. & de leg. I. apud Iulia. ſ. fin.

*priuatum. T.

*abeſt.

Stipulatio vel ſua an valeat.

d Suam. Nam cùm ſua ſit, plus ſua fieri nõ poteſt: vt ſuprà de leg. ſ. ſed ſi rẽ. & infrà de act. ſ. ſic itaque. niſi ratione poſſeſſionis apud alium conſtitutæ: vt ff. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. ſ. tertio. vel niſi ſub conditione, dum tamen adueniente conditione ſtipulatoris res eſſe deſierit: vt ff. de verborum obligationibus. l. ſi rem meam. & l. exiſtimo.

Stipulatio pura non ſuſpẽditur, ſed bene alij actus.

e Protinus. id eſt ſtatim: quia pura ſtipulatio ſuſpendi non poteſt: vt ff. de ſtipul. ſeruo. l. vſusfructus. ſecus in aliis actibus viuorum: vt ff. commu. præd. l. fin. Accurſ.

ADDITIO. Puta per euẽtum confirmationis, quæ ex poſtfacto fieri poteſt: ſed tamen ipſe actus in veritate non pendet, ſicut nec ſtipulatio: ſed interim vel eſt nullus: vel ſola ipſius qualitas, puta dominij tranſlatio, vel cui acquiratur, pendere dicitur. & hæc vera in actibus puris.

trum a, vel liberũ hominem, quẽ ſeruũ eſſe credebat b: vel cuius cõmerciũ c nõ habuerit: vel rem ſuam d dari, quis ſtipuletur.

¶ Adnota, rerum res ad quas præſens ſtatus non tendit, neque usque conſiderandum.

¶ Nec in pendẽti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatam* deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt, & commercium adipiſci ſtipulatori poteſt, & res ſua *ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt: ſed protinus e inutilis eſt.

¶ Adnota, etiam quod à principio valuit, ſi ad eum peruenerat caſum à

quo initiũ ſumere poterit, vitiari.

¶ Item contrà f, licet initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit, ſi tamen * poſtea in aliquam* eorum* cauſam g, de quibus ſuprà dictũ eſt, ſine facto h promiſſoris deuenerit, extinguitur † i ſtipulatio. Ac nec ſtatim ab * initio talis ſtipulatio valebit, Lucium Titium, cùm ſeruus erit, dare ſpondes? & ſimilia k. Quæ enim natura ſui dominio noſtro exẽpta sũt, in obligationẽ l deduci † nullo modo poſſunt.

¶ Alieni facti promiſſio inutilis eſt: ſi autem proprij, valida.

*abeſt.

*abeſt.

*earum.

*abeſt.

f Item contra. id eſt, è contrario. nam ſuprà dixit, quando ab initio res erat ſacra vel ſimilis, ſed poſtea deſiit: nunc econtra, quando prius non ſacra, ſed poſtea fit.

g Eorum cauſam. id eſt, ſacra, vel religioſa, vel ſimilis: vt ſuprà proximo ſ. Accur.

h Sine facto. Quod eſt cùm erat res aliena: aliàs ſi ſua ſemper ſuo facto factum videtur, etiam ſi alienauerit poſt tempus ſtipulationis. Idem, & ſi erat aliena, dũmodò poſt morã, vt ff. de verborum obligat. l. ſi ſeruum. ſ. j. & ij.

i Extinguitur. Arg. contra. ſ. de legatis. ſ. ſi quis debitori. verſi. quòd ſi viuo.

† Extinguitur. Quia verba ſtipulationũ cõtra ſtipulatorẽ interpretãtur. lege 38. ſ. in ſtipulatione. ff. eodem titulo. N. A.

k Similia. putà rem ſacram, cùm erit profana, & ſic de ſingulis, ſ. ſacra vel religioſa: vt ſuprà proximo ſ.

l In obligationem. ſ. iſtam, hoc eſt, ſtipulationem.

† Deduci. Quia deteſtabile omen hoc videtur. d. l. 83. ſ. 3. de verb. oblig. ff. N. A.

Si quis. CASVS. Hæc ſtipulatio facta eſt, Promittis Apellẽ mihi tabulam picturũ? vel docẽ daturũ? Ius ciuile nõ iniicit vinculũ obligationis in promiſſorem. Quid ſi dixero, Promittis te curaturũ, & perfecturum, vt Apelles pingat? Tum ius ciuile tibi vinculum iniicit. Quænam ergo diſſimilitudinis ratio eſt? Quia ius ciuile neminem ob

Digitized by Google

alieni facti promiſſionem obligat: poſteriori autem ſtipulatione ſuum factum promiſſor pollicitus eſt. Sequentem §. per ſe clarum non explicamus. Cornelius Vibulanus.

¶ Si qui alium [a] daturum, facturúmve quid promiſerit *, nõ obligabitur [b]: veluti, ſi ſpondeat Titium quinq; aureos daturũ. Quòd ſi effecturũ [c] ſe, vt Titius daret, ſpoponderit, obligatur.

¶ Stipulari nemo poteſt, vt alteri (quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit) aliquid detur, aut fiat.

¶ Si quis alij, quàm ei, cuius iuri [d] ſubiectus ſit, ſtipuletur, nihil agit [e] †.

Factum alienum quandoque licitè promittitur

**ſpoponderit.*

a Aliũ prorſus extraneum.

b Nõ obligabitur. Et eſt ratio: quia nemo alienũ factum promittere poteſt, vt hic & ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta, in princip. niſi pœna promittatur: vt infrà eod. §. verſa vice. niſi in caſibus, in quibus præſumit lex intereſſe promitti, niſi fiat, vt in cautione iudicio ſiſti: vt ff. de verbor. oblig. l. quoties quis. [Dic, hoc eſt generale in quibuſcũq; prętoris ſtipulationibus. d. l. quoties. quia in his magis æquitas, quàm iuris ſubtilitas attenditur. Syl.] Item, in ſtipulatione iſta, habere licere: vt ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. j. reſ. Itẽ, in ſtipulatione de rato. vt ff. rẽ ratã hab. l in ſtipulatione. Item, in ſtipulationibus ædilitiis, vt ſanum eſſe ſeruum venditum, vel non furem, & ſimilia: vt ff. de euict. l. ſi ita quis. Item, in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore: nam cùm ſit prætoria, exigitur fideiuſſor: vt ff. de præto. ſtipul. l. prætoriæ. Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiuſſore: Promittis rem meam ſaluam fore per tutorem, vel curatorem? nam & his verbis ab eis ſtipulatur: vt ff. rem pupil. ſaluam for. l. j. & l. cùm pupillus. Præterea, nónne quis ſemper promittit per ſe & ſuos hæredes ad facta, quæ per alium poſſunt explicari: vt C. de contrahend. ſtipul. l. fin. licet contra ſit, ſi non poteſt per alium fieri: vt ff. eodem de verb. oblig. l. centeſimis. §. id quod. & C. de caduc. toll. l. vnica. §. ne autem? Reſpon. Non eſt alius hæres quàm teſtator: imò idem præſumitur: vt in authent. de iurelur. à mo. præ. §. j.

ADDITIO. Adde ſecundum Ang. alios caſus: puta quando promittit alium dare vel facere id, ad quod promiſſor tenebatur. Item quando iurauit: quia facit valere omni meliori modo, quo poteſt: vt l. cùm pater. §. filius. ff. de legat. ij. Angel.

c Effecturũ. Tunc enim ſuũ factũ manifeſtè promittit *: idẽ ſi dixit ſe curaturum, vt fiat: vt ff. ſi cert. pet. l. fin. §. ſi. ** hac eſt ſententia Th. hic. N. A.*

† Effecturum. Alienum factum inutiliter promittitur: ſed in hac formula promiſſoris factum verſatur. l. 83. §. alteri. ff. eod. tit.

d Iuri. id eſt, dominio, vt ſeruus domino, cui acquirit: vt §. per quas perſo. nob. acquir. §. item nobis. Item, reuerentia paterna, vt filius patri, vt ſuprà, per quas perſo. nob. acqui. §. j. Item, obedientia: vt monachus monaſterio cui quærit, & ſe & alia: vt in autben. de monach. §. illud. Idẽ dicas de ſeruo fructuario. Idem de vſuario. Idem de ſeruo bona fide poſſeſſo, & libero bona fide poſſeſſo, qui ex duabus cauſis quærunt: vt ſuprà per quas per. no. acqui. §. de his. & §. idem placet.

e Nihil agit. Et eſt ratio: quia inuentæ ſunt, &c. vt infrà eod. §. alteri. & ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. fallit tamen in caſibus xvj. In primis, vt ſi ſtipulantis interſit: quia ſit tutor eius, cui ſtipulatur rem pupilli ſaluam fore. Secundò, quia procuratori ſtipuletur dominus. Tertiò, ſi ſtipulatur creditori: vt infrà eod. §. ſed ſi quis ſtipuletur. verſi. & ſi creditori. & ff. de verb. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & §. ſi quis inſulam. Quartò, fallit in omnibus prætoriis ſtipulationibus: vt ff. de prætoriis ſtipulatio. l. in omnibus. vt eſt damni infecti. ff. de damno infec. l. damni. §. ſi. Item, iudicatũ ſolui, & ſimiles, vt ff. de procu. l. in cauſæ. §. ſi. Item, fallit in procuratore præſentis: vt ff. de verb. oblig. l. ſi procurator. & ff. de proc. l. quod procurator. Item. fallit in actore municipum: ex cuius pacto quæritur municipibus. Item, in curatore furioſi, & cõſimilium perſonarum, & tutoribus: vt ff. de conſtitut. pecu. l. eum, qui. §. ſi actori. Item, fallit in inſtitore. nam ſibi actio ex pacto inſtituti quæritur: vt ff. de inſtito. l j. in fin. & l. ij. Item, fallit in iudice, vel notario, vel ſimili perſona publica: ex quorum pactis, & ſtipulationibus alteri quæritur: vt ff. *Stipulatur alteri xvj. modis.*

rem

rem pupil.ſal.for.l.ij.iij. & iiij.j.reſp. & in auth.de excu. & iis qui con. §. j. col.vij.& in auth.de hære.ab inteſt. §. ex his. Item, fallit in creditore, ex cuius pacto quæritur actio debitori: vt ff.de pig. act. l. ſi cum vẽderet. j.reſp. Item, fallit, ſi auus paciſcatur dotẽ reddi nepti: quam ſam in poteſtate non habet: vt ff.ſolu.matrim. l. Caius Seius. [Adde, idem in omnib⁹ piis locis, ſecundùm Bald. qui communiter approbatur in l.illud. in j.col.C.de ſacroſanct. eccle. Sylu.] Item fallit in procuratore vendentis, vt ff. de act.empt. l.Iulianus. §. ſi procurator. Item, fallit in deponente, ſi paciſcatur alij rem reſtitui. Item, fallit in commodãte faciente ſimile pactum: vt ff. depo.l.Publia. & Co.ad exhib.l.ſi res. Item, fallit in donante ſimile pactum ſanciente in euentum alicuius conditionis: vt C.de do. quæ ſub modo. l. quoties. Item, fallit, ſi pater ſtipuletur filio, vel alij poſito ſub ſua poteſtate poſt mortem ſuam, ſcilicet patris. Nã & filio quæritur, licet hęres non ſit: vt ff.de verb.obli.l.quodcunque. §. ſi ita quis. Si verò purè & nõ poſt mortem, ipſi ſtipulanti quæritur: vt ff.de verbo. oblig.l.dominus ſeruo. His enim caſibus ex pacto, vel ſtipulatione alterius, alteri quæritur: non aliàs, vt hîc, & C. per quas perſon.nob.acquir. l. j. Cùm enim ſint ſpeciales, non ſunt trahendi ad conſequentiam, vt ff.de leg. & ſeq.a. euſc.l.quod verò. Sed M. dicebat hos caſus facere regulã: & ſi quis caſus eſſet contra illud, ſpeciale eſſet: & quod hîc regulariter dicitur. & j. eod. §. alteri. & C.per quas perſo. nobis acqui. l.j. dicebat iure directo non valere, ſed vtiliter acquiri poſſe, & ſic ſecundùm eum ſemper ex pacto alterius quæritur: quod falſum eſt, cùm parum intereſſet, directò, an vtiliter quæreretur, vt ff.de neg.geſt.l.actio. Accur.

Adde, quòd hodie de iure canonico indiſtinctè alteri ſtipulamur vtiliter. gloſ.in ca.quoties.j. q.vij. quæ tamen cõmuniter reprobatur. & ſic iſte text. etiam de iure canonico procedit. & d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Vnde dic, hoc verum appoſito iuramento, per d.glo. quæ in hoc communiter approbatur. Sylu.

¶ Adiecto autem ſolutioni obligatio non quæritur: tamen recte illi ſolui poteſt, iiſque ſolutio obligationem perimit: tenetur tamen adiectus mandati actione propoſita ſtipulanti, quod accepit, reſtituere.

¶ Planè ſolutio etiã in extraneã * perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur. Mihi aut Seio dare ſpondes? vt obligatio quidẽ ſtipulatori acquiratur [a]: ſolui tamen Seio [b], etiã inuito eo [c], rectè poſſit, vt liberatio ipſo iure contingat [d], ſed ille [e] aduerſus Seiũ

Nihil agit. Quia per extraneam perſonã nihil adquiritur. §. penul. ſuprà per quas perſon. N.A. * extranei.

Planè. Stipulatus ſum, Mihi aut Quintio dare ſpondes? Ius ciuile tibi vinculum iniecit, quod mihi tantummodò, non etiam Quintio tradit. Verumtamen ei numerando pecuniam, poteſte ab illa obligatione diſſoluere: adeò, vt Prætor mihi contra te actionẽ poſtulanti, daturus non ſit. dabit tamen mãdati actionem tibi aduerſus Quintium, ad pecuniæ illi datæ repetitionem. Cor.Vibul.

In extraneum. Obligatio per extraneam perſonam adquiri nõ poteſt, liberatio poteſt: quia liberatio eſt fauorabilis. l.47.ff.de oblig. & actio. l.vlti. §.ij.ff.de verb. oblig. N.A.

a Acquiratur. ſcilicet tantùm.

b Seio, Non tamen hæredi eius: vt ff.de verb.oblig.l.cùm quis. Item, hoc intellige ſtatu huius adiecti non mutato, aliàs contra: vt ff. de ſolut. l. cùm quis. Item, hoc intellige ante litẽ conteſtatam à ſtipulante, aliàs contra: vt ff.de ſolutio.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem. §. j. Item, licet ſolui poſſit adiecto, non tamen agere poteſt adiectus: vt ff.de conſtit. pecu. l.ſed & ſi filiofamil.in fin. & l.ſi verò. *Solutio an poſſit fieri adiecto.*

c Inuito eo. Qui ſtipulatur.

d Contingat. Niſi in caſu, vt ff. de eo, quod cer.loco. l.iij. §. idem Iulia. Sed ibi facta fuit ſolutio alibi, quàm fieri debuit: vnde venit intereſſe: vt ff.de actio.§. loco. in quo non potuit domino præiudicare accipiendo ſortem adiectus: vt ff.de regul.iur. l. non debet. licet & ipſe dominus poſſet, vt ff.de eo, quod cer.lo. l. centum in fin. & l.fina.in fine.

e Ille. ſcilicet ſtipulator.

habeat * mandati [a] † actionem.

¶ Si quis sibi & [illegible]

Quòd ſi quis ſibi, & alij, cuius iuri ſubiectus nō ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt, valet [b] * quidem ſtipulatio: ſed vtrum totū debeatur ſtipulatori*, quod in ſtipulationem deductum eſt, an verò pars dimidia, dubitatū eſt: ſed placuit* †, non plus [c], quàm dimidiā partem ei adquiri.

¶ Si pater [illegible]

Ei verò*, qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris [d]: quia vox tua†, tāquam filij ſit [e]: ſicuti & filij vox tanquam tua intelligitur in iis rebus, quæ tibi adquiri poſſunt [f].

* valebit.

* abeſt.

* abeſt verò.

¶ a Mandati. Nunquid adiectus mandati ſemper tenetur? M. dicit quòd ſic, vt hic, & ff. de verborum obliga. l. Iulia. §. fina. Nam ſemper tacitum mandatum, & ſi non expreſſum, interuenire dicebat, & in abſentia, & ſine nuntio, vel epiſtola. quod eſt contra legem. ff. de procura. l. j. §. j. Quare dicemus, quòd mādati agitur, ſi interceſſit mādatum: vt quia præſente adiectio fuit ſtipulatus, vt hic, & ff. de verborom obli. l. Iulia. §. fina. & ff. māda. l. qui fidē. aliàs agit negot. geſto. cùm non ſit procurator: vt ff. de ſol. l. vero procuratori. §. interdum. & j. de obli. quæ ex quaſi contract. in princip.

ADDITIO. Nota bene hāc gloſſ. qua actione teneatur. & iſta ſunt vera, niſi adiectus eſſet animo ſibi donandi, vt dicta. l. Iulia. §. j. & ibi Bar. ff. de ver. oblig. In dubio autem non videtur adiectus animo donandi, vt l. ſi cùm aurum. ff. de ſolu. Ang.

N. A. † Mandati. Vt pecuniam à Seio, tanquàm à mandatario, & procuratore ſuo recuperet.

¶ Quod ſi quis. CASVS. Stipulatus ſum, Mihi, & Quintio decē dare ſpondes? Ius ciuile vinculum tibi tantùm iniicit in aureos quinque: quāobrem? quia ſtipulando extraneo ius ciuile nullum vinculum iniicit. Corn. Vibul.

¶ Not. ꝙ ſtipulatio rei diuiduæ in qua pſona copulatè adiicitur ſtipulatori, eſt vtilis ſolū ex perſona ſtipulatoris, pro dimidia: pro alia eſt inutilis. Syl.

¶ b Valet. ſ. pro parte dimidia: vt ſubiicit: vt ff. de eo, quod certo. l. iij. §. ſi qs. E: collige, quòd non vitiatur vtile per inutile. ſic ff. de verb. oblig. l. j. §. ſed & mihi. argu. contra. ff. de arbi. l. parui. aliàs Pedius §. j. & dic vt ibi.

¶ Dic, hoc verum in indiuiduis: ſecus in diuiduis, vt per docto. in dicto § ſed & ſi mihi. Sylueſt.

* Placuit. Qui pars extranei deducitur nec vtile per inutile vitiatur. l. 100. ff. de verb. obliga. N. A.

¶ c Non plus. Vt ff. de verbor. obligat. l. ſi mihi. Sed contra. ff. de cō. trahend. emp. l. fundi. Sed dic vt ibi.

¶ Dic, quòd ſecunda ſolut. in d. l. ſi mihi, cōmuniter approbatur. Syl.

¶ Ei verò. CASVS. Stipulatus ſum Filio meo, qui in manu mea eſt, Decē dare ſpōdes? Ius ciuile tibi vinculum iniicit, quod mihi tradit. Cui verò decē illa acquirūtur? mihi. Sed domine Imperator, non erat his locus: non enim cui ſtipulando acquiratur, ſed quæ vtiles aut inutiles ſint ſtipulationes hoc tibi capite exponendum erat. Cor. Vib.

¶ Not. quòd patris & filij eadem perſona, & vox fingitur. Sylueſt.

¶ d Acquiris. Sic ff. de verbor. obliga. l. dominus ſeruo. & C. de contrahen. & commit. ſtip. l. ij. & ff. de pact. l. & hæredi. §. nos autem.

† Vox tua. Vox filij, vox patris: & vice verſa. Nā pater & filius, vna pſona cenſentur. l. vl. C. de imp. & aliis. quia vna amborū familia, vna dom⁹, vnū patrimoniū eſt. l. pnūciatio. 195. ff. de ver. ſi. N. A.

¶ e Filij ſit. Cū vna perſona cenſeatur pater, & filius: vt Cod. de impub. & ali. ſubſt. l. ſin. ſic, & in ſeruo & domino eſt eadem vox: vt j. eod. §. poſt mortem.

Filius & pater cēſentur vna perſona.

ADDITIO. Naturaliter tamen ex contractibus domini ſeruis, patres filiis, & cōtrà, obligatur: quod genus obligationis ad agendum inutile eſt, ſed retentionem, compenſationémque habet, & ſoluti repetitionem impedit, & denique fideiuſſor rectè ei accedit. l. ſi id. l. frater. ff. de cond. indeb. l. etiam ff. de compenſat. l. j. de fideiuſſor.

¶ f Acquiri poſſunt. Vt profectitio

peculio

peculio & aduentitio quo ad vſumfructum:vt ſ.per quas perſo.nob.acquiri. §.j. Accur.

¶ Præterea inutilis eſt a ſtipulatio, ſi quis* ad ea quę, interrogatus fuerit, non reſpondeat b: veluti, ſi quis decẽ aureos à te dari ſtipuletur, tu quinq; promittas, vel cõtrà†, aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub conditione ꝓmittas, vel contrà: ſi modò ſcilicet, id exprimas, id eſt, ſi cui ſub cõditione, vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, Præſenti die ſpondeo. Nam ſi hoc ſolùm reſpondeas †, Promitto: breuiter videris in eandem diem, vel conditionem ſpopondiſſe: neque enim neceſſe eſt in reſpõdendo eadẽ omnia repeti,

* abeſt.

Præterea inutilis. Stipulatus ſum certis verbis, veluti, Decem dare ſpondes? tu non congruenter reſpõdiſti, ſed ita, Quinq; dabo. Ius ciuile tibi non iniicit vinculum in decẽ. Idémque eſt, ſi mihi quinque, aut purè ſtipulanti, tu decem, aut ſub conditione ꝓmiſeris. Quid verò illa apud Plautum ſtipulatio, valétne? Dabiſne argenti mihi hodie viginti minas? Dabo. Sanè valet. Cor. Vib.

Not. quòd diuerſitas quantitatis vitiat eatenus, quatenus eſt diuerſitas: ſed diuerſitas in qualitate inter interrogatiõnẽ & reſponſionẽ reddit ſtipulationem in totum inutilem. Item, quòd abſoluta, & ſimplex reſponſio in dubio non intelligitur diſcordare ab interrogatione: ſed in ea cenſentur repetitæ virtualiter omnes qualitates interrogationis. Syl.

a Inutilis eſt. Interdum in totum: interdum pro parte.

Stipulatio ſemper vitiatur ex reſpõſionis diuerſitate.

b Non reſpondeat. ſ. congruè. diligẽter tamen attende, quòd vbicunque eſt diuerſitas: ſi incontinenti placet diuerſitas ſtipulatori, valet ſtipulatio, vt ff. de verb. obli. l. j. §. cùm adiicitur. Si autẽ non placeat, aut eſt in qualitate, aut in quantitate, aut in ſpecie diuerſitas. In primo caſu, nullo modo valet, vt hîc, ibi, aut ſi ille, &c. & ff. eod. l. j. §. cũ adiicitur. & §. ſi quis ſimpliciter. Si verò in quantitate: in eo quod conſonat valet: ſiue detrahat, ſiue adiiciat, vt ff. de verbor. oblig. l. j. §. ſi ſtipulanti. quæ eſt contra: in alio non, vt hîc: ibi, veluti, &c. Si autem in ſpecie: aut promittitur vna ſpecies pro altera: & tũc non valet, vt l. eod. §. ſi de alia. aut alia adiecta, & ita copulatiuè, & tunc valet in alia, non in adiecta, vt ff. de verb. obl. l. j. §. ſed ſi. Si autem plures res ſtipuletur: tunc aut copulatiuè fuit facta interrogatio, & valet in eo, quod reſponſum eſt: aut disiunctiuè, vt illam, aut illam rem promittis? quo caſu valet: ſiue ad vtrunq;, ſiue ſimpliciter reſpondeat, & in vtraque. Si verò in vna, nõ valet etiam in ea: licet in ſummis non vitietur alternatiua, ſi reſpondeatur ad vnã tantùm, vt ff. de verbor. obligat. l. j. §. ſi quis. & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. Accurſius.

Et eſt ratio diuerſitatis ſecundùm Ioan. Fab. quia in ſpeciebus talis reſpõſio facit diuerſitatem in qualitate: quia in qualibet ſub conditione interrogaſſe videtur. Sed in alternatiua ſummarum minor eſt in obligatione. l. ſi ita ſtipulatus fuero decẽ, aut quinque. ff. eo. ideo de ea interrogatum & reſponſum eſſe videtur.

† Vel contra. Vbi de verborum formulis agitur, & verba, & ſummas congruere oportet. lege 14. ff. de acceptil. In ſtipulationibus verba ſubtiliter exquiruntur, & contra ſtipulatorem interpretantur. d. l. 38. de verborum ob. In iis quæ iuriſgentium ſunt, interpretatio ex bono & æquo admittitur. l. 17. ff. de pact. l. 11. §. primo. ff. de reb. cred. Iuſtiniano aduerſari videtur Vlpianus in l. prima. §. ſi ſtipulanti. ff. de verborum obligat. niſi conciliatio admittitur, ex iis verbis, Si modò id exprimas. N.A.

† Solum reſpõdeat. Quia reſpõſionem interrogationi cõſentaneã eſſe oportet. N.A.

a Ex

quæ ſtipulator expreſſerit [a].

¶ Inter d[illegible] & ſeruum [illegible]

¶ Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel* ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt: vel ſi is à te ſtipuletur [b]. Sed ſeruus quidem nõ ſolùm domino ſuo obligari non poteſt [c], ſed ne quidem vlli* alij. Filij verò familiarum *† aliis obligari poſſunt [d].

¶ Mutus & ſurdus [illegible]

omnino non poſſe ſtipulationé contrahere. Accur.

¶ Mutum † neque ſtipulari, neque promittere poſſe, palam eſt. quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is, qui ſtipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba ſtipulantis audire debet. vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardiùs exaudit: ſed de eo, qui omnino non audit*.

¶ Furioſus neque ſtipulari, neque aliter contrahere poteſt. Accurſius.

¶ a Expreſſerit. Quæ enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita c reduntur: vt ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem reſpondit.

¶ Item inutilis. CASVS. Stipulatus ſũ à filio meo, qui in manu mea eſt: vel ipſe à me ſtipulatus eſt: valétne ſtipulatio? minimè. Ius enim ciuile, patris & filij ſubiecti patri, eadem cenſentur eſſe perſona & bona: quæ tum demũ diſtinguit, cùm filius emancipatus eſt. Quid Seruus Pamphili ſi ſtipuletur, an ius ciuile ſerui cauſa vinculũ iniicere non dignatur? minimè. Quid autem in filiofamiliàs? Ius ciuile ſtipulanti extraneo vinctũ tradit filiumfamiliàs quod intellige, vt ſuo loco explicauimus. Corn. Vib.

¶ Not quòd inter patrem, & filium ſtipulatio nõ contrahitur. Item, quòd inter dominum, & ſeruum obligatio ciuilis contrahi non poteſt. Item, quòd ſeruus nemini poteſt ciuiliter obligari. Item, quòd filiusfamiliàs, excepto patre, poteſt aliis ciuiliter obligari & naturaliter. Sylueſter.

¶ Item inutilis. Quantum ad ciuile vinculum, ſed naturale contrahitur, vt ff. de condic. inde. l. ſi id, quod. & l. frater à fratre. §. j. vnde fideiuſſor accedit, vt j. de fideinſ. in princip. Et hæc vera ſunt, niſi in caſtren. pecul. vel quaſi. nam tunc eſt loco patrisfamil. vt ff. ad Macedon. l. ij. & ff. de collatio bonorum. l. j. §. nec caſtrenſe. tunc enim & cum patre obligatur: & agitur cum effectu: vt ff. de iudic. l. lis nulla.

¶ Intellige, petita venia. l. adoptiuum. in princip. ff. de in ius voc. Syl.

¶ b Stipuletur. C. de pact. conuentis. l. pactum dotale. contra. Solut. maximè, ibi poſitum abundat: ſic C. de teſtamẽt. manu. l. fin. §. j.

¶ c Obligari non poteſt ſ. ciuiliter. Ac.

¶ d Obligari poſſunt. Ex omni cauſa: vt ff. de iud. l. tã ex cõtractibus. & conueniri in ſolidũ, durante patria poteſtate, auctoritate tamẽ patris interueniente: ad quid pater cõpellitur officio iudicis. C. de bonis quæ libe. l. cùm nõ ſolùm. §. j. & poſtea, niſi in ſex caſibus. qui ſũt. ff. quod cum eo l. ij. Excipe duos caſ⁹, vt in mutua pecunia, ex qua non tenetur cũ effectu, propter exceptionẽ Macedoniani, neq; pater, vt C. ne filius pro patre. l. j. Item, in voto, vel Deo, vel Reipubl. facto: vt ff. de polli. l. ſi quis rem. §. voto. Nam licèt aliàs, ſcilicet, ex contractu, vel quaſi, conueniatur à prælato maiore loci illius: hic tamen non conuenitur: vt Cod. de epiſc. & cle. l. nulli. & in auth. de eccle. tit. §. ſi quis.

Dic ſecundùm docto. hic, non procedere in voto religionis. l Deo nobis. §. hoc etiam. C. de epiſcopis & clericis. & in matrimonio de iure canonico, quod attenditur. c. j. de coniug. ſeruo. Sylueſt.

* Filiorumfam. Seruus ciuiliter non obligatur, ſed naturaliter tantùm, l. 41. l. 50. §. 2. ff. de pecul. filiusfam. & ciuiliter & naturaliter obligatur. l. 39. ff. de actio. & oblig. Itaque damnatus etiam viuo patre pœnam ſubibat corporalem, quia creditoribus addicebatur, vt eis ſeruiret. l. penul. Cod. qui bon. ced. poſſ.

† Mutum. Mutus, ſurdus, negotia quæ iuriſgentium ſunt, vtiliter gerũt: ca

* abeſt.
* abeſt.
* familiàs.
* exaudit.
N.A.
N.A.

Obligatio naturalis inter patrẽ & filiũ poteſt cõſiſtere.

Digitized by Google

¶ Furioſus nullũ negotium [a] gerere poteſt [b]: quia non intelligit, quod agit *.

* agitur. T.

¶ Qui infantiam exceſſit, alium ſibi obnoxium, etiam ſine tutoris auctoritate reddere poteſt, ipſe autẽ alteri obligari non poteſt.

¶ Pupillus [c] omne negotium † rectè gerit: ita *tamen, vt vbi tutoris auctoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor †: veluti, ſi ipſe obligetur [d]: nam alium ſibi obligare, etiam ſine tutoris auctoritate [e] poteſt. Sed quod diximus de pupillis, vtique de iis verum eſt, qui iam habẽt aliquem intellectum: nam infans [f], & qui infantiæ * proximus [g] eſt, non multum [h] à furioſo diſtant:

* vt tamen ſ- cubi.

* infanti

ea verò, in quibus verba requiruntur inutiliter. Itaque nec teſtamentum facere poſſunt l. vj. de teſtam.

¶ a Nullum negotium. ſcilicet obligatorium. Idem in prodigo, cui bonis interdictum eſt. ff. eod. de verb. oblig. l. is cui. quia furioſo ſimilis eſt: vt ff. de cura. furio. l. j. primo reſpon. & ff. de reg. iur. l. furioſi. Idem in mẽte capto, vt ſuprà de cur. §. j.

¶ Hoc verum quoad obligandum prodigum alteri, ſecus è contra, d. l. is, cui. Syluest.

ADDITIO.

Idem in fatuo. Et intellige de his, qui omnino nihil rationis ſapiũt aliàs ſecus, ſecundum Angel.

¶ b Poteſt. ſcilicet ciuiliter.

¶ Pupillus. CASVS. Annius pupillus ſtipulatus eſt à Mæuio decẽ. quæro, an ius ciuile vinculum obligationis in Mæuium iniiciat? maximè. Quid verò ſi Annius Mæuio ſtipulanti promiſerit? Ius ciuile non aliter in pupillum vinculum iniicit, niſi auctore tutore pupillus promiſerit. Sed quoniã de pupillo locutus es, quæro, an id ſit perpetuũ, & puero anniculo aut bienni, qui fari poſſit, ſtipulante, ius ciuile vinculum promiſſori iniiciat? Vtilitatis, inquit, cauſa receptum eſt, vt pupillus etiam minor ſeptennio, modò fari valeat, etiã ſi non intelligat prorſus quid agat, ſtipulari poſſit. Verùm, qui in poteſtate parentis eſt, ſi ante annum XIIII. ſtipuletur, ius ciuile ipſius ſtipulationem aſpernatur. Cor. Vib.

¶ Not. pupillum obligari ſine tutoris auctoritate non poſſe. Item, quòd qui exceſſit infantiam, alium ſibi obligare poteſt ſine tutore: ſecùs in infante. Itẽ, quòd infans æquiparatur furioſo. Itẽ, ꝙ quamuis hoc verum ſit in multis, tamen quo ad alium obligandum ſibi equiparatur proximo pubertati. Item, quòd patria poteſtas non eſt potens ad filium impuberem obligandum.

¶ c Pupillus. ſcilicet pubertati proximus: vt ſequitur. & eſt ratio, quia intellectum habet: vt ff. de reg. iur. l. in negotiis. Accurſius.

† Omne negotium. Imo ex quo fari poteſt, ſtipulari poteſt l. vlt. §. j. ff. de verb. obl. N.A.

† Tutor. Quia pupillus meliorem ſuam conditionem facere poteſt, deteriorem non poteſt §. j. ſupr. de auctor. tutor. N.A.

¶ d Obligetur. ſcilicet alij.

¶ e Auctoritate. Sic ſuprà de auctorita. tuto. in princip. ſic ff. de pact. l. cõtra iuris ciuilis.

¶ f Infans. id eſt vſque ad ſeptem annos: vt C. de iur. delib. l. ſi infanti. j. reſpon.

¶ g Infantiæ proximus. id eſt vſque ad decem annos, & dimidium: & ſic proximus reſpicit infrà: ſed cum dico pubertati proximum, à decem annis & dimidio ſuprà intellige: nam ſic in maſculis debet fieri dimidiatio: in fœminis in nono & dimidio: vt ſuprà quibus ex cauſis manu. non li. §. fin. & ſuprà quib. mod. tut. finia. j. reſpon.

Proximus pubertati.

Hæreditas trãſmittitur per infantem, ſed non per furioſum.

† Infantiæ proximus. Infans eſt, qui nondum ſeptimum compleuit annum. l. 18. C. de iur. deliber. Ergo proximus infantiæ, qui nuper impleuit: Hi furioſis comparantur; quia non intelligunt quid agatur l. j. §. vlt. de actio. & oblig. ff. N.A.

¶ h Non multum. Nam diſtat aliquantulum, vt in hæreditate, quam tranſmittit infans, vt C. de iure deliberandi. l. ſi infanti. §. primo. ſecus in furioſo: vt C. de curat. furioſi. l. fin. §. ſi autem. & hoc ſecundũ Azo. Sed certè ſic poſſet dixiſſe: quia vnus paruus, alter magnus, alter continuum tempus, alter habet interualla dilucida. Dic ergo, diſtat in ſtipulando, in hoc: quia infans ſine intellectu interdum ſtipulatur: ſed furioſus nunquam: vt ff. rem pupil. ſaluam fore. l. ſeruum pupilli. [Cõmuniter tamẽ tenetur, ꝙ ille text. loquatur in maiore infante. Syluest.]

Stipulatur quandoque infans, non autem furioſus.

Item,

Digitized by Google

Item,dicit non multùm : propter proximum infantiæ , qui intellectum habet,& ideo colligitur ſtatim,φ hic dicitur. ibi,ſed in proximis. Accurſ.

a Benignior. Quàm ſuprà dictum ſit. Accurſ.

poteſtate conſtitutus , auctore patre non obligetur , ſed pater potius promittat ſi è re ſua ſit obligari. E.B.

Auctore patre. Obſeruanda eſt differentia , inter puberem & impuberem. N.A.

b Idem iuris habeāt. Vt alios ſibi obligēt:aliis verò non obligentur ſine tutore , vt ſuprà proxim.§.

infantibus. N.A.

Pubertati proximi. Id eſt,qui annū decimum quartum attigerunt ; quoniam eius quod agitur intellectum habent , & doli capaces ſunt. l. xiiij. in fine, ff. ad Syllan. l. pupillum. 111. ff. de reg. iur. Pubertati proximus, & infantiæ cōparātur,vt tutore auctore obligentur l. vlt. §. j. ff. de verb. obl.

quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectū. Sed in proximis infantiæ *, propter vtilitatem eorū , benignior [a] iuris interpretatio facta eſt:vt idē iuris habeāt [b] , quod pubertati proximi †. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes [c] , ne auctore quidē patre [d] , obligatur.

¶ Si impoſſibilis conditio obligationibus [e] adiiciatur, nihil valet ſtipulatio. Impoſſibilis autem cōditio habetur , cui natura [f] impedimento eſt, quominus exiſtat : veluti ſi quis ita dixerit, Si digito cœlū tetigero, dare ſpondes ? At ſi ita ſtipuletur, Si digito cœlum non tetigero

Impubes nō obligatur patre auctore, tutore auctore , obligatur. Pubes obligatur patre auctore , & nō tutore auctore. d. l. vltima de ver. oblig. & l. 39. ff. de oblig. & act. Itémq; ſine curatoris auctoritate l. 101. ff. de verb. oblig.

Si impoſſibilia. CASVS. Stipulatus ſum hoc modo , Si digito cœlū tetigero, decē dabis ? Ius ciuile iſtā ſtipulationem,pro nihilo ducit , neq; tibi vinculū iniicit. Res enim impoſſibiles facere quēquam nequaquā coget. Quid , ſi hoc modo ſtipulatus ſim, Si digito cœlū nō tetigero,decem dabis?Ius ciuile tibi vinculum iniicit. Perinde enim eſt,ac ſi purè ſtipulanti. mihi decem promiſiſſes. Cor. Vib.

Filius impubes etiā cum authoritate patris non poteſt obligari.

c Impubes. Aliud ſi pubes. nam obligatur ac ſi eſſet ſui iuris , vt ff. eod. de verb. obl. l. fin. §. j. niſi in duobus caſib. vt ſuprà eod. §. item inutilis. diximus.

d Patre. Sed quæ eſt ratio de hoc ad pupillum:cùm tutore auctore obligetur ? Reſpon. quidam,φ ob hoc ipſum datur tutor , ſed patria poteſtas eſt ad corrigendum : & eſt pro eis. C. de bon. quæ libe. l. fin. §. ſinautem. Vel dic, φ tutorem habet obligatum , ſi male auctoratur,patrem non, vt C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. §. ſub hac tamen. verſi. non autem hypothecam. Accur.

ADDITIO. Hoc verum, quādo de pupillo merè obligādo tractatur:ſecus ſi de mera vtilitate : quia poteſt etiam ſine patre obligari. Si verò poteſt eſſe vtilitas & damnum:puta,quando vſusfructus,vel aliquid patri quæri poteſt: quo caſu de iure nouo pater legitimā adminiſtrationem habet, ſufficit ipſius auctoritas,non in aliis : vt l. ſi infanti. C. de iur. deli. Ang.

ADDITIO. Ratio differentiæ eſt, quòd filiusfam. ſtipulando, non ſibi,vt pupillus , ſed patri acquirit. §. ſi quis alij. ſuprà eod. vt meritò impubes in

Not. ſtipulationem conceptam ſub impoſſibili conditione, inutilem eſſet, ſub neceſſaria verò, puram eſſe. Item, quòd ea quæ per rerum naturam exiſtere non poſſunt , dicuntur impoſſibilia. Sylueſt.

e Obligationibus. Quibuſcunque. vt hic,& ff. de actionibus, & obligationibus. l. non ſolum. Secus eſt in vltimis voluntatibus : quia tunc pro non appoſita habetur : vt ſuprà de hæredi bus inſtit. §. impoſſibilis.

Dic , vt per Bart. in l. j. ff. de condi. inſti. Sylueſt.

f Cui natura. Non ita ſi verborum perplexio ſit : vt ff. de cond. inſtit. l. ſi Titius. Ioan. contrà : tunc enim quandoque nō diceretur impoſſibilis, licet non poſſet exiſtere : vt ff. de verb. obl. l. ſi Titius. ſecundum Azo. [Declara, quòd idem eſt hoc, quòd dicere,quòd conditio impoſſibilis in caſu. d. l. ſi Titius.

Titius. non vitiat ſtipulationem: quia ibi nō eſt omnimoda perplexitas: quia eſt diſſolubilis per præoccupationem iudicij litem conteſtando. Sylueſt.] Et facit ad hūc §. ff. de reg. iuris. l. impoſſibiliū. & ff. eod. l. impoſſibilis. §. j.

a Purè. id eſt, ſine conditione, etiam ſi dies eſſet appoſita: vt ff. eod. l. in illa ſtipulatione §. fin. *petere. T.

† Purè facta. Purè. Nā à verbis conditionalis eſt, à ſententia, pura; & cuius affirmatio eſt impoſſibilis, eius negatio eſt neceſſaria l. vij. ff. hoc titulo. ἀδύνατον τὸ τοῦ ἐναντίου ὅς ἀνάγκης ἀληθὲς Ariſtot. Metaphyſ. 4. & Perihermonias cap. vlt. N.A.

gero, dare ſpondes? purè a facta† obligatio intelligitur: ideóq; ſtatim b peti* poteſt.

¶ Stipulationis [illegible] partes [illegible] vſque adeo [illegible] niſi [illegible] [illegible].

¶ Item verborū c obligatio inter abſentes d concepta, inutilis eſt. Sed cùm hoc materiā litium cōtentioſis hominibus pręſtabat e, fortè poſt tēpus f tales g allegationes opponētibus, & nō h præſentes fuiſſe*, vel ſe, vel aduerſarios ſuos* cōtendentibus: ideo noſtra conſtitutio i † propter celeritatem dirimēdarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes aduocatos

tionem impoſſibilē, ita per abſentiam fit inutilis ſtipulatio.

d Abſentes. Ita intellige abſentem, vt audire non poſſit: vnde ſi eſt in turri, vel à remotis, & clamet, valet ſtipulatio, ſi ſe audiāt, arg. ad Syl. l. j. §. eo. aliàs accipitur multis modis: vt ff. de ver. ſign. l. abſente. & not. in auth. de fideiuſſ. §. j. Sed contra eſt ff. de dona. inter virū & vxo. l. ea quę. Sed ibi interceſſerat ſtipulatio ante abſéntiam, cuius verba etiam inter abſentes nūc repetuntur. Item contra. ff. de pactis. l. Labeo. in princ. Sed aliud in pacto quolibet alio, quod ſine huiuſmodi ſolennitate fieri poteſt. Sed ſtipulatio non: vt ff. de pact. l. j. in fin. & infrà de actio. §. de conſtituta. Item contra. ff. de ſponſ. l. iij. & l. v. Sed poteſt dici ibi ſpeciale, vt valeant inter abſentes. Vel dic, quòd & per ſtipulationem fieri poſſunt ſponſalia: & tunc inter præſentes, vt hic. Item conſenſu, ſcilicet ſolo, poſſunt fieri ſponſalia: & tunc etiam inter abſentes: vt d. l. iiij. Accurſ. *eſſe. *aduerſarijs ſuis. Spōſalia inter abſentes & præſentes fieri poſſunt.

ADDITIO. Et hæc vltima communiter tenetur in l. j. in princ. ff. eod.

e Præſtabat. Antiquitus.

f Poſt tempus. Poſt, ideo dicit: quia quando conueniuntur poſt tēpus contractus, talia opponuntur. Accurſ.

g Tales. Quales ſubiicit ſtatim, & non, &c. Accurſ.

h Et non. Ecce allegationes.

i Conſtitutio. Vt C. de contrahend. & commit. ſtip. l. optimam.

† Conſtitutio. Onus probandi, quod actori incumbit, propter inſtrumenti auctoritatem, confertur in inficiantem: non quòd probetur negatio, ſed ſubiecta affirmatio de præſentia in alio loco. l. penult. C. de contrahen. ſtipulat. N.A.

b Statim. Cum ſpatio tamē, quo ſolui poſſit: vt infrà eod. §. fin. ff. eod. l. cum qui kalendis. Et hoc dixi, ſuprà de verbor. obligat. §. omnis ſtipulatio. Accurſ.

Item verborum. CASVS. Terentius tabellam protulit in iudicio, in qua ſcriptum erat me ipſi ſtipulanti promiſiſſe centum. Ego qui Romæ tūc eram, cùm inſtrumentum Lugduni factum eſſet, defendo me non interfuiſſe ſtipulationi: quæro, an ſim audiendus? Reſpōdet, Si probari poſſit me abfuiſſe, certum eſt nullam eſſe vim illius inſtrumenti. Nam ſtipulatio non habet locum, niſi inter præſentes. Cor. Vib.

Not. ſtipulationē inter abſentes non contrahi. Item, contentionum lites amputandas. Item, quòd inſtrumento ſtatur, niſi contrarium probetur. Item, q improba allegatio poteſt dici reſpectu initij, licet ex poſt facto dicatur iuſta. Item, quòd inſtrumentum non ſolùm per inſtrumentum, ſed per teſtes reprobari poteſt. Item, modum probandi negatiuam eius, quod in inſtrumento continetur. Syl.

c Item verborum. Sicut per condi-

a Scri

Digitized by Google

ſcripſimus [a], per quã diſpoſuimus, tales ſcripturas [b], quæ præſto [c] eſſe partes indicant omnino * [d] eſſe credendas: niſi is, qui talibus vtitur improbis [e] allegationibus, manifeſtiſſimis [f] probationibus, vel per ſcripturam [g], vel per teſtes idoneos [h] approbauerit, toto eo * die [i],

* omnimodo.

* in ipſo

a Scripſimus. Loquitur Iuſtinianus, auctor illius conſtitutionis.

Inſtrumenta duo ſi ſint eiuſdẽ diei, ſed diuerſi loci, cui ſtabitur.

b Scripturas. Sed quid, ſi vnus proferat inſtrumentum, in quo contineatur contrahentes fuiſſe præſentes Romæ tali die, alter quòd Bononiæ. Dicũt quidam, ꝙ neutri creditur. Alij, quòd bonus iudex debet animaduertere, cui potius credẽdũ ſit: vt ſi ſtipulator ipſo tẽpore tenebat ſcholas Bono. ſtabitur illi inſtrumento, quo continetur ipſum fuiſſe Bononiæ.

c Præſto. id eſt Præſentes.

Scriptura an ſemper ſtandum ſit.

d Omnino. Not. ſtandum ſcripturæ, niſi contrà probetur, ſic C. de prob. l. cum precibus. & infrà eod. §. ſi ſcriptum. & infrà tit. j. §. fin. & hoc quando formam habet publicam, aliàs ſi priuatam: ſi pro ſcribente, non valet: ſi contra ſcribentem, valet, ſi eſt cum cauſa: vt in authent. de iureiur. à mo. §. j. & C. de non nume. pec. l. generaliter. Accurſ.

e Improbis. ſ. Prima facie, quæ fortè probæ apparebunt tandem. ſic C. de epiſc. & cler. l. omnes qui. circa princ. ſecundum Ioan.

f Manifeſtiſſimis. Quia contra ſcripturam.

ADDITIO Et ex hoc collige, non eſſe minus manifeſtam probationem quæ fit per teſtes, quàm quæ fit per ſcripturam.

g Scripturam. ſcilicet aliam: quod eſt melius.

h Idoneos. Omni exceptione maiores, id eſt, quòd nulla exceptio poterit eis opponi: vt C. de contrahenda, & commit. ſtip. l. optimam. Accurſ.

Inſtrumenti editio tripliciter petitur fieri.

i Eo die. Not. quòd dies debet inſeri in inſtrumento, quòd alia ſunt neceſſaria, vt dixi in authent. vt præponatur nomen Imperatoris. & facit C. de diuerſ. reſ. l. ſi qua. Sed quomodo hoc probabitur, cùm dies inſtrumenti non debeat exhiberi: vt ff. de edend. l. j. §. editiones? Reſp. tribus modis petitur inſtrumentum edi. Primò, vt fundet intentionem ex inſtrumẽto rei actor: vel reus ex inſtrumẽto actoris fundet exceptionem. [Hæc falſa eſt. l. fin. C. de edend. ſecũdum communem intellectum. Syl.] Cum neutro caſu aduerſarius vteretur, quod non debet eſſe: & tunc nulla pars inſtrumenti debet exhiberi: vt C. de eden. l. fi. in fin. & C. de teſti. l. nimis. [Secus intellige, ſi ad fundatam adiuuandam. Bart. in l. j. §. editiones. ff. de eden. Sylu.] Secundò. ſ. quando aduerſarius vtitur: nam tunc editur, vt videatur, an aliquid poſſit ei opponi: & tunc exhibetur, ſed ſine die, & conſule: ne materia detur falſum fabricãdi: vt d. l. ff. de eden. l. j. §. editiones. & ff. quemadmod. teſt. aper. l. j. §. j. Tertiò, vt de falſo accuſetur, & tunc etiam cum die, & conſule eſt exhibendum: vt hic, & C. de contrahend. & commit. ſtip. l. optimam. & C. de fide inſtr. l. fin. Aliis autem modis petuntur inſtrumenta edi vel tradi per varia genera actionũ: vt ff. de eden. l. quædam perſonæ ſunt. ſed dictis tribus modis petuntur edi. i. demonſtrari. Item, quomodo hoc eſt, quod hic probat reus contra iuris ordinem: vt C. de eden. l. qui accuſare? Reſp. hoc propter præſumptionem, quæ eſt contra eum propter ſcripturam: vt ff. de pact. l. iuriſgentium. §. quod ferè. Item, nunquid duo teſtes hoc probantes. ſ. alterũ contrahentium abfuiſſe ſufficiunt? Reſpon. ſic: vt ff. de teſtib. l. vbi. Sed nónne inſtrumentum vicem duorum tenet? vt C. de fide inſtrum. l. in exercendis. quare videtur, quod in dubio pro inſtrumento ſtetur. Sed certè non directè contradicitur inſtrumẽto, ſed per obliquum, ſcilicet fuiſſe in ſcriptura quadam facta Romæ, vel vt teſtis, vel vt contrahens. Si verò contra eam directè dicitur, plures quàm duo exiguntur, vt vincant ſcripturam: vt ff. de teſtib. l. iij. ibi, aliàs numerus, &c. Vel dicas etiam hic exigi tres. Sed nunquid ſi aliquid teſtes dicant pro inſtrumento, vel in eo ſcripti, vel non: tot vel plures erant neceſſarij contra inſtrumentum? Reſpon. ſic: quia inſtrumentum per ſe vicem duorum tenet: vt dictum eſt. Item, & præter ipſum ſunt probationes, vt ponis: vt ff. de pign. l. contrahitur. Item, quòd dicit, eo die, idem dicas, ſi alio tali, quod hic eſſe non potuit: vt arg. ſuprà de verb. obl. §. loca. Accurſ.

quo [a] cõficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel aduerſariũ ſuum in aliis locis eſſe [b] *.

Actiones hodie ab hæredibus, & contra hæredes incipere poſſunt.

Poſt mortẽ ſuã dari ſibi nemo ſtipulari poterat [c]: non magis, quàm poſt ei9 mortẽ [d] †, à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortẽ eius [e] ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur [f] *. Sed & ſi quis ita ſtipularetur. Pridie [g] † quàm moriar, vel Pridie quã morieris, dare ſpondes? inutilis erat [h] ſtipulatio. Sed cùm (vt iam [i] dictum eſt [k]) ex cõſenſu cõtrahentium ſtipulationes valeãt, placuit [l] nobis etiam in hunc iuris articulũ neceſſariam iuducere emendationem: vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie, quàm moriatur * ſtipulator ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit *, ſtipulatio valeat [m].

ADDITIO. Ex hac gloſ. no. quòd duo teſtes probantes per indirectum contra inſtrumentum, faciunt vacillare inſtrumentum: quia probant affirmatiuam: & etiam voci viuæ magis creditur, quàm mortuæ, auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib. Chriſtophorus.

a Quo. Vel etiam alio. dummodo ſi tãtùm remotus locus in quo dicitur fuiſſe tempore, quo dicitur inſtrumentũ fuiſſe factum: quod hic non potuit eſſe: vt ff. de ver. obl. l. vlti. §. fin. & ſ. de verbor. obl. §. loca. Acc.

* Aliàs fuiſſe.

b Eſſe. i. fuiſſe. ſic ſ. de iis, qui ſunt ſui vel alien. iur. §. in poteſtate.

ADDITIO. Sed ſi inſtrumentum præſentes fuiſſe cõtineat, non ſolùm promiſſionem, vel ſponſionem inducit: ſed præſumptio eſt interrogationem præceſſiſſe, & præſenti promiſſum eſſe. l. ea, quæ. ff. de donation. inter virum & vxorem.

* Videtur.

Poſt mortem. CASVS. Stipulatus ſum decem dari pridie quàm moriar, vel poſt mortem meam: quæro, an ius ciuile promiſſori vinculum iniiciat? Lege Iuſtiniani noua iniicit. Filiusfamiliàs item ſtipulans ſibi decem dari poſt mortem patris, vel pridie quàm moriatur pater, ſibi eadem lege obligationem parit. Cor. Vib.

Not. quòd vox filij vel ſerui fingitur vox patris vel domini. Item, quòd in ſtipulationibus attenditur potiſſimè conſenſus contrahentium. Syl.

c Nemo ſtipulari poterat. ſ. iure vetuſtiſſimo: quod hodie corrigitur: vt in fine huius §.

Adde, quòd imo iure ff. alioqui ſuperflua eſſet correctio. l. fi. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Nec obſtat. l. quodcunque. §. non ſolùm. ff. eo. quia loquitur in ſtipulatione cùm moriar, de qua in ſeq. §. Syl.

d Non magis. Quia nec hæc valebat. Accurſ.

Poſt mortem. Partim quia impoſſibilis eſt, cùm in rerum natura non ſit, partim, quia alteri, & multò magis incertę perſonæ ſtipulari non poſſumus. l. iiij. de contr. ſtipul. C. N.A.

e Eius. ſ. patris vel domini.

f Videretur. Vnde ſicut patre vel domino ſic ſtipulãte, ſic erat ſtipulatio inutilis: ita & ſeruo alia verba dicente vel filio: vt hic, & ſ. eodem. §. ei qui. & facit C. de impuber. & ali. ſubſtitut. l. fin.

* moriatur.

g Pridie. i. die præcedenti mortẽ: vt ff. de ſer. l. pridie.

* eſt.

† Pridie. Quia cùm is dies nunquam ante mortem certus ſit, poſt mortem collata ſolutio intelligitur. N.A.

h Erat. ſcilicet olim.

i Sed cùm (vt iam.) Nunc corrigitur.

k Dictum eſt. Sic ſ. de verb. oblig. §. ſed hæc.

l Placuit. Vt Cod. de contrahend. & commit. ſtip. l. ſcrupuloſam.

m Valeat. ſcilicet ſtatim: efficax autem erit poſt mortem, vnde ab hęrede & contra hæredem incipiunt actiones hodie, quod olim non erat: vt Cod. vt actio. ab hæred. & contra hæred. l. prima.

Item ſi quis. CASVS. Stipulatus ſum, Si Cicero cras ab exilio reuocetur, hodie dare ſpondes? quæro, Ius ciuile iniicítne vinculum obligationis promiſſori? Iniicit noua Iuſtiniani lege: tametſi præpoſtera hæc ſtipulatio ſit. Cùm enim ſub conditione ſtipulamur, prius euenire neceſſe eſt & extare condictionem, quàm aliquid ex ſtipulatione peti poſſit. Cor. Vib.

Digitized by Google

¶ Præpoſte[illegible]

Item ſi quis ita ſtipulatus erat, Si nauis cras * ex Aſia venerit ,hodie dare ſpōdes? inutilis erat ſtipulatio: quia præposterè[b] † concepta eſt. Sed cū Leo inclitæ recordationis in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reiiciendā exiſtimauerit* [c]: nobis placuit[d], & huic perfectum robur accommodare, vt nō ſolùm in dotibus†: ſed etiam in omnibus[e] valeat huiuſmodi cōceptio[f] ſtipulationis.

¶ Stipulatio cum [illegible]

Ita autem concepta ſtipulatio, veluti, ſi Titius dicat, Cùm moriar†, dare ſpondes? vel, Cùm morieris? & apud veteres vtilis erat[g], & nunc valet. Item, poſt mortem alterius[h] rectè ſtipulamur.

¶ Verba [illegible]

Not. quòd ſtipulatio quæ habet executionis diē præuenientem ortum obligationis hodie valet, licet olim eſſet inutilis. Item, quòd præpoſteratio non vitiat ſtipulationem, nec alios cōtractus. Item, q ſtipulatio cùm moreretur promiſſor aut ſtipulator, etiam iure ff. valebat. Item, quòd ſtipulatio concepta poſt mortē tertij, omni iure valida eſt. Sylu.

a Venerit. Poſt hoc verbū venerit, eſt punctum: & ſubaudi quandoque, vel vſq; ad annum. ſi autē eſſet poſt illam dictionem hodie, nō eſſet ſtipulatio inutilis etiam iure veteri. ſed vtilis & cōditionalis: vt s. de verborū obligat. §. ſub conditione.

alibi. *existimauit.*

ADDITIO.

Dupliciter literam exponit. Apparet Accurſium non habuiſſe vocem CRAS. Quæ etiam abeſt à multis libris: eam tamen Theophilus interpoſuit.

b Præpoſterè. Primò enim debet venire nauis ſecundùm naturam conditionalis ſtipulationis vel conditionis, quàm dari hodie.

N.A. Præpoſterè. Præpoſtera ſtipulatio eſt, quæ obligationem ante conditionis euentum conſtituit, cùm illa ex hoc pendeat. §. iiij. ſuprà de verb. obl.

c Exiſtimauerit, ſ. cùm ita ſtipulabatur mulier, Si fine liberis deceſſeris, promittis mihi dotem reddere, vt de ea poſſim teſtari? cùm prius teſtari proponebat, & ea mortua dotem reddi: vt C. de iure dot. l. ſi mulier. [Hoc exemplum non pertinet ad hunc text. quia in d. l. ſi mulier. ratio dubitandi non ſumitur ex cauſa præpoſterationis: ſed ibi dubitabatur, nunquid illa verba, vt de ea teſtari poſſit, importarent conditionem, an cauſam: & vtrum finalem, an impulſiuam: & deciditur, quòd importat impulſiuam: vnde non facit, quia conſtitutio illa eſt Diocletiani, non Leonis, Sylu.] Vel dic ſecundùm Ioann. cùm ſtipulatur maritus ſic, Sic dabis mihi decem, promittis te mihi nupturum? Primò enim nubere, & poſtea dare debebat.

d Placuit. Vt C. de teſtam. l. præpoſteri.

N.A. In dotibus. Si ſine liberis deceſſero, dotem mihi, cùm moriar dare ſpondes. l. 25. Cod. de teſtam.

e In omnibus. ſcilicet obligationibus.

f Conceptio. Exactio tamen fit poſt conditionem exiſtentem: vt Co. de teſta. l. præpoſteri. in fi. & facit ad hūc §. ſcilicet, quòd non ſit curandus ordo ſcripturæ. ff. de pecu. leg. l. quidam. in fin. & glo. fin. & s. de leg. §. ante. & ff. de ſolu. l. nec enim.

Ordo ſcripturæ attendendus non eſt.

Ita autē. [illegible] Stipulatus ſum, Cùm moriar, dare ſpondes? vel, Cùm morieris. Item, Poſt mortē Cn. Pompeij. dare ſpondes? quæro, an ius ciuile promiſſori vinculum obligationis iniiciat? maximè. Cor. Vibul.

N. A. Cùm moriar. Quæ poſt mortem rectè non conferuntur, in moriendi tēpus rectiſſimè conferuntur: quia moriendi momentum vitæ attribuitur. l. 48 §. 1. ff. de manum. teſta. l. 3. §. 1. ff. de nego. geſt. l. 45. ff. de verb. obl.

g Vtilis erat. Vt ff. de bon. auſto. iud. poſ. l. hæreditatem. Accur.

h Alterius. ſcilicet, tertij.

Si ſcriptū fuerit. [illegible] Cornelius protulit in iudicio chirographū, in

Digitized by Google

ſia quo ſcriptum erat, Domitiũ ei centũ promiſiſſe: nulla verò mentio erat, interrogaſſe ac ſtipulatũ eſſe Corneliũ quo, an chirographũ illud vim habat? maximè. Præſumitur enĩ ſtipulatioẽ præceſſiſſe. C. V.

¶ Si ſcriptum [a] in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem: perinde [b] habetur, atque ſi interrogatione pcedente reſponſum ſit.

¶ Si plures res deducantur in ſtipulationem & ſimpliciter reſpondeat promiſſor, ad omnes tenetur: alias ad eas tantum, in quibus reſpondit. Accurſius.

¶ A[illegible] ineſſe [illegible]ones, quot res in ſtipulationem deductæ.

¶ a Scriptum. Nunquid idem ſit, ſi teſtes dicãt aliquem promiſiſſe: vt etiam tunc intelligatur præceſſiſſe interrogatio? Videtur quòd ſic: vt C. de fide inſtr. l. in exercendis. Sed tamẽ cõtra dico: vt C. de vſu. l. j. in glo. pe. Et eſt ratio ſecũdũ Io. quia teſtes non ſic in iure inſtructi ſunt, vt inſtrumẽta quæ à iuriſperitis fiunt. Accur.

¶ Adde, quòd ita ſe habet cõmunis ſententia, non tamen pro ratione gl. quia idem eſt in priuata ſcriptura. quod inſtrumento, quæ tamẽ ab imperitis plerumque fit, & non haberet locum in teſtibus peritis. Dic tamẽ quòd ratio eſt, quam ponit Bart. in d. l. j. C. de vſur. & in l. ſciendum. col. ij. ff. eodem. Sylu.

¶ b Perinde. Niſi contra probetur: vt ff. de pac. l. iuriſgentium. §. quod ferè.

¶ Quoties plures res. CASVS. Stipulatus ſum à Quintio Ariſtotelis ſcripta, Platonis, Theophraſti, & Xenophontis: is mihi ſimpliciter reſpondit, Dare promitto. Omnium illorũ quatuor opera cogetur dare. Quid verò, ſi dixerit, Platonis, Ariſtotelis dabo? Tũc duos illos tãtùm dare cogetur. C. Vib.

¶ Not. reſpõſionem ſimplicem referri ad omnia interrogata. Itẽ, quod ſi reſponſio fiat in aliquibus rebus ſpecificatis, valet in eis. Item, quod ſi plures res copulatè in ſtipulatum deducantur, tot cẽſentur ſtipulationes, quot res. Sylu.

N.A. † Tenetur. Quia ſimplex reſp. ad vniuerſã ſtipulationẽ, nõ ad certas ei9 ſpecies facta intelligitur. l. 134. ff. de ve. ob.

¶ c Spoponderit. Aliàs reſpondeat.

¶ d Contrahitur. Imò videtur non valere: cùm ſit diuerſitas in reſpondendo: vt ſ. eod. §. præterea. Sed diſtingue, vt ibi diximus.

¶ Quoties plures vna ſtipulatione cõpræhenduntur: ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpõdeat, Dare ſpõdeo: propter omnes tenetur †. Si verò vnam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit [c], obligatio in his, pro quibus ſpoponderit contrahitur [d] †. Ex pluribus enim ſtipulationibus vna, vel quædam videntur eſſe perfectæ. Singulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas † reſpondere debemus [e].

† Contrahitur. Nẽpe, quia ſpecialis reſpõſio, ad certas perſonas dũtaxat refertur. l. 83. §. 2. ff. eod. tit. N.A.

¶ e Reſpondere debemus. Si volumus in omnibus teneri, aliàs tenemur tãtùm in his, in quib9 reſpõdemus: vt hic. Itẽ, & ſufficit ſimplex reſpõſio, vt diximus, cùm æquiparetur ei, quãdo ad omnes reſpõdet. ſic ff. de verb. obl. l. Titia. §. idẽ reſpõdet. & ſ. eodem §. præterea.

† Ad ſingulas. Legendum, non ad ſingulas. Nã etiã ſi ſimplex reſpõſio ſit: tamen tot ſunt ſtipulationes, quot res. l. 29. l. 86. ff. eodem titulo. Nota, ſimplex reſponſio, multiplici ſtipulationi facta, multiplicis reſponſionis vim obtinet. N.A.

¶ Alteri ſtipulari. CASVS. Paulò ante regulam hãc expoſuiſti, alteri ſtipulari nemo poteſt: eius magnam quidem video eſſe æquitatem. Nam cùm ſtipulationes inuentæ ſint confirmandarum cauſa pactionum, neceſſe eſt is, qui ſtipulatur, non alius fuerit, quàm is ipſe qui pactus eſt. Sed ecce, Valerius ſic à Flauio ſtipulatus eſt, Spondes dare Lælio centum. & niſi dederis, ſpondes mihi dare viginti? Tunc ius ciuile Flauium Valerio vinctum, & conſtrictum tradit, non pro centum Lælio ſtipulatis, ſed pro viginti, quæ ſibi Valerius ſtipulatus eſt. Corn. Vib.

¶ Not. quòd ſtipulatio per quam ſtipulator id agit, vt non ſibi, ſed alteri acquirat, regulariter non valet, niſi apponatur pœna. Itẽ, quòd ad validi-

¶ Vt alteri detur vel fiat, ſtipulari nō poſſumus, quādoquidem alteri acquiri, noſtra minimè intereſt: pœnam tamē, ſi promiſſa non præſtātur, ſtipulari nobis non prohibemur.

¶ Alteri [a] † ſtipulari (vt ſuprà dictum eſt [b]) nemo poteſt. Inuentæ enim ſunt huiuſmodi [ſtipulationes, vel [obligationes ad hoc, vt vnuſquiſq; adquirat ſibi, quod ſua intereſt. Cęterùm, ſi * alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet: vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio, etiam ei [c], cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur [d] quis, non illud inſpicitur, quod interſit eius: ſed quę

tatem ſtipulationis pœnalis non attenditur an ſua interſit. Item, quòd in ſtipulatione pœnali quæ ſub conditione concipitur, inſpicitur quantitas à partibus expreſſa. Item, quòd ſi ſua interſit, valet ſtipulatio. Syl.

¶ a Alteri. Sic ff. de verb. obl. ſtipulatio iſta. §. alteri. Acc.

N.A. ¶ Alteri. Id eſt, extraneæ perſonæ. §. iij. & §iij. ſuprà hoc titulo. Ergo ſicut alteri daturum inutiliter promittimus, ita dari alteri inutiliter ſtipulamur. l. 38. §. alteri. ff. eodem titulo. Quia negotiū propriè inter ſtipulatorem, & promiſſorem contrahitur. l. quæcunque. 11. ff. de obl. & act.

*inclusa absunt.

¶ b Vt ſuprà dictum eſt. §. eod. §. ſi quis alij. hoc tamē fallit in multis caſibus, vt ibi diximus. Et not. quòd hîc tribus modis alteri ſtipulamur. Nam interdum directam acquirimus actionem, ſubaudi alteri ſtipulando, vt filius patri, ſeruus domino, & contrà: vt §. eod. §. ſi quis alij. & §. ei verò qui quādoque vtilem: vt tutor pupillo, & in ſimilibus ratione officij: vt ſeruus publicus: vt ff. de conſtit. pec. l. eum, qui. §. pen & ff. rem pup. ſaluam fore. l. iiij. [Hoc verum, etiam in conuentionalibus, & in quolibet publico officiali. Barto. in l. ij. ff. rem pupil. ſal. for. Sylu.] Interdū nullam, & tunc neceſſaria eſt pœna, vt hîc dicitur. Item nota, quòd hoc vltimo caſu verba ſtipulationis, & ſortis, & pœnæ poſſunt formari tribus modis. Aut enim ſic dico, Promittis mihi q dabis *illi, & eodem modo pœnam? Aut ſic, Promittis illi, quòd dabis ei, & eodem modo pœnam? Et in his duobus caſibus non valet, neque ſortis, neque pœnæ promiſſio. Sed aliud, quando deberet vtilis vel directa acquiri, vt in primis duobus caſibus: vt ff. de conſtit. pec. l. eum qui. §. ſi actori.

Stipulādo alteri quandoque ſibi actionē quærimus, quandoque non.

Stipulatio alteri facta poteſt tribus modis formari.

& §. Iulianus, & hîc. Aut ſic, Promittis mihi, quòd dabis illi? aut pœnam mihi tantùm ſtipulor: quia & tunc habet locum quod hîc dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis, quòd dabis * mihi recipienti nomine eius? quo caſu valet vtrumque: & ergo illi cedam, cuius nomine * ſtipulatus ſum: vt. ff. mandati. l. ſi procuratorē. § fin.

vt. re. Ec.

ADDITIO. Ex hoc verum, ſiue ſim procurator habēs mādatum, ſiue negotiorū geſtor, ſiue ſaltem generalis, vt mihi acquiram, & poſtea cedam, ſicut procurator cum ratihabitione, &c. vt l. fi. C. ad Mace. & l. ſi ego. ff de neg. geſt. vt per Ioann. Fabrum & Angelum hîc.

¶ c Etiam ei. ſ. ſtipulanti: cuius tamen non intereſt dari ei, cui fuit ſtipulatus nec mirum: quia ſibi fuit ſtipulatus pœnam, vt modò diximus, & facit ff. de recept. arbit. l. cū pœna. Sed contra. ff. de recep. arb. l. aduerſus. §. ſed ſi cum. Sed ibi nō directò cōtra arbitriū itur: & ideo inſpicitur, an interſit etiam in pœna: cùm ad ea, quæ frequenter accidunt, iura ſe referant: vt ff. de legibus. l. nam ad ea. [Referas ad primum reſponſum. d. l. aduerſus. quia alia reſp. ſunt infrequentia. Syl.] Item contra ff. ſi quis in ius voca. l. ij. §. fin in glo. interſit. Sed ibi in pœna prætoria, hîc autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo non committitur, quia non debuit venire: quia aduerſarij non intererat: & ita per obliquum illa ratio redditur.

¶ d Pœnam enim cum ſtipulatur. No. quòd cautè ponit, ſtipulatur: nam ſecùs eſt, cùm paciſcitur tātùm, cùm pœna ex nudo pact. etiam incontinenti appoſito, ſicut vſura non poſſit peti: vt ff. de ſer. expor. l. ſeruus. in glo. j. & C. de vſuris. l. iij.

Pœna ex pacto nō poteſt peti.

¶ Decla

ꝗ Declara, niſi paciſcentis ſtatim interſit pecuniariter. d. l. ſeruus. ibi, acturus vtiliter: vel ſubſit cauſa affectionis ſecundùm Angel. hic: & de ipſius veritate vide Fortun. in l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pact. Sylu.

ꝗ a Quæ ſit quãtitas. i. Quæ ſit quãtitas, & quæ ſit conditio. Inſpicitur conditio, vtrũ ſit poſſibilis, vel probabilis, vel non: vt §. eod. §. ſi impoſſibilis. & j. eod. §. quod turpi. Quantitas verò quæ ſit, inſpicitur, vt quãtacunque ſit, petatur: certi cõdictione, ſi eſt certa: aliàs ſi ſtipulatio eſt incerta, actione ex ſtipulatu: vt hic: & §. de verb. obl. in prin. Iſta enim nomina, quis, & quæ ſubſtãtiæ ſunt ſignificatiua, non quantitatis. ſ. certæ, vel taxatæ, vel taxandæ: & hoc ſecundùm Azonem. Sed contra eſt: vt J. de acti. §. omnes. Solue vt ibi. Item, contra ff. de euict. l. ſi dictũ. in pri. Sed ibi ſic agebatur. Item, contra. C. de ſpõſa. l. mulier. §. quæ omnia. Sed illud fauore matrimonij: ne in infinitum pœna excedat: vt Cod. de inuti. ſtipu. l. ij. Alij, vt M. dicunt vſque ad duplum: & in hoc conſideratur hic quãtitas, vt duplum non excedat, ſecundùm eum: vt Cod. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. vnic. Alij, vt Ioann. diſtingunt inter eum, qui ſcienter promittit vltra duplum, cùm ſciat ſe non teneri, vt ille teneatur: aliàs non: vt ff. ſi quis cau. l. ſed ſi quis. §. fin. Alij dicunt vſque ad quadruplum ſemper extendi, & non plus: vt J. de actio §. omnes prima verior eſt. Accur.

ADDITIO. Quæ procedit, vbi datio quantitatis non eſt in obligatione vt quia promittis daturum te centum Titio, ad ea enim agere non poſſum: & ſic facti obligationi pœna cenſetur appoſita, ſecũdũ Io. Fab. & Ang. hic.

N. A. † Quantitas. Pœna conuentionalis regulariter taxat id quod intereſt. §. vlt. §. de ver. obl. l. vlt. ff. de præt. ſtip. Itaq; quamuis paucis & raris quibuſdã caſibus nihil interſit. l. vlt. ff. ſi quis cautio. tamen quia plerunque intereſſe ſolet, quod plerunque accidit ſpectamus. l. iij. & l. iiij. ff. de legib.

ꝗ b In conditione ſtipulationis. i. in pœnali ſtipulatione, quæ eſt conditionalis. ſ. ſi non pareat promiſſor principali promiſſioni. Accurſ.

quæque cõditio. ſit quantitas[a] † in cõditione* ſtipulationis[b]. Ergo ſi quis * ita ſtipuletur, Titio dari[c], nihil agit. Sed ſi adiecerit * pœnã, Niſi dederis, tot aureos dare ſpondes[d]? tunc committitur ſtipulatio[e] †.

abeſt. *additis.*

¶ Quoties noſtra intereſt extraneo dari, toties ei ſtipulari poſſumus.

¶ Sed & * ſi quis ſtipuletur, alij cũ eius[f] intereſſet †, placuit ſtipulationem valere. Nã ſi is, qui pupilli tutelã adminiſtrare cœperat, ceſſerit[g] † * illi ſtatur: vt & aliàs. Accurſ.

eius. *T.* *ceſſit.*

ꝗ c Titio dari. Vt promittis Titio, vel mihi, quòd dabis Titio. Acc. Flo.

ꝗ d Spondes. ſ. mihi: aliàs non valet hoc, vt modò diximus. Accurſ.

ꝗ e Cõmittitur ſtipulatio. ſ. pœnæ, eo nõ dante: non autẽ illa inutilis, efficitur vtilis, ſed pœnæ metu & Cod. de arbi. l. j.

† Committitur ſtipulatio. Inuſitate, pro contrahitur, valet, tenet, vires habet, vt infrà. §. ſi nemo: nam conditionalis ſtipulatio propriè non committitur, niſi exiſtente conditione. N. A.

Quis & quæ ſubſtantiam ſignificant.

ꝗ Sed & ſi quis. CASVS. Quoniam dixiſti regulæ illius, ſtipulari alteri neminem poſſe, cauſam eſſe, quòd ſtipulationes inuentæ ſunt, vt quod cuiuſque intereſt, ipſe acquirat: quæro, ſi mea interſit, me alteri ſtipulari, nunquid valebit ſtipulatio? vt in hoc themate, Tutor cùm eſſet Quintius, ceſſit adminiſtratione tutelæ ſuo contutori, & ab eo ſtipulatus eſt, rem pupilli ſaluam fore, valétne ſtipulatio? minimè, quãuis enim pupillo ſtipuletur Quintius: tamen quia ipſius intereſt, ideo ius ciuile vinculum contutori iniiciet. Item, Finge me pignori oppoſuiſſe prædia creditori, quæ liceat illi vendere, ſi ego ad tempus non luam: vel debiturum me eidem amplius pœnæ nomine: vtroque caſu (quia mea intereſt) poſſum ſtipulari creditori: veluti, Decem aureos quos Seio debeo, promittis illi te daturum? promitto, valet ſanè eo caſu ſtipulatio: quia non rem creditoris, ſed rem meam ago. Cor. Vib.

ꝗ f Eius. ſcilicet, ſtipulantis.

† Eius intereſſet. Tunc enim ſibi ipſi negotium magis quàm alteri gerit. N. A.

ꝗ g Ceſſerit. Sic ſuprà de ſatiſd. tut. §. ij. aliàs iij.

Digitized by Google

¶ a Tenet obligatio. Nam vtilis actio pupillo datur: vt ff. de mag. conue. l. j. §. pen. Item, ipſi ſtipulanti directa acquiritur, vt hic dicitur.

ADDITIO Hæc gloſ. eſt falſa, cùm enim plures tutores vnum eligūt adminiſtratorē, is pupillo ſatiſdat, rē illi ſaluā fore. l. ſi plures. ff. de ad. tut. Quādo verò datis fideiuſſoribus adminiſtrare cœperūt, qui cedit adminiſtratione, is ſtipulatur rem pupilli ſaluā fore, & ſibi actionē acquirit, nō pupillo, cui iā ipſe ſatiſdedit.

N.A. ¶ Procuratori. Quia ſtipulator ſuū ipſius negotium gerit, quare ex ſtipulatu, quod ſua intererit petet: quāuis donationē hæc ſtipulatio contineat. l. 118. §. vl. ff. de ve. ob.

administratiōe cō tutori ſuo, & ſtipuletur *rem pupilli ſaluā fore, quoniā intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cū obligatus futur⁹ ſit * pupillo, ſi malè res geſſerit) tenet obligatio [a]. Ergo & ſi quis procuratori † ſuo dari ſtipulatus ſit, ſtipulatio vires [b] habebit.

*ſtipulatus eſt. *eſſet.

¶ Et ſi creditori ſuo [quis ſtipulat⁹ ſit] quod ſua intereſt [c], ne fortè vel pœna cōmittatur, vel prædia diſtrahātur, quæ pignori data [d] erant, valet ſtipulatio [e].

*incluſa abſunt.

¶ Promiſſio facti alieni non valet, niſi appoſita ſit pœna. Aret.

¶ Verſa vice [f], qui aliū facturnm promiſit: videtur in ea eſſe cauſa, vt non teneatur, niſi pœnam [g] ipſe promiſerit.

¶ Non poteſt ſtipulari rem ſuam. Aretin.

¶ Item nemo rem ſuam futuram [h], in eum caſum, quo ſua ſit [i] * vtiliter † ſtipulatur [k].

*ſit.

¶ Diſſenſus iure ſtipulationē vitiat.

¶ Si de alia re ſtipulatio...

¶ b Habebit vires. Intereſt enim mea procuratori meo ſolui, qui in rem meam expendit, vt infrà manda. §. j. verſi tua gratia. & mandatis.

¶ c Quòd ſua intereſt. Quòd. i. quia.

¶ d Data. Ab iſto, qui nunc ſtipulatur.

¶ e Valet ſtipulatio. Non vt procuratori, vel creditori actio competat: ſed qui ſtipulatus eſt, aget actione ex ſtipulatu ad intereſſe, quanti ſua intereſt creditori, vel procuratori fuiſſe ſolutum: vt C. de inut. ſtip. l. fin. & ff. de ver. obli. l. liber homo. §. fi. & C. de dona. l. cùm res. Vel ſecundùm nos aget certi cond. ad intereſſe: quod probauimus ſ. de verb. obligat. in princ. Accurſ.

¶ f Verſa vice. Ad ſuperiorem. § alteri.

¶ g Pœnā. Sed tunc ad pœnam tantùm tenetur & fecit ſ. eo. §. ſi quis alium.

¶ Item nemo. CASVS. Lælius moriens Quintium hæredem inſtituit, & equum mihi ſub conditione legauit, Si Cicero ab exilio reuocetur. Sextius quidam cùm mihi decem aureos deberet, pro decem illis aureis ſtipulanti mihi eundem equum, ſub eadem conditione promiſit. Defuncto Lælio, & adita hereditate, paulò poſt Cicero reuocatus eſt ab exilio ac reſtitutus: qua de cauſa equi illius dominus fio: quæro nunc an petere à Sextio equum eūdem poſſim, qui iam ex teſtamento mens factus eſt? minimè. Corn. Vibul.

¶ h Futurum. Vt partum ancillę, vel fœtū animalium ſuorū, quæ ſua futura ſunt: vt ſ. de rerum diuiſ. §. itē ea. Item, multò magis ſi ſtipuletur rem, quæ nunc eſt: vt ſ. eo. §. j.

¶ i Quo ſua ſit. Hoc ideo, quia in eo caſu quo ſua futura non eſt, valet ſtipulatio, vt ff. de verb. obl. l. ſi rē meam. Accur.

N.A. † Vtiliter. Nec conualeſcit ex poſt facto, ſi res ipſius eſſe deſierit. §. j. ſ. hoc tit. idq; propter regulam Catonianam, quę tamē in ſtipulatione conditionali ceſſat, ſi exiſtente ſtipulatoris non fuerit. l. 31. ff. eod. tit.

¶ k Stipulatur. ſ. dari, & eſt ratio: quia quod ſuum eſt, amplius ſuum fieri nō poteſt: vt ī. de act. §. ſic itaque. reſtitui tamen poſſum ſtipulari, vt ff. de verb. obligat. l. nemo. primo reſp. & ff. vſufr. quemadmodum caue. l. j. §. ſed quod diximus.

¶ Adde, quòd quamuis docto. variè diſtinguant de datione, & poſitione pura vel conditionali, omnia ad hoc reducuntur, an ex tali ſtipulatione tunc intereſt, & valet: aut intereſſe ſperatur, & attenditur euentus ille ex ratione huius text. Sylu.

N.A. † Alia re: Quia ſtipulatio ſine vtriuſq; conſenſu, & conuentione non tenet. l. 137. §. 1. ff. eo. tit. Hic autē diſcēſus fuerat & in corpore, & in nomine: at ſimplex error in nomine, conſenſum in corpore non vitiat. l. 32. ff. eod. tit.

¶ a Cre

pulator ſenſerit de alia promiſſor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichũ vocari crediſeris [a].

¶ Stipulatio turpis, vel cuius turpis cauſa ſit, non valet.

Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt [b]: veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, non valet [c].

¶ Stipulatio conditionalis tranſit ad hæredes ſtipulatoris & promiſſoris. Acc.

Cùm quis ſub aliqua cõditione ſtipulatus fuerit, licet ante conditionẽ deceſſerit: poſtea exiſtente cõditione, hæres eius agere poteſt [d] †. Idem eſt & ex promiſſoris parte.

¶ Qui promittit certo tempore dare, non poteſt conueniri, niſi totus terminus ſit elapſus.

Qui hoc ãno [b] †, aut hoc mẽſe dari ſtipulatus eſt, niſi omnibus partibus anni, vel menſis ...

a Crediderìs. Hoc eſt verum, quando certum eſt eos diſſenſiſſe: vt ff. de verb. obl. l. continuus. §. j aliàs autem ſi poteſt ſecundũ vtriuſq; intellectum valere, valet ſecundũ intellectum promiſſoris: vt ff. de verb. obliga. l. qui ex plurib⁹. & l. ſtipulatio iſta. §. eum qui. Nec obſt. quòd dicitur, minorẽ præſtari debere: vt ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. ſcio. quia minor eſt, quam dare vult promiſſor: vt ĩ. de act. §. præterea. Si autem ſecũdùm vnius intellectũ tantùm valere poteſt, ſecundùm eius intellectũ valet: vt hodie dare mihi Bononiæ decem promittis? ſi enim de hac Bononia in qua ſumus intelligatur, valet, aliàs non: vt infrà de verbor. obligat. l. quoties in ſtipulationib⁹. & de reb. dub. l. quoties. ij.

b Promiſſum eſt. Siue dicam, Promittis homicidium facere? ſiue dicam, Promitto decem, quia promittis facere homicidium: vt ff. de verb. oblig. l. generaliter.

c Non valet. Huiuſmodi enim conditiones turpes, impoſſibiles præſumuntur à iure: vt ff. de cond. inſt. l. ſi filius. vnde non valet ſtipulatio, vt ſ. eod. §. ſi impoſſibilis. Circa quod tamen dic, ꝙ aut ipſum quod promittitur, eſt turpe, vt facere homicidiũ: & tunc nõ valet, nec etiam pœna appoſita, vt ff. de verb. obli. l. generaliter. & l. veluti. & l. ſi plagij. Idem dico, & ſi ſub conditione turpi, vt hic. Aut ſi honeſtũ promittatur, ſed tamen turpiter, vt dare decem, vel per metum vel per dolum: & tunc valet quidem promiſſio facta: ſed exceptione eliditur, vt C. de inut. ſtipulat. l. dolo. niſi in caſu, vbi ipſo iure non valet promiſſio facta per metum: vt ff. quod met. cau. l. ſi mulier. §. ſi dos. ſecundùm Ioann.

Dic, quòd ratio ſpecialitatis eſt: quia cùm pactũ dotis remaneat nudum, debet enim intelligi, vbi ſine ſtipulatione promiſſio facta eſt: pducat autem actionẽ nõ propter ſe, ſed auxilio legis, non eſt mirum, ſi tunc lex tollit ipſam actionẽ producere: & quamuis hodie tale pactũ habeat ſtipulationẽ, hoc eſt, fictione iuris, ꝙ ceſſante æquitate non habet locũ: ſi verò eſſet facta ꝑ ſtipulationẽ tũc ſecũdũ Bar. non habet locum ille tex. cui⁹ opinio mihi placet ex rationib⁹ ſuis. Syluester.

d Agere pôt. Hoc in contractibus: vt hîc. & ſ. de verb. ob. §. ex cõditionali. aliud in relictis: vt Co. de caducis tollend. l. vnic. §. ſin autem aliquid. & ff. de manumiſſis teſt. l. ſi ita ſcriptum fuerit. in fine legis. Et facit ad hunc §. ff. de periculo, & commo. rei vendi. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. primo reſpon.

† Agere poteſt. Poteſt, nam quæ apud defunctum cedunt, apud hæredẽ tranſmittuntur: quæ non cedunt, non tranſmittuntur. ſtipulatio cõditionalis ſtatim cedit. l. 26. ff. de ſtipu. ſeruo. Conditio ſpem facit, quam mors ſtipulatoris non perimit. l. 57. ff. hoc tit. N. A.

e Qui hoc anno. i. Stipulatus eſt his verbis, Promittis hoc anno, vel hoc menſe. Et not. quòd iſte §. eſt lex. ff. de ver. obl. & incipit, Qui hoc anno. Acc.

† Hoc anno. Vide §. iij. ſuprà de verb. obligat. N. A.

Digitized by Google

a Præteritis. i. elapſis. ſed ſecus eſt in relictis fauore vltimæ voluntatis: nam in capite anni præſtatio fit: vt C. quando dies legat. ced. l. j. vel diſtingue, aut promittit per hæc verba, hoc anno, vel quolibet anno: & tunc in fine anni fit ſolutio: vt hic, & ff. de ver. oblig. l. qui hoc anno, & l. eum, qui certarum. [Aduerte in exemplo de quolibet anno: quia tunc idem eſt, ac ſi ſingulis annis ſit promiſſum: quo caſu tẽpus interpretatur appoſitũ gratia multiplicandæ obligationis. Sylu.] Aut annum: & tunc in capite anni fit ſolutio, ſiue legatum ſit, ſiue in contractu fiat promiſſio, ſecundùm Ioã. & B. vt ff. de cõdit. & dẽ. l. ſi in annos. & ff. quan. dies leg. ced. l. nec ſemel. Vnde verſus, Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni. Anno ſi debes, in fine teneberis anni. Sed quid ſi vſque ad forum rẽ promiſeris? Videtur quòd ſtatim incœpto foro poſſit agi: vt ff. ad Treb. l. qui filium. §. Sabinus.

Solutio quando fiet, ſi hoc anno promiſſum ſit.

*. ſtatiſ.

ADDITIO. Hanc appel. Angel. hic propter dictionem vſque quæ de proprio ſignificato excludit: vt l. j ff. de pign. act. ſecundùm Ang.

N.A. † Non continuo. Quia ſi res in manu, in promptu, in expedito non ſit, neceſſitas, hoc eſt, natura rerum aliquid laxamenti efflagitat, ne cum ſacco creditor adeat. l. quod dicimus. 103. ff. de ſolutio. l. liber homo. 118. §. 1. ff. de ver. oblig.

b Fieri poſſit. Cum commodo promiſſoris, vt ff. de verbor. ſignif. l. nepos Proculo. nec tamen nimium expectatur, licet prius non poſſit ſoluere: vt ff. de verbor. obl. l. continuus. §. illud. Item, & ſi incontinenti poteſt, non tamen ideo ſtatim exigitur: vt ff. de ſolu. l. quod diximus. Quoddam ergo tempus medium eligimus, ſcilicet decem dierum, ſecundùm quoſdam: vt ff. de conſtit. pecunia. l. promiſſor. Vel, dic arbitrio iudicis, cùm lege non ſit determinatum, vt ff. de iur. delibe. l. j. in fin. quàm iudex ſtatuet tẽpus quoddam, nec nimiũ, nec modicum: vt ff. de ſolutio. l. ratum. & rẽ rat. hab. l. quo enim. §. j. & ſ. de offic. iudi. j. reſ. Item, nunquid idem in quantitatibus, quod in ſpeciebus hîc dicitur? Reſpõ. non: imò tempore tãto quãtũ iudicatis datur, expectatur: vt ff. de iudi. l. ſi debitori. ſcilicet quatuor mẽſium: vt Cod. de vſur. rei iud. l. ſecunda, ſecundùm quoſdam. vel verius dic, vt not. ſ. de ver. oblig. ſ. omnis. in gloſ. j. ſtatim, &c.

ſis præteritis a, nõ rectè petet.

¶ Promiſſio in dato tempore habile ad ſoluendum. Aretinus.

¶ Si fundum dari ſtipuleris, vel hominẽ, non poteris continuò † agere: niſi tantum ſpatium* præterierit, quo traditio fieri poſſit b.

TITVL. XXI.

DE FIDEIVSSORIBVS.

¶ Quandoquidem non ſemper ei, qui promittit ratum eſt credere, cautio erit alium aſſumere, qui obligationem illam in ſe recipiat, promiſſore quoq; remanente obligato, quem fideiuſſorem à fide promiſſa appellamus: qui quidem cuiuis obligationi vniuſcuiuſque contractæ (etiam ſi naturalis tantùm ſit) accedere poteſt.

Pro eo, qui p-

DE FIDEIVSSORIBVS.

Pro reo principaliter obligatio acceſſionis loco fideiuſſor obligatur verbis, & ideo, ſub tit. de verbo. obligat. de fideiuſſore etiam tractatur.

Pro eo. Totus iſte titul. diuiditur in quinque partes. Primò, ponit qualiter fideiuſſores accipiuntur. Secundò, in qua obligatione accedere poſſunt. Tertiò, quando ſunt plures fideiuſſores, an in ſolidum vel pro parte quilibet obligetur. Quartò, quòd nõ poteſt fideiuſſor in plus obligari, quã principalis, & quando dicitur in plus obligari. Quintò, quando ſolennitas intrinſeca præſumitur. Secunda ibi, in omnibus. Tertia ibi, Si plures. Quarta ibi, Fideiuſſores. Quinta ibi, In ſtipulationibus.

† Fideiuſſor eſt, qui alieno quidẽ nomine obligatur. l. j. §. iij. ff. de oblig. & actio. ſed tamẽ ſuo nomine promiſit. l. 97. §. 1. ff. de ver. obl. quia fide ſua credi iubet. N.A.

iubet, cum principalis & ſua, & aliena fide promittat. l. 24. ff. hoc tit. Olim dicebatur ſponſor. l. 74. ff. de ver. ſig. ſæpe adpromiſſor. l. 5. §. 2. ff. de verb. oblig. At mandator eſt, qui ſine ſtipulatione credi iubet. In fideiuſſione, ſẽper ſtipulatio intercedit. l. 1. & paſſ. ff. h. tit.

CASVS. Quũ à me Milo pecuniam mutuo peteret, diffidebam eius fidei, ac facultatibus. Hoc vidẽs Craſſus ille & re, & cognomẽto diues, mihi dixit, Iubeo te fide mea Miloni pecuniam illã credere. Ego fidem Craſſo, quẽ notam ditiſſimũ, habens. Miloni credidi. Craſſus appellatur fideiuſſor vulgò: tamen à Cicerone ſponſor nominatur. Cor. Vib.

mittit a, ſolent alij obligari, qui fideiuſſores appellantur: quos homines b accipere ſolent c, dum curãt, vt diligentius * ſibi cautum ſit d.

* tutius.

¶ Omni obligationi accedere poteſt fideiuſſor, & ciuili tantùm, & naturali tantùm & non tantùm pro homine libero, ſed etiam pro ſeruo. Accurſ.

§ In omnibus autem obligationibus e adſumi poſſũt *: id eſt, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue cõſẽſu f contractæ fuerint. At nec g illud quidẽ intereſt, vtrum ciuilis h, an natura

* in ſtatio.

§ Not. quòd inuenti ſunt fideiuſſores, vt diligentiùs, & cautius res creditoris gerantur. Syl.

§ a Promittit. ſcilicet principaliter, ſcilicet per ſtipulationem: & idem ſi quocunque alio modo quis obligetur: vt infrà eod. §. j. & ff. eodem. l. j. Nunquid autem acceſſoriæ obligationi accedere fideiuſſor poteſt? Reſpond. ſic, vt ff. eodem. l. Græcè. §. fin. & de pigno. act. l. ſi rem. §. j.

§ b Quos homines. i. fideiuſſores.

§ c Solent. ſcilicet creditores.

§ d Cautum ſit. Et eſt cautum ſine dubio: vt infrà de replica. §. fin.

ADDITIO. Vnde plena cautio dicitur cum fideiuſſoribus, ſed plenior cum pignoribus, ſimpliciter verò prolata ab homine, intelligitur ſine fideiuſſoribus: ſecus, ſi a lege vel à Prætore, niſi procederet vltrà, declarando nudam cautionem ſufficere. Ang.

§ In omnibus. CASVS. Quæro, quibus in cõtractibus Craſſus ille fideiuſſor adhiberi poſſit? In omnib9. Sed ecce, Serui natura ſimiles pareſq; ſunt liberis. Quũ igitur Syro ſeruo pecuniam credere recuſarem, Craſſus ſe fideiuſſorem interpoſuit, ab eóque ita ſtipulatus ſum, Syro me pecuniam iſtã credere fide tua iubes? Si reſpondeat, Iubeo, Craſſus obligabitur. Cor. Vib.

§ e In omnibus autem obligationibus. i. in omni ſpecie obligationum, dummodò non ſit contra legem: vt ff. eod. l. cùm lex. [Et ratio eſt: quia quando lex reſiſtit, non oritur nec ciuilis, nec naturalis: & ideo nulla ſubſiſtente obligatione, non poteſt oriri acceſſoria obligatio: & quãuis naturalis obligatio oriens ex conſenſu à lege non impediatur, impeditur illius effectus quo ad iuris diſpoſitionem, quod idẽ eſt: vt dictũ eſt ſæpius, & maximè in §. ſed naturalis. ſ. de iure natura. gentium & ciuil. Syl.] Sed contra. C. ne fideiuſſ. do. den. l. j. Solu. illud ſpeciale eſt. [Ratio autẽ ſpecialitatis eſt, quia ſi perſona commiſſa eſt ſine fideiuſſore, turpe eſſet nõ committi pecuniam. Syl.] Item, in præſentibus, & futuris negotiis poteſt accedere fideiuſſor: vt ff. de iudi. l. nõ quemadmodum. & l. eodem §. fideiuſſor.

§ f Conſenſu. Siue etiam ex maleficio vel quaſi: vt ff. eod. l. Græcè. §. ſed & ſi ex delicto.

§ Hæc gloſſ. videtur velle ampliare text. quod non eſt neceſſarium: quia obligationes ex maleficio cõprehenduntur ſub illis, quæ veniunt ex conſenſu: vt not. per gloſ. in l. ſeruus. ff. de iis, qui not. infa. Sylu.

§ g Nec id eſt, non.

§ Expoſitio gl. eſt defectiua: quia dictio nec, includit copulam, cuius effectus eſt, quòd ponatur diuerſitas in facto, non iure: cuius contrarium dicendum eſſet, ſi nõ adeſſet copula, ſecũdũ Bar. in l. patris. & filij. ff. de vulg. pupil. Syl.

§ h Ciuilis. ſ. tãtùm: vt pro eo, qui fuit confeſſus ſpe futuræ numerationis: vt j. tit. prox. habet tamen eandem exceptionem, quam reus: vt C. de non numera. pec. l. pen. in fine. & l. tam mandatori. Et ſic nota ciuili tantùm obligationi accedere fideiuſſorem. vt hic, & dicta l. dicitur & ff. eodem. l. fideiuſſor obligari. §. ij.

Digitized by Google

lis a †ſit obligatio, cui b adiicitur fide-iuſſor: adeò c quidē vt pro ſeruo d quoque obligetur e: ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus f in id, quod ſibi naturaliter † debetur.

¶ Obligatio fide-iuſſoria eſt tranſitoria ad heredem. Accurſius.

¶ Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredem † * relinquit obligatū g.

¶ Fideiuſſor ... eſt adhiberi ...

a Naturalis. ſ. vt pro ſeruo, vt ſubiicit, & ff. eod. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. accipi ergo quantum ad dationem fideiuſſoris non intereſt, ſed quod ad alia multa intereſt, ſ. inter ciuilem & naturalem obligationem: vt ff. de conſtitut. pecu. l. j. §. debitum. & l. quòd ſi maritus. §. ſi quis autem.

N. A. Naturalis. Obligatio ciuilis, eſt quæ iure ciuili comprobata, efficacem actionem parit: naturalis, quæ ſola æquitate nititur, & ad retentionem, & ad compenſationem valet. l. Stichum. 95. § naturalis. ff. de ſolutio. l. 13. l. 28. ff. de cond. indeb.

Ratio diuerſitatis eſt: quia actio de conſtituta fuit inuenta à Prætore ex æquitate, qua ceſſante, ceſſat obligatio: ſed fideiuſſoria fuit inuenta à lege per vim & punctum rationis ſecūdùm Chriſtoph. hic. Syl.

Obligatio naturalis eſt, quum lex ciuilis, aut honoraria non eſt adiumento obligationi, quæ quoquo modo contrahitur.

b Cui. ſcilicet obligationi.

c Adeò. id eſt, tantum.

d Pro ſeruo. Qui ſeruus de iure naturali tenetur tantùm, non ciuili: vt ff. de cond. ind. l. ſi id. quod. & ſ. de libe. §. j. & ſ. de inut. ſtipulat. §. item inutilis. & huic naturali accedit hic fideiuſſor. At ipſe ſeruus fideiubere non poteſt: vt ff. eod. l. ſi ſeruus inſcio. & l. ſeq.

e Obligetur. Fideiuſſor, qui pro eo intercedit.

f Dominus. Non idem è contra, vt dominus ſeruo poſſit fideiuſſorem dare. Et eſt ratio, quia talis fideiuſſor obligando ſe ſeruo, per conſequens domino obligatur. Item pro eodem, ſ. domino obligatur: quod eſſe non poteſt, vt idem pro eodem, & apud eundem poſſit obligari: vt ff. eod. l. ſi quis pro eo. §. j. & l. Vranius. & ff. ad Velliea. l. tutor. Accurſ.

N. A. † Naturaliter. Seruus naturaliter tantùm obligatur, non modo extraneis, verumetiam domino, & omnibus qui eiuſdem familiæ ſunt. l. 41. ff. de pecul.

† Hæredem. Omnis enim ex contractu obligatio ad hæredem tranſit: quippe qui iuris vniuerſi ſucceſſor eſt. l. 41. ff. de oblig. & actio. N. A.

¶ d Particularis. i. medietatis, vel minus, ſecundū M. & Io. Arg. ff. de vſufr. l. etiā. & de verb. ſign. l. nomen filiarū. §. portionis. & ff. de dam. infect. l. inter quos. §. damni. & de cōtrah emp. l. domum. Nos dicimus, ſi aliquid etiā parum remanſit, damnum emphyteutæ eſſe. argu. huius §. & C. eod. l. j. De hoc dantur tales verſus, Res periit tota: tunc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit.

Emphyteuticæ res ſi pereat, cuius eius damnum.

¶ Alij dicunt iudicis. arbitrio relinquendum, vt dicit hîc Chriſtop. Syl.

¶ e Vtimur. Sunt & duo alia naturalia ſiue tacita pacta in hoc contractu, vt de reiiciendo emphyteuta, ſi nō ſoluerit penſionem per triennium: vt C. eo. l. ij. §. j. & in auth. de nō alien. §. ſcire. [Hæc vera, niſi celeri ſatisfactione moram purgauerit. c. potuit. de loc. quæ arbitrio iudicis remittitur, attenta qualitate perſonarū & tēporis. Syl.] Itē, & ſi velit emphyteuta vendere, ꝙ domino primo denūciare debet: vt C. eo. l. fi. §. j. Acc.

Emphyteuſis duo tacita pacta continet.

ADDITIO.

Quod dictū eſt emphyteutam poſſe expelli, non ſoluta pēſione per triennium, verum eſt in emphyteuta priuati: quoniā emphyteuta eccleſię ceſſans ꝑ biennium ſolutione, expelli poteſt. authen. qui rem. C. de ſac. ſanc. ecc. & no. C. de iur. emphyt. l. ij. in gl. repellere. & extrà de loc. c. potuit. & in authen. de non alien. §. ſcire. in gl. hominum. Sed in ſimplici colono indiſtinctè biennium expectatur: vt ff. de loca. l. quæro. §. inter locatorem.

que ad venditionem [a] †inclinantē, ſed ſuis pactionib⁹ fulciendā. & ſi quidē aliquid pactum fuerit, hoc ita ſtatuit obtinere, ac ſi naturalis [b] * eſſet cōtractus: ſinautē nihil de periculo rei fuerit pactum, tūc ſi quidē totius rei interitus acceſſerit, ad dominū [c] ſuper hoc redūdare periculū: ſinautem particularis [d], ad emphyteuticariū huiuſmodi dānum venire: quo iure vtimur [e].

** naturalis.*

¶ Con[illegible] ex artificis materia [illegible] fiat, merce[illegible] [illegible] quod [illegible] ex conducto [illegible] locatum eſt.

¶ Item quæritur, ſi cum aurifice Titius cōuenerit, vt is ex auro ſuo [f] certi pōderis, certæque formæ [g] annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrùm em-

¶ Item quæritur. CASVS. Conueni cum artifice, vt mihi ex auro ſuo annulum faceret: eique pro eo decem aureos promiſi. Quæro, vtrum emptio hæc ſit, an locatio? Quia ſuam materiam mihi dedit aurifex, apparet eſſe emptionem. nam perinde eſt ac ſi factum annulum in ipſius taberna emiſſem. Quid ergo, ſi aurum ei tradidi, quo annulum faceret? Tunc quia in materia mea operatus eſt, patet eſſe locationem. Cor. Vib.

¶ f ſuo. ſcilicet, artificis.

¶ g Formæ. ſ. demonſtratæ: ſed quid ſi certa non eſt materia demōſtrata? Reſpondet, non intereſt: vt ff. de contrah. empt. l. conuenit. & l. Sabinus. Vel facies punctum in dictione, ſuo.

¶ Conductor autē omnia, CASVS. Quum venderē Aurelio meā domum, cōuenit, vt donec pecunia integrè perſolueretur, Aurelius domū conductam

pro

pro xij. aureis haberet. ante finem anni perſoluit pretium: quo an mihi debeat integra duodecim? minimè. ſed tot aureos quot menſes eã domũ habitauit. Sequens §. eſt planiſſimus. Cor. Vib.

culpa, propterea quòd in vtriuſq; gratiam, locatio & conductio contrahitur. l. contractus. 23. ff. de reg. iur.

d Amiſerit. Vel damnum datum ſit, quod præuideri non poterat, vt ff. eo. l. ſed & de damno.

ptio, & vẽditio, an locatio, & conductio cõtrahi videatur? Caſſius ait, materiæ quidem emptionẽ & venditionẽ contrahi, operę autẽ locationẽ & conductionem. Sed placuit tantũ emptionẽ & venditionẽ contrahi. Quòd ſi ſuũ aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt quin locatio & conductio ſit.

¶ [illegible]

¶ Cõductor autẽ* omnia ſecundũ legem a †conductionis facere debet: & ſi quid in lege prętermiſſum fuerit, id ex bono & æquo b præſtare.

[illegible]

¶ Qui pro vſu aut veſtimẽtorum, aut argenti, aut iumẽti mercedẽ aut dedit, aut ꝓmiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualẽ diligẽtiſſim9 c †paterfamiliâs ſui9 rebus adhibet: quam ſi prẹſtiterit, & aliquo caſu [fortuito eam] rem amiſerit d, de reſtituẽda ea non tenebitur.

¶ [illegible]

¶ Mortuo conductore e contra tempora cõductionis, hæres eius eodem iure in conductione ſuccedit.

TIT. XXVI.

DE SOCIETATE.

¶ [illegible]

a Legem. i. pacta: vt ff. depoſi. l. j. §. ſi cõueniat. Accur.

N. A. † Legẽ. Lex eſt forma contractus, vnde prouerbiũ: lex dat formã contractui. l. 2. §. 2. ff. de pact.

b Ex bono, & æquo. Vt vſuras poſt moram, vt C. eo. l. præſes.

• Idẽ cõtrà: nam conductor agit: vt dom9, & oſtia ſibi reparentur: vt ff. eo. l. ex cõducto. in princ.

c Diligentiſſimus. id eſt, diligens, ſic exponitur ff. eod. l. ſi merces. §. qui columnã. nam cùm vtriuſque gratia fiat locatio, nõ venit exactiſſima diligentia, vt ff. commod. l. ſi vt certo. §. nũc videndũ. Alij propriè ponunt, & dicunt ſpecialẽ in his rebus, quæ facilè poſſunt frangi. *abeſt.

ADDITIO.

Et hæc vltima videtur cõmunior: & ratio diuerſitatis fundatur ſuper facili harũ rerum fragilitate: ideoq; diligẽtior cura eſt adhibenda. cap. vbi periculũ. de elect. lib. vj. Chriſtoph.

N. A. Diligentiſſimus. Ergo leuis

¶ Mortuo conductore. Caſus. Locaui Titio fundum meum ad decẽnium: Titius poſt annum aut biennium deceſſit, quęro an hæres eius poſſit meas ædes habitare vſque ad finem decennij? maximè. C. Vibul. *incluſa abſunt.

e Cõductore. Proprietatis, ſecus in vſufructu: vt ff. de vſufru. l. ſi domina. Vel dic vt ibi. & de iure dotiũ. lege, ſi ſocius. in fine.

Et hæc vera, vbi ius vſusfructus conſtituitur. ſecus, ſi ructus vſque ad certum tempus vendantur, vel locentur, vt hîc per doctores. Syluest.

f Succedit. Vt C. eod. l. viam. ſed an moriẽte ſcholari, vel recedente, ſubſtituere poteſt? Reſpon. ſic de iure cõductionis, ſed ratio ſocietatis prohibet, quæ pręualet, vbi certa perſona eligitur. vt infrà titulo primo. §. ſoluitur.

[illegible]

Iſte titulus ſic

continuatur. Dictum eſt ſ. de quibuſdam contractibus, qui fiunt conſenſu: verum quia ſocietas eſt etiam contractus, qui fit conſenſu, vt patet ſ. de obl. ex conſenſu. §.j. ideo ſequitur titulus de ſocietate: vnde dicit hic Accurſ. Eſt autem ſocietas (vt ait Marcus Tulli[a]) duorum, pluriúmve conuẽtio honeſtè cõtracta ad vberiorem quæſtũ, & commodiorem vſum.

hoc eſt, lucri vel damni. l.5.l.6. ff.h.t. ¶ a Totorum. i. omnium, & expreſſè: vt ff. eodem. l.j.§.j.& l.iij.§.j. Nam hoc nomen totus, tota, totum, totitatem ad vnam rem ſignat.

vnus lucri partem ferat, de damno verò non teneatur.

¶ Annota, Id lucrum dici, quod omni damno deducto ſupererit.

SOcietatẽ* coire ſolemus, aut totorum a bonorum, quæ Græci ſpecialiter κοινοπραξίαν* appellant: aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorũ, emẽdorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi b vendendíque. Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales c ſcilicet partes & in lucro, & in damno ſpectantur. Quòd ſi

* Ex Ca. vbi ſ.

* κοινοπραξίαν.

SOcietatem. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit in quib[us] rebus poſſit cõtrahi ſocietas. Secundò, quæ partes poſſunt eſſe in lucro, & damno, & ſi non fuerint à partibus expreſſæ, quæ intelligantur. Tertiò, quando ſocietas & quomodo finitur. Quartò ad quid ſocius tenetur. Secunda ibi. Et quidem. Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi, Socius ſocio

CASVS. Q. Roſcius vult ſocietatem coire cum C. Fannio: quæro, cuius rei poteſt communionem inire? Reſpõdet omnium, aut certæ negotiationis, ſi vterque velit. Coierunt ſocietatem in vno ſeruo Panurgo hiſtrione, hic Panurgus centum aureos ex arte hiſtrionica quotannis lucratur. quota pars lucri ad illos pertinebit? Diſtinguo. nam aut non ſunt expreſſæ partes, & tunc æquales ſunt: aut ſunt expreſſæ, & illæ ſeruantur. Quod eodem modo de damno iudicandum eſt. Sed ecce, pacti ſunt inter ſe, vt Roſcius haberet duas partes lucri, & damni: & ſic triginta lucraretur Panurgus, Roſcius haberet viginti, Fannius verò tertiam tantùm. i. decem, valétne contractus? valet. Corn. Vib.

N.A ¶ Societas, eſt contractus qui nuda cõuentione conficitur de re, vel negociatione honeſta, eiúſq; fructu vel dãno communicando inter contrahẽtes. l.67. ff. hoc tit. neque enim ſocietas eſt communio, ſed effectus ſocietatis eſt communio pro indiuiſo, quæ duplex eſt vna ſortis, altera futuri euentus,

¶ Omne verò ad plura, quod declara, vt per Dec. in l. omnia. in j. notab. ff. ſi cert. pet. Sylu

ADDITIO. Hoc verũ, ſi ad vnam adiicitur, aliàs ſi ad vniuerſitatem, de illa tanquã de vno prædicatur. Io. Fab.

¶ b Emendi. Itẽ, duob[us] aliis modis. ſcilicet, ſimpliciter, vt ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei: vt ff. eodem. l. ſocietas. Accurſius.

¶ c Aequales. Sic ff. de hæred. inſtit. l. quoties. §. hæredes. & ſ. de hæredibus inſti. §. ſi plures. & ff. eodem. l. ſi non fuerint. & dic æquale fuiſſe capitale. Accurſ.

¶ Vt ergo liqueat materia, dic, quod quandoque inter ſocios eſt conuẽtum de quota lucri, & damni, & illud ſeruandum eſt, vt hic: ſi modò ille, qui plus lucri ferre debet, plus contulerit. l. ſi non fuerint. ff. eod. Aliquando eſt conuentum de lucro vel de damno tantum, & conuentio facta in vno habet locum in alio. §. illud. infrà eodẽ. Aliquando conuentum eſt vt lucrum æqualiter diuidatur, & alter nullum damnum patiatur: & tunc aut is, qui operã poſuit, eſt ille qui damnum pati non debet, & valet ſocietas & conuentio. d. l. ſi non fuerint. §. ita coiri aut è conuerſo: & communiter tenetur non valere, ſi quis vult non pati damnum, qui ponit tantùm pecuniam. Aliquãdo nihil eſt conuentum, ſed vnus poſuit pecuniam, alter operam, & habet locum. q. poſita in l. j. C. eod. ita declarat Saly. & bene, in d. l. ſi non fuerint. Syl.

ADDITIO. Aliàs erat in arbitrio iudicis conſideratis ſociorum operis. Et nota, quòd ſicut capitale, ita nec lucrum, durante ſocietate, extrahi poteſt. Angelus.

Digitized by Google

¶a Expreſſæ. Etiam in ſolo lucro, vt ȷ. eod. §. illud.

¶b Conuentio. ſcilicet, talis, vt ſequitur.

¶c Tertia. ſ. pars lucri & damni.

expedita fiat, vt ſi lucrum in vna re, in alia verò damnum contigerit, vt ſi deducto omni damno lucrum ſupereſt, Vnus in duas partes, alius in tertiam partem admittatur eius lucri. Si verò tantum damnũ ſupereſt: is, qui duas partes damni ferre debet in reb⁹, quę ſuperſunt, tanto minus, quàm alter accipiat quantum faciat tertia pars dãni. vt ff. eodem. l. Mutius.

expreſſæ [a] fuerint partes * : hæ ſeruari debent. Nec enim vnquam dubiũ fuit, quin valeat conuentio [b], ſi duo inter ſe pacti ſint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia [c] †.

¶ [illegible] conuentio inter ſocios, vt maiorem partem lucri ferat alter, [illegible] damni, & [illegible] & etiam quod lucrum [illegible] per alter, & damnum non ſentiat. Et lucrum dicitur, quod ſupereſt, omni damno deducto. [illegible] Aretin.

¶ De illa ſanè cõuẽtione quæſitum eſt, ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, vt ad Titium [d] lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi cõuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionẽ eſſe exiſtimauit: & ob id non eſſe ratam habendã Seruius [e] Sulpiti⁹ † (cuius ſententia præualuit) contrà ſenſit *: quia ſæpe quorundã ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatẽ admitti. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non cõferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpè opera alicuius pro pecunia valet. Et adeò [f] contrà Quinti Mutij ſententiam obtinuit, vt illud quoque conſtiterit

N.A. † Tertia. Sed pactio, vt vnus lucrum, alter ſolus damnum ferat, leonina ſocietas eſt. l. 29. §. vltimo. ff. pro ſocio.

* abeſt.

¶ De illa. CASVS. Roſcius cum Fannio pactus eſt, vt duę partes ei⁹ quæſtus quem faceret Panurg⁹ cõmunis ſeruus, ad ſe pertinerent, damni tertia. & cõtrà reliquæ partes ad Fanniũ ſpectarent: valétne ſocietas? valet. Sed ecce, Cicero in oratione pro Q. Roſcio. Cum ſcribit Fãnium quum ſolus panurgum emiſſet, eum tamen gratis communem feciſſe Roſcij: valétne illa ſocietas? maximè, quia Roſcij opera in docẽdo Panurgo artẽ hiſtrionicam pluris eſt, q̃ pretium empti Panurgi. Quinimò ita coita ſocietas valet, vt Roſcius lucri tantùm partem capiat, damni verò expers ſit: quod tamen ex hoc themate intelliges. Societas erat centum aureorum. lucri factum eſt ad ducentos aureos, damni ad viginti: lucrum intelligetur demum deducto damno, ita vt ad centũ & octoginta perueniat. qua de cauſa Roſcius nonaginta tantùm aureos habebit: Fannius itidem nonáginta. Cor. Vibul.

N.A. ¶ Q. Mutius. Hic proportionem inter ſortem, & euentum exigebat, vt pro portione ſortis, prouentus commodi, aut incommodi diuideretur. l. 30. eo. tit.

* Senſit.

¶e Seruius. hìc Seruius ſibimet cõtradicere videtur, vt ff. eod. l. Mutius. ſed nõ eſt verum. nam ibi dicit, de facto hoc eſſe nõ poſſe. ſ. vt damnum, & lucrum ſit in eadem ſocietate, cũ damnum lucro, & ècontrà lucrũ, dãno deducto, intelligatur vt ibi dicitur. & ȷ. eodem verſi. & adeò.

N.A. Ser. Sulpitius. Sulpitius operã in ſorte numerabat. l. 29. ff. eodem Ergo ſors non tantùm ex re, ſed etiam ex arte, opera, & induſtria æſtimanda eſt. l. 5. l. 6. ff. hoc titulo. Velut in ſocietate Fannij & Roſci (de ſeruo Panurgo) apud Ciceronem pro Comœdo.

¶ f Et adeò. Hæc pacta inæqualia tunc demum locum habẽt, quãdo alter plus contulit operę vel induſtrię, quam alter: vt ff. eo. l. ſi non fuerint. in princ. ibi, ſi verò placuerit ſecundùm Azo.

¶d Ad Titium. Computatio hic ita

Digitized by Google

ſi verò placuerit ſecundùm Azo. cum ſocietas ſit fraternitatis ius: vt ff.eo.l. verum. in ſi.j.reſp.Ioan.contra,& ſubaudit in l.illa.ſi non fuerint, maximè. Alij idem, quod Ioan.ſed tali ratione, quia iure conuẽtionis valẽt, non ſocietatis. ff. de pollici. l. j.§. ſi conuenerit.Accur.

Iſta communiter approbatur: vt per Chriſto. hic.Et hęc vera intellige,quando vel de vtroque,vel de altero tantùm aliquid inter partes conuentum eſt. Si verò nihil, ſed ſimpliciter tantùm ſit cõtracta ſocietas: dic vt per. Ang.hic.

a Partẽ. Non totum: aliàs eſſet Leonina, vt dicitur in fabula Aniani vel Aeſopi,& ff.eo. l. ſi nõ fuerint. §.ſi.& l.ſi vnus. §. ſed ſi pretiũ. in fine.

b Qđ & ipſũ. ſ. dictum hoc proximo caſu.

c Conuenienter.i.cõueniens ſuæ ſententiæ, quam dixit ſuprà eodem §.de illa.

d Seruari. Nota eandem eſſe rationem contrariorum. ſic. ff. de legat. iij. l.ſi.§ ſin.ff.fam. erciſc. l. ſi filia. §. Papinianus. Arg contra.ff.de lib.& poſth.l. cõmodiſſimè.& ff.loc.l ea lege.j.reſp. & ff.de neg.ge.l.ſi quis negotia.

Solut.ex diſtinct. Bart. in l.inter ſtipulantem. §.ſacram.ff.de verb.obliga.

poſſe conuenire,vt quis lucri partẽ [a] ferat, de damno nõ teneatur. quod & ipſum [b] Seruius conueniẽter ſibi [c] fieri * exiſtimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt ſi in alia *re lucrum,in alia damnum illatum * ſit compenſatione facta, ſolum quod ſupereſt intelligatur lucro * eſſe.

¶ Illud expeditum eſt, ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa:veluti in ſolo lucro,vel in ſolo dãno: in altera verò omiſſa: in eo quoque* quod prætermiſſum eſt, eãdem partem ſeruari [d].

¶ Manet autem ſocietas eouſq; , donec in eodem conſenſu perſeuerauerint. At cum aliquis renũtiauerit [e] ſocietati, ſoluitur ſocietas.Sed planè ſi quis callidè [f] in hoc renuntiauerit ſocietati,vt obueniens aliquod lucrũ ſolus habeat: veluti ſi totorum [g] bonorum ſocius, cùm ab aliquo hęres eſſet relictus in hoc renuntiauerit ſocietati, vt hæreditatem ſolus lucrifaceret,cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò [h] aliud lucrifaciat, quod non captauerit [i]: ad ipſum ſolùm pertinet. Ei verò cui renuntiatum eſt, quicquid omnino poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli conceditur [k].

& dic vt per Ang.hic. Sylu.

e Renunciaueris. Pręſenti ſocio,non abſenti: vt ff.eod. l. ſed & ſocius. §. ſi abſenti. Vel eius procuratori, aliàs nõ tenet, niſi in præiudicium renuntiantis. Ang.

f Callidè. Idẽ & ſi intempeſtiuè renuntiet: item,& ſi expediat non renũtiari:vt ff. eo.l. actione. §. Labeo. & l. ſed & ſi ſocius.§.fin.

Callidè.Fraudulenta renunciatio fraudi eſt renũciatori, nã & illi conferre cogitur, & tamen ab eo nihil accipit. l. 65.§.2.ff.hoc ti. N.A.

g Totorum.i. omnium, hoc expreſſo: vt ff. e.l. iij.§.j. aliàs contrà:vt ff.eo. l. nec adiecit.

h Si quid verò. Aliàs ſiquidem. ſic ff. ex quibus cauſ. in poſ.ea.l. Fulcinius. §. quod ſi aduerſus. ſic ff. eo.l.actione. §. diximus.

i Non captauerit. i.nõ pręcogitauerit.

k Cõceditur. Not.hic.v. modos ſoluendæ ſocietatis: & ſequentibus quatuor §§. ſunt & alij duo, vt interemptione rerum naturali, vel ciuili: vt ff. eod.l.verum.§.penul. incipit ſocietas. Item, cùm ab alio ſtipulor animo nouandi, vel iudicium cum aliquo dicto animo nouandi:vt ff.eodem. l.actione. j.reſpon.

Margin notes: abeſt. / aliqua. / lucri. / ad latum. / abeſt. / Societas multis modis ſoluitur.

Solui

¶ [illegible]

Soluitur adhuc ſocietas etiã morte [a] ſocij, quia qui ſocietatem cõtrahit, certam perſonã[*] ſibi eligit[*]. Sed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit, morte vnius ſocij ſoluitur, etſi [b] plures ſuperſunt: niſi in coeũda ſocietate aliter conuenerit [c], Itẽ, ſi alicuius rei [d] contracta * ſocietas ſit, & finis negotio impoſitꝰ eſt, finitur ſocietas. Publicatione [e] quoq; diſtrahi ſocietatẽ manifeſtũ eſt, ſcilicet, ſi vniuerſa bona ſocij publicentur. nam cũ in eius locum alius [f] ſuccedat *, pro mortuo [g] habetur [h].

Item, ſi quis ex ſociis mole debiti pręgrauatis bonis ſuis ceſſerit [i], & ideo propter publica aut priuata debita [k] ſubſtãtia eius væneat [l]: ſoluitur ſocietas. Sed hoc caſu [m] ſi adhuc conſentiãt in ſocietatem, noua videtur incipere ſocietas.

Soluitur adhuc. [illegible] Ponemus exemplum in ver. item ſi nam cætera plana ſunt. Coieramus ſocietatem librorum deportãdorum in Hiſpaniã. deinde inter Gallos & Hiſpanos bellũ ortum eſt: diſſoluitur ſocietas. Cicero ſocietatẽ omniũ bonorum contraxerat cũ Attico. deinde Cicero exilio mulctatus eſt, eiúſque bona omnia publicata, id eſt, cõfiſcata: diſſoluitur ſocietas. Fiſcus enim Ciceroni ſucceſſit. C. Vib.

a Morte. Idẽ eſt in tutela: ſecꝰ in depoſito & mãdato: vt ff. de iis, qui no. infr. l. furti. §. illud. Ratio autem differentiæ ibi aſſignatur per glo. quæ tamen nõ eſt vera, nec cõcludit: ſed bene poſſet reddi ratio huius rei: quia qui coit ſocietatem, videtur eligere ſibi perſonam: idem in tutela: non ſic in depoſito, ſed idem in mandato. Tamen poteſt dici, quòd requiritur illa diligentia, quæ in tutela & ſocietate in perſona manda. & pepoſiti. vel dic, vt dicit Bart. in l. adeò. ff. eod. quòd impediretur libera teſtãdi facultas. l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. eod.

*elegit.

*coluta.

N. A. Certam perſonam. Cùm interdum vnius ſolius conſilio, & opera tota ſocietas ſuſtineatur. l. 69. §. morte. ff. hoc tit. valet tamen pactum imperſonaliter factum, vt hæres ſit ſocius: ſed non vt Titius hæres ſit ſocius, ne teſtandi libertas adſtringatur. l. 52. §. idem reſpondit. ff. hoc titulo.

b Et ſi. id eſt, quamuis. Accur.

c Conuenerit. ſcilicet, vt duret inter ſuperſtites, etiam vno moriente: non autem ad hæredem tranſit etiam ex pacto: vt ff. eodem. l. adeò. & l. nemo. niſi in ſocietate vectigalium: vt ff. eodem. l. verum. §. in hæredem. & l. adeò. j. reſ. [Intellige tamẽ ꝙ trãſit ad primum hæredem tantũ, non ad aliũ. gl. in l. nullam. ff. eo. Syl.] Et niſi denuo conſentiant: vt ff. eodem. l. planè.

ADDITIO.

Item, niſi iuramẽto hincinde appoſito: quia fortè de iure canonico teneret etiã in perſona hæredis, nec morte vnius ex ſociis ſolueretur: per c. cùm contingat extrà de iureiur. ſecundùm Ioann. Fab. hic.

d Itẽ, ſi alicuius rei. Vt duo tabernarij de vẽdendo vinum in foro.

e Publicatione. Quæ publicatio fit propter delicta, vt ff. de bon. dam. l. j. j. reſp.

N. A. Publicatione. Id eſt, confiſcatione, cùm in fiſcum rediguntur.

f Alius. Aliàs alter. ſ. fiſcus.

*ſucceſſit.

g Pro mortuo. Sic ff. eod. l. actione. §. publicatione. Accurſ.

h Habetur. Sed quid, ſi hic ſocius, cuius bona publicata ſunt, ratione operæ ſocius erat, non rerum, quod eſſe non poteſt: vt ſ. eodem. §. de illa. ver. nam ita? Reſpon. idem, cùm libertatem, vel vitam, vel ciuitatem amittat: vt ff. de bon. dam. l. j. & j. proxi. §. innuitur. in fin.

i Bonis ſuis ceſſerit. Quod facere poteſt, ne in carcerem detrudatur: vt infrà de actio. §. finali. & Codice de ceſſ. bon. l. j.

Ceſſio bonorũ quare fit.

k Debita. Quia fiſco, vel priuatis debebatur: vt ff. eod. l. actione. §. j.

l Væneat. id eſt, vendatur.

m Sed hoc caſu. Q. d. non ſicut ſuperiori proximo. ſ. quando bona fuerũt publicata. nam hic viuens, & in ciuitate exiſtens ſibi poſtea acquirere poteſt: vt ff. de ceſſ. bon. l. v.

¶ Socium in communi tantam adhibere diligentiam, quantam in re propria ſolet: ideo eo nomine tantùm tenetur, ſi quid in communibus rebus ſegnius egerit quàm in ſuis.

¶ Socius ſocio vtrum eo nomine tantùm teneatur pro ſocio actione a, ſi quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi † apud ſe paſſus eſt b: an etiam culpæ, id eſt, deſidię, atque* negligentiæ nomine†, quæſitum eſt. præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri c eum. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt: Sufficit enim talem diligentiam cõmunibus rebus adhibere ſocium* qualem rebus ſuis adhibere ſolet d. Nam qui parum diligentem e ſocium ſibi aſſumit *, de ſe queri *, ſibíque hoc imputare debet.

TIT. XXVII.

DE * MANDATO.

¶ Mandatum obligatorium cõtrahitur pluribus modis: nec obligatur quis, ſi mandatarij gratia tantùm mandet.

MAnda-

¶ Socius ſocio. CASVS. Cùm ſocietatem cum Claudio haberem vnius equi. Claudius negligenter eum curauit. mortuus eſt equus culpa Claudij, quæro an Claudius teneatur? Si talem Claudius in equo cõmuni diligẽtiam adhibuit, quantam in propriis adhibere ſolet, nõ tenetur. C.Vib.

¶ Not. ſocium de leui tantùm culpa teneri. Itẽ, ꝙ mala electio ſocij eſt in culpa, & imputari debet eligenti. Syl.

a Pro ſocio actione. Quæ eſt directa ab vtraque parte: vt ĩ. de pœ. teme. litig. §. ex quibuſdã. & finita ſocietate, naſcitur: vt Ç. eod. l. tamdiu. niſi in caſu: vt ff. eod l. actione. §. ſi cõmunis. verſ. nõnunquam.

N.A. ¶ Deponi. Depoſitarius latã duntaxat culpã præſtat. §. præterea. ſ. quibus mod. re cõtrah.

b Paſſus eſt. Qui de ſolo dolo tenetur, & lata culpa, quæ dolum repræſentat: vt ff. depoſi. l. quod Nerua. & ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. l. j. §. non autem.

Depoſitarius ſolùm tenetur de dolo & lata culpa.

¶ Culpæ nomine. Sed tantùm leuis, ex reg. l. contractus. 23. ff. de reg. iur.

N.A. c Teneri. Niſi alter tantam culpam præſtiterit, quantam & iſte, & afferret par damnum: quo caſu compenſatur culpa: item dolus cum dolo: vt ff. de compen. l. ſi ambo. in prin. & de dolo. l. ſi duo.

d Solet. Ante contractam ſocietatem, & in hoc diſcrepat à depoſitario, qui vt in præſenti tenetur. ſic ff. depo. l. quod Nerua. ſic eſt in eo, cum quo habeo rem communem ſine ſocietate: ff. famil. erſciſcun. l. hæredem. §. non tantùm.

¶ Declara hanc glo. vt per gl. in l. cum duobus §. j. in verb. venit. ff. eod. Syl.

e Qui parum diligentem. Sic ſ. quib. mod. re contra. obli. §. præterea.

DE MANDATO.

¶ Obligationũ aliæ re contrahũtur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ conſenſu: vt ſ. de obl. Itẽ, earũ quę ex cõſenſu, aliæ per vẽditionem, alię per locationem & conductionẽ, alię per ſocietatẽ, aliæ per mandatum: vt ſ. de oblig. ex conſenſu. in prin. De tribus primis dixi: nũc de quarta, id eſt de mãdato. Acc.

¶ MAndatũ. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit quot modis mandatum contrahitur, & illud per exẽpla declarat. Secundò, quòd fines mandati nõ ſunt prætereũdi. Tertiò, quomodo mandatum finiatur, & quando mandatum poſſit renũtiari. Quartò, quòd mandatũ debet eſſe gratuitum. Secunda ibi, Is qui. Tertia ibi, Rectè. Quarta ibi, In ſumma.

CASVS. Atticus quum eſſet in Epeiro, mandauit Cincio, qui Attici Romę negotia curabat, vt ſibi emeret domum. Ius ciuilẽ ſtatim alterum alteri obligat. Quid ſi Atticus Cincio mandauit, vt ipſe Cincius ſibi, inque rem ſuam domum emeret? Neutri ius ciuile vinculum iniicit. Cor. Vibul.

¶ Not. quibus modis mandatum contrahatur. Item, quòd gratia mandatarij tantùm non contrahitur: & quando dicatur contrahi gratia mandãtis tantùm. Sylu. Aldobr.

abeſt. *acquirit.* *hoc eſt.* *De actione mãdati. tit. 34.*

Digitized by Google

tum a † * contrahitur quinque modis b: siue ſua tantùm gratia aliquis tibi mandet, ſiue ſua, & tua, ſiue aliena tantùm, ſiue ſua, & aliena, ſiue tua, & aliena. At ſi tua tantum gratia* mandatum ſit, ſuperuacuum † eſt mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio c, nec mandati inter vos actio naſcitur.

¶ [illegible] [illegible]

¶ Mandatis tantùm* gratia interuenit mandatum, veluti, ſi quis tibi mandet vt negotia eius gereres d, vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo ſponderes. Tua gratia, & mandantis: veluti ſi mãdet tibi, vt pecuniam ſub vſuris e crede-

¶ a Mandatum. Mandatum eſt officium gratuitum ab eo, qui ſuſceperit, exhibendum niſi enim fiat gratis, incipit eſſe locatio, ſi non erat facturus aliàs tale factum: ideóque locari conſueuit: vt j. eod. §. fina. & fit per verba rogo, volo, mãdo, ſupplico, & ſimilia: vt ff. eo. l. j. §. j.

* ex Ga. vli §.

N.A. † Mandatum, eſt contractus qui nuda conuentione cõficitur de negotio alieno, ſine mercede, periculo mandatoris, bona fide adminiſtrando: nam alteri negotium geri oportet: quatenus re ſibi negotium quis gerit non obligatur. l. 47. ff. de re. iur. Eius autem geri negotium intelligitur, cuius id fieri intereſt: id eſt, ad quem, aut geſto negotio emolumentũm, aut non geſto, damnum pertinet. l. 21. l. 48. §. 2. ff. hoc tit.

* tibi.

¶ b Quinque modis, imò videtur quòd ſex, vt ſequitur. Sed dic quinque, ſ. obligatoriis. Vltimum enim, ſ. quãdo tua gratia, non eſt obligatorium: vt ff. eod. tit. l. ij. §. fi. Item, ſecundùm Ioan. eſt quoddam aliud ſextum obligatorium, vt cum ſua gratia, & tua & aliena aliquis tibi mandat, vt emas fundum pro me, & te, & Titio. Accurſ.

ADDITIO. Et exemplifica: vt ff. eod. l. ſi procuratore. §. ſi tutores. vbi tutor mandat cõtutori ſuo, vt ſecuum neceſſarium emat pupillo, & ſic gratia mandantis & mandatarij, & pupilli contrahitur mandatum.

¶ Reprobatur hæc opinio per docto. ſecundùm Chriſtophorum: quia talis caſus tanquam miſtus comprehenditur ſub ſimplicibus, quæ reſponſio eſt falſa: quia pariter eſſet ſuperflua poſitio caſuum compoſitorum hic facta: nec releuat reſponſ. Chriſtophorus. quòd hic de duabus perſonis tantùm, quia eadem ratio erat in compoſitione plurium perſonarum, quæ erat in duabus: quia omnino dicitur caſus miſtus, quando mutatur, vel aditur noua perſona. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iur. Sylu.

N.A. † Superuacuum. Mandatum non dicitur, niſi mandatarius, non ſibi, ſed alteri negotium gerit. l. 48. §. 2. ff. hoc tit.

¶ c Obligatio. Niſi dolus & calliditas intercedant: vt ff. de regul. iuris. l. conſilij.

* abeſt.

¶ Mandantis tãtum. CASVS. Sumamus verſ. Aut ſi volente. nam cętera plana ſunt. Quintius Sextio pecuniam crediderat, cuius ego fideiuſſor fueram. Quintius mecũ agere volebat ex cauſa fideiuſſoria: mãdaui Quintio vt meo periculo ageret cum Sextio. Hoc mandatum eſt vtriuſque cauſa, id eſt, & mea & Quintij. ego enim iuuor præſentem declinans actionem: Quintius iuuatur, qui ſi nil à Sextio exegerit, ad me confugiet actione mandati. Cùm decem tibi deberem, volebas mihi litem intendere. Septimium tibi ego debitorẽ meũ delegaui, ac mandaui, vt ab eo decem mihi debita ſtipulareris. Hoc mandatum vtrique noſtrùm emolumẽto eſt. mihi, quia præſentem litem deuito: tibi, quia & Septimium verbis obligatum habes, & me mandati. Cor. Vib.

¶ d Gereres. Et tunc, quia ſuſcepit mandatum, non quia geſſit, tenetur: vt ff. eo. l. ſi remunerandi. §. j.

¶ e Sub vſuris. In hoc eſt vtilitas mutuantis propter vſurarum lucrum. Sed contra. ff. de vſur. l. cùm quidam. §. ſi pupillo. in fi. Sed ibi debet ſubaudiri tantum. Vel dic, nõ ſunt propter lucrũ inductę leges principaliter, vt ibi, ſecũdario tamen ſic, vt hic dicitur. Accur.

ADDITIO. Solu. aliter ſecundùm docto. aut vſuræ debentur ex ſtipulatu: quia in ſtipulatu expreſſè deductæ ſunt; & tunc lucrũ ſapiunt: & loquitur hic. Aut debẽtur vſuræ propter morã, ſiue negligentiam non ſoluentis, & tũc

Digitized by Google

non ſapiunt lucrum, quia tanquam intereſſe præſtantur, & loquitur. d. l. cùm quidam. §. ſi pupillo. Chriſtoph.

N.A. Sub vſuris. Mutuare, eſt gratis pecuniæ vſum concedere: fœnerari, eſt ſub vſuris credere. l. rogaſti. de re. cred.

gatus? minimè, niſi certum hominem tibi deſignaro: veluti ſi dicam, Cornelio credito, tunc enim quaſi ſponſor ſum, & tu alioqui facturus non eras. Cor. Vibul.

rs eis [a], qui in rem ipſius [b] mutuaretur: aut ſi, volente te, agere cū eo ex fideiuſſoria cauſa, mandet [c] tibi, vt cum reo † agas periculo mandantis: vel vt ipſius periculo ſtipulemini ab eo, quē tibi deleget † in id, quod tibi debuerat. Aliena autem tantùm cauſa interuenit mandatum: veluti ſi tibi aliquis mādet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundū emeres, vel vt pro Titio ſponderes: Sua, & aliena: veluti ſi de cōmunibus ſuis & Titij negotiis gerendis tibi mādet [c], vel vt ſibi, & Titio fundū emeres, vel vt pro eo, & Titio ſponderes. Tua & aliena: veluti ſi tibi mādet, vt Titio ſub vſuris crederes: quia ſi ſine *vſuris pecuniā crederes [d], aliena tantùm gratia † intercedit mandatum.

¶ [illegible]

Tua tātùm gratia [e] interuenit mādatum: veluti ſi tibi mandet vt pecunias tuas in emptiones potius prędiorum colloces, quàm fœneres: vel ex diuerſo vt pecunias tuas fœneres, potiùs quā in emptiones prædiorū colloces. Cui[g] generis mandatū magis conſiliū †, quā mandatū eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex cōſilio manda-

a Ei. Putà procuratori mandantis.

b Ipſius. Mandātis. & in hoc eſt vtilitas mādantis.

c Mandet. ſ. fideiuſſor. Et hoc caſu agetur cōtra fideiuſſorem mādantem actione mādati, non ex ſtipulatione prima, ſi nouandi animo hoc mandatum interceſſit: vt ff. eodem. l. ſi mandato meo. in fine legis. Si autē non nouādi animo, agetur ex prima cauſa: vt ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio. in fine.

N.A. Cū reo. Principali, cui fideiuſſor acceſſit.

N. A. Deleget. De hoc, dicemus infrà §. tertio. quib. mod. toll. oblig.

d Mādet. Hìc agi poteſt duabus actionibus. mandati ſcilicet contra mādantem, & negotiorum geſtorum contra Titium, quæ datur, & mandanti: vt C. de neg. geſt. l. ſi mandatum.

*quod ſi vt ſine.

e Crederet. ſ. mandauerit.

Tua tantùm gratia. CASUS. Hortatus ſum ac monui te indefinitè, vt tuam pecuniam fœnerares, neminem nominatim tibi deſignans, cui crederes. Id feciſti, pecuniam malè collocaſti, periit: quæro an tibi ſim obli-

Aliena gratia. ſcilicet, eius cui gratis pecunia credita: quia mandatum natura ſua gratuitum eſt. l. ſi tibi. 3. ff. de pac. Et qui vſuras paciſci volet, ſtipulationem adpat oportet. N.A.

f Tua tantùm gratia. Hìc autem addunt doctores ſextū modum: quod dic, vt ſuprà eodem in princip. in gloſ. imò videtur, &c in fine gloſſæ.

Conſiliū. Qui conſilium accipit, non alteri, ſed ſibi conſilium gerit. l. 48. §. j. ff. hoc titu. Deinde conſilij non fraudulentis nulla obligatio eſt. ἡ κακὴ τῷ βουλὴ βουλεύσαντι κακίστη. hoc eſt, malum conſilium, conſultori peſſimum. N.A.

g Ex conſilio. Not. bonam regulam quem de conſilio non teneri.* Fallit tamen in caſibus, qui legibus dicuntur: vt ff. de dol. l. quòd ſi cùm ſcires. & ff. de proxene. l. ſecunda. Sed certè ibi fuit fraudulentum conſilium: vt ff. de reg. iur. l. conſilij. Item fallit: vt ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. j. reſp. & j de iniur. §. non ſolùm. & ff. de iniur. l. non ſolùm. in princip. & §. Proculus. & ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. primo. & ff. de furt. l. ſi quis vxori. §. cum Titio. & ff. de ſer.

ti [a] obligatur, etiã ſi non expediat ei, cui mandabatur: cùm liberũ [b] cuique ſit apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. Itaque ſi otioſam† pecuniam domi te habẽtem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel eã crederes: quãuis non expediat eam tibi emiſſe, vel credidiſſe, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares, ſed obtinuit Sabini† ſentẽtia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatũ: quia non aliter Titio credidiſſes, quàm ſi tibi mãdatum eſſet.

¶

¶ Illud quoque mandatum nõ eſt obligatorium [d], quod contra bo-

ſer. corrup. l. j. j. reſp. & §. perſuadere. Sed hoc in maleficiis, ideo non datur mandati: tenetur tamen vel de dolo, vel aliis actionibus. Itẽ alias facturus, non erat in prædictis caſibus, aliàs obtinet hæc regula: vt hic. & ff. eo. l ſi remunerandi. §. planè. Sed certè, nec his caſibus videtur teneri: vt j. prox. §. ſed dic non tenetur illi, cui tale conſilium pręſtitit, vt ibi, ſed illi in cuius læſionem cõſuluit, vt hic dicimus. Vnde dici poteſt, quod nec his caſibus fallit dicta regula: cùm dicat non teneri illi, ſ. cui conſilium præſtitum eſt: niſi in caſu illius. l. fin. ff. de dol. l. quòd ſi cũ ſcires. & illius legis. ff de proxen. l. ij.

[illegible] Eandem gloſſ. habes ff. eo. l. ij. §. fin.

Dic quòd regula eſt, quòd conſilium non obligat: & ratio eſt, quia cõſilium nõ neceſſitat. c. olim de arbi. & explorare quis debet, &c. vt hic dicitur in tex. & ideo ſi conſilium neceſſitaret, vt in officiali teneretur. Item, ſi conſiliũ ſit doloſum, etiã ſi dolus ſit cauſa impulſiua. Item, in delictis ſi aliàs non erat facturus, omnino puniretur, licet mitius: prout latius declarat Dec. in l. conſilij. ff. de reg. iur. Syl.

a Mandati. ſcilicet actione.

¶ b Liberũ. ſ. ſuſcepto conſilio, ſed ſuſcepto mandato, neceſſe eſt conſummari, ſecundũ Io niſi congruo tẽpore renuntietur: vt j. eo. §. mandatũ. & ff. eo. l. ſi mandauero. §. fin. & ff. comm. l. in commodato. § ſicut.

c Non aliter. Hoc eſſe videtur pro opi. Placẽ. qui dixit duo. ſ. vbi conſulo certæ perſonæ mutuari, teneor ita demum, ſi aliàs facturus nõ erat. Vbi autem non eſt deſignata aliqua perſona, non teneor: etiam ſi aliàs facturus non erat. Sed Ioã. in vtroq; caſu dicit contrà. Nã primò indiſtinctè teneor, ſiue aliàs erat mutuaturus, ſiue non. Secũdò autem cũ diſtinctione, non aliàs & facit pro eo. ff. eo. l. ſi remunerandi. §. planè. & j. eo. §. tua & aliena. in fi. & ff. de nego. geſt. l. iij. in. fi. & l. iiij. Nec obſtat quod hic dicitur: quia & ſi aliàs etiam facturus erat, tenetur qui mandauit, vt dictum eſt: vnde poteſt ſubaudiri maximè, quia non aliter, &c.

Hæc opin. Ioã. veluti communior approbatur: de quo in l. ſi remunerandi. §. planè.

† Otioſam. Otioſa pecunia dicitur etiã vacua, & vacans, & vacare, quæ in arca ſeruatur, nec exercetur. Ex cõtrario, pecunia occupari dicitur quæ exercetur, & vel in feruore, vel in mercaturis faciẽdis collocatur. N.A.

† Sabini. Fuit enim hæc vſitata formula. Periculo meo crede, bene credes. l. 12. §. ſi quis. & §. ſeq. ff. h. t. Mãdator proprie dicitur, cuius impulſu, & ſuaſu, aliquis ad credendum alteri pecuniam inductus eſt. l. 28. l. 60. ff. hoc titu. & in rubr. ff. de fideiuſ. & mandato. N.A.

¶ d Non eſt obligatorium. Etiã ſi iuramentum intercederet: vt in auth. ſcænicas non ſolum. §. j. [Facit c. nõ eſt obligatorium. de reg. iu. in vj. quod intellige in bonis moribus de iure canonico, qui. ſ. inducunt ad peccandum, vel contra bonos mores, qui cõtinent turpitudinem: ſecus, ſi ſit contra bonos mores non continentes turpitudinem de iure ciuili. Ita declarat Dec. in l. pactum. quod dotali. in fi. C. de pact. Sylueſt.] Et facit ad hunc §. ff. eod. l. ſi remunerandi. §. rei turpis. & l. ſi mandauero. ij. §. qui eden. & ff. de arbitr. l. ſi cum dies. §. cõpromiſſo. & j. de inuti. ſtip. §. quod turpi. & ff. de verb. obliga. l. generaliter. & l. ſequ. & ff. de condit. inſtit. l. conditiones. j. & ij.

¶ a Con

nos mores a eſt: veluti ſi Titius de furto, aut de damno faciēdo, aut de iniuria facienda, mādet tibi: licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiterit b, non tamē vllā habes aduerſus Titium c actionem.

¶ Mandati fines executore certa [illegible] quam licet, alioqui excedenti (quatenus excedenti) mandati actio denegatur.

¶ Is qui exequitur mandatum d, non debet excedere fines mandati. vt ecce, ſi quis vſque ad centū aureos mandauerit tibi vt fūdum emeres, vel vt pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere: alioquij non habebis cum eo mandati actionē e, adeò quidem, vt Sabino †, & Caſsio placuerit etiam ſi vſque ad centum aureos cū eo agere volueris *, inutiliter te acturum. Sed* diuerſæ ſcholæ auctores rectè vſque ad centum aureos te acturum exiſtimāt: quę ſententia ſanè benignior † eſt. Quòd ſi minoris † emeris: habebis, ſcilicet, cum eo mandati* actionem f: quoniam qui mandat, vt ſibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandaſſe intelligitur, vt

* abeſt. * velis. * abeſt. * abeſt.

¶ a Cōtra bonos mores. Hic quæritur, quid, ſi mandauit tibi, vt illi nomine meo iniuriam inferres, an teneor? Reſp. vtique. argu. ff. de dam. infect. l. damni. §. ſi mandato.

¶ b Præſtiteris. ſ. ei cui cōmiſſum eſt maleficium, vt pœnā dupli. & ita licet interſit mādatarij, tamen non agit: quia nec intereſſe fingitur, vt ff. de cōdi. inſti. l. filius. in fi. & melius. ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. in fin.

¶ c Titium. ſ. mandantem.

¶ Is qui exequitur. CASVS. Mandaui tibi, vt mihi emeres equum, & vſq; ad viginti aureos impenderes. Tu equum emiſti viginti quinque. Quia mādatarius non debet excedere fines ſui mandati, non debeo tibi niſi aureos viginti. Quid ſi tu emiſti quindecim? Tenebor in quindecim: quia in maiore ſumma minor ineſt. Sequens §. per exemplum expoſitus facilè à quouis intelligetur. Cornel. Vibul.

¶ Not. regulam quæ quotidie allegatur, quòd fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt. Sylu.

¶ d Mandatum. ſ. certæ formæ. Nam quandoque habet certam formam, & tunc habet locum quod hic dicitur: & ff. eo. l. diligenter. quandoque non: & tunc bona fide facere debet: vt ff. eo. l. iij. & probatur etiam hęc diſtinctio. ff. eod. l. ſi quis pro eo.

¶ e Mandati actionem. Sed nec certè neg. geſt. ſecundùm B. & Io. & eſt pro eis C. de neg. geſt. l. vltima. & ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. libertos. & de pec. l. ſi creditor. §. j. Sed M. dabat vtilem neg. geſt. actionem, & reſpondebat illi. l. fin. de neg. geſt. quia ſpecialis ibi fuit prohibitio. Sed certè miror de hac opinione, cùm videatur lex expedita, quæ etiam vtilem denegat expreſſè: vt ff. eod. l. ſi pro te. & ff. de eden. l. j. §. cauta.

¶ Mihi ſemper placuit opinio Salyc. in l. præterea. ff. eodem. quòd ille qui excedit fines mādati, nō habeat actionem mandati, vt hic. de alia verò actione ſic dicendū, quòd aut emptio eſt facta nomine mādatarij, & non cōpellitur tradere: non mādati actione, quia in tali ſumma non eſt mandatum: non negotiorū geſtorum, quia ſuo nomine nō eſt geſtum. Aut nomine mandantis, & poteſt habendo ratum & offerēdo pretium rem habere: quòd ſi tradita iam ſit res, dicendū, quòd aut traditione notificauit pretium, & cenſetur rata habita, & tenetur ad totum actione negotiorum geſtorum: aut non, & tenetur approbare totum. Syln.

† Sabino. Sabini pro ſummo iure ratio hæc fuit, quia qui mandati finem excedit, non quod ſibi mandatum eſt, ſed aliud quid gerit. Vide Gellium libro 1 cap. 13. N.A.

† Benignior. Proculiani æquum & bonum vrgebant, vt quatenus mandati fines migrati non ſunt, eatenus ſit actio. lege quarta. ff. hoc titulo. N.A.

¶ f Mandati actionem. Pro pretio dato: vt ff. de in rem verſo. lege, ſi fundum.

† Minoris. Propter regulam: In maiori ſumma minor ineſt. N.A.

¶ a Em

a Emeretur. Eſt autem illa ratio: quia maiori ſummæ minor ineſt: vt hic, & ff. de verbor. obligat. l. j. §. ij. & l. inter ſtipulantem. §. ij. & ff. de recept. arbit. l. diem. §. ſi plures.

d Item ſi adhuc integro. Sed vſque quo dicitur integrum? Reſpon. ſi mandata fuit emptio, donec arrhas dederit, vel alias ſe emptori obligauerit, & idem in ſimilibus. Et vt breuius accipias, ſi iā cœperit intereſſe mandatarij, nō eſt res integra, alias ſic. arg. ff. eo. l. ſi procuratorem. §. mādati. Si verò non eſt res integra, nō finitur mandatū, niſi in iudicio: vt ff. de iud. l. tā ex contractibus. §. fin. Sed quid prodeſt, ſi non finitur mandatum re non integra? Reſpō. quia per hęredem cœpta negotia debent conſummari. ff. pro ſo. l. fi. licet noua inchoare neceſſe nō ſit, vt ff. de neg. geſt. l. nā & Seruius. §. ſi viuo. & ff. pro ſoc. l. hæres ſocij. quod nō eſt re integra, cum nullū cœptū ſit.

minoris (ſi poſſit) emeretur a.

¶ Mandatū re integra reuocatum extinguitur: rem autē integram appellamus, ſi quando nihil quod ad mandati executionem attinet, vel factum vel inchoatum ſit: morte quoque mādantis re integra contingente euaneſcit mandatum: ma? tamen mortē aut reuoca? non ignorāti ? ?.

Rectè b quoque mandatum cōtractū ſi dum adhuc integra res † ſit reuocatum fuerit, euaneſcit c. Item, ſi adhuc integro d mādato † mors alterutrius interueniat, id eſt, vel eius, qui mādauerit, vel illius, qui mandatum ſuſceperit: ſoluitur mādatum. Sed vtilitatis cauſa receptū eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum deceſſiſſe, executus fueris mandatū, poſſe te agere mandati actione: alioqui e iuſta & probabilis ignorantia f tibi damnū afferret g. Et huic h ſimile eſt quod placuit: ſi debitores manumiſſo diſpenſatore † Titij, per ignorantiam liberto i ſoluerint, liberari k eos: cùm alioqui ſtricta iuris ra-

ADDITIO. Et hæc vera, vbi negotium, quod mādatur, reſpicit damnum vel vtilitatem mandantis, vel mandatarij: ſecus, ſi tertium tātùm: quia non poteſt ampliari, nec reſtringi tanquā odioſum, vt in cap. cui de non ſacerdotali. de præbend. in vj. Ioan. Fab.

b Rectè. Nam ſi nō rectè, non eſt neceſſe reuocari: vt ſuprà eod. §. illud.

N.A. † Integra res. In mandati reuocatione duo requiruntur; vt res ſit integra, & vt rectè ac teſtatò denuncietur. l. xv. ff. hoc tit.

c Euaneſcit. Speciale eſt in mandato, vt ſic facilè reuocetur per voluntatē vnius partis tantùm. In aliis enim contractibus non ſic: vt C. de act. & oblig. l. ſicut. quæ eſt contraria huic. Et eſt ratio, quia hic non ſtatim intereſt, & ideo non ſtatim hinc inde naſcitur obligatio, quæ ex intereſſe datur: vt ff. eo. l. ſi procuratorem. §. mandati actio. & facit ad hūc §. ff. de iuriſd. omn iud. l. 8. l. quia. & ff. de minor. l. quod ſi minor. §. Scæuola. & C. de repu. hæred. l. fin. & ff. de rit. nupt. l. plerique.

ADDITIO. Hoc tamen ita accipiendum eſt, vt mandator reuocet antè, quàm mandatarius incipiat exequi: & mādatarius renūtiet quàm primùm, antè quam incipiat mādator in eo loco eſſe, vt amplius eam rem explicare non poſſit. l. ſi quis. ff. eod. E. B.

† Integro mandato. Mādatum, re integra, morte alterius diſſoluitur, quoniā etiam mādatum conferri poſt mādatoris mortem non poteſt. l. vlt. ff. de ſolutio. N.A.

e Alioqui. i. ſi nō poſſes agere. Accur.

f Probabilis ignorantia. Quæ eſt in facto alieno: vt hîc, & ff. eo. l. idémque. §. pen. aliàs non eſt probabilis, vt ff. ad Velle. l. quāquam. & C. de reſcin. vend. l. quiſquis. & ff. de ædil. edi. l. j. §. cauſa.

g Afferret. Quod eſſe non debet.

h Et huic. ſcilicet, proximo caſui.

† Diſpenſatore. Diſpenſator, qui & actor dicebatur, ſeruus qui domini rationes adminiſtrabat, & pecuniam eius diſpenſabat. N.A.

i Liberto. primo diſpenſatori & ſeruo. Accurſ.

k Liberari eos. Facit ff. ſi cert. pet. l. eius

Digitized by Google

eius qui in prouincia. & C. de ſolu. l. ſi cum ſeruus.

a Non poſſent liberari. Niſi in caſibus: vt infrà quibus mod. tolli. oblig. in princ. dicemus.

c Iuſta cauſa. Puta caſus fortuitus. nam de dolo tenetur, & lata culpa, & leui, & leuiſſima, ſecundum B. & Ioan. vt C. eod. l. in re mandata. & l. à procuratore. Alij dicunt de leuiſſima mãdatariũ non teneri: ſed de dolo tantũ, quando gratia mandantis tãtùm fit: vel de leui culpa, quando vtriuſque gratia, inſtar aliorum contractuum, vt ff. de reg. iur. l. contractus. Sed primum videtur verius: cùm hic contractus multùm diſcrepet ab aliis cõtractibus.

Mãdatarius de quatuor tenetur.

** contrahi.*

N.A. Alij. Nota; Manum iſſum nouum hominem effici, & alium eſſe ab eo qui fuerat l. ſeruus. 27. in fine. ff. de adim. lega. Nota, ſuſcipitur res vltro, recipitur à rogato.

Mandatũ non ſuſcipere. Quũ pararem nauigationem in Aegyptum, ſimúlque mecum ſe Lucilius profecturum, diceret, qui tuus amicus erat, tu mihi mãdaſti, vt certas merces tibi emerem. Recepi mandatum. Si ego id renũtiare volo, eouſq; impune potero, donec Lucilius nondum profectus ſit, & ei idẽ negotium dare poſſis. Nam illo profecto neminem cuius mãdare poſſis, amplius habes. Sed ſi neceſſaria aliqua cauſa prohibitus ſum tibi in tẽpore renũtiare, tunc mihi venia danda eſt. Corn. Vib.

tione non poſſent liberari a: qa alij † ſoluiſſent, quàm cui ſoluere debuerint.

¶ [illegible]

¶ Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt: ſuſceptum autem, conſummandũ eſt. aut quamprimùm b renunciandũ: vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mãdator exequatur. Nam, niſi ita renuntietur, vt integra cauſa † mãdatori reſeruetur eandem rem, explicandi nihilominùs mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſa c intercesſerit, aut nõ renuntiandi, aut intẽpeſtiuè renuntiandi. Mandatum & in diem differri, & ſub conditione fieri * poteſt.

¶ [illegible]

* In ſumma d ſciẽdum eſt, mãdatum niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotij e cadere*. Nã mercede f cõſtituta, incipit locatio, & conductio eſſe. Et (vt generaliter dicamus *) quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mãdati, ſiue depoſiti cõtrahitur negotiũ:

ADDITIO.

Tu dic, quòd de lata, leui, & leuiſſima culpa eatenus tenetur, quatenus id, qđ venit in mandato, exactam vel exactiſſimã requirit diligentiam. Aret.

d In ſumma. Id eſt, breuiter amodo hunc titulum expediamus.

e Negotij. id eſt, contractus.

f Mercede. ſ. vt mercede: vt quia aliàs non erat pariturus mandato: Si autem aliàs pariturus erat, & cõſtituatur aliquod ſalarium gratia remunerandi, non minus erat mandatum: vt ff. eo. l. ſi remunerandi. §. reſp. Et ad huius rei euidẽtiam diſtingue: quia aut eſt incertũ re & genere: puta ſi dicã tibi, Bene retribuã tibi hoc ſeruitium: vel recognoſcam, & tunc non poteſt peti quicquam: vt C. eod. l. ſalarium. & ff. eodem. l. qui mutuam. §. ſalarium. Aut certum genere, licet incertũ ſpecie, vt dabo tibi equũ, vel

Salariũ interueniẽns in mãdato an peti poßit, & qua actione.

** cedere.*

** diximus.*

Not. quòd ea quæ à principio ſunt voluntatis, ex poſtfacto ſunt neceſſitatis. Item, ꝙ poteſt renuntiari re integra, & quòd in diem, & ſub conditione differri & mandari poteſt. Syl.

b Quamprimùm. ſ. poteſt fieri.

N.A. † Integra cauſa. Integra facultas. Nã in recepto renunciando duo requirũtur; vt id tempeſtiuè fiat, & vt teſtatò renuncietur. l. xxij. §. ij. ff. hoc tit.

vel par veſtimentorum: & tunc poteſt dici, quòd valeat côuentio ſalarij: cùm non ſit prorſus incertum: vt ff. eod. l. ſi fideiuſſor. in glo. j. ſecus in iis, quæ pondere vel numero conſiſtunt: vt ff. de leg. j. l. ſi hominem. Si autem certum omnino: tûc aut ſtipulatione ꝓmittitur, & tunc certi condictione petitur. Si autem ſine ſtipulatione, & in continenti ante mandatum, vel poſt, petitur actione ex eo cõtractu, ſcilicet, contraria mandati informata. Si autem ex interuallo, ſcilicet poſtquã cõtrahẽtes ad alia diuertiſſent negotia, petitur officio iudicis: vt C. eod. l. j. & ff. eod. l. ſalarium. & C. de pact. l. petens. & de duob. reis. l. duos. in fin.

his caſibus interueniente mercede [a] † locatio, & conductio intelligitur contrahi. Et ideo ſi fulloni [b] † polienda curandáve quis dederit veſtiméta aut ſarcinatori ſarciẽda, nulla mercede cõſtituta, neque promiſſa, mandati cõpetit actio [c].

TIT. XXVIII.

DE OBLIGATIONIBVS quæ quaſi ex contractu naſcuntur.

Post genera [d] contractuum enumerata, diſpiciamus etiam de iis obligationibus quæ * quidem non propriæ naſci ex contractu intelliguntur, ſed tamen

N.A. † Mercede. Generalis ſententia notanda, Pactum de ſubſtantia côtractus, eius nomen, ſecundum côuentionalem formã immutat. l. 27. ff. de præſcr. verb. & §. iij. ſup. quib. mod. re contrah.

a Interueniente mercede, ſcilicet, in pecunia numérata: vt diximus ſuprà de loca. in principio. Item, hæc regula generalis eſt vera: niſi ſit talis perſona, quæ non conſueuerat locare operas ſuas, vel res talis, quę non conſueuerat locari: tunc enim non locati, ſed de præſcriptis verbis agitur, vt ff. de præſcript. verb. l. ſi tibi. & l. naturalis §. at cùm do.

b Fulloni. Fullo eſt, qui lauat, & tingit pannos, & etiam polit eleuando ſuperflua. Sed ſarcinator ècontra: qui ſarcit & addit, vbi eſt ſciſſum veſtimentum, vel pannus, & conſuit. Vnde dicitur. Iſte habet ſarta tecta: quia cùm eſſent fracta, ſunt reparata ex quibuſdam adiunctionibus, vt ff. de vſufr. l. hactenus. Et dicitur ſarcinator à ſarcina: & ſignificat propriè eũ, qui plurimùm veſtium ſumit. Aliquãdo etiam pro ſutore accipitur, vt hic.

ADDITIO. Dic quod fullo eſt, qui curanda & polienda veſtimenta accipit, ſarcinator qui ſarcienda: ſarcire autem eſt integrum facere, auctore: Sext. Pomp.

† Aduerte obiter: quia doctor. non videtur intelligere quid ſit ſartum tectum: nihil enim aliud importat, niſi integrum, non diminutum: qui ergo locabat ædes ſibi fieri ſartas tectas intelligebat integras, & quibus nihil deſit. Ita declarat Budeus in ſupradicta. l. hactenus. Syl.

abeſt. *abeſt.*

N.A. Fulloni. Nota, ſi fulloni, aut ſarctori, polienda, aut fulcienda. vel ſarcienda veſtiméta dedero, ſi nulla mercedis mentio interuenerit, mandatum eſt. E contrario, ſi honeſto alio viro mandauero, vt gereret quædam mera negotia, & merces interceſſerit, non eſt mandatum, ſed locatio, & conductio.

Quæ nõ propriè quidem.

c Actio. Imo videtur præſc. verb. cõpetere: vt ſuprà loca. §. j. ſolutio. vt ibi.

N.A. Quaſi contractus, dicitur tacita conuẽtio, quæ nõ minus obligat, quàm expreſſa. l. v. ff. de obli. & act. l. 4. de pact.

Tituli iſtius continuatio ſumitur ex §. ſeq. ſuprà tit. de oblig. vbi dicitur, ꝙ obligationum quædam ſunt ex côtractu, quædam ex quaſi contractu, &c. Et quia dictum eſt ſuprà de oblig. bus ex côtractus, ſequitur de obligationibus ex quaſi contractu: & etiam hic continuatur in text. Aret.

Poſt genera. Totus iſte tit. diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit continuationem tituli, de quo eſt tractaturus. Secundò illud per exempla declarat. Secunda ibi, igitur cum quis.

d Genera. id eſt, materies, vel diuerſitates contractuum, vt ſuprà de oblig. §. fin. vſque huc.

a Ex maleficio. ſubaudi, vel quaſi, vt ſit bona argumentatio. ſic infrà de oblig. quæ ex quaſi maleſi. in princ.

Igitur. Valerius repentina feſtinatione coactus eſt Alexandriã proficiſci: neque ſpatium habuit negotia ſua vlli cõmendandi. Lælius ipſius amicus, eo abſente, cum debita quædam recepiſſet, vel ſuis ipſe ſumptibus ægrotos ſeruos curauit. equos, vel boues in demortuorum locum emptos aratro vel vehiculis ſubſtituit. Ius ciuile & Valerium & Lælium inuicẽ vinctos obligatóſq; alterũ alteri tradit: illum, vt hunc cogat rationẽ reddere: hunc, vt ea, quæ impendit, repetat. Quid ais? ius ciuile ſolet iniicere vinculum obligationis iis duntaxat, qui ipſi ſua ſponte, ac voluntate ſe ei vinculo ſubiiciunt: veluti contrahentibus. At iſti neque contraxerunt, neque ſuam eius rei voluntatẽ declarauerunt. An ergo Valerius abſens, & ignorans obligabitur? Reſpondet, ius ciuile vtilitatis cauſa id inſtituiſſe, quam tu ex ¶ ipſius §. contextu facilè cognoſces. Cor. Vib.

quia non ex maleficio [a] ſubſtãtiam capiunt, quaſi ex cõtractu naſci videntur.

¶

¶ Igitur [b] cùm quis negotia abſentis geſſerit, vltro citróque [c] inter eos naſcuntur actiones, quæ appellãtur, negotiorum geſtorũ † ſed domino quidẽ rei geſtæ aduerſus eũ, qui geſsit, directa† cõpetit actio: negotiorum autem geſtori [d] cõtraria: quas ex nullo cõtractu propriè naſci manifeſtũ eſt. quippe ita naſcũtur iſte actiones,

Not. quòd vbi datum eſt mandatum, non competit actio negotiorum geſtorum. Item, quòd ſicut geſtor habet dominum obligatum, ſi bene gerat: ita dominus habet obligatum geſtorem, ſi malè gerat. Item, quòd in reddenda ratione à negotiorum geſtore habetur ratio exactiſſimæ diligentiæ, & ſic venit culpa leuiſſima. Item, quòd non ſufficit in alienis adhibere eandem diligentiam, quàm in ſuis, ſi modò diligentius adminiſtrari poterant. Sylueſt. Ald.

b Igitur. Quia de his obligationibus, quæ ex quaſi contractu ſunt, dicere debemus, incipiamus de hac. quæ ex ſola prouenit amicitia: vt j. eod. §.

c Vltro citróque. id eſt, hinc inde poſſibile eſt eas naſci: nam ex vna parte tantùm quandoque agitur, vt ſi alterius non interſit, ſed ſua tantum.

ADDITIO.

De directis, & cõtrariis actionibus longa eſt diſputatio apud Hotomanum in §. actio. vbi hãc regulam tradit, quã quidã eius familiaris hoc loco in ſuũ librum deſcripſit. Quoties par eſt vtriuſque ratio in contractu vtrinq; naſcitur directa: quoties potior eſt alter utrius cauſa, hinc naſcitur directa, inde contraria.

† Negotiorum geſtorum. Gerere negotia, eſt ſponte, & ſine mãdatu, alterius negotia vtiliter ipſius cauſa procurare d. l. v. de oblig. & act. Et cùm quis vicini abſentis domũ, quæ ruinam minabatur reficit. N.A.

† Directa. Vel dic directa actio eſt, quæ ad eam ipſam cauſam quæ principalis eſt, adhibetur: vnde principalis appellatur l. 17. §. j. ff. commod. Et quibus in negotiis par vtriuſque contrahentis cauſa eſt, ex his vtrinque directa naſcitur actio. Veluti empti, venditi; locati, conducti; pro ſocio: Contraria verò eſt, quæ ad minus principalem cauſam accommodatur. l. pen. ff. commod. Veluti mandati, depoſiti, commodati, negotiorum geſtorum, tutelæ. N.A.

d Negotiorum autem geſtori. Licet etiam vnum negotium ſit geſtum. ff. de negotiis geſtis. l. iij. §. j. verſic. negotia. ſic j. vi bonor. raptor. in princ. & ff. vi bono.

Digitized by Google

bono.raptor.l.ij.§.quod ait Pretor.

¶ a Sine mandato. ſcilicet, eius cuius negotia geſſerit. & ſic ſoluitur. Cod.de negotiis geſtis.l.ſi mandatum.

¶ Dic vt hic per Chriſtophor. quod aliquando quis mādat geri negotium ad ſe tantùm pertinens, & habet locū actio mā dati, & ceſſat actio negotiorū geſtorum. Aliquādo mandat geri negotium commune cum alio, & quaten⁹ eſt reſpectu ſui oritur actio mā dati: reſpectu alterius, actio negotiorum geſtorum. Et ita procedūt text. allegati. Syl.

N.4 † Sine mandato. Nota differentiam inter mandatum, & negotiorum geſtionem. Mandatum, eſt contractus, negotiorum geſtio, quaſi contractus. Illud, nuda conuentione obligationes parit, hæc, non niſi ex facto, & adminiſtratione l.6. de neg. geſ. Mandatarius eſt rogatus, negotiorum geſtor voluntarius.

Negotiorum geſtor certis in caſibus nō repetit quod impēdit.

¶ b Idque. ſ. vt repetat, quod impendit, niſi denuntiatio inhibeat: vt C.de negotiis geſtis.l. finali. vel paterna affectio, vt C. eodem. l. ſi patrono. & l. quod in vxorem.& ff.eodem.de negotiis geſtis. l.is, qui. Vel obſequium: quod eſt, ſi libertus patroni negotia gerat, vt C.eodem. l.officio. His enim caſibus nihil repetitur, alioqui quandoque repetitur inquantum locupletior eſt, vt dicemus infrà §.proxi.

¶ c Defererentur negotia. Quod in multis noceret, vt ff.eod.l.j. Accur.

¶ d Nullam. Cùm neminem ſit vereſimile ſuam pecuniam iactare vel effundere: vt ff.de probat.l.cùm de indebito.§.qui enim.

Negotiorū dominus in ſolidum non ſemper tenetur.

¶ e Obligatum. ſcilicet, in ſolidum, dummodo ſit vtiliter cœptum negotium, licet diuerſus exitus ſit ſecutus, vt ff.eo.l.ſed an vltro.§.j. In caſibus tamen non tenetur inſolidum, vt ſi pupillus eſt cuius negotia ſunt geſta. [Cōſiderà an requiratur quòd ſit geſtum, non cœptum, vt videtur de mente Iuriſconſul.in d.§ j. Sylu.] Item ſi animo deprædandi geſſit: vt ff. eod. de negot. geſt. l. ſi pupilli. j. reſpon. & §. ſed & ſi quis nego. mea. Itē, & ſi ad noua negotia gerenda acceſſit: vt ff. eodem. l. ſi quis negotia. Item, ſi pacto & hoc actum eſt, vt C. eod. l. negotium. Item, & ſi fuit in culpa gerens: vt ff.eodem. l.ſiue hæreditaria. Item, ſi fuit in mora: vt ff. de leg.j.l.cum res. §.fin.

ADDITIO. Et eſt ratio: qa in omnib⁹ iſtis caſibus gerens tenetur etiam de caſu fortuito: & in eis non ſufficit eſſe cœptam vtiliter, niſi vtilitas perduret: vt no glo in l. ſi negotia. in ver. ſit ſolitus. ff. de neg. geſt. Ang.

† Exactiſſimam. Hinc ſequitur ergo, leuiſſimam culpam præſtari, ſed vno dūtaxat iſto caſu, ſi modo nemo alius, &c.l.6.§.vlt.ff de neg.geſt. Regulariter ergo locus tantùm præſtabitur. N.A.

¶ f Ad exactiſſimam. Not. geſtorem interdum de dolo ſolo & lata culpa teneri, ſi ad deſerta negotia acceſſit. ff. de nego.geſt.l.iij.§.interdum. Quādoque de dolo, lata culpa, & leui: & hoc regulariter: vt C.eo.l tutori & ff.eo.l. ſi pupilli.§.fin. Quandoque de leuiſſima: vt quando alius diligentius volebat adminiſtrare, vt hic dicitur, & ff. eod. l.ſi pupilli. §.videamus. quandoque de caſu: vt in his caſibus, vbi agitur in quantum dominus locupletior eſt, vt modò §. diximus in eod.§. Acc. ADDITIO. Et hæc vera in geſtis. de neglectis autem tenetur: ſiue gerere incœpit, & poſtea dimiſit: ſiue non incœpit, dummodo à principio, vt omnia geſturus, acceſſerit. Idem, ſi non vt omnia geſturus. ſi alius diligens erat geſturus: aliàs ſecus. Ang.

ſi ſine mandato† [d] quiſq; alienis negotiis gerendis ſe obtulerit. Ex qua cauſa ij, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorātes obligantur. idque [b] vtilitatis cauſa receptū eſt: ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli de mandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti eſſent, delerentur negotia [c], quæ ſanè nemo curaturus eſſet: ſi de eo quod quis* impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſſit* negotia, dominum habet obligatum [e] negotiorum geſtorū*: ita & contrà, iſte quoque tenetur, vt adminiſtrationis reddat rationem: quo caſu ad exactiſſimā †quiſque diligentiā cōpellitur reddere

* quiſque.
* geſſeris
* abeſſ.

¶ Tutores quoque. CASVS. Flauius pupilli bona male adminiſtrauit, eáque diripuit. nunquidnā remedij pupillo paratū eſt? Datur ei actio tutelæ, quia vinctum trahet tutorem in iudicium. Et quānā obligatione tutor vinctus eſt? non, quam ſibi ipſe per cōtractum iniecerit (contrahere nāque cum pupillis tutores nequeunt) ſed qua iuſtitiæ adminiſtrantes pupillorum bona ſolet alligare. Sed ecce, Flaui⁹ de ſuo multa ꝓ pupillo expendit. quid remedij? Actione vinctum trahet pupillum adultū in iudiciū: non eo vinculo, quo ſe ipſe pupillus alligarit, non enim poteſt. ſed quod ius ciuile pupillis, quorū nomine pecunia per tutores expenditur, ſolet iniicere. C. Vib.

¶ Not quòd tutor tenetur ex quaſi cōtractu. Item, quòd valet argumētum à ſufficienti dinumeratione. Item, ꝙ actio tutelæ eſt mutua: & quòd directa competit, pupillo, contraria verò tutori. Sylu.

rationē nec ſufficit talem diligentiā adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modò alius diligentior eo * commodius adminiſtraturus eſſet negotia.

* abeſſi.

¶ Ea quæ inter tutorem & pupillū, ex geſtione tutelæ oritur obligatio, ex quaſi contractu naſci dicitur: ex qua tutelæ actio directa & contraria reſultat: prima pupillo datur, vt tutelæ rationem conſequatur. altera tutori, vt quod ei pupilli nomine abeſt, recuperet.

¶ Tutores [a] †quoque, qui tutelę iudicio tenentur, nō propriè ex contractu obligati eſſe intelliguntur (nullū enim negotiū inter tutorem, & pupillum contrahitur) ſed quia ſanè non ex maleficio [b] tenentur, quaſi ex cōtractu teneri videtur. Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem [c] †: ſed & contrà, tutor cum pupillo habet cōtrariam [d] †tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus [e]: aut rem ſuam creditoribus* eius obligauerit.

N.A. * creditori.

Habentes rem aliter, quā ex contractu ſocietatis, communem vltro citroque ex quaſi contractu obligātur, quæ obligatio actionem familiæ erciſcundæ, & cōmuni diuidundo producit.

poſt finitam tutelam, aduerſùs eum qui tutelam geſſit conceditur, vt rationes reddat. & quod debet eo nomine præſtet. l. pen ff. rem pup. ſal. fo.

¶ c Actionem. ſ. directā: tenetur etiam aliis actionibus tutor, vt dixim⁹ ſ. de Attyl. tut. §. fi. Et ita habes hoc §. actionem tutelæ directā, & contrariā eſſe ex quaſi cōtractu. Quid de actione pro tutela? Reſp. idē, cùm ad inſtar actionis tutelæ ſit inducta: vt ff. de eo, qui pro tut. neg. geſt. l. j. §. pro tutore.

Actio pro tutela directa & contraria, eſt ex quaſi cōtractu.

¶ d Contrariā. Quam finita tutela demum intendit, vt modò diximus de directa, vt ff. de contr. act. tut. l. j. §. finito. Acc.

† Contrariam. Actio tutelę cōtraria eſt, quæ tutori conceditur de iis quæ propter tutelā ei abſunt. l. 4. & paſſ. de contr. tut. act.

¶ e Obligatus. Vnde abſuturū eſt: quod perinde eſt, ac ſi iam abeſſet: vt ff. de neg. geſt l. ij. in fin. & l. ſi quia mandato. in fi.

¶ Item, ſi inter aliquos, &c.

¶ a Tutores. ſ. quondam. nam quandiu eſt tutor, non oritur obligatio: vt ff. de tut. & ratio. diſtrah. l. ſi tutor. §. fin. & l. ſed non datur. Azo.

¶ Gloſ. eſt falſa ſecundùm Bar. in l. niſi finita. ff. de tute. & ratio. diſtr. quæ opinio verior eſt. Sylueſt.

¶ b Ex maleficio. Subaudi vel quaſi, vt bona ſit illatio. Accur.

N.A. † Tutores. Actio tutelæ directa eſt, quæ

CASVS. Teſtator Antonio & Lælio fundum communiter reliquit. Antonius eius fundi fructus ſolus collegit. Nihílne paratum eſt Lælio remedij? Actione communi diuidundo vinctum educet Lælius Antonium, & partem petet fructuum dimidiam. Obligatum enim eum tenet vinculo: nō quod ſeſe contrahens Antonius adſtrinxerit, ſed quòd ei per ſe i⁹ ciuile iniecerit. Quid ſi Antonius ſuo ſumptu agrum illum colue

coluerit? Obligatus ei Lælius eſt vinculo: non quod ſibi ipſe Lælius, ſed quod ei ius ciuile iniecerit. Cornelius Vibulanus.

poteſt: hæc autem ſemel tantùm: vt ff. fa. erciſc. l. ſi filia. §. fami. & C. fa. er. l. j.

¶ Item ſi inter aliquos cōmunis res ſit ſine ſocietate [a]: veluti quòd pariter eis legata, donatáve eſſet, & alter eorū alteri ideo teneatur communi diuidūdo iudicio, quòd ſolus fructus ex ea re perceperit, aut ꝙ ſocius eius [b] ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit, non intelligitur ex contractu propriè obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe† contraxerunt: ſed quia ex maleficio non tenetur: quaſi ex cōtractu teneri videtur. Idem iuris [d] eſt de eo, qui cohæredi ſuo familiæ † erciſcundæ iudicio ex his cauſis [e] obligatus eſt.

¶ Aditione hæreditatis quaſi cōtrahere hæres cū legatariis dicitur.

¶ Hæres quoque legatorum† nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur (neque enim cum herede, neque cum defuncto vllū negotium legatarius geſſiſſe propriè dici poteſt) & tamen quia ex maleficio [f] non eſt obligatus, quaſi ex contractu debere intelligitur [g].

a Sine ſocietate. Tunc enim ageretur pro ſocio. ſcilicet, ſi eſſet ſocietas. Videtur tamē, quòd hic §. ſibi ipſi contradicat. nā nunc dicit, ꝙ non eſt ſocietas: & poſtea dicit, ſocius eius, &c. Sed dic, ꝙ non eſt ſocietas vera, ſed quædā incidens: nam vera contrahitur conſenſu: vt ſuprà de oblig. ex conſen. in principio. Hæc autem præter ſpem: vt in hoc §. dicitur.

b Socius eius. id eſt, conſors eius: impropriè enim ponitur, vt modò diximus.

N.A. Ad §. 3. Nihil inter ſe. Societas alia voluntaria, quæ conuētione expreſſa contrahitur: alia eſt fortuita, quæ caſu plerunque oblata, rei communione contingit. l. 31. & ſeq. ff. pro ſoc. Hæc propriè dicitur communio, & hoc ab illa differt, quòd ſocietas ſit contractus. Illa negociationis cauſa plerumque contrahitur, in hanc non cadit negociatio. l. 37. ff. pro ſoc

c Ex maleficio. Subaudi, vt ſit bona illatio: vt ſuprà eod. in princ. & facit ad hunc §. ff. fami. erciſ. l. hęres. communio quaſi contractus §. non tantùm. in fin. §. & ff. cōm. diui. l. 2. in fi. j. reſponſ. & ff. pro ſocio. l. vt ſi pro ſocio. & l. actione. §. ſi poſt diſtractam. Accurſ.

d Idem iuris. Non per omnia: quia ſuperior. ſcilicet, communi diuidundo, pro rebus ſingularibus competit, hæc autem ad vniuerſitatem: vt ſup. §. proximo. & ff. pro ſoc. l. pro ſocio arbiter. Item, ſuperior pluries intendi

N.A. Familiæ. Hoc nomine res hæreditariæ intelliguntur. l. 195. §. 1. ff. de ver. ſign. Erciſci vetus verbum eſt, pro diuidere. Actio familiæ erciſcūdæ eſt, quæ inter cohæredes redditur, vt res hæreditariæ inter ipſos diuidantur, & quod eo nomine alterum alteri dare, facere oportet, detur, fiat. §. 18. infrà de actio.

e Ex his caſis. quas ſuperiori §. diximus.

Hæres quoque. CASVS. Teſtator mihi ſuum equum legauit ab hærede ſuo Cornelio. quomodo actione teſtamēti potero ducere in iudiciū Cornelium, qui mecū nunquam cōtraxit, ideóque mihi obligatus nō videtur? Ius ciuile ſolet per ſe ac ſine facto hęredis vinculū in hęredes iniicere, à quibus res quædā legatæ ſunt petendæ, illúdque vinculum legatariis tradere. Cor. Vib.

N.A. Legatorum. Actio ex teſtamento eſt, quæ datur legatario aduerſū hæredem, vt quod ei legatum eſt, præſtet, quoniam hæres adeundo cum legatariis & creditoribus, tacitè contraxiſſe intelligitur. lege octaua. ff. de ad hær.

f Ex maleficio. Subaudi, vel quaſi.

g Intelligitur. ſcilicet, actione ex teſtamento: vt ſuprà de legatis. §. noſtra. Rei vendicatio autem quæ datur, vt in eodem §. dicitur. nunquid ex quaſi contractu? Reſpondeo, non puto: quia non eſt obligatio: vnde non debet dici ex contractu vel quaſi: vt infrà de actionibus. §. primo. Idem, ſcilicet, quod in rei vendicatione, de hypothecaria dico, quę ſimiliter lega-

Digitized by Google

¶ Qui recipit indebitum ſolutum per errorem, ex quaſi contractu dicitur obligatus ad reſtituendũ illud. Aretinus.

¶ Itẽ is †, cui quis per errorem non debitũ ſoluit, quaſi ex contractu debere videtur [a]. Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe *, vt ſi certiorẽ rationem ſequamur: magis (vt ſuprà diximus [b]) ex diſtractu, quàm ex contractu poſſit dici obligatus eſſe. Nã qui ſoluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, vt diſtrahat potiùs negotium quàm contrahat. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur [c], acſi mutuum ei daretur: & ideo condictione [d] tenetur.

¶ Si in eo cauſarũ genere, quæ inficiando duplantur, indebitum ſolutũ fuerit, repetitio ceſſat: ideo quod ex lege Aquilia, vel legato religionis & pietatis intuitu venerabilibus rebus facto, ſolutum eſt, non repetitur.

* abeſt.

tariis datur: vt C. commu. de leg. l. j. & in d. §. noſtra. §. de leg. Sed vnde naſcitur hic quaſi contractus, vel vnde oritur actio ex teſtamento? Reſp adeundo hæreditatem, hæres quaſi contrahere videtur: vt ff. quib. ex cau. in poſ. ea. l. apud Iulianum. §. ſi. & l. ſeq. Item, quid de petitione hæreditatis? Reſpon. & hæc eſt ex quaſi cõtractu: cùm is non contraxerit, qui poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore: nec etiã deliquit: vel quaſi: vnde ſequitur ex argumẽtis, quæ fiũt in hoc titulo, quòd ſit ex quaſi contractu. Item, quid de actione finiũ regundorũ? Reſp. idem, quia & illa habet ſimilitudines multas, cum actione familiæ erciſcundæ, & cõmuni diuidundo, & cum petitione hæreditatis: vt j. de action. §. quædam. & ff. de pet. hær. l. ſi bonæ fidei. §. petitor autem hæreditatis. & l. ſed & ſi lege. §. petitio hæreditatis.

¶ Item is cui. CASVS. Cum putarẽ me Lucilio centum deberẽ, centum ei numeraui. nihílne remedij? Imò, inquit, indebiti tibi condictio dabitur: ſ. perſonalis actio, quæ vocatur Condictio, qua ſolutum indebitum repoſces. Nam ius ciuile vinculum accipiẽtibus indebitam pecuniam ſolet iniicere: itaque obligatos tradere repetentibus, ducendos ad iudicium, vt pecunia rependatur. Cor. Vib.

N.A. ¶ Ad §. Item is. Hic §. expoſitus eſt §. de oblig. quæ re contr. §. 2.

¶ a Debere videtur. Nam eo ipſo, quòd ſoluit, aliquid negotij contrahere videtur: vt ff. de cond. indeb. l. ſi in area. Cùm ergo ſit ex quaſi contractu, ad quid ponitur hæc condictio indebiti inter actiones, ſiue obligationes ex cõtractu. §. qui. mo. re contra obl §. j. quę eſt huic contra. Reſpon. vt ibi, in fin. §. diximus. in gloſ. conductitia.

ADDITIO Reſponde, quòd ideo hæc condictio indebiti fuit appoſita inter obligationes quæ re contrahuntur, non quia dicatur prouenire ex contractu: ſed quia non poteſt ſine re ſuſtentari. ibi igitur poſita fuit, vt eius ſubſtantia denotetur: hic autem etiã poſita fuit, vt eius inſinuetur origo: quia ex quaſi contractu trahit originẽ. Chriſto.

¶ b Suprà diximus. Vt §. quib. mod. re contrahi. obl. §. is quoque. Accurſ.

¶ c Obligatur. ſ. benignitate inſpecta, quę præualet: vt Co. de iudi. l. placuit. nam nemo debet locupletari cum aliena iactura: vt ff. de condict. indebit. l. nam hoc natura. *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*

¶ d Condictione. ſ. indebiti: & ita tranſit dominium in accipientem. aliàs enim condictio nulla daretur, niſi contra furem: vt ff. vſufruc. quemad. ca. l. ſi. Sed contra ff. de acquiren. rer. do. l. ſi procurator. Solut. multùm intereſt, an error ſit in obligatione, an in re. Primo caſu, tranſit dominium, vt hic dicitur, & condictio oritur. Secundo verò, nec tranſit dominium, nec oritur actio: vnde agens exceptione repellitur: vt ff. de mand. l. ſeruum Titij. Acc. *Error an impediat dominiũ tranſlationem.*

¶ Ex quibuſdam. CASVS. Flauius ſeruum Roſcij interfecit, vt eſt in oratione Ciceronis pro Q. Roſcio Com. Habet ergo Roſcius actionem ad pretium repetendũ. at ſi Flauius inficiatus ſit, deinde cõuictus fuerit, duplum rependet. Finge nunc Claudium cùm putaret ſe ſeruum illum occidiſſe, pretium

Digitized by Google

¶ Ex quibuſdam [a] tamē cauſis repeti non poteſt, quod per errorem [b] non debitum ſolutum ſit. Sic nanque definierunt veteres. Ex quibus cauſis inficiando lis creſcit †, ex iis cauſis non debitum ſolutum repeti non poſſe: veluti ex lege Aquilia [c], item ex legato [d]. quod veteres quidem in iis legatis [e] locū habere voluerūt, quæ certa conſtituta, per damnationem [f] cuique [g]* legata fuerāt. Noſtra autem conſtitutio [h] cùm vnam

* quicūque.

itum Roſcio numeraſſe. Iuſtinianus ait, Ius ciuile non inücere Roſcio indebitum illud accipienti, vinculum obligationis vllum. Ideóq; Claudium ſolutam illam indebitam pecuniam non poſſe repoſcere. Et idem eſſe ſi quis putans ſe legatum eccleſiæ debere, perſoluerit. Corn. Vib.

a Ex quibuſdam. Iſte §. non facit ad hunc titulum: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinæ ad proximam materiam de indebito.

b Quod per errorem. Licet ponat vnum caſum tantum, in quo ſolutum per errorem indebitum, nō poteſt repeti: tamen & alij ſex ſunt, vt ſi ſcienter ſoluit indebitum: nam non habet locum repetitio: vt ff. de cond. indeb. l. j. Item, propter ſententiam ſolutum etiam indebitum non repetitur: vt C. de cōdi. indeb. l. j. Item propter tranſactionem: vt ff. de condi. inde. l. in ſumma. in prin. ver. & quidem. & Codice eodem, lege ſecunda. Item, ſi iurauit quis fieri deberi etiam indebitum, deferente aduerſario: & fuerit ſolutum, non repetitur: vt ff. de iureiurando. l. nam poſtea. §. primo. Item, quando ſoluitur in cauſa, quæ per inficiationem creſcit: vt ff. eodē. de cond. ind. l. eleganter. §. fin. in glo. fin & Cod. eo. de cond. indeb. l. ea, quæ. & hic dicitur. Item, cauſa pietatis ſolutum indebitum non repetitur: vt ff. de condi. indeb. l. cùm is. §. ſi mulier. Item, ſi eſt ab alio debitum, licet ſit indebitum ab eo qui dedit: vt Cod. de peti. hær. l. de hæreditate.

CONDICTIO. Intellige ſi nomine debitoris ſoluerit: aliàs ſecùs. l. ſi pœna. §. j. ff. de cond. indeb. ang.

N.A. † Lis creſcit. Quaſi de dubio litis euētu contractum fuerit. l. 4. C. de tranſac.

c Ex lege Aquilia. Vt ſi ſolùm emendando damnum ab alio datum, quaſi ego dediſſem: videor enim confiteri me damnum dediſſe, quod ab alio datum eſt. Nam ſi à nullo datum eſt, non impediar repetere: ſicut nec mihi præiudicat confeſſio mea, ſi à nullo datum eſſet damnum: vt ff. ad leg. Aquil. l. Inquit, de Neratius. §. fin. & l. ſeq. & ff. de interro. act. l. qui ſeruum. §. j. & §. ij. in fi. Sec nunquid hæc ſunt vera, ſiue in iure, ſiue in facto erret is, qui ſoluit? Reſpon. cùm lex illa. C. eod. tit. de cōdi. indeb. l. ea quę nō diſtinguat, nec ego diſtinguam: & eſt arg. ff. vt in poſſ. leg. l. j. Sed quidam diſtinxerunt, vt ſi errauit in iure, non repetat: ſi in facto, repetat. Primæ tamen ſententiæ ſto: vt ff. eod. de cond. indeb. l. ſed & ſi me putem. Sed contra hunc §. eſt ff. de condi. indeb. l. eleganter. §. fin. Sol. illa erat pœnalis à principio, hæc autem ex inficiatione: vt hic dicitur, & j. de act. §. ſed furti.

d Item ex legato. Quòd & ipſum per inficiationem creſcit: vt infrà de act. §. item miſta. Accur.

e In iis legatis. ſcilicet, indebite ſolutis, quantum ad ſoluentem, debitè tamen quantum ad alia, vt & modò diximus in lege Aquilia: & hoc ſecundùm quoſdam. Sed B. contrà, dicit enim de indebito à quolibet. & ſic differt à ſuperiori proximo caſu, & eſt ſpeciale in hoc legato, de quo hîc dicitur: aliàs autem, id eſt, in alio legato diſtinguo: aut ſoluitur ſcienter indebitum legatum quocunque modo, & tunc non repetitur. vt ff. de condi. indeb. l. fideicommiſſum. Si autem per errorem iuris, idem eſt: vt non repetatur ſi eſt debitum naturaliter, ſed ciuiliter indebitum: vt C. ad legē Fal. l. error. niſi ſit minor, qui repetit vtroque caſu per reſtitutionem in integrum: vt C. ſi aduer. ſol. l. ij. Si verò per errorem facti, repetitur: vt Cod. de condi. indeb. l. fideicommiſſum.

† Iis legatis. Per damnationem. §. primo ſupra de legatis. Vlpianus infrà titulo 24. N.A.

f Per damnationem. Vt per hæc verba, Damnas eſto hæres, illum ære alieno liberare: vt ſ. de leg. § ſed & tale.

g Cuique. Aliàs cuiuſcunque.

h Conſtitutio. vt Cod. commu. de legat. l. ij.

Digitized by Google

naturam omnibus legatis, & fideicõmiſſis indulſit, huiuſmodi augmentũ in omnibus legatis [a] & fideicommiſſis extendi voluit. ſed non omnibus legatariis [b] hoc præbuit: ſed tãtummodo in iis legatis & fideicõmiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis [c] vel pietatis [d] intuitu honorantur *, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluãtur, non repetuntur †.

a In omnibus legatis. id eſt, in omnibus generibus legatorum: quorum quatuor erant genera: vt ſuprà de legat. §. j.

b Legatariis. Vt in eis ſolutum indebitum non repetatur.

c Religionis. Vt monaſteriis.

d Pietatis. Vt hoſpitalia, & ſimilia, quæ nominãtur in authen. de non alien. §. nos igitur.

N.A. † Non repetuntur. Aequitas videtur, ex eo ꝙ argutiæ de teſtamentis ſolẽnibus, in eiuſmodi piis legatis non admittuntur. Fuerat igitur teſtamẽtum, ſed vel minus ſolẽne, vel irritum aliquo modo factum. §. omnes, in fi. infrà de actio.

* honorificantur.

TITV. XXIX.

PER QVAS perſonas nobis obligatio acquiritur.

PER QVAS [illegible] obligatio acquiritur.

Expoſitis generibus obligationum, quæ [e] ex cõtractu, vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus acquiri nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate † ſunt. veluti per ſeruos & filios noſtros: vt tamen [f] quod per ſeruos noſtros *

* abeſt.

§ Cõtinua iſtũ tit. vt hic in textu in principio. Dictum eſt ſuprà de obligationibus, tam de illis quæ contrahuntur re, verbis, literis, & conſenſu, quàm de aliis. Nunc ſequitur videre, per quas perſonas nobis acquiritur obligatio.

ADDITIO Ne quemquam moueri oportet, quòd ſimilis huic alius titulus ſuprà lib. ij. ſit poſitus. quia ibi de acquirendis rebus corporalibus & aliis, præter obligationes: hic ſpecialiter de his acquirendis pro materia ſubiecta tractatur.

Expoſitis. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primò, oſtenditur, quomodo nobis acquiritur per illos, qui ſunt in totũ in dominio, vel poteſtate noſtra. Secundò, quomodo per illos in quibus habemus aliquod ius, vel qui ſeruiunt nobis bona fide. Tertiò, quomodo acquiritur per illos, qui ſunt in dominio noſtro pro parte. Secunda ibi, Item per liberos. Tertia ibi, Communem.

CASVS Quęro, nũquámne ius ciuile permittit, vt quiſquã nobis obligatus ſit, niſi cui noſmetipſi vinculũ iniecerimus? Imò verò, nam ſiue ſeruus, ſiue filius noſter vinculũ alicui iniecit, id nobis ius ciuile in manum tradit: ſi tamen ſit filius, traditur nobis vinculum quatenus tantùm vſusfructus eſt: nã proprietas, vt ſæpè dixim⁹, ad filium pertinet. Cornelius Vioul.

¶ Obligatio ac[illegible] ſeruum vel [illegible] per ſeruum [illegible] toto, per filium [illegible] quo ad cõmodum vſusfru[illegible]. Aretin.

¶ e Quæ. ſcilicet obligationes. Sed quid differt hic titulus à ſuperiori ſuprà per quas perſ. nobis acqui. Reſpon. illic dicit de rebus acquirẽdis: hic autem de obligatione. vt ibi diximus. Item, quid differt iſte ab alio ſuprà de ſtipul. ſer. cùm ibi de obligatione dicatur? Reſpon. ille ſpecialis eſt in obligationibus quæſitis per ſtipulationem: hic autem in omni genere obligationum loquitur acquirendo per filium, vel per ſeruum: præter quàm ſi ſint ex caſtrenſi peculio vel quaſi: quibus caſibus nec ad proprietatem, nec ad vſumfructum patri acquiritur: vt Codice de bon. quæ libe. l. cùm oportet. §. ſecundo.

† Noſtra poteſtate. Quia qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt. §. ſecundo, ſuprà per quas perſonas. N.A.

f Vt tamen. Aliàs eſt, attamen. alias, vt quod. & hic ſimiliter ſubauditur tamen.

nobis acquiritur [a], totū noſtrum† fiat: quod antē per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit acquiſitū hoc diuidatur‡ ſecundùm imaginem [b] rerum proprietatis, & vſusfructus, quam noſtra decreuit * conſtitutio [c]: vt quod ab actione cōmodum perueniat, huius vſumfructum quidē habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur*, ſcilicet patre actionem [d] mouente ſecundùm Nouellæ noſtræ conſtitutionis diuiſionē [e] †.

¶ Liberi & ſerui alieni bona fide poſſeſſi, & ſerui vſufructuarij & vſuarij acquirunt nobis ex re noſtra, & ex opera ipſorum. Aret.

¶ Item per liberos homines [f], & alienos ſeruos, quos bona fide poſſidemus, acquiritur nobis: ſed tantùm ex duabus cauſis †, id eſt, ſi quid ex operis * ſuis, vel ex re noſtra acquirant†. Per eum quoque ſeruum in quo vſumfructum [g], vel vſum habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis acquiritur.

* diſcreuit. * reſeruatur. * operibus.

‡ Acquiritur. Niſi ab alio poſſideatur ſeruus: qui poſſeſſori nec dominiū nec poſſeſſionem quærit, ſi non ex re eius comparauit, vel ex opera ſua: nec domino, ſi ex re bonæ fidei poſſeſſoris: vel opera ſua acquiſiuit: quia eum non poſſidet, vt ff. de acquirendo rerū dominio. l. ſi ſeruus. primo reſponſo. & l. homo liber. §. finalis.

N.A. † Totum noſtrum. id eſt, plena proprietas, ſiue ſolida.

N.A. ‡ Diuidatur. Vt nuda proprietas filiofam. vſusfructus patri adquiratur. §. j. §. eod. tit.

¶ b Secundùm imaginē. Quaſi dicat, fiat hæc diuiſio imaginarie & intellectualiter. nā viſibiliter fieri nō poteſt, cùm ſint incorporalia, quæ nō diuiduntur. vt ff. de acquir. rer. domi. l. ſeruus. §. incorporales. & §. de rebus corpo. & incorp. j. reſpon. & §. de vſufruct. in principio.

¶ c Conſtitutio. Vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. vbi autem. Accurſ.

¶ d Actionem. Proprietas tamē ipſius actionis eſt filij, vt hic dicitur. & hoc obtinet hodie in omnibus aduentitiis. Sed olim tantùm quinque actiones filiofamiliàs competebant ratione proprietatis: vt iniuriarum, quod vi aut clam, depoſiti, commodati, & actiones in factum: vt ff. de act. & obl. l. filius familiàs: & l. in factū. [Itē de dote. ff. ſol. mat. l. ij. & in glo. in l. ſi longius. §. j. in verſ. dignitatem. ff. de iud. Syl.] Has tamen pater exercebat vel ſuus procurator, non filius: vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. ait Prætor & §. filio & l. pater. in fi. niſi pater abeſſet: vt ff. de iudi. l. ſi longius. §. j. quod etiam in mutuo erat: vt ff. ſi cer. peta. l. cùm filius. Sed hodie ex omni cauſa aduentitia acquiritur ipſi filio proprietas vt hic dicitur. ADDITIO. Dic vndecunque dictæ actiones in factum deſcendunt: vel ex dictis Prætorum, vel ex interdictis: & eſt ratio: quia Prætor vſus eſt æquitate: & illa tantùm motus: & in illis non tantùm quæritur patri: quando aliquid non remanet penes filium: vt l. j. cū ibi not. Co. qui admit. ad bon. poſ. ergo non mirum, ſi omnes actiones in factum filiofa. competebāt: & ita dicit Bar. in d. l. in factum. Ang.

Filiofamiliàs olim 5 actiones competebant ratione pprietatis quas tamē nō exercebat.

Aduētitiorum proprietas filij eſt.

¶ e Diuiſionē. Quam diuiſionem longū eſſet hic dicere, ſed dicitur plenè per ordinē, in d. l. C. de bo. quæ libe. l. fi.

N.A. † Diuiſionem. Vt ſi pater vſūfructum admiſit, filij cōſenſu actionem exerceat, ſi repudiarit, ipſe filius patris cōſenſu. l. 6. C. de bon. quæ liber.

¶ f Per liberos homines. Nota, quòd liber homo quandoque bona fide poſſidetur, vt quādo poſſeſſor credit eum ſeruum eſſe, & ſuum: & quādoque mala fide, vt quando credo eum ſeruum eſſe, & ſcio meum non eſſe: vt ff. de acquir. poſ. l. j. §. ſed & per eum. quandoque nullo modo poſſidetur, licet detineātur, vt quādo ſcit liberum eſſe: vt ff. de acqu. poſſ. l. qui vniuerſas. §. j. & ff. de prob. l. ſi quis liberum.

Liber homo quādoque bona, quandoque mala fide poſſidetur.

N.A. † Duabus cauſis. Ex quibus aut ſibi acquirit, ſi liber eſt, aut domino, ſi alterius ſeruus eſt. §. 3. & 4. eodem titulo. & Vlpia. tit. 19.

N.A. † Acquirant. Cùm ab vno domino iuſſus, indefinitè tamen, & imperſonaliter ſtipulatus eſt. l. vltima. Cod. per quas perſo.

¶ g Vſumfructum. in quibuſdam Li-

Digitized by Google

bris eſt in litera, vſumfructum, vel vſum: & ſecundùm hoc videtur, quod per eum ſeruum in quo habeo vſum, ex duabus cauſis acquiram. Sed contra. ff. de vſu, & habi. l. per ſ…um. in pr in. Sol. dicũt quidam illud corrigi. Vel dic ſecundùm Ioan. ꝙ illud verbũ, ex duabus, referatur ad ſolum vſumfructũ, alterũ verò, ſi ex re, ad vſurariũ, & ſic erit in litera confuſio: ſicut C. de col. l. illã. & ĩ. qui da. tut. poſ. §. ſi quis. Sed in aliis libris non eſt, vel vſum: & tunc planum eſt, & nullum eſt contrarium. Accurſius.

Seruus vſufructuarius quærit nobis ex re & operis: ſed vſuarius ex re tantùm.

ADDITIO. Tu dic, ſecundùm docto. vſuariũ poſſe vti operis ſerui in ſuis fundis, non autem eas alteri locare. Ang.

Stipuletur.

ADDITIO. Eg. Baro putat ſeruo vti poſſe ad ſtipulandum, & alioqui contrahendum, non vſque ad compendium: ſed ad vſum ſibi, & familiæ neceſſarium. l. plenum. ff. de vſu & habitatio.

Communem ſeruum. CASVS. Panurgus ſeruus erat Fannij ex octo partibus, Roſcij ex quatuor. Acquiſiuit aureos duodecim. Octo debebuntur Fannio, quatuor Roſcio. Quid, ſi dixerit, Roſcio hæredi meo duodecim dare ſpondes? Cùm ius ciuile ſoli Roſcio promiſſorem alligatum tradit. Quid, ſi ſolius Roſcij iuſſu ſibi ipſi ſtipulatus ſit? Idem. Cor. Vib.

a Pro dominica. niſi cum propria nomina eorum ſtipulationi inſeruit, vbi pro virilibus portionibus acquirit: vt ff. de ſti. ſer. l. ſi cõmunis ſeruus.

b Stipulatus. ſcilicet ſimpliciter vel ſibi, vel domino iubenti, vt ſtatim ſequitur. alias nullum eſſet dubium: vt ſuprà de ſtip. ſeruo. §. pen.

¶ Seruus communis acquirit dominis communiter proportione dominica: niſi vni, vel iuſſu vnius fuerit ſtipulatus. Aret.

¶ Comunem ſeruum pro dominica[a] parte dominis acquirere certum eſt: excepto eo, quòd nominatim vni ſtipulando, aut per traditionẽ accipiendo, illi ſoli acquirit: veluti cũ ita ſtipulatur*, Titio domino meo dare ſpondes? Sed ſi domini vniꝰ iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus[b], licet antea dubitaretur, tamen poſt noſtrã deciſionem res expedita eſt, vt illi tantùm acquirat, qui hoc ei facere iuſſit, vt ſuprà dictum eſt.

Stipuletur.

b Suprà dictum eſt. ſuprà de ſtipu. ſeruo. §. penultimo.

TITV. XXX. QVIBVS modis tollitur obligatio*.

¶ Eius, quod debetur ſolutio, à debitore vel à quouis ipſius nomine facta, omnem obligationem perimit: quo fit, vt ſolutione principalis euaneſcat fideiuſſoria obligatio, vt verſa vice idem dicito.

TOlli-

QVIBVS MODIS TOLLItur obligatio.

Viſum eſt ſ. de obligatione inducẽda. ſequitur videre de obligatione diſſoluenda, ſiue tollenda: quia nihil tam naturale eſt, quàm vnumquodque vinculo, quo ligatur, diſſolui poſſe. l. nihil tã naturale. ff. de regul. iur. h. d. Aretinus.

TOllitur. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponitur qualiter tollatur obligatio ſolutione. Secũdo, qualiter acceptilatione. Tertiò, qualiter nouatione. Quartò, qualiter cõſenſu. Secunda ibi, Item, per acceptilationem. Tertia ibi, Præterea obligatio. Quarta ibi, Hoc amplius.

CASVS. Quintius ſtipulãti Titio cẽtum promiſit, & ita ſibi vinculum iniecit. Cupit nunc ab iſto vinculo ſolui ac liberari: qua ratione id poterit? Si centum illa tradiderit, aut aliud quidquam Sextio cõſentiente. Quid autem, ſi Septimius pro eo vel ignorante, vel inuito tradat? liberabitur tamen. Nam ius ciuile vinculum diſſoluit. Quintius centum promiſit, Titiúmque fideiuſſorem dedit. vterque obligatus eſt, quòd ſi alteruter ſoluerit, vtriuſque vinculum diſſoluitur: & ambo liberantur. Cor. Vib.

Not. quòd ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio. Item, quòd aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poteſt: ſed eo cõſentiente ſic. Item, quis poteſt ſoluere pro alio ſciente, & ignorante, & inuito: quia natu

tur a *autem omnis obligatio b ſolutione eius quod debetur: vel ſi quis conſentiente creditore c, aliud pro alio † ſoluerit. Nec* intereſt, qui ſoluat: vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio ſoluente, ſiue ſciēte, ſiue ignorante debitore, vel inuito † eo ſolutio

* ſoluitur.

*tamen.

naturalis ſimul & ciuilis ratio dictant, vt quis poſſit alterius conditionem facere meliorem. l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. Item, quod quamuis principalis, & fideiuſſoris duæ ſint obligationes, tamē vnica ſolutione diſſoluuntur: quia altera eſt acceſſoria, & ſublata principali etiā ipſa tollitur. Sylueſter.

ADDITIO.

Sed quæret aliquis, cur hic titulus hoc loco ſit poſitus ante tract. de obl. ex maleſi. quum aliquot modi in eo exponātur, quibus ipſo iure tollantur obligationes etiam ex maleficio, vel quaſi maleficio venientes, vt furti, rapinæ, &c. Aeg. Baro reſpondet, quoniam iam ſatis excreuiſſe hic liber videbatur, cōmunem hunc titu. hic incertum. & obligationes ex malefi. reiectas in librū 4. vbi de actionibus tractatur poſt res corporales & incorporales, inter quas ſunt obligationes omnes. §. fin. ſ. de vſu & habitatio.

¶ a Tollitur. Aliàs tollitur, aliàs ſoluitur. Si tollitur ergo non renaſcitur de cætero. vt ff. de ſol. l. qui res. §. aream. ver. in perpetuum. & de nox. l. ſi alienus. & C. de remiſ. pig. l. cùm ex cauſa. & de ſen. paſ. l. ſi debitor. vbi magis ſuſcitatur ſolutio eius quod debetur, quàm tollatur, vt ff. de nox. l. electio. §. fin. ſed ibi æquitatis ratione nec ſublato dicitur l.

¶ b Omnis obligatio. Siue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu. nā de his ſuprà dictum eſt à titulo de obligationibus vſque huc. Sed nūquid eſt idem iis, quæ ex maleficio ſunt vel quaſi? Reſpon. ſic. [Hæc vera, quoad pœnam parti applicandam: ſecus in applicanda fiſco. l. ius publicum. ff. de pact. Sylueſt.] Item hæc ſunt vera, ſiue ciuilis & naturalis fuerit obligatio ſimul, ſiue naturalis tantùm: vt hic, & ff. ad leg. Fal. l. ſi pupillus. in princ. Sed nūquid ciuilis tantùm tollitur ſolutione eius quod debetur? videtur quòd non: vt ff. de ſol. l. qui hominem. §. finali. & hoc quidam dicunt. Sed contradico. ſi enim ſciens me debere ciuiliter tantùm, ſicut econtra ſi nudo pacto tibi decem debeam, & ſoluam cauſa meæ fidei implendæ: quare non liberor: vt ff. de condi. indebi. l. fideicommiſſum? Quod autem dicta lege, qui hominem. dicitur: ideo eſt, quia aliud operatur ſolutio, quam crederet ſoluens, ſcilicet, repetitionem: cùm errabat credens ſe teneri naturaliter, non ergo mirum, ſi non facit quod credebat ſoluens, ſcilicet, liberationem. [Producerent enim contrarios effect. ſcilicet, liberationem, & obligationem contra. l. cùm his. §. primo. ff. de condi. inde. Sy.] Item, eſt contra ad hoc. primo reſpon. in authen. vt ij qui ob ſe hab per. res. §. ſi verò tacuerit. col. ſexta. Sol. illud ſpeciale eſt. Item, contra. ff. de ſol. lege, ſi rem meam. Item, contra. ff. de verborum obligat. l. Iulianus. §. qui fundum. Item contra. ff. commo. l. tertia. §. ſi reddita. Sed his legibus licet fuerit facta ſolutio, non tamen fuit facta ſicut debuit fieri: vnde pro non facta, quantum ad hoc, habetur. Item, contra id quod ſubiicit, quòd demum ſciente creditore ſoluitur pro alio. ff. de leg. j. l. non amplius. §. fin & l. ſi domus. §. ij. & iij. & ff. de auro & arg. le. l. prima. §. ſi. & Cod. de don. l. ſi quis argentum. ff. de ſol. l. qui hominem. & ff. de verb. ob. l. inter ſtipulantem. §. penul. & l. ſi ſeruus. In quibus legibus dicitur, quòd liberatur quis ſoluendo aliud pro alio. Sed hæc ſpecialia ſunt, hoc autem regulare.

¶ Quia hæc materia videnda eſt ab omnibus iuuenibus neceſſario in lectura ordinaria. in l. ij. §. j. ff. ſi cer. pet. ideo remittimus ad locum ordinarium. Syluſ.

¶ c Conſentiente creditore. Interdum tamen etiam aliud pro alio ſoluitur, creditori etiam inuito: vt diximus in authen. de fideiuſſ. §. pen. in glo. coactum. col. j. & quoſdam ex his notauimus. §. proxi.

† Aliud pro alio. Solutio eius quod debetur, fit etiam inuito, alterius pro alio, non niſi volenti. l. 17 Codice de ſolutio. N.A.

† Inuito. Quoniam alterius, etiam inuiti & ignorantis, melior per alterum fieri poteſt. ſolutio 53. ff. eodem titulo 39. ff. de negot. geſt. Acceptilatio N.A.

Digitized by Google

fiat [a]. Item, ſi reus ſoluerit, etiam ij, qui pro eo interuenerunt [b], liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit. non enim ipſe ſolus liberatur [c], ſed etiam reus.

¶ Acceptilatione, [illegible] & ficta ſolutione, mutua interrogatione & reſponſione conceptis, verborum obligatio tantùm tollitur: reliquæ verò obligationes ex re, conſenſu, & alio quouis modo cōtractæ, nō antea ſoluūtur, quam in Aquilianam ſtipulationem, id eſt, verborum obligationem deducantur: vt ſic demum acceptilatione ſopiri queant.

¶ Itē, per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria [d] ſolu-

eſt in tabulas acceptæ pecuniæ relatio, eáque duplex eſt, vulgaris, & Aquiliana. Vulgaris eſt, per quam ſola verborum obligatio diſſoluitur, hac formula: Quod tibi debeo, habéſne acceptum? habeo, acceptumq́; tuli. Aquiliana eſt per quā etiam aliæ omnes in ſtipulationē deductæ, & nouatæ diſſoluūtur. l. j. §. 18. ff. de accepril.

a Solutio fiat. Patet hic, quòd beneficium cōfertur ininuitū. Sed cōtra ff. de re. iu. l. inuito. Sol. illa regula in priuilegiis loquitur. hæc autem in aliis. Vel dic, quod nō poteſt directò, poteſt tamē per mediū. prima verior eſt. Sed nunquid è contra poteſt fieri alij ſolutio inuito creditore? Reſp. non: vt ff. de no. l. ſi Stichū. §. fi. niſi creditori creditoris ſoluatur, vt ff. de nego geſt. l. ſi liber. vel procuratori creditoris: vel ei cui extiterit heres creditor, vel futuro debitori, vel ſimilibus perſonis, quæ numerantur ff. de ſol. l. ſolutam. & ff. de pign. act. l. ſolutum. §. ſolutam.

b Interuenerūt. Vt ſunt fideiuſſores, & mādatores, & ſpōſores, vt ff. de exc. l. omnes. & C. de nō nume. pecu. l. iiij.

c Ipſe ſolus liberatus. ſ. fideiuſſor. & ſi quidē ſoluat nomine ſuo, liberatur ipſo iure, reum autem liberat per exceptionem: vt ff. man. l. ſi quis. in fi. & l. Papinia. & ff. de peti. hæred. l. ſi quid poſſeſſor. in princip. Si verò nomine rei, liberat ipſo iure reum: vt ff. de neg. geſt. l. ſoluendo. & ff. de noua. l. ſi Stichum. in fi. Sed ſi hoc verum eſt, quòd liberatur reus ſoluente fideiuſſore, quomodo cedet actionem creditor fideiuſſori, quod facere debet. vt ff. de ſol. l. modeſtinus. & ff. de fideiuſ. l. fideiuſſoribus. quæ ſunt contra hanc legem? Reſpond. illud poteſt fieri ante ſolutionem, ſcilicet ceſſio: vel etiam poſtea, hoc acto prius: quia videtur ineſſe. probatur hæc ſolutio. ff. de fideiuſſ. l. cùm is. [Tu dic ſecundùm Chriſtoph. quòd illa iura loquuntur, quòd ille cui ſoluitur, debet cedere actiones ſoluenti, quando ſoluenti non eſſet promiſſum de alia actione: ſed hic erat prouiſum de actione mādati: ergo, &c. Syl.] Item not. hic vnam ſolutionem parere plures liberationes. & facit ſ. de duo. reis. §. ex huiuſmodi. & ff. de arb. l. ſi duo. Acc.

Item per acceptilationem. CASUS. Cùm in codicē meū ac tabulas rei familiaris retuliſſem ac ſcripſiſſem, Numerius mihi centum debet ex cauſa emptionis, poſtea debitum mihi ſoluit: continuò ſcribo in eod. C. Centum quæ mihi Numerius debebat, hodie accepi. Hoc propriè dicitur Acceptum ferre, & Acceptilatio, quia refertur in tabulas. Quod ſi debitum illi condonaſſem, ac nihil accepiſſem, tamen conſuetudinis cauſa ſcripſi hoc ipſum, me ſcilicet accepiſſe. Hæc quoque dicitur Acceptilatio. Sed factum eſt, vt cùm duæ ſpecies eius eſſent: prima ſpeciale nomē inuenerit, dictaq́; ſit Solutio: vt ſ. dictū eſt. Altera verò generis nomē retinuit: dictáque eſt acceptilatio, quæ verbis fit, ac ſtipulando hoc modo, Quæ tibi debeo, ea habéſne accepta? Olim autem hac ſtipulatione liberabantur tantùm ij, qui verbis obligati erant: poſtea Galli Aquilij formula omnes qui ſiue re, ſiue literis, ſiue verbis, ſiue conſenſu debebant ſoluti ac liberati ſunt. Corn. Vibul.

d Imaginaria. id eſt ficta. ſic ff. de regul. iuris. lege, imaginaria. Vel dicitur imaginaria, id eſt, per momentum duratura. ſic in authen. quomodo oporteat epiſco. circa prīc. § neque enim idiota. in gloſ. nec imaginariam. & in Pſal. in imagine pertranſit homo, &c.

ADDITIO. Ipſa tamen acceptilatio

tio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id (ſi velit Titius remittere) poterit ſic fieri vt patiatur[a] hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promiſi, habéſne acceptum? & Titius reſpondeat, Habeo. Sed & Græcè[b] poteſt acceptilatio fieri: dummodò ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet exigi*. ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα? ἔχω λαβών. Quo genere (vt diximus[c]) tantùm eę ſoluuntur obligationes, quæ ex verbis cōſiſtunt: non etiam cæteræ[d]. Conſentaneum[e] enim viſum eſt, verbis factā obligationem aliis poſſe verbis diſſolui. Sed & *id quod alia ex cauſa[f] † debetur, poteſt in ſtipulationē deduci, & per acceptilationē diſſolui[g]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſoluitur[h]: ita in parte

* abeſt.

tio habetur pro ſolutione: vt l. ſi ex pluribus. ff. de accepti. vt in ſimili etiā dicimus de iuramento, quod habetur loco ſolutionis inter deferētem & iurantem: non tamen etiam eſt propriè ſolutio: vt lege, duobus. §. j. & ibi gl. in verbo, ſolutionis. & doctor. ff. de iureiurand. angel.

¶ a Vt patiatur. Et etiam reſpōdeat ei, vt ſuprà eodem §. eſt autem. in fin. §. nam ſola patientia nō prodeſt.

¶ b Sed & Græcè. Non ſolùm Latinis, ſed etiā Græcis verbis, dū tamen aptis ad hoc, vt ſequitur. & facit ſuprà de verb. oblig. §. vtrum. & ff. de verbor. obl. l. j. §. ſi. Accur. Porrò Græcorum quæ hic adiecta ſunt is eſt ſenſus: Tot denarios acceptos habes? acceptos habeo.

¶ c Vt diximus. ſuprà eod. §. ibi, quod enim ex verborum. Accur.

¶ d Cæteræ. ſ. quæ ſunt de iuregentium: cum acceptilatio, quæ eſt ciuilis actus, vt ff. de reg. iur l. actus. non poſſit iura gen. tollere: vt ſ. de leg. agna. tu. §. ſi. quæ ſunt vetuſtiora, & firmiora: vt ſuprà de rer. diui. §. ſingulorum. Sed nunquid aliàs obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio, vt literarum, & emphyteuſis, & ſimiles, vt diximus ſuprà de iure natu. gen. & ciui. §. Ius autem? Reſp. non, cùm ſolam obligationem verbis inductā tollat, vt hic dicitur. Sed certè licet non poſſint tolli iure acceptilationis. ſ. obligatio iuris gentium, & aliæ ciuiles, tamen poſſunt iure pacti etiam acceptilatione facta, ſecundùm Ioan. vt ff. de reſcind. vendi. l. emptio. & l. cùm emptor. Quod generaliter etiam dicebat. M. quòd vbicunque fieret acceptilatio inutilis, quòd habeat vim pacti: & facit pro eo. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pen. vbi de hoc. At B. totum contrarium. & erat pro eo ff. de accepti. l. an inutilis. j. reſpon. & ff. de conſt. pec. l. 3. §. eū qui. Sed nos dicimus idem, quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, vt dictum eſt. Item, idem quod Bulg. vbi eſt inutilis ratione cōceptionis: & facit pro nobis ff. de acceptila. l. ſi acceptolatum. Accurſ.

Acceptilatio inutilis ratione rei habet vim pacti: ſecus ſi eſt inutilis ratione conceptionis inepta.

¶ Et eſt ratio: quia defect' formæ circumſcribit conſenſum: ſecùs in defectu materiæ. Sylueſter.

ADDITIO. Et eſt ratio diuerſitatis: quia minus eſt peccatum, quod prouenit ex alieno facto, vt in primo caſu, quàm quod prouenit ex propria culpa, vt in ſecundo caſu. Ioan. Fab.

* abeſt.

¶ e Conſentaneum. Et facit ad hoc infrà eodem §. fin. & ff. de reg. iur. l. nihil eſt tam. & C. quando lic. ab empt. diſce. & ff. de pact. l. ab emptione.

¶ f Ex alia cauſa. Quam verbis.

† Cauſa. Quocunque modo contracta ſit, ſiue re, ſiue conſenſu. N.A.

¶ g Diſſolui. ſcilicet ipſum debitum. Et nota mirabilem proditionem. nam cùm non pateretur contractus alius tolli ſuo contrario actu, ſcilicet, per acceptilationem, decipitur, & deducitur in quendam non prorſus contrarium actum, vt in ſtipulationem: quod eſt obligatorium, & ſic fit nouatio indiſtinctè iure iſto: vt ī. eod. §. præterea. & ff. de act. & obl. l. obligationum. ferè. §. fin. & ipſa ſtipulatio patitur ſe tolli per acceptilationem: vt hic dicitur.

¶ g Rectè ſoluitur. volēte ſcilicet creditore. Sed nunquid eo inuito debiti pars ſoluitur? Reſp. aut confitetur de toto debitor: & tunc non poteſt ſoluere niſi totū, vt ff. de vſur. l. tutor. §. Lucius. quæ eſt huic contraria, niſi volēti creditori, vt hic dicitur: aut differtur, & tunc pars confeſſata tantùm recipia

Solutio particularis an creditore inuito poſſit fieri.

cipiatur ab inuito: vt ff. ſi cert. petat. l. quidam exiſtimauerunt. & hoc etiam caſu poteſt intelligi quod hic dicitur. ¶ a Ita poſita eſt. i. his verbis, quæ ſequuntur, quicquid te, &c. Idem habes. ff. de acceptila. l. & vno. §. eius rei. Et not. quòd nō poteſt ſic legi, quin aliqua verba ſint hic ſuperflua. Item nunquid vnum ſolum ex his duobus ſcilicet dare, vel facere ſufficit, ſcilicet dare, cū ſolum quod erat dandum, in hāc ſtipulationem deducitur: vt infrà ibi, tantam pecuniam, &c. Reſ. ſic arg. ff. de verb. obl. l. §. ſed hæc ſolēnia. & C. de donatio. l. fi.

ADDITIO. Aquiliana dicta eſt à C. Aquilio Gallo, auditore Q. Mutij Pont. Maxi. vt refert Pomp. in l. ij. ff. de orig. iur. Seruij Sulpitij in iure præceptor. vt Cicero tradit in Bruto: clarus iuris ciuilis ſcientia, à quo de dolo malo formula prolata eſt, quā Cicero euerriculum malitiarum omnium appellat in lib. de natura Deor. iij. & de offi. iij. & alia de inſtituendis poſthumis nepotibus, de qua in l. Gallus. ff. de lib. & poſth.

¶ b Dare. Vbi debet dominium transferre: vt infrà de act. §. ſic itaque. & ff. de verb. obliga. l. vbi autem non apparet. §. fin.

¶ c Actio. In perſonam, at petitio in rem, perſecutio vtrunque continet: vt ff. de acti. & obligatio. l. actio in perſonam.

¶ d Petitio. In rem.

Perſecutio continet actionem & petitionem.

debiti acceptilatio fieri poteſt. Eſt autem prodita ſtipulatio, quę vulgò Aquiliana appellatur: per quam contingit, vt omnium rerū obligatio in ſtipulatū deducatur: & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat *omnes obligationes: & à Gallo Aquilio ita cōpoſita eſt a. Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare b facere oportet, oportebítve præſens, in diémve, aut ſub conditione, quarumcunque * rerum mihi tecum eſt actio c * quæq; aduerſus te petitio d, vel aduerſus te perſecutio eſt, vel erit, quódve tu meum habes, tenes, poſſides * [dolóre e malo feciſti, quò minus poſſideas:] quanti quæq; earum rerum res f erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus g eſt † Aulus Agerius, ſpopondit Numerius † Nigidius. Item, ex diuerſo Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium. Quicquid tibi hodierno die per Aquilianam ſtipulationem ſpopondi, id ne omne habes acceptum? Reſpondit Aulus Agerius, Habeo, acceptúmque tuli.

nouat.

*quacūque. * quæque.*

¶ Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationē transfuſio: quo fit, vt priore obligatione ſublata, noua conſtituatur: quæ olim nouæ pſonæ

¶ e Ve. Pro vel. ¶ f Res. id eſt, æſtimatio. ¶ g Stipulatus. Nunc mutat perſonas: de ſecunda enim tranſit ad tertiam. Et not. quod etiam realis actio deducitur in ſtipulationē facta rei æſtimatione: & ipſa pecunia, ſiue rei æſtimatio deducitur in ſtipulationē & in acceptilationem. Nam ipſa res nō poteſt, cùm nemo rem ſuam poſſit ſtipulari ſibi dari: vt ſuprà de inut. ſtipul. §. ij. Sed quo modo deducam æſtimationem, cùm non debeatur? Reſp. immò quaſi debita eſt: liberatur enim exceptione quaſi à rei vendicatione, ſi præſtat æſtimationem: vt ff. de rei vēdi. l. eius rei. & l. ſeq. Si autē ipſam rem in acceptilationē deducam: valet iure pacti, ſecundùm B. vt diximus ſuprà eodem §. quo genere. Accurſius.

poſſediſti. inclusa additu D. Actio realis poteſt in ſtipulationem deduci.

ADDITIO. Fu. dic. quòd quamuis actio realis nec obligationem, nec officium iudicis præſupponat: præſupponit tamen quandam æquitatem, ex qua datur actio: & illa æquitas nouatur per acceptilationem. Ang.

† Stipulatus eſt Aulus. Hactenus fuit formula nouationis per ſtipulationem. N.A.

† Numerius. Hinc incipit acceptilatio. N.A.

¶ c Præterea nouatione. CASVS. Quum Titius mihi centum deberet, ea ego à Septimio ſtipulatus ſum. Ius ciuile Titium liberat, & ei⁹ vinculū trāſfert in Septimiū: nouaq; ideo naſcitur obliga

obligatio. vnde hæc transferendi vinculi ratio, Nouatio appellatur. Quid verò, ſi ea centum à pupillo ſine tutoris auctoritate ſtipulatus ſim? Euaneſcit obligatio. Nam ius ciuile vinculum adimit Titio, pupillo verò non iniicit. Quid ſi à ſeruo? Ius ciuile Titio nō adimit vinculum, itaque ſemper obligatus manet. Quid ſi ab ipſomet Titio ſtipuler, quæ antea mihi debebat? Modo aliquid præterea ſit adiectum, veluti, dies, aut cōditio quæ extiterit: & profeſſi ſint ſe animo prioris vinculi tollēdi hoc nouum inducere, tunc fit nouatio: alioqui Titius vtroque vinculo obligatus erit, & priore, & hoc nouo ac recenti. Cor. Vibul.

interuentu (etiam quæ naturaliter tantùm obligari poſſit) inducebatur: eadem verò interueniente perſona, ita demum nouatio facta erat, ſi quid priori obligationi poſterior adiiceret, vel detraheret: hodie autē nunquam inducta cenſetur nouatio, niſi expreſſim à contrahentibus hoc agatur, aliàs anterior firma manet, & poſterior loco incrementi accedit.

¶ Præterea [a] nouatione [b] tollitur obligatio, veluti ſi id, quod tibi Seius debebat, à Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interuētu nouæ perſonæ [c], † noua naſcitur obligatio: & prima tollitur, trāſlata in poſteriorem: adcò, vt interdum licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti, ſi id quod Titio debes *, à pupillo [d] ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fueris: quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & poſterior

* debemus

¶ Not. ꝙ promiſſio eius, quod alius debebat, ipſo iure obligat promittētem. Item, quòd ex inutili obligatione fit nouatio antiquæ obligationis efficacis. Itē, quòd ſi ſecunda obligatio eſt penitus nulla, prima non nouatur. Item, quòd obligatio conditionalis ita demum nouat primam conditione exiſtente. Item, quòd hodie non fit nouatio, niſi expreſſè. Syluest.

¶ a Præterea. Non ſolùm ſolutione, vel acceptilatione, vt dictum eſt ſuprà.

¶ Et quia doctor. paſſim dicere ſolent, quòd naturalis obligatio tollitur per ius ciuile in hoc caſu, ſcilicet per ſtipulationem, aduerte: quia non intelligunt, quòd naturalis obligatio tollitur per ius ciuile, id eſt, per ſolennem ſtipulationem. Nam conſiderandum eſt, quòd etſi naturalis obligatio transfundatur in ſtipulationem, vel tollatur ſtipulatione: tamen ius ciuile, vel ſolennis ſtipulatio non tollit obligationem naturalem: à iure enim ciuili tolli non poteſt. l. eas obligationes. de capit. deminutio. ſed tollitur vinculum naturale ex alio naturali, quod ineſt ipſi ſtipulationi. Quia in ſtipulatione eſt conuentio, & quælibet cōuentio habet vinculū naturale. l. j. ff. de pact. Itaque ius ciuile non tollit ius naturale: quia ſtipulatio inquantū eſt ſolēnis cōtractus à iure ciuili introduct⁹, nō tollit ius naturale: ſed inquantū eſt cōuētio, quę ab eodē iure naturali habet vinculū. Et ideo ius naturale tollit naturale, non ciuile: & ita declares. Syl.

¶ b Nouatione. Si fiat per ſtipulationē, vt ſubiicit, ſiue per iudicium: vt ſi aliquis nomine meo iudicium ſuſcipiat animo nouandi: vt ff. de ſolutio. l. ſolutionem. & ff. de in rem verſo. l. ſi pro parte. & ff. de verb. oblig. l. ſcire debemus. in fin. primi reſponſi.

¶ c Nouæ perſonæ. Etiam ſi hoc non agitur, vt fiat nouatio, iure iſto, hodie contrà: vt infrà eod. §. ſed cum.

† Nouæ perſonæ. Prima hæc nouationis ſpecies eſt; cum vna debitoris perſona mutatur. Ad eandem pertinet delegatio, quæ eſt mutatio debitoris, ſimul & creditoris: ſi iuſſero debitorem meum creditori meo promittere. lege xj. & lege xij. de Nouat. Nam delegare, eſt vice ſua, alium reum creditori dare d. l. xj. N.A.

¶ d A pupillo. Qui naturaliter tenetur: vt ff. de nouatio. l. j. in fin. ſi eſt maior infante. aliàs nec naturaliter: vt ff. de actio. & oblig. l. pupillus.

¶ Et eſt ratio: quia ſequens obligatio eſt penitus nulla, ideo non poteſt habere locum nouatio: quia ceſſat ſubiectum, in quod prior obligatio transfundatur. Syluest.

¶ a Nulla

obligatio nulla eſt a †. Nō idem b iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſteà nullus † ſtipulatus c fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, à qua perſona ſtipuleris ita demum nouatio fit d † ſi quid in poſteriore ſtipulatione noui ſit: fortè ſi conditio, aut dies, aut fideiuſſor

a Nulla eſt. Sed nunquid reſtituitur creditor in priorem debitorem? Quidā dicunt quòd ſic: vt C. de repudi. l. j. §. j. & ff. de fideiuſſor. l. ſi Titius. §. huic. quæ eſt contra. & quòd hîc dicitur res amittitur, ſcilicet. iure communi: ſed non per reſtitutionem, vt dictum eſt. Alij, vt Placen. dicūt hanc in impubere (quaſi ſtultè acceperit hic creditor tā paruulum) illā impubere loqui. Vel verius refert, an minor iuuetur, vt non teneatur per beneficium reſtitutionis: & tunc etiam reſtituitur creditor in veterem debitorem, vt ibi. An verò non reſtituatur: quia non eſt neceſſe, cùm tantùm naturaliter ſit obligatus: vt ff. de nouatio l. j. in fin. & tunc nec creditor reſtituitur, vt hic: nec etiam tunc quādo dolo creditoris minor fuit obligatus: vt ff. de fideiuſſor. l. ſi Titius. §. fin. [Vnde huic doloſo non ſuccurritur, quia fruſtrà legis auxilium inuocat, qui committit in legem. ff. de minorib. l. auxilium. in fine. & l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & ad Velleianum, ſi decipiēdi.] Quod etiam in muliere diſtinguitur: nam reſtituitur in primum debitorem actio, ea ſubducta per Velleianum: vt C. ad Velleianum. l. ſi mulier. niſi fuerit dolo inducta: vt ff. ad Velleianum. l. quidam. & d. l. ſi Titius. in fin. At ſecus eſſet, vbi nulla eſſet ſecunda obligatio, vt in ſeruo ſubiicitur: quia non poteſt etiam naturaliter teneri fideiubendo, vel intercedendo quoquo modo: vt ff. de fideiuſſor. l. ſeruus inſcio. & l. ſeq. Idem etiam in infante dicatur, qui ſecundò ſe obligauerit. Nam quum nulla ſit, non tollitur prima, cùm nō habeat in quem tranſeat. Quidam tamen dixerunt naturaliter ſeruum teneri, etiam fideiubendo, quod falſum eſt: nam nec aliter tenetur, niſi naturaliter: cuius occaſione dominus tenetur de peculio: at hic non tenetur: vt ff. de peculio. lege iij. §. ſi filius. & facit ad hunc §. ff. de fideiuſſor. l. ſi Titius. §. huic ſimilis.

Hæc clauſula. Vnde &c. vſque ad illam. Quod etiam. non eſt Accur.

Seruus non poteſt obligari fideiubido.

Et hæc glóſ. communiter approbatur ſecundum Chriſtophorū hîc. quod intellige vt non obligetur naturaliter quo ad effectus naturalis obligationis, ſed quoad ipſas obligationes eſſentialiter obligatur: quia inſpecto iure naturali eſt liber, & habet conſenſum. l. quidam. ff. de pact.

† Nulla eſt. Pupillus, niſi locupletior fiat, ſine tutoris auctoritate nō obligatur l. iiij. §. iiij. ff. de dol. except. lege 59. ff. de verb. obl. N.A.

b Non idem. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hunc §. & ſuperius reſponſum? Reſpon. quia ibi ſaltē naturalis obligatio fuit, hic nulla in ſeruo, vt ibi diximus. Itē, hoc ideo: quia pupillus potuit obligari naturaliter & ciuiliter cum authoritate tutoris: & per eum, ſcilicet creditorem, ſtetit: quare ſibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & poſterior non manet. Seruus autem nullius auctoritate poteſt obligari ciuiliter: ideóq; non imputatur. ſcilicet creditori: vnde etiam actio prior durat.

ADDITIO. Dic quòd ſeruus non poteſt eſſe fideiuſſor alicuius, niſi ex cauſa peculiari: vt l. iij. §. filiusfamiliàs. ff. de pecu. Ang.

† Nullus. Quia ſeruus ciuilem perſonam in qua obligatio conſiſtit, non habuit, ſicuti pupillus. N.A.

c Stipulatus. i. interrogatus. Stipulor enim, i. interrogo, ſecundum Priſcianum, ſic accipitur. ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem. §. ſi decem. *Stipulor ſignificat interrogo.*

Hæc expoſitio non eſt neceſſaria, cùm poſſit referri ad interrogantem propriè: vt ſuprà de verborum obligationib. §. j. in glo. in verſic. ſtipulantium. Syluest.

d Nouatio fit. Nota hic tria iura circa nouationem, antiquiſſimum: vbi etiam ſi nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio: vt ff. de actio. & oblig. l. obligationū fere. §. fin. Item nouum, vbi nouatio præſumptiuè fiebat quoties noui quid interueniret: & ſemper intelligebatur hoc agi: vt hic, & ff. de nouatio. l. ij. Item tertium, quando hoc expreſsè diceretur: vt C. de nouatio. l. fin. Vel dic tantùm (& verius) duo eſſe: primò fiebat, ſi hoc agebatur expreſsè vel tacitè: vt ff. eod. de nouat. l. ij. & nouo iure (ſi id exprimatur: vt infrà

Nouatio triplici iure fit.

Digitized by Google

adii :iatur, aut retrahatur. Quod autem a dixímus, ſi cōditio adiiciatur, nouationē fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factā nouationem, ſi conditio extiterit: alioqui, ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed cùm hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationē, cùm nouandi b animo in ſecūdam obligationē itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi c animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſibus introducebāt d: ideo noſtra proceſſit conſtitutio e †, quæ apertiſſimè definiuit: tūc ſolùm nouationē [* prioris obligationis] fieri, quoties hoc ipſum inter cōtrahentes expreſſum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere priſtinā obligationem, & ſecundam ei accedere f, vt maneat ex vtraque cauſa obligatio, ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertius cognoſcere.

¶ Contractus qui conſenſu contrahitur cōtrario cōſenſu re nō ſecuta diſſolvitur. Aret.

¶ Hoc amplius, eę obligationes, quæ conſenſu g cōtrahuntur, contraria voluntate † diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanum emptū Seius haberet centum aureis: deinde re nondū ſecuta, † id eſt, neq; pretio ſoluto h, neq; fundo

infrà eod. §. proximo. & in d. l. obligationum fere.) nouum interueniebat, ſcilicet ſtipulatio pœnalis & facit ad hoc ſuprà quib. mod. re ſam. infr. §. j. & ff. de re iudicata. l. iiij. §. ſi ex conuētione & § ſed & ſi pignora.

ADDITIO

Et not. ꝙ caſus in quibus olim ex verbis expreſſis inſurgebat tacita cōiectura nouationis, hodie non corrigūtur: quia in illis fit nouatio ſaltem ope exceptionis. Angelus.

N.A. † Nouatio fit. Tertia ſpecies nouationis, cū ſola obligationis forma mutatur. l. v. de Nouat. Secundam prætermiſit, vel potius ſub Aquiliana tacitè ſtipulatione complexus eſt, cum re, aut conſenſu contracta obligatio, verborū obligationē mutatur l. j. & ij. de edend.

¶ a Quod autē. Facit ff. de noua. l. quoties.

¶ b Cum nouādi. Expreſsè, vel tacitè.

¶ c Quādo nouandi, ſcilicet, tacitè.

* delenda, quia ſubdidit eadem verba.

¶ d Introducebant. Et alij in aliis: vt quia fortè aliquid noui in obligatione erat adiectum: vt ſuprà eod. §. verſ. ſed ſi eadem.

¶ e Conſtitutio. vt C. de nouatio. l. fin. Accurſius.

N.A. † Noſtra conſtitutio. Iuſtiniani lege, nouatio expreſſam requirit cōuentionem: alioquin veteri obligationi noua ſuperuenit. l. vlt. C. de nouat.

¶ f Accedere. Fit tamen exactio tantùm ſemel de eo, vt ff. de reg. iur. l. bona fides.

¶ g Quæ cōſenſu. ſcilicet ſolo ſed quæ ſunt hæ? Reſpon. enumerantur ſuprà de obli. ex conſenſu. Item, in quibuſdam ex maleficio, vt nudo cōſenſu etiā tollantur ipſo iure, vt iniuriarum, item furti, & ſimiles: vt ff. de pact. l. ſi tibi decem. §. quædam actiones. aliæ nō ipſo iure tolluntur cōſenſu, ſ. pacto de non petēdo, ſed per exceptionē: vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. Accurſ.

† Cōtraria voluntate. Quibus quidque modis contractum eſt; re integra, contrariis modis diſſoluitur l. v. ff. de reg. iur. l. 80. de ſolutio. N.A.

† Re nondū ſecuta. Emptio & venditio cōtracta, ſiue perfecta dicitur nuda cōuentione; & tantiſper dicitur eſſe integra l. vſij de pericul. & cōmod. l. ij. de reſcind. vendit. Impleta autem dicitur, vbi vel pretium datum, vel res tradita eſt l. iiij. C. de act. empt. Itaq; in reſcindenda venditione vtriuſque conſenſus requiritur. N.A.

¶ h Neque pretio ſoluto. Sed quid ſi partē pretij ſoluat? Reſp. nō eſt res integra, & ideo nō receditur nudo cōſenſu, ſed ita demum, ſi hinc inde facta ſit retro traditio: vt C. quādo lic. ab empt. diſce. l. j. & ff. de pact. l. ab empt. & eſt ratio

Digitized by Google

ratio vtrobique: quia nihil eſt tam conueniens naturali æquitati, quàm eodem genere quódque diſſolui, quo ligatum eſt: vt de reg.iur.l.nihil.

tradito, placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & vẽditione: inuicem liberantur. Idem eſt in condictione & locatione, & in omnibus cõtractibus, qui ex cõſenſu deſcendũt: ſicut iam dictum eſt [a].

¶ a Dictum eſt. ſuprà eod. §. Et not. in fi. huius tit. xij. eſſe modos per quos tollitur obligatio tã ciuilis, quàm naturalis ipſo iure, vt nullæ remãdeant reliquiæ. Per ſolutionẽ: vt ſuprà eod. in princ. Item, per acceptilationem: vt ſuprà eod. §. item per acceptilationem. Item, per nouationem voluntariam: vt ſuprà eod. §. præterea. & ſuprà proxi. §. Item, per nouationem neceſſariam, vt per ſententiam, & conteſtationem litis, vt ſi alius meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi & liberandi me: vt ff. de nouat. l. delegare. j. §. j. & l. aliam. Item, per compenſationem: vt infrà de act. §. pen. & §. in bonæ fidei. Item, per delegationem: vt ff. de noua. l. delegare. j. reſp. Item, per confuſionem debiti: vt ff. de fideiuſſor. l. ſi debitori creditor. Item, per oblationem, conſignationem, & depoſitionem: vt C. de ſolut. l. obſignatione. & etiam ipſo iure: vt ff. depoſi. l. j. §. ſi pecunia. in fin. §. Item, per interitum ſpeciei: vt ff. de verb. oblig. l. ſi ex legati. Item, maleficio ſuo, mora non præcedente, vt per conſtitutionem, ſi quis in tantã, vel per edictum diui Marci: vt C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & ff. quod met. cau. l. extat. & ff. ad leg. Iul. de vi priua. l. penult. Item, nudo conſenſu quandoque: vt in hoc §. Item nudo pacto, vt in maleficiis. Sed & aliis modis tollitur non vtraque. ſcilicet, ciuilis & naturalis, ſed interdum ciuilis tantùm, & remanet naturalis, vt per ſententiam: vt ff. de condict. indeb. l. Iulianus. Item, remanet ciuilis, & tollitur naturalis, vt per pactum, & chirographi redditionem, & iuſiurãdum: vt ff. de ſolut. l. Stichum. §. naturalis. Ipſa etium ciuilis ſic eliditur, vt non habeat vigorem: vt infrà de except. §. præterea. Item, ſunt & alij modi, quibus tollitur obligatio per exceptionem: quos habemus infrà de except. per totum. Accurſ.

Inſtitutionum Imperialium Libri tertij Finis.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex delicto naſcuntur.

Continuatio eſt facilis & aperta ex ipſo textu, ſed diuiſus hic liber ab Imperatore nõ ſatis cõmodè videtur: quũ præſertim eiꝰ magna pars ad obligationũ tractatũ pertinet. Sic tamen à Theophilo diſtinctus eſt. Quidam teſtatur ſe vidiſſe librum antiquũ.in quo lib.3.incipiebat à tit. de obligatio. liber verò 4. ab actionibꝰ.

N.A. Delicta priuata, ſunt crimina publica. Delictorum nomine priuata contrahitur obligatio, ex qua forenſis naſcitur actio. Criminum nomine publica iudicia conſtituta ſunt, ſiue accuſationes cuiuis de populo permiſſæ.l.1. ff. de incend. naufrag. l. 131.in fine.ff. de verb.ſig.

INSTITVTIONVM ſiue elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi principis.

Liber IIII.

TITVLVS I.

DE OBLIGATIONIBVS, quę ex delicto naſcuntur.

¶ Omnis obligatio ex delicto naſcitur ex re, id eſt, ex maleficio.

CVm * ſit expoſitum libro ſuperiore de obligationibus ex cõtractu [a] [& quaſi ex contractu [b]]: ſequitur, vt de obligationibꝰ ex maleficio [c], [& quaſi ex maleficio] diſpiciamus. Sed illæ [d] quidem (vt ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur [e] : hæ [f] verò vnius generis ſunt. nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio: veluti* ex furto, rapina, damno, iniuria [g].

*Ex Ga lib.2. tit fin

*incluſa abſunt.

delẽda putat Cuiacì incluſa.

*aut.

CVm ſit. Totus iſte titul.in nouem partes diuiditur. Primò, continuat iſtum librum ad librũ precedentem. Secundò, ponit definitionem, alluſionem, & diuiſionem furti: ibi, Furtum eſt contrectatio. Tertiò, ponit duo genera furtorum, eorũ pœnam annectendo: ibi, Manifeſtum eſt. Quartò, in quibus rebus fiat furtum, & quando fur excuſetur, ibi, furtum autem fit. Quintò, quando quis præſtat opem: ibi, Interdum furti. Sextò, quando illi, qui ſunt in poteſtate alterius*, domino vel patri furantur: ibi, Hi qui. Septimò, cui competit actio furti: ibi, furti autem actio. Octauò, an impubes committens furtum teneatur: ibi, In ſumma Vltimò, ponit, quæ ſit vera pœna furti manifeſti.

CASVS. Cognoui quemadmodũ ius ciuile vinculum iniiceret obligationis propter cõtractũ, aut quaſi cõtractum. nunc aueo ex te intelligere, quemadmodum idem vinculum iniiciat propter delictum. Magna (inquit Imperator) inter vtrumq; ſimilitudo eſt, nam vt contractus quatuor ſunt ſpecies, ſic itidẽ delicti quatuor itidẽ ſpecies reperiuntur: ſed in eo differunt inter ſe, quòd hæ quatuor delicti ſpecies continentur vna ſpecie aliarum quatuor ſpecierũ: nimirũ Re. atq; id eſſe videtur, quod obſcuriſſimè Dominus Imperator exponere voluit. Cor. Vib.

a Ex contractu. Vt s̃.de oblig. ex contractu, vſq; ad tit. de obligat. ex quaſi cõtractu.

b Quaſi ex cõtractu. Vt s̃. de oblig. quæ ex quaſi cõtractu. Accur.

c Ex maleficio. Caue tibi: quia licet hîc promittat dicere de omnibus his, non tamen dicet in hoc titulo de iis quę ſunt ex quaſi maleficio. Sed dicet ĩ. de obl.ex quaſi malefi. Nec etiam de omnibus quæ ex maleficio, ſed de ſolo furto agitur in hoc tit. ſicut & alias rubrica eſt generalior, quàm ſit text. vt ff ſi certum peta.& de con.cer. & C.de rebus credi.& iureiur. Nã non dicit ibi de rebus credi. ſed in ſequentibus titu.poſt illum.

ADDITIO. Not. quòd non eſt inconueniens, quòd rubrica ſit aliquando generalior textu, de quo dic, vt dictum eſt ſuprà in rubrica procemij. Angelus.

d Sed illæ. ſ. quæ ſunt ex contractu: non autem repetit eas, quæ ſunt ex quaſi contractu.

e Diuiduntur. ſ. re, verbis, literis, & conſenſu: vt ſuprà de oblig.§.fin.

f Hæ. ſ. quæ ſunt ex maleficio, vel quaſi.

g Iniuria. Sed nónne ſit iniuria verbis, & conuicio: vt ff. de iniur. l. j.§. iniuria. Item, literis Infamatoriis: vt ff.de iniur. l. lex. Cornelia. §. ſi quis librum, & ĩ.de iniur. §.j. Sed certè & tunc ex maleficio ſit, & ſic re ſit: quia

Digitized by Google

¶ Furtum latius clariuſq́; ſic definitur: furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino, fraudoloſa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiā vſus eius, vel poſſeſſionis.

¶ Furtum eſt contrectatio ᵃ † fraudulosa ᵇ, lucri faciendi gratia, vel ipſius ᶜ rei ᵈ, vel etiam vſus ᵉ eius,

maleficium fit verbis vel literis: & ſic habet locum, quòd hic dicitur. Acc.

¶ Furtũ, &c. CASVS. Definitio vix recipit exemplum. conabimur tamen exponere. Trium, inquit, rerum fit furtum: aut corporis ipſius, aut vſus eius, aut poſſeſſiõis. Verres candelabrũ ex gemmis factum, quod erat regũ Syriæ, ipſis inuitis apud ſe habet: fur tum facit corporis. Commodaui tibi meum equum, vt conficeres iter bidui: tu confeciſti quatridui, furtum facit vſus. Locaueram tibi colono fundum meũ, tu interuerſa cauſa poſſeſſionis pro domino poſſidere cœpiſti, eúmque vendidiſti: furtũ facis poſſeſſionis: vt apud Gellium lib. xj. cap. xviij. Corn. Vibul

¶ a Furtum eſt contrectatio, &c. Et facit extrà de elect. c. dudum. ij. circa princip. in verſi. retinendo. & ibi gl. furtum. hæc exigitur in furto, & ſine ea non fit furtum: licet voluntas, vel alia verba, vel ſcriptura interueniat: vt ff. eodem. l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſinum & l. inficiando. in princ. & l. j. §. ſola. Quandoque tamen ſine contrectatione, vt in charta raſa: vt ff. eod. de furt. l. qui tabulas. §. fina. & l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſinũ. Sed certè ibi contrectatio interceſſit, cùm generaliter contrectationem accipiamus: licet non fuerit ibi amotio Accur.

N. A. ¶ Contrectatio. Furtum enim non fit niſi rei mobilis. l. j. ff. de diſtrac. pign. Non fit niſi poſſeſſionis. l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta. liber. Repudiata eſt veterum ſententia, de fundi & loci furto. §. 2. ſuprà de vſucap.

ADDITIO. Anton. Auguſtinus lib. emend. 4. c. 4. legit ex Pandect. Flor. contrectatio rei fraudulosa, &c. quam ſcripturam vetus codex Germani Colladonij iuriſconſulti doctiſſimi confirmat.

¶ b Fraudulosa. Hoc ideo dicit, quia ſi credat ſibi licere, non facit furtum: vt ĩ. eitu. j. §. quia tamen. Itẽ, ſi credat, dominũ permiſſurum, non facit furtum, ĩ. eod. §. placuit. In duobus tamen caſibus videtur furtum fieri, etiã ſine fraude furandi: vt in eo qui ſaccum pecuniæ ſubripuit. Nã etiam ſacci nomine furti tenetur: licet ſaccum non propoſuerit furari, ſed pecuniam: vt ff. eod. l. qui ſaccum. Sed certè licet non principaliter, ſecundariò tamen voluit ſaccum ſubripere. Alius caſus eſt: vt ff. de cõdi. cauda. l. pen. §. ſed ſi tuus. in gloſſ. fin. Item, ſubaudi ad definitionem, quæ ſit inuito domino: nam, eo volente, non poteſt committi furtum, vt ĩ. eod. §. placuit.

¶ c Vel ipſius. ſcilicet rei, id eſt, proprietas ipſius rei.

¶ d Rei. ſubaudi mobilis. nam de immobili non poteſt fieri furtum: vt ſuprà de vſuc. §. quod autem. niſi in caſu, vt in creta. Sed certè iam illa eſt mobilis: vt ff. eodem. de fur. l. ſi cretæ. Item ſubaudi, corporalis: nam de incorporalibus non fit furtum: cùm nec contrectatio in his eſſe poſſit: vt ff. de acqui. rer. do. l. ſeruus. §. incorporales. Item, ſubaudi, alienæ: quia rei meæ non facio furtum, in eo quod eſt meum, ſed ſecus in communi: vt ff. eodem. l. ſi ſocius. Idem & ſi eſt nullius: vt hæreditariæ rei, non fit furtum: vt ff. eodem. l. hæreditariæ: & ideo dixi ſubaudi, alienæ.

¶ Declara totam definitionem, vt pulchrè per Gand. in tract. de malefic. in C. de furibus. Syl.

¶ e Vſus. Vt habes exemplum ĩ. eod. tit. §. furtum autem fit. Sed qualiter quadruplicatur hic? Reſpon. vſus æſtimatio tãtùm quadruplicabitur. vt non plus extẽdatur pœna, quàm delictum: vt C. de pœn. l. ſancimus. in fin. & facit ff. eod. l. vulgaris. in fin. & l. ſi quid fur. primo reſpon. §. j. & §. ij. & l. verum eſt. Alij dicunt etiam ipſam proprietatem debere æſtimari: quia non poteſt ſeparari vſus à proprietate: vt ff. eodem. l. qui iumenta. & l. ſi vendidero. §. cùm autem. Prima tamen verior eſt: vt not. in l. ſecunda. Codice de ſer. fugi.

ADDITIO. Dic primam opinionẽ, quòd vſus tantùm quadrupletur, tenet gl. in l. ij. C. de ſer. fug. & ibi Cyn. & docto. in gloſſ. in l. qui furtum. ff. de condictio. furti. & iſtam opinio. ſequitur Bart. in d. l. qui iumenta. ff. eodem. Angelus.

¶ a Poſ

poſſeſſioníſve [a]: quòd lege naturali [b] prohibitum eſt admittere. Furtum autem vel à furuo, id eſt, nigro dictum eſt, quòd [c] clàm, & obſcurè* fit, & plerúq; nocte: vel à fraude: vel à ferendo, id eſt, * auferendo [d] vel à Græco [e] ſermone, quo φῶρας appellant fures. Imò & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν, φῶρας dixerunt.

¶ Qui cum re furtiua antè, quàm eò peruenerit, quò furtū perferre deſtinaret, vbiuis locorum deprehenſus fuit, fur eſt manifeſtus: qui ſi locum deſtinatum iam aduectarit, etiam ſi demum cum re deprehendatur, non manifeſtus dicitur.

¶ Furtorum autē duo ſunt genera: manifeſtum, & nec manifeſtum. Nam conceptum, & oblatum ſpecies [f] potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum: ſicut inferiùs apparebit [g]. Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellāt: nec ſolùm is, qui in ipſo furto depræhenditur, ſed etiam is, qni in eo loco deprehenditur, quo* furtū fit, veluti, qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus ianuam deprehenſus fuerit: & qui in olíueto, oliuarum, aut in * vineto, vuarum furtum fecit, quandiu in eo olíueto, aut vineto deprǣhenſus fuerit. Imò vlterius furtū manifeſtū extēdendum eſt, quamdiu eam rē fur tenēs viſus, vel deprǣhēſus fuerit: ſiue in publico, ſiue in priuato, vel à domino, vel ab alio [h] antequàm eo peruenerit quò deferre *, vel deponere deſtinaſſet [i].

a Poſſeſſionis. Ex hoc dico ipsā poſſeſſionem duplicari, cùm aliud ſit pretiū rei, aliud poſſeſſionis: vt ff. vti poſſi. l. ſi duo. §. fina. & ſubaudi quòd hoc fecerit animo lucrandi, aliàs non eſt furtum: vt ff. eodem. l. j. §. j. Accur.

b Lege naturali. id eſt, diuina. vnde illud, Non facies furtum, &c. Item illud, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

ADDITIO. Id etiam patet ex l. probrum. ff. de verb. ſigni. quam tamē Alciatus conatus calumniari meritò reprehenſus eſt ab Anto. Auguſt. lib. iiij. emenda. ca. iiij. Sed quam regulam ſequemur in his diſputationibus? hanc opinor, vt quoties quid humanam ſocietatē diſſoluit, eique aduerſatur, id contra ius naturæ eſſe affirmemus. nihil enim tam naturę conſentaneum eſt, quàm humanæ ſocietatis conſeruatio.

c Quod. id eſt, quia.

d Auferendo. Quia fur aufert.

e A Græco. Phor Gręcè, dicitur fur Latinè, & phoras, id eſt, fures. & epautophoro, id eſt, manifeſtus fur, ſ. qui cùm re deprehenditur: & eſt indeclinabile: nam apud Gręcos aduerbium eſt: aliàs dicitur autophoros.

Furtorum autem, &c. THEMA. Poſt definitionē diuiſio ſequitur. Furtum aliud eſt manifeſtum, aliud nec manifeſtum. Manifeſti tres ſunt gradus. primus, ſi fur in facto deprǣhēſus ſit: alter ſi in loco vbi furatus eſt: tertius, ſi vbi libet, antequàm eò peruenerit, quò rem deferre cogitabat. Nec manifeſtus ergo dicetur, qui in nullo iſtorū deprehēſus eſt. Sunt enim cōtraria contrariis conſequētia. Hæc autem diuiſio, eſt rei in ſua accidentia diſtributio: id eſt, non eſſentialis, ſed accidentalis. Cor. Vib.

f Species. id eſt, caſus. Accurſ.

g Apparebit. Vt infrà eodem §. conceptum. & §. oblatum. Accurſ.

ADDITIO. Quod autem ſequitur, ἐπ' αὐτοφώρῳ ſignificat in ipſo furto, ſiue in ipſo actu, dum rem auferret.

h Ab alio. Per hoc videtur infringi regula, per liberā perſonā nihil adquiri, vt Codice per quas perſonas nobis acqui. lege prima. quod falſum eſt: quia magis ex delicto ſuo proprio, quàm alterius facto hoc euenit: vt ff. de vſu. l. ſi quis ſolutioni. §. finali. & ff. quod vi aut clam. l. prohibere. Et ſunt hæc vera, niſi in caſu, ſcilicet, cùm ſe occultauit ille, cui fiebat. Nam licet fur viſus fuerit, tamen eſt fur non manifeſtus: vt ff. de fur. l. ſi quis in ſeruitute. §. cæterum.

i Deponere deſtinaſſet. Intantum

* obſcure.
* quo ſit qui domi furtum fecit.
* alceſt.

ſecundùm Hug. vt ſi vltra montes perferre deſtinaſſet tamen ſi deprehendatur antè, erit fur manifeſtus.

¶ Dic tamen, quòd in ſequeſtri caſu, quando. ſcilicet, pertulit, iam, licet nō dicatur manifeſtus fur, eſt tamē fur, & furti actione tenetur: quod tamen non procederet in honeſta perſona, vt declarat Dec. in l. qui accuſare. verſi. hoc tamen limitatur. C. de edendo. Sylueſter.

N.A. † Pertulit. Manifeſtus fur eſt, qui in admittēdo deprehenſus eſt. l. 8. ff. de præſcrip. verb. Admittendi autē finis non eſt, antequam eo pertulerit, quo deponere, rem eo die deſtinauit. l. 3. & l. c. ff. de fur.

¶ a Nec manifeſtum. ſ. quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt ſ. de his qui ſui vel ali. iur. ſunt. §. j. & facit ad hunc §. ff. eodem. l. ij. iij. iiij. v. vj. vij. & viij.

* Diſciplina eadē eſt cōtrariorū

¶ Conceptum furtum, &c. THEMA

Enumerat quatuor actiones, quæ antiquitùs in vſu erāt, Concepti, Oblati, Prohibiti, Non exhibiti: quas ita dilucidè explicat, vt nihil apertius dici poſſit. Sed cur manifeſtus quadruplo, nec manifeſtus duplo tātùm punitur, cùm æquè fures ſint, ac fortaſſe hic altero improbior? An quòd nunquā ita certū ſit nec manifeſtum, furem eſſe, ac manifeſtum: ideoq; grauior in eū de quo non dubitatur, quàm in eum de quo dubitari poteſt pœna conſtituta eſt? Corn. Vibulanus.

ADDITIO Relictis Aretij nugis, dicamus ex Gaij Inſtit. lib ii tit. vltim. Conceptū furtū dici, cū res furtiua alicui à fure datur, vt apud ipſum furem inueniri nō poſſit. Paulus autē lib. ſenten. j. tit. Concepti, inquit, actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inuentum eſt: Oblati actione is tenetur, cui rem furtiuā alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Concepit is agere poteſt, qui rē cōcepit, & inuenit: Oblati is agere poteſt, per eos quē res concepta & inuenta eſt. Hæc ille. Sed cuiuſmodi furtū fuerit, quod per lancē, & licium conceptū veteres appellabant, magna quæſtio eſt. Hotomanus ſuſpicabatur id fuiſſe, quod per ſimulationem religionis amicti licio ſacerdotes deprehēdere ſolebāt, cū panē Aëtite lapide cōditū, & in lance ceremoniæ cauſa delatum, eū qui furti ſuſpectus erat deuorare iubebant. Qua de re Dioſcor. verba ſubſcribemus, ἔστι δὲ κλεπτολέγχος, εἰ ἐπιθείη τις εἰς τὸν προσφερόμενον ἄρτον, ὁ γὰρ κλέψας οὐκ ἂν δυνηθείη καταπιεῖν τὰ μάσση θέντα. φασὶ δὲ ὅτι καὶ συνεψόμενος ὁ ἀετίτης τοῖς ἐδέσμασι, κλεπτέλεγχος γίνεται. οὐ γὰρ δυνήσεται ὁ κλέψας καταπιεῖν τὰ συνεψόμενα αὐτῷ. Furem quoque Aëtites deprehendit, ſi quis in pane conditum, offerat: fur enim manſum deuorare non poterit: quin etiam concoctus furem coarguit: quippe decocta cum eo, deuorare non poterit.

N.A. ¶ Conceptum furtum dicitur. Concipere furtum, eſt quæſitum deprehendere. Gellius libro ſexto, capite decimo. Lance & licio furtum quærebatur ab homine licio præcincto, lancémque ante oculos leuante propter matrumfamiliarum aut virginum præſentiam. Feſtus libro decimo. Plato de legibus libro primo.

¶ a Teſtibus præſentibus. * Nota, quòd magis dicitur notus ille, qui præſentibus teſtibus in delicto deprehenditur, facit lex, hæredes palàm, in principio. digeſtis, de teſtibus. Angelus.

* Iſta gl. non eſt Accur.

¶ b Conſtituta eſt. ſcilicet, olim. Accurſius.

Sed ſi ꝑtulit † quo deſtinauit, tametſi deprænendatur cū re furtiua, non eſt manifeſtꝰ fur. Nec manifeſtū a furtum quid ſit, ex iis, quæ diximus, intelligitur. nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.

¶ Varia furtorum genera, ex quibus quoq; variæ actionum ſpecies producebant: hoc enim detrectandum eum solerent, Quicunque producto, rei furtiuæ & receptator & occultator eſt, furti nō manifeſti obnoxius ſit.

¶ Cōceptum ſ furtum dicitur, cùm apud aliquē teſtibus præſentibus b furtiua res quæſita, & inuēta ſit. nā in eum propria actio cōſtituta eſt c

¶ a Non

quāuis fur non ſit, quę appellatur Cōcepti. Oblatū furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaq́; apud te cōcepta ſit: vtiq; ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potiùs quàm apud eum, qui dedit, cōciperetur: nam tibi apud quem cōcepta ſit, propria aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio: quæ appellatur Oblati. Eſt etiam prohibiti furti actio aduerſus eum, qui furtum quærere, teſtibus præſentibus, volētem prohibuerit. Pręterea pœna conſtituitur edicto Prætoris, per actionem furti non exhibiti aduerſus eū, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam, & inuentam non exhibuit. Sed hę actiones, ſcilicet* cōcepti & oblati, & furti prohibiti, necnō furti non exhibiti, in deſuetudinē abierunt. Cùm enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundùm veterē obſeruationē nō fiat [a] * meritò ex conſequentia [b], etiā pręfatæ actiones ab vſu cōmuni receſſerunt: cū manifeſtū * ſit, quòd omnes, qui ſcientes rē furtiuam ſuſceperint, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt. Pœna manifeſti [c] furti, quadrupli eſt, tā ex ſerui [d], quàm ex liberi perſonæ: nec manifeſti [e], dupli [f].

¶ Quæuis indebita alienæ rei contrectatio, inuito domino facta, furti alligat contrectantem: quapropter qui re aliena abutitur, furtum committit.

¶ Furtum autem fit, nō ſolùm cum quis intercipiendi cauſa rem alienā amouet: ſed generaliter cùm quis alienam rem inuito domino [g] cōtrectat†. Itaque, ſiue creditor pignore, ſiue is, apud quē res depoſita eſt, ea re vtatur: ſiue is, qui rem vtendam accipit, in alium vſum eam trāſferat, quā cuius gratia ei data eſt, furtū committit: veluti, ſi quis argentū vtendū acceperit, quaſi amicos ad cœnā inuitaturus, & id peregrè ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſa [h] cō-

[a] Non fiat. Imò fit: vt ff. de ſer. fugi. l. j. hoc autē. ſed illud eſt ſpeciale in perſona ſerui. Hæc vera, ceſſantib⁹ iudiciis. nā his concurrentibus fit, ſecundū Bar. in l. requirēdi. C. de ſer. fugi. Syl.

[b] Ex cōſequētia. Hæc non eſt ſēper bona cōſequētia, vt ſublata ſolēnitate, ideo id tollatur, quod cū ſolēnitate fit: vt ſ. de ver. ob. §. ſed hęc. & C. de for. & imp. act. ſub. l. j. & ij. Accur.

[c] Pœna manifeſti. Quæ eſt de iure prætorio: vt ī. de perpe. & temp. §. j. Acc.

[d] Ex ſerui. Hoc tamē caſu ſeruus pro noxa dari poterit: vt ī. de noxa actio. in princ.

[e] Nec manifeſti. ſ. quę deſcēdit ex lege xij. Tab. vt ī. de noxa. §. ſunt autē. Sed quare minor pœna iure leg. xij. Tab. imponitur, quàm per Prætorem? Reſp. quia maius delictū eſt: vt ī. tit. prox. in princ. Pręterea tempore l. xij. Tab. pauperiores erant homines: vnde minores pœnę imponebantur: vt infrà de iniur. §. pœna. Accur.

Prætor plūs punit, quā l. xij. tā.

* *abeſt.*

* *ſit.*

[f] Dupli. Niſi in caſu: vt C. de ſer. fugiti. l. mācipia. Accur.

[g] Inuito domino. Et quādoque volente: vt ī. eo. §. vnde illud Accur.

† Cōtrectat. Vt non tantū rei, ſed etiam vſus furtū fiat vt indefinitiuè dictū eſt. Ac notetur, ꝙ poteſt eſſe cōtrectādi modus furtiu⁹, cū ipſa contrectatio nō ſit furiua. l. 76. ff. de fur. Gel. li. 7. cap. 15. & Valer. Ma. l. 8. c. 2.

[h] Geſtādi cauſa. i. ducendi.

ADDITIO.

Nota, contra illos, qui accipiunt in cōmodatū equum vſq; ad villā & poſtea ducunt eum Bononiā: quia furtū cōmittunt. Ang.

ADDITIO.

Geſtari hoc loco eſt, vel voluptatis gratia, vel valetudinis, ſella geſtatoria aut lectica portari. Brutus autē apud Gel. li. 5. ca. 17. teſtatur olim quēdā furti dānatum fuiſſe, ꝙ iumentū alorſum duxiſſet, quàm quò vtēdum acceperat, idq́; Mutiū Sceuolā reſpōdiſſe. Quod & Valer. Max. lib. 8. ca. 2. refert, de eo, q equo, cuius illi vſus vſq; ad Ariciā cōmodatus fuerat, vteriore eius municipij cliuo vect⁹ eſſet.

* *manifeſtiſſimum.*

N. A.

modatum ſibi, lõgius aliquò duxerit: quod veteres * ſcripſerunt de eo, qui in aciem equũ perduxiſſet [a].

¶ [illegible]

[illegible]

Placuit tamen eos, qui rebus cõmodatis aliter vterẽtur quàm vtẽdas acceperint, ita furtum cõmittere, ſi ſe intelligant [b], id inuito domino facere: eumq; ſi intellexiſſet, nõ permiſſurũ [c]: at ſi permiſſurum credant, extra crimen videri, optima ſanè diſtinctione: quia furtum ſine affectu † furandi non committitur [d] *.

¶ Q[illegible]

Sed & ſi credat aliquis, inuito domino, ſe rem cõmodatam ſibi contrectare, domino autẽ volente id fiat: dicitur furtum [e] non fieri. Vnde illud q̃ſitum eſt, cùm Titius ſeruum Mæuij ſolicitauerit, vt quaſdam res domino [f] ſubriperet*, & ad eũ [g] perferret*, & ſeruus id ad Mæuium pertulerit [h]: Mæuius autẽ, dum vult Titiũ in ipſo delicto deprehendere, pmiſerit ſeruo quaſdam res ad eũ perferre: vtrum furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, an

Furtum facit, qui de alieno largitur.

a Perduxiſſet. Id eſt, & ſi alij commodauit: ſpecies enim furti eſt de alieno largiri: vt ff. eod. l. ſi pignore. §. j.

b Intelligant. Et eſt ratio: quia voluntas diſtinguit maleficia: vt ff. eo. l. qui iniuriæ. in fi. j. reſpon. & facit C. ad leg. Corn. de ſicar. l. j. & ff. ſi cert. pet. l. quod te *. patet. in ca. cũ de voluntate. extrà de ſentẽ. excommu.

** Hoc non eſt Accur.*

c Permiſſurum. Quid, ſi hoc credidit. ſ. dominum permiſſurum: ſed ſtultè credebat? Reſp. furti non tenetur, cùm non fiat furtum abſque affectu, vt hic ſubiicit, & ſ. de vſucap. §. item ſi is. & facit ff. de fur. l. inter omnes. §. rectè. Sed actione ex eo contractu, vt commodati, vel ſimili, bene tenetur: vt ff. eo. l. qui in ſibi commodata. Sed ſecus, ſi ſtultè opinor te permiſſurum rem tuam accipere: vt ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. Accur.

** cõmittatur.*

Declara hoc verum, quando ab initio habuit domini voluntatem: aliàs eſt præſumptio iuris contra furem & niſi doceat qualiter iure credidit, tenetur furti. & ita aliàs conſului & obtinui. Sylu. Aldobran.

ADDITIO. Quid autem in filiofamilias, vxore, viro, vel monacho corruptis, an habeat locum pœna iſtius. §. dic, vt per Angelum hic.

Sine adfectu. Neque furtum, neque aliud vllum delictum, ſine dolo malo committitur. l. 46. §. rectè. ff. de fur. Vbi ergo furtum eſt, ibi furandi adfectus eſt, ſed non reciprocatur. Idque benignitatis cauſa. lege 76. ff. eod. tit. N. A.

d Nõ cõmittitur. Niſi in duobus caſibus, vt dixi ſ. eo. §. j. Accur.

Sed & ſi. [illegible] Domitius Phedroniũ ſeruũ Aurelij hortatus eſt, vt hero ſuo veſtẽ ſubriperet, quã ad ſe perferret. Cũ Phædronius ea de re herũ ſuũ certiorẽ feciſſet, Aurelius id paſſus eſt, eo conſilio, vt Domitiũ manifeſtum deprehenderet: id quod factũ eſt. quæro quid remedij? Ius ciuile duobus vinculis Domitiũ conſtringit: prima obligatio eſt furti, altera ſerui corrupti. nam etſi corruptus ſeru' nõ eſt, tamẽ malũ conſiliũ cõſultori peſſimũ eſſe debet. Cætera plana ſunt. Cor. Vib.

** ſubripiat.*

** perferat.*

Not. q̃ cõſiliũ tendens ad alterius perniciẽ, punitur. Item not. quòd hic punitur affectus, quamuis non ſequatur effectus. Sylu.

e Furtũ. Vt furti actio naſcatur, furtum tamen fit ſecundùm quoſdam. Sed certè imò nec furtum fit: vt ff. eo. l. inter omnes §. pen.

f Domino. ſcilicet Mæuio.

g Et ad eum. ſ. Titium.

h Pertulerit. i. domino hoc renuntiaue-

tiauerit: vt Cod. de furt. l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.

N. A. i Neutro. Quia nec furtum volenti domino factũ eſt, nec ſerui animus corruptus. Deniq; furti conſiliũ, niſi furto ſecuto nõ punitur. l. 52. §. 13 ff. de fur. l. 53. ff. de ver. ſig.

neutro[i]. Et cũ nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtũ eſt, & antiquorum prudentũ ſup hoc altercationes proſpeximus*: quibuſdã neq; furti, neq; ſerui corrupti actionẽ præſtãtib⁹, quibuſdã furti tãtummodo: nos huiuſmodi calliditati obuiã euntes, per noſtrã deciſionẽ[a] ſancimus*, nõ ſolũ furti actionẽ[b], ſed & ſerui corrupti contra eum dari. licet[c] enim is ſeru⁹ deterior [à ſolicitatore*] minimè factus eſt, & ideo nõ cõcurrãt regulæ[d], quę ſerui corrupti actionem introducunt*: tamẽ conſiliũ corruptoris ad perniciem[e] probitatis ſerui introductum eſt: vt ſit ei pœnalis actio impoſita, tãquã ſi* re ipſa fuiſſet ſeru⁹ corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate[f] & in aliũ ſeruũ qui facilè poſſet* corrumpi, tale facinus à quibuſdam[g] perpetretur.

¶ In filiis in poteſtate poteſt etiam furtum committi. Aretinus.

Interdum etiam liberorum hominum furtum fit[h]: veluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit*.

a Deciſionẽ. Vt C. de furt. & ſeru. corrup. l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.

Furtum non fit volenti. b Furti actionem. Speciale eſt, quod hic dicitur: aliàs non fit furtũ volenti: vt ſuprà proxim. §. & ff. de don. inter vir. & vxor. l. de eo. in ſi. quæ eſt cõtra. Sed videtur q nec hoc caſu debeat eſſe ſpeciale: vt C. de ſeru fugi. l. quicunque. §. fin. Sed ibi incœpit malitia à domino, hic autem ab ipſo corrumpente. Accur.

c Licet. i. quãuis. accur.

d Regulę. Quas regulas habemus. ff. de ſeru. corr. l. j. in princip. & per totum tit.

e Perniciem. id eſt, deſtructionem.

f Impunitate. Sic j. tit. j. §. ſed nedum talia.

g Quibuſdã. Item, vt vnius pœna ſit metus militorũ: vt C. ad leg. Iul. repe. l. j. Et not. in hoc §. puniri affectũ, etſi nõ ſequatur effect⁹. ſic C. de epiſ. & cle. l. ſi quis nõ dicã. C. de iis q ad ec. cõf. l. præſeti. Ar. cõtra. ff. de pœ. l. cogitationis. Sed certè hęc cogitatio iam deuenerat ad aliquẽ actũ: vnde nõ erat nuda. Ac.

Affectus punitur, licet nõ ſequãtur effectus.

ADDITIO. Tu dic circa iſtã materiã q aut quis non cogitat delinquere: nec agit, nec perficit, & regulariter nõ tenetur. fallit in caſu l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & l. ij. C. de lib. & eorũ lib. aut cogitat tantùm: & iure poli punitur, non fori. Aut cogitat & agit, ſed non perficit, tunc ciuilis actio non datur, niſi delictum de facili tranſeat in exemplum. vt hic. In criminali autem diſtingue: quia pro delicto acceſſorio, putà, quia fregit oſtium, vel feneſtras, punitur, non pro principali, niſi proceſſerit ad actũ proximum ipſi delicto, quod ex facti impedimento non perfecerit. Aut egit & perfecit, ſed non cogitauit: & tunc ſiue culpa id euenerit, ſiue caſu, ſẽper tenetur: dũmodo culpa præceſſerit caſum: mitius tamen punitur, quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quãdo autem agit, cogitat & perficit, clarum eſt ipſum fore puniendum: nec eſt locus pœnitentiæ. l. qui ea mente. ff. eodẽ. fallit in l. ſecunda. ff. de cri. ſtel. Ang.

N. A. i Interdum liberorum. Et ſi enim in patrimonio noſtro non ſunt. lege 14. §. primo. ff. de ſeru. corrupt. quia tamen in poteſtate ſunt iure Quiritum, vindicari poſſunt. l. prima. ff. de rei vind.

h Furtum fit. Non ratione dominii, ſed maleficij: & ideo ex hoc maleficio non ciuiliter, ſed criminaliter agitur. Nam cùm ſit liberum corpus, non recipit æſtimationem: vt j. de oblig. quæ quaſi ex deli. §. ob hominẽ: criminaliter autem extra ordinẽ ageretur: vt ff. eo. l. ſi. & de priua. delic. l. fin. mater vero non agit, ſed & pater non agit condictione furtiua: cùm ipſa ad poſſeſſionem vel proprietatẽ competat, quorũ neutrum in filio habet locum: vt ff. eo. l. eum qui. §. an pater. ver. ſi filius. & l. mater. in princ. & l. liberorum. & ff. de acqui. poſ. l. cùm hæredes. §. ſi. & ff. de rei ven. l. j. §. per hanc.

* ſanximus. * abeſt * abſunt. * introducerit * abeſt. * poſſit. * ſit.

Digitized by Google

ADDITIO Iſtā gl. reprobāt doct. quia imò ciuiliter agitur, & duplicantur operæ, vel damna, quæ pater ſubſtinuit: qui licet non proprie, largo tamen modo habet in filium dominium & poſſeſſionē: quod patet, qa habet rei vēdi. de iure Romano: vt l j. §. j. ff. de rei vend.

Panno rubro. Boum alij viſo panno rubro irritantur, vt Seneca lib. de ira. ſecundo teſtatur, alij expaueſcunt, & territi diffugiunt, vt is qui cor amiſerat, vt Cicero feſtiuè ludit. lib. de diu. 2.

¶ [illegible]

¶ Aliquando autē etiam ſuæ rei furtum quiſcōmittit: veluti ſi debitor † rem quā creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit ᵃ.

¶ Furti quoque actione tenetur, nō modo qui furatur, verum etiam, qui opem & conſilium ad id patrandum præſtat, eadémq; pœna qua fur condemnādus eſt, qui ſi conſilium tantum dederit, non tenetur.

¶ Interdū quoq; * furti tenetur ᵇ, qui ipſe furtū non fecit: qualis eſt is, cuius ope & conſilio furtū factum † eſt. In quo numero eſt. qui tibi nūmos excuſſit, vt alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, vt alius ᶜ rem tuā exciperet: aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet *. Et hoc veteres ſcripſerunt de eo, qui panno rubro † fugauit armētum. Sed ſi quid eorum per laſciuiam ᵈ †, & non data opera, vt furtum admitteretur, factū eſt, in factū ᵉ actio dari debet. At vbi ᶠ ope Mæuij Titius furtum fecerit: ambo furti tenētur. Ope & cōſilio † eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit ᵍ *: aut ipſas feneſtras, vel oſtium effringit, vt alius furtum faceret: quíve ferramenta ad effringendum, aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerētur, cōmodauerit, ſciens cuius rei * gratia cōmodauerit. Certè qui nullā opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantùm conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtū faciendum: non tenetur furti ʰ.

N.A. Si debitor. Quia nō rei quidem furtum fit, ſed poſſeſſionis vtilis. l. 19. §. 1. ff. de fur.

a Subtraxerit. Sed hæc res nō efficitur furtiua: vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi rem. & ff. pro emp. l. ſi rē. Vnde dic, quòd quandoque eſt res furtiua, & fit furtum, & naſcitur actio furti: vt ferè in toto hoc titulo. & ff. eod. & C. eo. Interdum nullum eorum eſt: vt ſi re mea vtar. Interdum furtum fit, & res furtiua, ſed actio furti non naſcitur: vt ſ. eodē. §. ij qui. Interdum furtum fit: & actio naſcitur, ſed nō fit res furtiua, vt hic dicitur. Similis eſt gl. in l. ſequitur. §. ſi rem. ff. de vſucap. Syl.

Fur, furtiua res, & conditio furti, quando que ſeparantur.

* abeſt.

b Furti tenetur. Non manifeſti. licet etiam depræhēdatur: vt ff. e. l. is qui.

d Per laſciuiam. id eſt, ſtultitiam.

* Vexit. peret.

Laſciuiā. Laſciuia, eſt petulantia hominis alacritate nimia intemperātis. l. 4. ff. ad leg. Cor. de ſic.

e In factum. id eſt vtilis legis Aquiliæ, ſi corpora læſa ſint: alioqui ſubſidiaria: vt j. ad leg. Aqui. §. fi. & §. pen.

f At vbi. aduerſatur proximo dicto, vbi dixit dari in factum.

Ope & conſilio. Vetus formula. Ope, cōſilio tuo furtum factum aio. Cicero de natura Deor. lib. 3. ſed furti cōſilium, niſi ſecuta contrectatione, nō nocet. l. 53. ff. de verb. ſig.

N.A. * ſuppoſuit. Theoph.

g Supponit. Not. hic dari cōſiliū ſolo facto, aliàs dicitur cōſilium hominis intētio vel propoſitū: vt ff. eo. l. ſi quid fur. §. j. Item, dicitur cōſilium, quod alij datur bonum vel malū: vt ff. eo. l. in furti. §. pe. in fi. Itē conſilium dicitur, quod capitur à multis: vt C. de le. & conſti. l. humanum.

* abeſt.

N.A. Furtū factum. Quoniam aliud eſt ſuadere, aliud pſuadere. l. j. de ſeruo corr.

c Alius. Facit ad hoc. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruū. §. ſi quis de manu mihi. & ff. eo. Furti. §. pen. & l. qui ſeruo.

h Non tenetur furti. Cùm aliàs eſſet facturus furtum, etiā ſine conſilio huius, aliàs, id eſt, ſi nō erat aliàs facturus: tenetur

Digitized by Google

tenetur vterque. ff. de fur. l. qui ſeruo. & de verb. ſig. l. ſæpe. Aliud videtur in actione ſerui corrupti: vbi tenetur, etiã ſi aliàs eſſet facturus: nec enim oportet laudando augeri malitiam: vt infrà ad leg. Aqui. §. cæterùm. & j. de act. §. in quadruplum. & ff. de ſeru. cor. l. j. §. perſuadere. Sed quæ eſt ratio? Reſp. quia hic agitur de delicto ſecuto poſt perſuaſionem, non autem ex ipſa perſuaſione. Et ideo diſtinguitur, an erat aliàs facturus, vel non, ſed in aliis caſibus ex ipſa perſuaſione agitur, quicquid poſtea ſequatur: vt ſ. eod. §. vnde illud dummodo non ex interuallo nimio ſequatur: vt ff. de ſer. corru. l. in hoc. & l. Neratius. Item eſt contrà. j. de iniur. §. non ſolùm. Sed ibi nõ erat aliàs facturus, & fecit.

¶ Is qui in, &c. CASVS. Filius meus qui in poteſtate mea eſt, pecuniam mihi ſuffuratus eſt, Ius ciuile tamen non iniicit illi vinculum obligationis: quid ita? quia obligatus patri filius nulla ex cauſa eſſe poteſt. Quid, ſi ope & conſilio Titij id fecerit? Obligatus eſt Titius furti. Corn. Vib.

a Nec ob id. Quod verum eſt. ſ. rem furtiuam non poſſe vſucapi, niſi fuerit lis æſtimata, vel dominus vendiderit furi: vt ff. eo. l. quamuis, in fine tituli. Accurſius.

N. A. † Si rem etiam peculiarem. l. 56. §. ſi res. ff. de fur.

N. A. † Vſucapi. Vide §. 2. ſ. de vſuc.

† b Non naſcitur. Niſi ſit fillius habens caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrẽſe: vbi filius tenetur patri, & pater filio.

¶ Furtũ in re noſtra ſi ſeruus, aut quem in poteſtate habemus filius fecerit: nulla inde nobis naſcitur actio. Aduerſus eũ autem, qui aut ope, aut conſilio eos iuuerit: furti actio propoſita eſt.

¶ Ij, qui in parentũ, vel dominorum poteſtate ſunt, ſi rẽ † eis ſubripiunt, furtũ quidem *faciũt: & res in furtiuam cauſam cadit (nec ob id[a] ab vllo vſucapi † poteſt antè, quàm in domini poteſtatẽ reuertatur) ſed furti actio non naſcitur[b] †: quia nec ex alia vlla cauſa poteſt inter eos actio naſci. Si verò ope & conſilio alterius furtũ factum fuerit: quia vtriq; furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur, quia verum eſt, ope & conſilio eius furtum factum eſſe.

* illa.

¶ Actio furti cõpetit illi cuius intereſt furtum factum non eſſe. Aretinus.

¶ Furti autem actio ei competit, cuius intereſt †[c] rem ſaluam eſſe, licet dominus non ſit, Itaq; domino aliter cõpetit, quã ſi eius interſit rẽm non perire. Vnde conſtat creditorẽ de pignore ſubre-

Idem de vxore, quòd hic de filio dicitur: vt ff. eo. l. ſi quis vxori. in principio. & in §. primo.

Cæterum. [illegible] Quem caſum lex Aquilia disertè ac nominatim notauit? Si corpore corpus læſum ſit, vt ſi mea manu ſeruum tuũ interfecero. Quid ais? Si perſuaſi ſeruo tuo, vt in puteum deſcenderet,& cùm eũ non attingerem lapſus ſit, collumq; fregerit: nullámne lex Aquilia cõtra me actionẽ dedit?nullã. ſed Prætor,quia videt vtilitatẽ Reip.id flagitare,formulã illã atq; actionẽ certis verbis à lege Aquilia conceptã in hũc caſum accommodabit,eámq; ipſam dabit: quæ ideo vtilis dicetur. Quid ergo,ſi neq; corpore,neq; corpus læſero? veluti miſericordia & benignitate inductus conſtrictũ ſeruũ exſolui. is profugit. Tunc Aquiliæ legis formula neq; directò,neque vtiliter dari poteſt. nunquã enim

ea

ea lex de hoc caſu cogitauit. Prætor igitur nouam formulam concipiet, in qua factum narrabit, quæ actio propterea in factum præſcriptis verbis nominatur. Cor. Vib.

¶ Cæterùm placuit, ita demũ directam ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit, ideóq; in eũ qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari ſolent: veluti, ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: aut iumentũ ita * vehementer egerit, vt rũperetur, aut pecus in tantũ exagitauerit, vt præcipitaretur, aut ſiquis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet: & is aſcendẽdo vel deſcendẽdo, aut mortuus [a], aut aliqua parte corporis læſus fuerit vtilis actio [b] in eũ datur*: Sed ſi quis alienũ ſeruum, aut * de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit eò quòd ꝓiecit, corpore ſuo dãnum dediſſe nõ difficulter [c] intelligi poteſt* ideoque ipſa lege Aquilia [d] tenetur. Sed ſi non in corpore dãnum fuerit datum, neq; corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui dãnum contigerit*: cùm non ſufficiat*, neq; directa, neque vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factũ actione [e] teneri: veluti, ſi quis miſericordia ductus [f] alienũ ſeruum compeditum [g] ſoluerit, vt fugeret [h].

etiam. | *actiõ no datur.* | *abeſt.* | *potuerit.* | *contigit.* | *ſufficit.*

N.A. Directam. Actio directa eſt, quæ ipſis verbis legis concepta eſt, cùm corpori, à corpore, aut non corpori à corpore damnum datum eſt. l. 27. §. 4. ff. ad leg. Aquil. Vtilis eſt, quæ nõ ex verbis, ſed ex ſententia legis cõcepta eſt, cùm nõ corpore, ſed corpori dãnum datum eſt: vt in his exemplis. In factum actio hęc appellatur. per quam factum perſequimur, cui nec oratio, nec legis ſententia conuenit, cùm dãnum neq; corpori, neque à corpore datum eſt. l. 33. l. 55. ff. hoc tit.

a Mortuus. Quia qui occaſionem damni dat, damnũ dediſſe videtur: vt ff. eo. l. qui occidit. §. in hac quoque actione.

ADDITIO. Tu dic ſecũdùm Flor. ibi, quòd aut quis dat operam rei licitæ, & adhibet illam diligentiam quam poteſt: & tunc non tenetur de iis, quæ poſtea ſequuntur: vt d. § in hac. in fin. ſecus ſi non adhibeat diligentiam, aut det operam rei illicitæ: quia tenetur arg. ff. eod. l. item Mela. in princ. & eſt gloſ. in c. ſicut nobis. extrà de teſtam. in verbo dederunt. Ang.

b Vtilis actio in eum datur. ſ. legis Aquiliæ, & nihilominus in factum: vt ff. eodem. l. item obſtetrix. §. ſi quis hominem.

c Non difficulter. Imò facilè: vt ff. eod. l. qua actione. §. pen.

d Lege Aquilia. i. directa actione legis Aquiliæ.

e In factum actione. i. ſubſidiaria pro damnis datur, quæ lege Aquilia non cõprehenduntur, vel non tenentur, vt ff. eod. l. ſi ſeruũ. §. fin. & videtur hęc eſſe prætoria, vt ff. de præſc. verb. l. quia actionũ.

f Si quis miſericordia duct⁹. Sed ſi nõ ductus miſericordia, datur furti: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. Idẽ Labeo.

g Cõpeditum. Eſt enim dolo proximũ: vt ff. depo. l. ſi hominem. j. reſp.

h Vt fugeret. Hic nota, quandoq; damnũ datur à corpore in corpus: & tũc locum habet actio legis Aquiliæ directa. Quãdoq; à nõ corpore in corp⁹, vt patet ꝑ multa exempla. ſ. proxi. §. Quandoq; è contrario de corpore in non corpus, vt ſi annulũ excuſſerit, vt in aquã caderet, vt ff. eo. l. ſi ſeruus ſeruũ. § ſi quis de manu. Et in his duobus caſib⁹ habet locũ vtilis actio leg. Aquil. & nihilominus in factũ, ſecundũ Ioã. vt ff. eo. l. quemadmodum. §. magiſtratus municipales. cum vtroque caſu vtramque reperiam dari, ſecundùm Ioan. vt ff. vi bo. rap. l. ij. §. ſi publicanus. Quandoq; à non corpore in non corpus, & tunc ſubſidiaria in factum competit, vt ff. eo. l. ſi ſeruum. §. fin. De qua actione in factum, quot habet naturas: dic, vt ff. de præſcript. verb. in titul. & vt dicemus j. de inter. §. fin.

Digitized by Google

DE INIVRIIS.

Poſt alia priuata delicta, & de iniuriis ponit: quod priuatum eſt delictũ, i. non publicum. nec enim cuilibet cõpetit, ſed iniuriato tantùm. Acc.

Generaliter. Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes principales. Primò, ponitur quot modis accipitur iniuria, & qualiter committitur. Secũdò, ex cuius perſona nobis iniuria illata intelligitur. Tertiò quæ eſt pœna actionis iniuriarum. Quartò, quando iniuria atrox æſtimatur. Quintò, quòd pro iniuria, poteſt etiam criminaliter agi: & an tunc poſſit interuenire procurator. Sextò, quando tollitur iſta actio. Secũda ibi, Patitur autem. Tertia ibi, Pœna autem. Quarta ibi, Atrox. Quinta ibi, In ſumma. Sexta ibi, Sed hæc actio.

N. A. Iniuriæ tres ſunt ſpecies, cõtumelia, culpa, iniuſtitia. l. 1. ff. hoc tit.

TITV. III. DE INIVRIIS.

¶ Iniuriæ verbum generaliter pro eo quod non iure fit, accipitur: [illegible] in corpus, vt verberibus, & pulſatione: ſed etiam extra corpus, vt conuicio, famoſis libellis [illegible].

Generaliter [a] iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit. ſpecialiter aliàs contumelia quæ à contẽnendo dicta eſt, quã Græci ὕβριν appellãt [b]. aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα* dicunt, ſicut in lege Aquilia damnũ iniuria datũ accipitur: aliàs iniquitas & iniuſtitia [c], quã Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant. Cũ enim Prætor, vel iudex non iure cõtra quem pronuntiat, iniuriam accepiſſe dicitur.

*Aliàs ἔγκλημα.

¶ Iniuria non ſolùm committitur

Iniuria [e] autem committitur, non ſolùm cùm quis pugno * pulſatus, aut fuſtibus cæſus, vel etiam verberatus erit: ſed & cui conuicium [f] factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris [g], qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat [h] nihil eum ſibi debere, vel ſi quis ad infamiam alicuius libellũ [aut carmen, aut hiſtoriã] ſcripſerit, cõpoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quò quid eorũ fieret [h], ſiue quis matremfamiliàs [i],

*vt pena.

a Generaliter. Facit ff. eo. l. j. Accurſ.

ADDITIO. Veluti ſi furioſus ſeruum occiderit. l. v. ff. ad leg. Aquil.

b Græci ὕβριν appellãt. Hybris Græcè, dicitur contumelia Latinè: vt aſſerit textus, ἀδίκημα, eſt culpa. Anomia iniquitas, addita eſt iniuſtitia. Inde ἄδικον, id eſt, iniuſtum.

c Iniuſtitia. Iniquitatem committit iudex, quando contra æquitatem pronuntiat: iniuſtitiã quando contra ſtrictum ius: iniquitatẽ & iniuſtitiã, quãdo contra vtrumque pronuntiat. Acc.

d Accepiſſe dicitur. ſ. ille cõtra quẽ eſt iudicatũ. Vel dic accepiſſe. i. feciſſe iudicem ſic. ff. de damn. inf. l. Proculus. Ac.

e Iniuria. Hic proſequitur per ut hoc tit. accipitur.

f Conuicium. quaſi cõuociũ: cùm in vnum plures voces cõferuntur: vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. conuicium.

ADDITIO. Not. quòd verbũ iniurioſum dicitur, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, imperetur aliquod delictum commiſſum: vt not. Bartol. Bald. & doct. in l. iij. in princi. ff. de lib. & poſth.

g Quaſi debitoris. Cùm non eſſet: vt hic. & ff. eod. l. ſi iniuriæ. Accur.

h Qui intelligebat. Ex affectu enim fit iniuria, vt ff. eod. l. iij. ſed quid ſi erat verè debitor? Adhuc videtur idem: cũ nihil adeò durum ſit, quàm familiarem põpam oſtẽdi. Quid enim tã durũ tamq; inhumanũ, quàm publicatione pompáq; rerum familiariũ, & paupertatis detegi vilitatem, &c. vt Co. quan. & qui. debetur quarta pars ex bon. defuncti. l. ij. §. j. lib. x. Sed dico contrà in ſequenti caſu, ſi iure eum prouocaui, vel meum debitorem appellaui, cùm eſſet: vt argu. ff. eodem. l. eum, qui. in principio.

*includa abſũt,

i Fieret. Niſi nocens erat. Nam peccata nocentium nota eſſe expedit: vt ff. eo. l. eum, qui in principio.

k Matremfamiliàs. Matremfamiliàs ea in

aut prętextatum[a] prætextatámve aſſectatus[b] †fuerit, ſiue cuius[c] pudicitia attentata eſſe dicetur: & deniq; aliis plurimis modis[d] admitti iniuriã manifeſtũ eſt.

¶ Quæ liberis vxori, aut nurui irrogatur iniuria: parenti, marito, aut ſocero, illata videtur: quo fit, vt quandoq; pro eadẽ iniuria pluribus perſonis iniuriarum actio competat: viro tamen illatam iniuriam, vxori vindicare licet.

¶ Patitur autem quis iniuriam, non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam* per liberos ſuos, quos in poteſtate habet[e]: item per vxorem ſuam[f]: id enim magis prętualuit. Itaq; ſi filiæ alicuius, quæ Titio nupta eſt, iniuriã feceris: non ſolùm filiæ nomine tecũ iniuriarũ agi poteſt, ſed etiam patris[g] †quoq; & mariti nomine. Contrà autem, ſi viro iniuria facta ſit, vxor iniuriarũ agere non poteſt. Defendi enim vxores à viris, nõ viros ab vxoribus æquum eſt. Sed & ſocer nurus nomine, cui⁹[h] vir in eius* poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt.

¶ Ex iniuria facta ſeruo nõ agit ſeruus, ſed eius Dominus, ſi iniuria in ſuam cõtumeliam fiat, vel fuerit atrox. Aret.

¶ Seruis autẽ ipſis quibus nulla iniuria[i] †fieri intelligitur, ſed domino per eos fieri videtur: non tamen iiſdem modis, quibus etiã per liberos[k], & vxores: ſed ita: cùm quid atro-

cã dicimus, quę eſt notæ auctoritatis, & honeſtæ vitæ in domo ſua: vt ff. de lib. exhi. l. iij. §. fi. & ff. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iur. l. nam ciuium.

¶ a Prætextatũ. Prætexta genus eſt veſtis, qua nobiliores ciues Romani ſolebant vti. Vnde ſi alius, quã cui permiſſum erat deferre, deferebat, in alicuius certę pſonæ ignominiam: iniuriarũ tenebatur illi, quẽ inſectabatur: ſic plerũq; fit. Acc.

ADDITIO. Prætexta veſtis erat puerorum nobiliũ vſq; ad annũ xvij. quo tẽpore togã virilẽ ſumebãt, & in forũ deducebãtur: cæterùm hic prætextatũ ſignificare arbitror omnẽ puerũ ingenuum, cui per ætatem impudicitię nota inuri poſſit. Aemy. Ferr.

N.A. † Prætextatus. Ingenuitatis inſigne hoc fuit, vt pueri, puellæq; toga purpura, prætexta limbo vſque ad annũ 17. vterentur: poſt, purã, ſiue virilẽ togã pueri ſumebãt. *abeſt.*

¶ b Affectatus. Affectari, eſt frequenter ſeq. ſed attentare, eſt blando ſermone pudicitiam alicuius impetere: vt ff. eodem lege, item apud Labeonem. §. aliud.

¶ c Cuius. id eſt, alicuius.

¶ d Plurimis modis. Qui notantur. ff. eo. per totum. & C. eo per totum.

¶ e In poteſtate habet. Si ille qui iniuriam facit, ſcit eos eſſe in poteſtate, licet ignoret in cuius poteſtate ſint, alioqui non: ſicut marito ſi mulierem viduam credat: vt ff. eod. l. eum qui nocentem. §. fi. Accurſ.

¶ f Seu vxorẽ ſuam. Vel ſponſam: vt ff eo. l. item apud. §. ſponſum quoque.

¶ g Etiã patris. Eius non eſſet: vt ff. eod l. item apud. §. ſpõſum quoq;.

ADDITIO. Iſta glo. non eſt vera, per l. ſed ſi vni⁹. §. ait Prætor ver. idẽ eſt, & ſi emancipatus. ff. eo. & ibi vide glo. Prętereà, ſi non cõpetit patri actio iniuriarũ, quãdo credit pulſatũ fore patremfamiliãs: vt d. l. eum qui. §. fi. ff. eo. ergo multo fortius non cõpetit ſibi, quando in veritate eſt paterfamiliãs. ſ. quando eſt emãcipatus, ſecundũm Ioã. Fab. quod credo verum. Ang. *abeſt.*

† Patris. Si modò in eorum iniuriam id factũ. l. 8. §. 1. ff. hoc ti. Et notandus caſus: quo vnius delicto, plures lędi intelliguntur. N.A.

¶ h Cuius. ſ. fœminæ vel nur⁹.

¶ i Nulla iniuria. Quãtum ad hoc vt agant, ſ. inſpecto iure ciuili: ſed ſic, inſpecto iure naturali: vt ff. eod. l. eum qui. §. j. & ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. ij. & ſ. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur §. ſi. quæ eſt contra.

† Nulla iniuria. Quia ſerui pecudibus comparantur. l. ſecunda. §. 1. ff. ad leg. Aquil. N.A.

¶ k Per liberos. id eſt, filios.

¶ Et alios etiam, qui liberorum appellatione veniunt. l. liberorum. ff. de ver. ſign. Sylu.

Digitized by Google

cius [a] commiſſum fuerit*: & quod apertè [b] ad cõtumeliam domini reſpicit [c]: veluti ſi quis alienum ſeruum atrociter* verberauerit: & in hũc caſum [d] actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuiciũ fecerit: vel pugno eũ percuſſerit: nulla in eum actio domino competit.

* fit.

* abeſt.

¶ [illegible]

¶ Si cõmuni ſeruo iniuria facta ſit, æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus [e] quiſq; eſt, æſtimationem iniuriæ fieri, ſed ex dominorum perſona [f]: quia ipſis fit iniuria. Quòd vſusfructꝰ in ſeruo Titij eſt, proprietas Mæuij, magis [g] Mæuio [h] † iniuria fieri intelligitur.

¶ [illegible]

¶ Sed ſi liberto homini*, qui tibi bona fide ſeruit iniuria facta ſit, nulla, tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit: niſi in contumeliam tuã pulſatꝰ ſit. tũc enim competit † &

* abeſt.

a Atrocius. Quàm æquum ſit.

b Et quod apertè. Repete, & cùm id cõmiſſum fuerit, quod, &c. Si autẽ non in domini cõtumeliã, ſed ſerui tãtùm, tamen adhuc nõ debet inulta relinqui à prætore: vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſic fecit.

c Ad cõtumeliã domini reſpicit. His duobus caſibus domino datur actio: hoc eſt, ſiue ad eius cõtumeliã fiat iniuria, ſiue ſeruus atrociter verberetur: & ſic dominus aget ꝑpter iniuriã ſeruo factam: non tamẽ ſerui nomine, quaſi ſeruo competat actio: ſed in primo caſu ſuo nomine ꝑ iniuria. ſ. ſibi cõmiſſa.

Dic ex mente Ang. in ij. notab. hic, ꝙ hæc gloſ. malè loquitur: qa text. hic duo copulatiuè exigit. ſ. quòd quid atrocius ſit cõmiſſum, & ꝙ apertè ad contumeliã domini reſpiciat: vnde vnum tantùm non ſufficit, prout vult. gl. in l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. Syl.

d In hunc caſum. Non ſolùm in ſuperiori caſu, quando ad contumeliam domini facta eſt iniuria.

Adde, quòd ex ratione ſ. aſſignata hæc quoque glo. facta eſt. Syl.

Si cõmuni. [illegible] Panurgꝰ ſeruus erat Fãnij & Roſcij cõmunis. Finge Fanniũ Conſulẽ aut Prætorẽ fuiſſe. Si Flauius Panurgũ verberarit, ius ciuile lõgè magis obligatũ tradit Fãnio Flauiũ, quàm Roſcio. quid ita? quoniã iniuria hæc non ex parte, ſed ex perſona dominorum æſtimanda eſt. Item, finge Fanniũ Proprietarium, Roſcium vſufructuarium eſſe. Soli Fannio Flauius obligatus eſt. Cor. Vib.

Pro parte. id eſt, pro partibus dominicis, vt in contractibus. §. j ſ. de ſtipul. ſeru. Paulus tamen contra ſentit. l. 16. ff. hoc tit. N.A.

e Dominus. Imò pro parte dominij: vt ff. eo. l. ſed nõ. cõtrà Sol. nõ contradicit ſi rectè intelligatur. Nã quilibet agit ratione dimidiæ: vt ſi duo ſunt, vnus nobilis, alius ignobilis: ſi ſeruus eſſet totus nobilis, ageret iniuriarũ in xx. nunc ergo aget in decẽ: ignobilis autem ageret in decẽ ſi eſſet totus ſuus ſeruus: nunc ergo aget in quinque, & ita quilibet pro parte ſua: & ratio dignitatis* habetur. Vel ibi erãt partes per omnia domini.

* abeſt.

f Ex dominorum perſona. q. d. non ex ſerui perſona.

g Magis. Quã Titio.

h Mæuio. Niſi ad cõtumeliam vſufructuarij facta ſit: vt ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. ſi vſumfructũ. & §. item ſi liberum. ad finem legis.

Mæuio. Quia vſusfructus ſeruorum in ipſorũ operis, non in vltione iniuriarum poſitus eſt l. 15. §. 33. ff. hoc tit. N.A.

Competit. Alter caſus, quo plures vnius delicto læduntur. d. l. 15. ff. hoc ti.

Sed ſi libero. CASVS. Palinurus liber cũ eſſet, mihi tamẽ bona fide ſeruiebatur, eũ Neuius verberauit. Ius ciuile vinculum iniicit obligationis Neuio. ſed vtri tradet illud vinculũ in manũ? mihi an Palinuro? Diſtinguendum eſt. aut enim in meam contumeliam verberatus eſt, & tũc mihi dabitur: aut in ipſius tantùm Palinuri contumeliam, & tunc ipſi dabitur. Cor. Vibul.

a Et

a Et tibi. Non ſolum ei.

b In tuam contumeliam. Nec minus ipſe iniuriarum aget. ideò in fructuario diſtingui oportet, vt ff. eod. l. item. §. item ſi liberum.

Iudex. Sic Gellius. Prætores (inquit) iniuriis æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerũt: Et hæc eſt actio moribus introducta, vt Paulus teſtatur lib. 5. tit. 1. ſentent. N.A.

tibi [a] iniuriarum actio. Idem ergo eſt & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiẽte: vt toties admittatur iniuriarũ actio, quoties in tuã contumeliã [b] iniuria ei facta ſit.

¶ [illegible]

Pœna * autẽ iniuriarum ea lege duodecim Tabularum propter membrum [c] quidem ruptum [d] talio [e] erat: propter os verò fractum nummariæ pœnæ erãt cõſtitutæ: quaſi in * magna [f] veterum paupertate. Sed poſtea prętores permittebãt ipſis, qui iniuriã paſſi ſunt, eã æſtimare: vt iudex vel tanti reũ * condemnet, quanti iniuriam paſſus * æſtimauerit [g]; vel minoris, prout ei viſum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ: quæ ex lege duodecim Tabularũ introducta eſt, in deſuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt (quę etiam honoraria [h] appellatur) in iudiciis frequẽtatur. Nam ſecũdùm gradum dignitatis, vitæq; honeſtatẽ creſcit, aut minuitur ęſtimatio [i] iniurię. qui gradus cõdemnationis & in ſeruili perſona nõ immeritò ſeruatur: vt aliud in ſeruo actore [k], aliud in medij actus homine [l], aliud in viliſſimo

Pœna autem iniuriarum. CASVS. Quæro, ecquænam pœna iniuriam facienti conſtituta ſit ex legibus xij. Tab. Si mẽbrũ ruperit meũ, è pacto talio eſto: Si iniuriã alteri faxit, viginti quinque æris pœnę ſunto. Si os rupiſſet, grauior erat pœna. Quænã huic ſucceſſit edicto Prætorio? Iniuriam paſſus eã æſtimat: & iudex arbitratu ſuo eã quantitatem taxat, atque definit. Corn. Vib.

c Membrum. Puta manum, vel pedem.

ADDITIO. Not. ex text. & gl. quid dicatur membrũ & habetur in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hom. per gl. & doc. & an dẽs dicatur mẽbrum, habetur in l. cui dens. ff. de ædil. edic. de quo vide Bart. & Ioan. de Ino. in l. ij. ff. de pub. iud. Ang. (* vide veter. Iuriſp. lib. 4. l. 76.)

d Ruptum. i. detruncatum.

e Talio id eſt, ſimilitudo ſupplicij: vt membrum pro membro.

f Quaſi in magna. Hæc eſt ratio non ad proximum, ſed ad illud quod erat pœna talionis. Accur.

N.A. Paupertate. Plinius lib. 18. c. 3. Gel. li. 11. c. 1. teſtantur ſupremam fuiſſe duarum ouium, boum verò triginta.

g Aeſtimauerit. Per ſacramentum taxatione iudicis. (* eam)

h Honoraria. Facit §. de iur. natu. gent. & ciui. §. proponebant.

i Aeſtimatio. Propoſita actione iniuriarum prætoria, quæ anno continuo tollitur: vt Co. eodem. l. ſi non conuicij niſi in caſu, vbi anno vtili datur: vt ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. poſt annum. (* paſſi. recte.)

k In ſeruo actore. id eſt, caſtaldo.

ADDITIO. Seruũ actorem Aem. Fer. exponit, cui rationis, aut menſæ, aut rerum omnium: aut bonæ partis, procuratio mãdata & credita erat.

Seruum actorem. Actor idẽ qui diſpenſator, id eſt, qui domini pecunias adminiſtrat. De qualitate ſeruorum vide l. 203. in fine. ff. de verb. ſign. N.A.

l Medij. actus homine. Qui meſonauta, alias mediaſtinus dicitur. ff. nau. cau. ſta. l. j. §. qui ſunt. ver. nec enim. & §. caupones. verſi. cæterùm.

ADDITIO. Medij actus ſeruus is intelligi poteſt neq; maximæ rei præpoſitus, qualis eſt actor: neque minimæ, qualis hoſtiarius, aut ſcoparius:

¶ Media

Mediaſtinum autem appellabant, viliſſimis muneribus fungentem portādorum lignorum, atque ſimilium rerum: hi ſi mali erant, & ſuſpecti in compedibus habebantur, & agro fodiendo, ſalinis, ſimilibúſque rebus exercebātur. Hos genus ferratile Plautus appellat. Aemyl. Fer.

* abeſt.

¶ a Compedito. id eſt, in eo ſeruo, qui nullam aliam affert vtilitatem: ſed tantùm ligatus ſtat.

¶ Non bene intelligit gl. quia tex. voluit intelligere de his qui compediti fodiūt terram, vel metalla. Syl.

Lex Cornelia vnde dicitur.

¶ b Lex Cornelia. Ideò ſic dicta, quia Cornelius Sylla prę fectus primus eam fecit: vt ff. de accuſa. l. hos accuſare. in fine legis. Accur.

¶ c Introduxit. ſ. d. l. Cornelia. in qua actione cōdemnatio fit æſtimatione iudicis: non iure iurando in litē: vt ff. eo. l. conſtitutionib. Sed nunquid in his caſibus. qui tres ſunt ex lege Cornelia, eſt hæc actio perpetua? Dicunt quidam, vt M. quòd ſic: cùm omnis actio ex lege deſcēdens ſit perpetua: vt infrà de perpet. & temp. act. in principio. Sed Ioan. contrà. dicit enim ſemper eam anno continuo tolli: vt Codice eodem. l. ſi non conuitij. Et not. quòd his tribus caſibus eſt ciuilis, aliàs eſt vbique prætoria, cùm à Prætore ſit inducta: vt ff. eo. l. Prætor. Accur.

*Conductio.

¶ Aduerte, quia gloſſ. ſuprà proxim. in verſi. æſtimatio. & Bartolus in lege, iniuriarum. ff. eodem. ex opin. Azo. contrarium ſentiunt. Sylu.

† Introduxit. Quæ publica quidem accuſatio eſt. l. 12. in fine. ff. de accuſ. Sed receptum eſt, vt etiam ciuiliter agatur. l. 7. ff. hoc tit. N.A.

vel compedito [a] ius æſtimationis* conſtituantur.

¶ Lege Cornelia de iniuriis tenetur quia etiam in tribus caſib' hîc ſpecificatis, & domus noſtra dicitur etiā conducta. Aret.

¶ Sed & lex Cornelia [b] de iniuriis loquitur & iniuriarum actionem introduxit [c] †: quę cō petit ob eam rem, quòd ſe pulſatū [d] quis verberatúmve [e], vel domum ſuam [f] vi introitā† eſſe dicat. Domū autem accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta*, ſiue gratis ſiue hoſpitio receptus ſit.

¶ Atrox iniuria grauius punitur: atrocem autē iniuriam ex facto, loco, perſona, & corporis parte, quæ læſa fuit, reputamus.

¶ Atrox [g] iniuria æſtimatur, vel ex facto [h]: veluti ſi quis ab alio vulneratus ſit, vel fuſtib' cęſus: vel ex loco: veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel conſpectu Prętoris iniuria facta ſit: vel ex perſonę: veluti ſi magiſtratus † iniuriā paſſus fuerit: vel ſi Senatori ab humili perſona [i] iniuria facta ſit, aut parēti, patronove fiat à liberis: vel libertis [k]. Aliter enim Senatoris, & parētis patroniq;, aliter extranei, & humilis. perſonæ iniuria æſtimatur.

¶ d Pulſatum. Sine dolore.

¶ e Verberatúm ue. ſcilicet cum dolore, vt ff. eodem. l. lex Cornelia. §. primo.

Domum mea.

¶ f Domū ſuā. Facit ff. de iis, qui deiece. vel effud. l. j. §. habitare.

† Introitum. Quod ad directarios pertinet. l. 7. ff. de extr. crim. N.A.

¶ g Atrox. Ideo atrox iniuria ab alia ſeparatur, quæ ſit minor, vt per hoc magis puniatur: vt ſuprà eodem §. pœna. ff. eodē. l. Prætor edixit. §. atrocem. & §. finali. & l. vulneris. & l. ſequenti.

¶ Quæ autem dicatur atrox iniuria declarat Specul. in titu. de aduoc. §. vij. verſi. fin. Syluest.

¶ h Ex facto. Magis quā ex pretio rei: vt ff. de incend. ruin. naufr. l. Pedius. §. j.

† Magiſtratus. Qua de re, extat Demoſthenis querela in Midia, quæ profertur in l. 16. § 4. ff. de pœnis. N.A.

¶ i Humilis perſona. Quæ ſit perſona humilis. dic: vt Cod. de inc. nu. l. humilem.

¶ k A liberis vel libertis. Quibus aduerſus parentes & patronos agere permittitur, ſi ſit atrox iniuria facta eis à parentibus & patronis: vt ff. eodem. l. Prætor edixit. §. præterea puta in oculo, vel in ore: vt ff. eo. l. Prætor. §. fi. & l. ſequen. Accur.

Digitized by Google

Nonnunquam [a] & locus vulneris atrocem iniuriā facit: veluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Parui autē refert*, vtrum patrifamiliâs [b], an filiofamiliâs talis iniuria facta ſit: nā & hæc atrox iniuria æſtimabitur.

¶ Illata iniuria aut ciuiliter, aut criminaliter vlciſcitur: ciuiliter, quando mulcta iniuriato adiudicatur: criminaliter, ſi quando reus iudicis arbitrio extra ordinē puniendus committitur: quo caſu procurator interuenire nequaquam poteſt, niſi qui iniuriam perſequitur, vel ſe defendit, aut illuſtris, aut ſuperilluſtris ſit.

¶ In ſumma ſciēdum eſt, de omni iniuria, eum, qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter † agere [c], vel ciuiliter †. Et ſi quidem ciuiliter agatur: æſtimatione facta, ſecundum quod * dictum eſt [d], pœna [e] reo imponitur: ſin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria [f] † pœna reo irrogatur: hoc, vi-

ADDITIO. Dicas ſecundum Salicet. in l. iniquum. C. qui accuſa. nō poſ. quòd licet pro leui iniuria filius in poteſtate non poſſit patrem ſolenniter accuſare: vt l. lis nulla. ff. de iud. tamē iudicis officiū poteſt implorare pro graui: vt l. ſi lenones. C. de epiſ. aud. Emancipatus quoque pro leui delicto nō accuſat: ſed pro graui ſic: dummodo ciuiliter agi non poſſit. aliàs ſecus, vt hic per doct.

¶ a Nōnunquā. id eſt, aliquando. & ſic duæ negationes faciunt vnā affirmationem. Accurſius.

¶ b Filiofamiliâs. Niſi quia facta iniuria filio, duæ actiones naſcuntur: & vtriuſq; exercitium competit patri: vt ff. eodem. l. ſed ſi vnius. §. filiofamiliâs. & l. pater. ſed facta iniuria patri, non ideo filius aget.

¶ In ſumma. CASVS. Si velim priuatam rem meam perſequi, vtar actione, quæ Ciuilis dicitur. Si rei publicæ quod intereſt perſequi malim, crimēnque puniri, & malignum hominem, q̃ contra leges fecerit, vtar actione criminali. & iudex pœnam ei imponet, qui fecerit iniuriam: quæ pœna Extraordinaria eſt. quia ſolus ille iudex hāc pœnam imponit, contra conſuetum ordinem publicorum iudiciorum, in quibus Quæſitor ſedens pro tribunali quinquaginta aut ſexaginta iudices habebat, cum quibus de crimine cognoſcebat. At in criminibus, quæ Extraordinaria dicuntur, Præfectus vrbi, vel Præſes prouinciæ ſolus de crimine cognoſcit & pœnam lege cōſtitutam imponit. Corn. Vib.

N.A. † Criminaliter. Lege Cornelia.

¶ c Agere. Et ſic tollitur vnum iudicium per aliud: cùm vtrumq; ſit proditum ad vindictam, vt ff. eod. l. Prætor. §. j. & l. quod ſenatuſconſultum. in fin. in glo. fin. ſecùs, ſi alterum eſſet de re familiari: vt C. quando ciui. act. crimi. præiud. l. j. Et ideo ſi de iniuria atroci actum eſt iniuriarū, nihilominus poteſt agi lege Aquilia ad damnum: & è conuerſo. Nec enim actione iniuriarum agitur ad damnū, vt ad damnum, ſed vt ad contumeliam: vt ff. eo. l. item apud Labeonē. §. ſi quis ſeruo verberato.

¶ Hæc glo. ſentit idem, quod glo. in l. dominium. C. eodem. quæ reprobatur à Bart. in l. qui ſeruū. ff. de act. & oblig. Syl.

† Ciuiliter. Actione Prætoria.

¶ d Dictum eſt. Vt ſuprà eod. §. pœna. in fin. §.

¶ e Pœna. Pecuniaria, ſcilicet actori danda.

¶ f Extraordinaria. ſcilicet capitis vel ſtatus ſi iudici ſedeat, vel pecuniaria inferenda fiſco, non actori: vt ff. eod. l. fin. Accurſ.

¶ Latè diſputatur de hac glo. vero. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. & Dec. in c. ex literis. de conſtit. vbi limitat octo modis. & in l. cùm filiusfamiliâs. ff. ſi cert. pet. in iiij. notab. Syl.

ADDITIO. Et ſic vbi pœna eſt in arbitrio iudicis, poteſt ſuū arbitrium extendere vſque ad mortem: quod eſt verum penſata & attenta facti qualitate. l. Pedius. §. j. ff. de incend. rui. nau. Item, ex hac glo. elici poteſt. quòd ſi ageretur de crimine ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, iudicium dicitur eſſe criminale.

† Extraordinaria. Aut metalli, aut exilij, aut operis publici Paulus lib. v. tit. N.A.

* quemadmodū. Pœna arbitraria ad mortem extenditur. N.A.

delicet, obſeruando, quod Zenoniana cōſtitutio [a] introduxit, vt viri illuſtres [b] † quiq; ſuper * eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem [c] iniuriarum criminaliter vel perſequi, vel ſuſcipere, ſecūdum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet [d].

¶ Etiam qui curauit, vt cuipiam per alium iniuria fieret, iniuriarum tenetur.

¶ Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriā, id eſt, qui percuſſit: verùm ille quoque tenetur *, qui dolo fecit iniuriā * vel qui procurauit, * vt cui [e] mala [f] pugno percuteretur [g].

¶ Actio iniuriarum non naſcitur, niſi ab initio iniuriatus [illegible] animo ſuo [illegible] reuocauerit. Vel ſic, ſecundum glo. Actio iniuriarum iam nata, tollitur diſſimulatione. Aretinus.

¶ Hæc actio diſſimulatione [h] † abolетur. & ideo ſi quis iniuriarū dereliquerit: hoc eſt, ſtatim paſſus ad animū ſuū non reuocauerit [i]: poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriā nō poterit recolere.

tit.4. ſentent. & l.43. ff. hoc titul.

¶ a Conſtitutio. Vt C.eod.l.fin.

¶ b Illuſtres. Hi ſunt qui tantùm nomine illuſtres ſunt, & non dignitate: illi autem ſunt ſuper eos, qui dignitatem & adminiſtrationem habēt: ſupra quos nemo eſt, niſi imperator: qd dic, vt not. in authen. vt ab illuſtr. & qui ſupra eos ſunt. * ſuprà

ADDITIO.

Illuſtres ſūt Senatores, cæteríque, qui ius dicendæ in Senatu ſententiæ habebant: vt patet ex l. nuptiæ. ff. de ſena. Clariſſimi autem, Patricij & Conſules, quos ſuper illuſtres hic appellat. Nominatim autem Clariſſimorum nomine comprehendi Comites & Tribunos tradit Iuſtin. in Nouel. tit. vt ab illuſtr.

N.A. † Illuſtres. Hi ſunt, qui ſentētiæ in Senatu dicendæ ius habēt. Eorum alij ſunt minores, alij maiores, qui dicuntur ſuperilluſtres: vt Cōſules, Patricij, Præfecti Prætorio l.j.C. de Primicer.

¶ c Actionem. i. accuſationem. Et eſt ſpeciale in accuſatione, aliàs contra: vt ff. de procur. l. licet. §. ad actionem. & ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen.

¶ d Apparet. Dic ergo hic caſum eius legis.

¶ e Vt cui. id eſt, alicui: vel cuius, id eſt alicuius.

¶ f Mala. id eſt, maxilla.

¶ g Percuteretur. Sed videtur, quòd ex tali conſilio non teneatur: vt ſuprà de oblig. quæ ex delict. naſcuntur. § ope. in fin. §. Sed dic, vt ibi diximus. Item, arg. contrà, ſuprà mand. §. tua tantùm. ibi, quia nemo ex conſilio.

¶ Hæc actio. Dic, quòd ratio quare ſi ſemel animo remiſſa eſt iniuria non poteſt recoli, eſt, quia principaliter tenetur l. j. §. ait Prætor. ff. ſi quadr. pau. fec. dic. & ideo diſſimulatione aboletur. vt hic dicitur: & declarat Fortun. qui ex hoc multa infert notanda in l. legitima. ff. de pact. Syluest.

* contiretur. * abeſt. * curauit.

Actio iniuriarū quomodo tollitur.

¶ h Diſſimulatione. Vt ſi riſi, vel luſi, vel comedi cum eo poſtea. [Hoc verum ſi ex volūtate, non ſi ex neceſſitate, vel honeſtate, aliter fieri nō potuit, vt ſi inuitati in cōuiuio, vel aliter. Sylu.] Item tollitur etiā nudo pacto ipſo iure: vt ff. de pact. l. ſi tibi. §. quędā actiones. Sed nunquid eſt nata, etiam ſtatim facta iniuria: aut ita demum, ſi dicat ad animū reuoco? Quod vltimum dixit B. vt dicūt. Sed certè imò eſt nata ſtatim: nec enim ex reuocatione ad animum, vel ex verbis talibus naſcitur hæc actio, ſed ex contumelia: vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. Item quomodo aboleſcetur hæc, niſi eſſet nata? certè nullo modo: vt ff. de iniuſt. rup. teſt. l. nā & ſi. §. poſt defectum. & ff. de verb. obl. l. decem.

N.A. † Diſſimulatione. Iniuſtitia æſtimatur nō tantùm ex animo faciētis, ſed etiam ex animo patientis: Nam qui iniuriam ſibi factam ad animū non reuocat, non videtur iniuriam paſſus l. xj. §. j. ff. hoc tit. Eius rei exemplum exſtat apud Terentium in Adelphis: Moris etiā fuit, vt his ſatisfieret verbis. Nollem factū, vel nollem dictū. Plautus in Amphit.

¶ i Non reuocauerit. id eſt, aboleuerit. Non enim oportet dicere, ad animum reuoco: ſed ſufficit ſi remaneat iratus, & ei nō recōcilietur. Sed quid, ſi in

Digitized by Google

ſi in vltima voluntate in pœnitentia remittit quaſi coactus morte,& poſtea conualet: nunquid renaſcitur? Videtur ꝙ ſic:vt arg.ſuprà de don.§.mortis cauſa. Item quia coactus remiſit,vnde Prætor ratũ nõ habet:vt ff.quòd met.cau.l.j. Sed cõtradico: quia fuit ſemel extincta: vnde in perpetuum reſuſcitari nõ poteſt:vt ff. de ſol. l. qui res. §. aream. ibi, in perpetuũ. Itẽ præſumo, ꝙ perpetuò voluerit remittere,ſiue cõualuerit, ſiue non: nam aliàs nõ potuit bene pœnitere: præſumam ergo eum non fuiſſe immemorem ſuæ ſalutis: vt C. ad leg.Iul.repet. l. fin. Item eſt contra ad id, quod hic dicit, nuda voluntate tolli hanc actionem.ff.de negot.geſt.l. Pomponius. ibi,nam quomodo,&c.& ibi not.gloſſ.nuda: ſed certè ab initio tollitur nuda voluntate, & ſimplici & vnius tantùm. ſed ſi ſemel ad animum reuocauerit, nõ remittitur per nudam voluntatem: ſed per voluntatem nudam verbis, vel pacto expreſſam, ſic etiam ipſo iure: vt dictum eſt per l. ſi tibi.§.quædam.ff.de pactis.

Dic tamen, quòd ſi quis in confeſſione ſacramentali remiſit iniuriam, poteſt nihilominus agere: quia rancor remiſſus eſt, non intereſſe. Ita eſt communis opin.doct. in l.ſi tibi.§.j.ff. de pact. Sylueſt.

TITVL. V.

DE OBLIGATIONIBVS, quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

¶ Obligatio ex quaſi delicto oriri dicitur, quando non ex dolo malo, ſed magis imperitia quadam, & minus prouidè delinquitur. quæſtio &c. Iudex ſi per imprudentiam perperam pronunciauit, facit litem ſuam, id eſt, damnum eius litis, vt æſtimatum iudicantis conuenitur, læſis reſtaurare cõpellitur.

SI iudex [a] litem ſuam [b] fecerit, [...] damnauit. Ius ciuile vinculum ei obligationis iniicit,quod vinculum Neuio tradit, vt actione in factũ cogere eum poſſit, quantũ æquius & melius iudici ſumpto videbitur ſoluere. Hæc obligatio non ex contractu nata eſt: quid enim cum Neuio negotij geſſit? nõ ex delicto, imprudẽs enim peccauit: at delictum animo malo committitur. Sed quoniam propius accedit ad delictum Aquilij factũ, quàm ad contractum, Prætor quaſi ex delicto eſſet, actionem contra eum in factum dabit. Corn.Vib.

DE OBLIGATIONIBVS, quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

Quia de obligationibus ex maleficio diximus, ſequitur de iis, quæ ex quaſi maleficio ſunt. Accurſ.

SI Iudex. Totus iſte tit.diuiditur in duas partes principales. Primò, ponit caſus,in quibus quis obligatur ex quaſi maleficio. Secundò, qua actione his caſibus agitur.Secunda ibi, In his autem.

CASVS. C. Aquilius iudex inter, Quintium & Neuium datus eſt. is per imperitiam malè iudicauit,ac Neuium damnauit. Ius ciuile vinculum ei obligationis iniicit,quod vinculum Neuio tradit, vt actione in factũ cogere eum poſſit, quantũ æquius & melius iudici ſumpto videbitur ſoluere. Hæc obligatio non ex contractu nata eſt: quid enim cum Neuio negotij geſſit? nõ ex delicto, imprudẽs enim peccauit: at delictum animo malo committitur. Sed quoniam propius accedit ad delictum Aquilij factũ, quàm ad contractum, Prætor quaſi ex delicto eſſet, actionem contra eum in factum dabit. Corn.Vib.

Iudex litem ſuã facere dicitur malè iudicãdo: propterea quòd eius ſecundùm quem male pronunciauit,cauſam ſuſcipere cogitur, eámq; ſuam defendere. l.v. §. ſi iudex.ff.de oblig. & act. l.vlt.ff.de extraord.cogn. N.A.

a Iudex.Siue ſit paterfamiliàs iudex, ſiue filiusfamiliàs. ſed quãdo eſt filiusfamiliàs, pater de peculio tenetur, in quantum fuit in peculio: cùm filiusfamiliàs litem ſuã fecit, vt ita ſint duo ſpecialia: & quia datur de peculio,licet ſit quaſi maleficium, quod non eſt aliàs:vt ff.de iis, qui deie. vel effu. l.j. §.ſi filiusfa. Item,quia inſpicitur tempus quo fecit litem ſuam in condemnando: licet aliàs rei iudicatæ tempus ſpectetur: vt ff.de pec. l. quæſitum. & probantur hæc.ff.de iud.l.ſi filiusfam. Vel dic,quòd filius conuenitur:vt not. in d.§.ſi filiusfamiliàs. Accurſ.

Adde, quòd communis doct.reſolutio eſt, quòd quando per imperitiam iudicat, peculiotenus teneatur: quando verò dolo, teneatur in ſolidum:ita doct.in d.l.ſi filiusfamil. Sylueſt.

b Litem ſuam.i.controuerſiam, vel litigium: vt in id teneatur ipſe in quo læſit aliquem, & hoc quãdo per ignorantiam,vel imperitiam:vt ĩ. ſequitur. Nam ſi dolo, tunc non habet locum hic titulus: ſed ex maleficio tenetur, & ſit infamis: vt C.de pœ.iud.qui ma. iud.l.fin.Sed nũquid hæc omnia in arbitrio locum habent? Dicit Io. quòd ſic: vt C. de pact.l.ſi quis in conſcrib. *Arbiter ſi facit litem ſuam an ſit puniendus ſicut iudex.*

Alij

Alij contra, cùm poſſit pœna peti tantùm: nec ſententia valeat: vt C. de arb. l. j. & l. ij. & maximè ſecundum noua iura, quæ loquuntur, cùm eſt iuratum ab arbitro, vel à partibus ſecundum quæ nihil eis erit præter ſacramentum: vt in authen. de iudi. §. quia verò. verſ. ſi autem ex ignorantia. Sed certè ſententia prima vera eſt, nec obſtat hæc autht. quia nihil erit ei, id eſt, arbitro. præter ſacramentũ, ſcilicet vt poſſit cogere partes ſuo ſtare iudicio, vel eis, id eſt, partibus. Nã vocabit alteram partem per iuramẽtum: ſed & cõtra arbitrum nihilominus aget, vt dictũ eſt: & per actionem in factum. vt infrà eod. §. fin.

¶ Dic, quòd in arbitrio compromiſſario deciſio glo. non procedit. l. penult. vbi omnes. C. de arbitr. In arbitratore magis communiter videntur tenere, ſi dolo iudicauit, quod declara, iudicio meo, in dolo ex propoſito, nõ in dolo re ipſa. Syluest.

ADDITIO. Iudex litem ſuam facit, qui vel dolo malo, vel imprudentia, ita iudicat, vt ſibi ius dicere videatur, non litigatori. Vide tamen (inquit Eg. Baro) ne litem ſuam faciat iudex, quòd cùm litem alienam iudicet ob dolum ſuum vel culpam litem ſibi pariat, ex delicto, vel quaſi delicto. Cùm enim pecunia corruptus ſcienter perperam ius dicit, maleficium eſt, & præter ignorantiã litis æſtimationem ſuffert. l. fin. C. de pœn. iud. l. ſi filiusfam. ff. de iudi.

¶ a Fecerit. id eſt, malè iudicauerit.

¶ b Ex contractu. Vel quaſi.

N.A. † Inquãtum. Hoc differt dolus ab imperitia. Illud, delictum eſt; hoc, quaſi delictum; & illius nomine veram litis æſtimationem præſtat l. viij. ff. de iud.

rit a non propriè ex maleficio obligatus videtur, ſed quia neq; ex maleficio, neque ex contractu b obligatus eſt, & vtique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudẽtiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri, & inquantum † de ea re æquum religioni iudicantis videbitur c, pœnam ſuſtinebit.

¶ Si ex ædibus quas quis inhabitarat, quidpiam deiectum, effuſúmve fuerit, quod tranſeunti damnum intulerit, aut ex parte, qua vulgò iter fit, aliquid ſuſpenſum habeat, cuius caſus periculoſus ſit, ex quaſi delicto obligatus, pœnas hic deſcriptas incurrit.

¶ Item is, ex cuius cœnaculo † vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat d, deiectum effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceret * †: quaſi

¶ c Videbitur. Vt ſi dubitauit circa legem Fuſiam Caniniam, durius puniatur. ſi autem in l. illa Gallus Aquilius, mitius puniatur. [Hanc gloſſ. ſequitur Iaſ. in l. quod te. ff. ſi cert. peta. quem vid. Et quòd error probabilis faciat iudicem in nihilo teneri parti læſæ, dicit gloſ. xj. q. iij. temerarium. Syl.] Et hoc quando nõ fuit data pecunia iudici, vel promiſſa: aliàs graues pœnę ſequerentur: vt C. de pœn. iu. qui ma. iud. authen. nouo iure. & facit ad hoc reſp. ff. de var. & extraord. cog. l. fi. Accurſ.

¶ Item is ex cuius cœnaculo. CASVS. Seruus meus tegulam ex ædibus in quibus habitabam deiiciẽs, per imprudentiã ſeruum mei vicini occidit: Ius ciuile mihi vinculum iniicit obligationis, non tamen ex contractu: quid enim cum vicino negotij geſſi? non ex delicto, quid enim deliqui, cùm id me imprudẽte factum ſit? Quia tamen hoc ad delictum propius accedit, quam ad cõtractum. Prætor dabit contra me actionem, quaſi ex delicto obligatus eſſem. Cor. Vib.

* noceretur.

N.A. † Cœnaculo. Cœnaculum, eſt pars domus ſuperior.

¶ d Habitat. Hoſpes planè non tenetur, ſed is, qui hoſpitium dederit, vt ff. de iis, qui deie. vel effud. l. j. §. penult. Accurſius.

ADDITIO. Not. quòd quãdo quis debet citari ad domum ſolitæ habitationis, nõ ſufficit citari ad hoſpitium. iuxta. l. iiij. §. Prætor. & ibi latè Bart. ff. de damn. infect.

N.A. † Noceretur. Id eſt, alicui damnũ daret: Nam hæc actio de damno eſt, & ad legem Aquiliam accommodata: qua de cauſa, impropriè legis Aquiliæ actio dicitur l. 5. §. & ideo. & §. cum autem. l. 27. §. pen. ff. de his qui deiecer.

¶ a Id

¶ a Id poſitum. Licet ipſe nõ poſuerit.
¶ b Si ceciderit. Non enim ſpectatur, vt noceat.
¶ c Pœna. Præſtanda.

N.A. † Pœna. Quæ actori attribuetur: nam hæc actio popularis eſt. l. 5. §. hæc autem. ff. popul. actio.

¶ d Decem aureorum. Vel ſolidorum: vt ff. de iis qui deiec. vel effud. l. ſi verò. § Prætor. & §. fin. & tunc dicas actionem in factum fore annuam: vt ff. de popul. actio. l. fin.

N.A. † Dupli. Graui⁹ igitur damnum hoc punitur, q̃ in lege Aquilia, quæ in duplum non eſt, niſi aduerſus inficiantem: & tantùm aduerſus eum, qui ipſe damnum dedit.

¶ e Conſtituta eſt actio. Perpetua, quæ hæredi datur, ſed in hæredẽ non datur: vt ff. de iis, qui deie. vel effud. l. ſi verò. §. hæc autem actio.

¶ Niſi iam lis fuerit conteſtata, vel aliud ſimile factũ. Syl.

¶ f Quinquaginta. Ideò certa pœna ſtatuitur: quia non poteſt æſtimatio liberi corporis fieri: vt ff. ad leg. Rh. de iact. l. ij. §. ij. Et competit hæc actio intra annum, & nec hæredi, nec in hæredẽ datur: cùm ſit pœnalis, & popularis, quæ prius datur ei, cuius magis intereſt: vt ff. de iis, qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. quæ autem.

N.A. † Quinquaginta. Pro pœna, ſcilicet, nõ pro eo quod intereſt: quia liberi hominis æſtimatio nulla eſt. l. vltima. ff.

ex maleficio obligatus intelligitur. Iedo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur: quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitũ [a] aut ſuſpenſum habet, quod poteſt (ſi ceciderit [b]) alicui nocere: quo caſu pœna [c] †decem aureorum [d] cõſtituta eſt. De eo verò, quod deiectũ effuſúmve eſt, dupli †, quantũ* damni datum ſit, conſtituta eſt actio [e]. Ob hominem verò liberũ occiſum quinquaginta [f] †aureorum pœna conſtituitur. Si verò viuat, nocitúmque ei* eſſe dicatur*: quantũ ob eã rem æquũ iudici videtur, actio datur [g]. Iudex enim cõputare debet mercedes medicis pręſtitas: cæteráque impendia, quę in curatione facta ſunt: præterea operas*, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quòd inutilis eſt factus [h].

¶ Si ex cœnaculo filij habitantis ſeorſũ à patre aliquid fuerit proiectum, vel aliquid fuerit appenſum, vel fecerit litem ſuam, pater non tenetur. Accurſius.

¶ Si filiusfamiliàs ſeorſum [i] à patre habitauerit, & q̃d ex cœnaculo eius deiectum effuſúmve fuerit*, ſiue q̃d poſitũ, ſuſpenſúmve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit, in patrẽ nullã eſſe [k] * actionem,

*quanti. *abeſt. *dicetur. *operarum. *ſit. *abeſt.

hoc tit. ſed tanquàm præmium ei, qui hac actione experietur.

¶ g Actio datur. Perpetua ſibi: ſed alijs, putà hæredi, pro eo, ſi mortuus eſt, annalis datur: vt ff. de iis, qui deie. vel effud. l. ſi verò plures. §. hæc autẽ actio. ibi, ſed ſi libero, &c.

¶ h Eſt factus. Quia difficillimũ eſt æſtimare futuras operas.

¶ Si filiusfamiliàs ſeorſum. CASVS. Filiusf. qui in patris manu erat, & ſeorſum à patre habitabat, regulã deiiciens per imprudentiã hominem vulnerauit: Ius ciuile non in patrẽ, ſed in ipſũ vinculum iniiciet obligationis, qua de cauſa non ex contractu, cùm cõtrahere neque potuerit, neq; voluerit nõ ex delicto, imprudens enim id fecit: ſed quia propius ad delictum hoc accedit, ideo Prætor contra eũ actionem quaſi ex delicto obligatum cõcedet. Quod eodẽ modo iudicandum eſt, ſi index cùm eſſet, tibi iniuriam fecerit. Cor. Vib.

¶ i Seorſum. i. Separatus à patre.

¶ k Nullam eſſe. Etiam de peculio: vt ff. de iis, qui deie. vel effude. l. j. §. ſi filiusfamiliàs.

N.A. † Filio. Quia pater de peculio actione, neq; ex delictis, neq; ex quaſi delictis filij tenetur. l. j. §. ſi filius. ff. de his qui effud. Pater tamen cedere peculio cogitur. l. 15. ff. de iudic.

Digitized by Google

¶ a Litem ſuam fecerit. ſ. ſi ſine patre habitauerit, aliàs pater de peculio tenetur: vt ff. de iud. l. ſi filiusfamiliàs, ſecundùm Io. Vel dic idē, ſ. vt teneatur ipſe filiusfamiliàs, habitet cum patre, vel non. (ſed ſecundùm Azonē pater hic tenetur de peculio, vt dictū eſt per l. ff. de iis, qui deie. vel effu. l. j. §. ſi filiusfam.) Filio verò condemnato, & ibi pater tenetur de peculio, cū videatur quaſi contrahi cum filio: vt ff. de noxa. actio. l. & ſi cōdemnatus. & ff. de pecul. l. iij. §. idem ſcribit.

* fecit.

¶ Item exercitor. CASVS. Cùm in caupona eſſem, aut trigonali pila exercerer, quidā miniſter dom⁹ palliū meū furatus eſt. Ius ciuile magiſtrū cauponæ, aut ludi obligatum mihi tradit: nō ex cōtractu, aut delicto. quid enim aut cōtraxit, aut deliquit? ſed quia hoc ad delictum accedit (cùm enim miniſtros fures habeat, non eſt expers culpæ) Prætor in eū, quaſi ex delicto obligatus eſſet, actionem dabit. Cor. Vib.

c dãno.

ſed cum ipſo filio agendū eſſe. Quod & in filiofamiliàs iudice obſeruandum eſt: qui litem ſuam fecerit a *.

¶ Nauis, cauponæ, & ſtabuli exercitor præfectus, ſi [illegible] eorum oper[illegible] furtum aut dolū in naui, caupona & ſtabulo commiſerint, ex quaſi delicto obligatus eorū factum præſtare debet.

¶ Itē exercitor † b nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli de dolo * aut furto, quod in naui, aut caupona, aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio c teneri videtur: ſi modò ipſius nullum eſt maleficium: ſed alicuius eorum, quorum opera nauē, aut cauponam, aut ſtabulum exercet. Cùm enim neq; ex maleficio, neque ex contractu d ſit aduerſus eum cōſtituta hîc * actio, & aliquatenus culpę reus e eſt, ꝙ opera malorum hominū † vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

¶ Ex quaſi maleficio agitur actione in factum, quæ nō tranſit contra hęredem.

¶ In his autem caſibus f in factum actio cōpetit, quæ hæredi g quidem datur: aduerſus

¶ d Ex contractu. Vel quaſi.

¶ e Aliquatenus culpæ reus. Facit ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. & ff. fur. aduer. nau. cau. ſta. l. j. §. pen.

N.A. † Malorum hominum. Quorū vti miniſterio, culpæ ſpecies eſt. Nauta, caupo, ſtabularius ſuorum hominum facta præſtare coguntur. l. vltim. ff. naut. cau. ſta.

* hæc.

¶ f In his autē caſibus, ſ. ſupradictis omnibus.

N.A. † In factū. Quia non certa formula Prætoris edicto præſcripta eſt: ſed actoris arbitrio permiſſa eſt, factum iudici in libello expendere. l. 3. §. j. ff. naut. caup. ſtab.

¶ g Hæredi. id eſt, patiēti iniuriam. Sed in caſu de ſuſpenſo non datur hæredi: vt diximus ſ. eod. §. item is. verſ. ad hominem. Et no. hic differentiam inter actionem ex maleficio, & quaſi ex maleficio. nam vbi eſt ex maleficio plures ſunt, quilibet in ſolidum conuenitur: ſed ſecus in hac actione ex quaſi maleficio: vt C. de cōdi. furt. l. j. & ff. nau. cau. ſtab. l. j. & l. fi. §. ſi plures. Item in actione ex maleficio, vnus ſoluendo nō liberat aliū: ſed in hac ſic: vt ff. nau. cau. ſtab. l. licet. §. poſſumus. & d. l. j. de cond. fur. Itē, iure non ceduntur act. ex maleficio: vt ff. naut. cau. ſtab. l. ſed & ipſi. ſed in actione ex quaſi maleficio ceduntur: vt d. §. poſſumus. Datur etiam hæc actio non ceſſa: vt ff. de iis, qui deie. vel effu. l. ſi verò plures. §. cùm autem. Item, hæc generalius dātur hæredibus actorū, vt hic.

Actio ex maleficio & quaſi ex maleficio differunt.

¶ b Item exercitor. Quis ſit, dic, vt j. cum eo. §. ij. Accurſ.

N.A. † Exercitor. Exercitor nauis, cauponę, ſtabuli dicitur, ad quem, quæſtus, qui exercenda naui, caupona, ſtabulo fit, pertinet. l. 5. §. vlt. ff. de oblig. & actio, qui & nauarchus, & nauiculari⁹ dicitur.

¶ c Quaſi ex maleficio. i. actione in factum in duplum: vt ff. naut. caup. ſtab. l. fi. & ff. fur. aduer. naut. caup. ſtab. l. j. Item eſt & alia in factū actio, quæ eſt ex eo contractu de recepto: vt ff. naut. cau. ſta. l. j. in principio.

ADDITIO. Et hic dicit Io. Fab. ꝙ ſi dominus fuit, condemnatus ex facto nautarū, ab eis poteſt repetere: argu. l. ſi colonus. ff. de aqua plu. arcen. & l. ſi verò. §. cùm autem. ff. de iis, qui deiec. vel effude.

Digitized by Google

hic, quàm illæ, quæ ſunt ex maleficio: [illegible] dious.

a Aduerſus hæredem. Vt ff. de iudi. l. Iulianus autem. & ff. nau. caup. ſtab. l. fi. §. hæc iudicia.

N.A. † Aduerſus hæredem. Pœnalis actio nõ datur in hęredes, ni ex defuncti delicto locupletiores. l. 28. ff. de reg. iur.

hæredem [a] autem non competit.

TITVL. VI.

DE ACTIONIBUS.

¶ Tertiam iuris ciuilis partē, quæ actiones reſpicit, aggreditur Imperator: quas meritò tractatui obligationum poſtpoſuit, cùm ab obligationibus, vt pote à matre originem ducant.

Supereſt [c], vt de actionibus loquamur. Actio autem [d] nihil

DE ACTIONIBUS.

Titulus iſte continuari poteſt: vt dicit gl. ſuprà in titulo de obligat.

Actio in ſingulari rectè definitur. b De actionibus. Ideo ponit in plurali, quia plures actiones ſunt: vt infrà eodem per totum. Sed cùm ſint plures, quare in ſingulari numero definitur: vt j. eod. §. primo. Reſpon. licet ſit numeri ſingularis: tamen ponitur vt genus, vt in aliis definitionibus cõtingit: & ſub ſe continet omnes actiones. Item, quare non dicit de agendo? Reſpon. quia illud eſt facti, hoc iuris. Accurſius.

ADDITIO. Gloſ. neſcit quid dicat: quia cùm tractetur de pluribus actionibus, pluraliter debuit inſcribi: & tamen in ſingulari generale nomen definiri. Nam actio aliàs omnes continet, vt genus ſpecies. ſic de pactis, de tranſactionibus, in ff. vbi tamen ſingulariter finitur.

Supereſt. Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principales. Primò, ponitur continuatio iſtius tituli ad præcedentes materias. Secundò, definitur actio. Tertiò ponitur diuiſio omnium actionum. Secunda ibi, prope principium, Actio autem nihil. Tertia ibi, Omnium autem actionum.

CASVS. Quoniam tribus propoſitis perſonis, ſcilicet, rebus, & actionibus, duo explicaſti: reliquum eſt, vt tertium, putà mihi de actionibus exponas. Quid eſt actio? Ius perſequendi, &c. veluti, Mutuum tibi dedi. Ius ciuile (vt ſæpe diximus) tibi vinculum iniecit obligationis, quod mihi in manum tradit, vt te in iudicium ducam, inuitiſmque cogam id quod mihi debes reddere. Vis illa, ad poteſtas cogendi te propter vinculum, vocatur actio. Nam ſine dubio perſonalem tãtùm hoc loco definimus. Cor. Vibul.

c Supereſt. Sed quid ſupereſt? Reſpon. forma: vt s. de iure na. §. fi. Vel dic, quòd s. tractatum eſt de obligationibus, quarũ filię ſunt actiones: vt ff. de proc. l. lege, licet. §. ea obligatio. & ſuprà de verborum obligation. in principio. ideo de filia poſt matrem ponit, quaſi ordine ſucceſſorio.

Declarat, quod dictum eſt non ſolùm de obligationibus, quæ ſunt matres actionum perſonalium, ſed de acquiſitione dominiorum & aliorũ iurium, quæ ſunt matres actionum realium. l. in rem. ff. de rei vendicatione. ideo, &c. Syl.

d Actio autem. Not. quòd actio quãdoque pro actu ponitur: vt in authen. de non alien. §. finimus. in fin. glo. act. & C. de ſacroſan. eccleſ. auth. hoc ius porrectum. in princ. & ff. de don. inter vir. & vx. l. iij. §. ſciendũ. circa mediũ. Quandoque pro accuſatione criminali: vt C. quando ciui. act. cri. præ. l. j. Quandoque pro iure agendi, vel perſequendi: vt hic, & ff. eo. l. nihil. Item, not. quòd illud quod de actione hic dicitur, voluit Pla. dicere de cauſa. ſ. quòd cauſa ſit actio: vt ſicut apud dialectos dicitur argumentum, quod ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione conſiſtit, non tantùm concluſio: ſic apud Legiſtas actio, cauſa agendi dicatur: vt ſi dicam, Conuenio te ad decem, quia vendidi tibi equum pro decem, ſit idem, acſi dicerem, ago contra te actione ex vendito. Sed Azo dicit (quod & verum eſt) aliud eſſe cauſam, & aliud actionem. Nam obligatio eſt cauſa, & mater actionis: vt ff. de proc. l. licet. §. ea obligatio. ſicut ergo aliud eſt obligatio, & aliud eſt actio: ſic aliud eſt cauſa, & aliud actio. Item, quia vendidi eſt factum: ſed actio eſt Ius: vt ff. de cur. furio. l. conſilio. §. j. & fin. & hic. Itē, poteſt eſſe, quòd vt-

Digitized by Google

didi,& non competat mihi actio:quia mihi ſolutum eſt: vel quia remiſi vnde hæc verba, quia vendidi, non ſunt actio. Itē nomina certa actionum ſunt à iure inducta, ſcilicet ex empto, & ſimiles,nec hoc inductum eſt,vt cauſa ſit actio. Si qs ergo hoc velit dicere, nō poteſt, cùm lex non dicat:vt ff.de ſuppell. leg. l. Labeo. in fin. Item,ſi cauſa eſſet actio,fruſtrà diceret lex, mutari actionis nomen,cùm agitur de dolo patroni,vel parētis,vel ſimiliū perſonarū:de quorū dolo non agitur per actionē de dolo, ſed per actionē in factū. Nam ad quid mutaretur nomen,cū tamē cauſa maneret eadē,ſi eſſet i° in ſola cauſa?Cōcludo ergo,& dico, ꝙ aliud eſt cauſa, & aliud eſt actio.Itē,licet dixerim,quòd nomina ſunt actionū ex empto,& ſimiles caue tibi,qa nō ſunt actiones, ſed actionum nomina: ſicut hæc dictio homo, non eſt homo,ſed ſignificat hominē.

aliud eſt [a], quàm ius [b] perſequendi [c] in iudicio [d] quod ſibi debe-

¶ a Nihil aliud eſt. Patet ergo quòd olim aliud erat, erat enim conceptio verborum formata à magiſtratibus: vt ff.de orig.iu.l.ij.§. deinde ex his. & §. omniū.vnde formula vulgaris dicebatur:vt ff.de furt.l.ſi ſeruus nauem. Sed hodie hæc ſolennitas eſt ſublata:vt C. de formu.& impe.l.j.& ij. etiam circa interdicta eſt ſublata huiuſmodi ſolēnitas:vt §.de interdictis.§. fin.Sed quæ erat olim differentia inter actionem, & interdicta? Nam & interdicta erant verborum conceptiones,vt §.de interdictis.in princip.Reſp. vt dicemus ibi. At hodie nulla eſt differentia inter interdicta & actiones: cùm interdictum nihil aliud ſit quàm actio prætoria:vt §.de interdictis.§.fi.

ADDITIO. Hæc gloſſ.eſt ridicula: quia actio nunquā aliud fuit,quā quod hic dicitur, nimirum facultas ducendi aduerſarium in iudicium, & ibi diſceptandi: cùm interdictum ſit Prætoris decretum,de quo dicemus ſuo loco.

Actio eſt tā de iure ciuili,quā prætorio. ¶ b Quàm ius. ſcilicet ciuile, vbi eſt actio ciuilis:vel prætorium, vbi actio prætoria eſt. nam ciuiles actiones & prætorias dico hic definiri. Item nota, quòd actio eſt ius quo perſequimur: ſed obligatio eſt ius propter quod perſequimur. Et ſi quæratur, quod ſit iſtud ius: vel naturale,vel ciuile,vel prætoriū,vel gentium? Reſp. quia ciuile, vel prætorium: vt modò diximus. Nec facias magnam vim ibi: quia cùm multas habeat ſignificationes hæc dictio Ius:vt ff. de iuſtitia, & iure.l.pen. & fin. hoc eſt etiam vnum de ſignificatis eius,vt dicatur ius agendi, vel perſequendi. Sed ad cuius differentiam ponitur in definitione ius, cùm ſingula membra poſita in definitione habeant ſuum miniſterium? Reſp ſecundùm M.quòd ad differentiam rerum corporalium hic ponitur: vt det intelligere, quod actio ſit res incorporalis:quod verum eſt:vt §. de rebus corp. & incorp. §. j. Vel melius dicas,ad differentiam officij iudicis,quod non eſt actio: vt ff.de minor. l. quod ſi minor.§. fi. licet M. dicat,quòd officium iudicis eſt actio: & eſt pro eo,quod dicit lex in actione iniuriarum fieri æſtimationem iudicis officio:vt §.de iniur. §. pœna autē. & §.in ſumma Sed certè actio iniuriarum eſt actio,cui inhæret officium iudicis: non tamen illud officium eſt actio:ſed in facto potius hoc conſiſtit. ius enim petendi per actionem mihi cōpetit:quod per hoc officium iudicis mitigatur. [Potes dicere, quòd conſiderato officio de per ſe,eſt iuris:conſiderato quo ad executionem,& adminiſtrationem, eſt facti. Sylu.]Sed quid petam?Reſp. quod æſtimauero.nā debeo æſtimare, licet iudex poſſit refrenare: eſt tamē quoddā aliud officium, quod vicem ſuſtinet, & obtinet actionis:vt dicemus j.eo.§.præthereà.in fi.§. *Ius ad quid ponitur in definitione actione.* *Officium iudicis, an ſit actio.*

¶ Communis opinio hic, & in l. j. §. ſublata.ff ad Treb. eſt, quod officium iudicis non ſit actio.Syl.

¶ c Perſequendi. Hoc dicitur ad differentiam exceptionum, quæ dantur reis,per quas defenduntur. Sicut enim actiones ſunt arma actorum, ita exceptiones ſunt arma reorum:vt ff.de except.l.ij.in prin.& §.illud.

† Ius perſequendi. Hoc ius à Pretore impetrandum erat.l.2.C.de form.ſubl. Ac Prætoris & Iudicis differētia ſummè notanda eſt,ex ſuperioribus. N.A.

¶ d In iudicio. Hoc dicit ad differentiam eorū,quę fiunt licitā,etiam extra iudicium: non tamen ſunt actiones. vt ſi nocturnum, vel diurnum furem, vel militem deſerētem militiam quis capiat:vt ff.ad leg.Aquil.l.iiij. & Cod. quando lic.vnicui.ſine iud. ſe vind. l. j.& ij. Item,& propter debitorum fugitiuum quem capere poſſumus: vt ff. quæ in frau.cred.l. ait Prætor. §. fin.

debi

Digitized by Google

debitorem. licet quidam exponant l. illam ibi, quod captus fuit auctoritate iudicis. Accur.

ADDITIO. Dic idem in omnibus perſonis, quæ pertinent ad obedientiã perpetuam, de quo nõ ſit quæſtio: vt in monacho, fratre, vel vxore, quia ſi aufugiant, poterunt capi propria auctoritate: vt per Bal. in l. j. Co. vbi quis decur. aliave cond. conuen. ſecus ſi eſſet quæſtio. Iaſ.

tur [a].

¶ Prima actionũ diuiſio hæc eſt, vt quædã reales ſint, quædã perſonales. Perſonalib⁹ enim cũ eo experimur, qui nobis aut ex contractu, aut quaſi, vel ex delicto, aut quaſi obnoxius eſt: realibus verò, quotieſcunque cũ eo agimus q nullo iure nobis obligatur, rei ca-

a Quod ſibi debetur. Hoc duobus modis exponitur: vel ad differentiam realis actionis, ſecundùm Azo. & ita ſtrictè accipitur hęc definitio pro perſonali actione tantùm, ſicut accipitur ff. eo. l. actio in perſonam. Vel largius, vt etiam realem contineat, non tamen officium iudicis: vt ff. eodem. l. actionum genera. quandoque largiſſimè, vt etiam iudicis officium contineat: illud. ſ. quod eſt loco actionis: vt ꝑ quo reſtitutio minorũ petitur: vt ff. eo. l. actionis verbo. [Et ꝙ ſit actio, quę non habeat obligationẽ, dicit Bartolus in l. iuris gentium. §. & ideo. ff. de pact. quamuis Fortun. ibi reprobet: & vtrum actio realis ſit propriè actio, vide quæ diſputat Fortun. in l. Gallus. §. idẽ credendum. ff. de libe. & poſth. vbi tenet quòd ſic. Sylu.] Vel ponuntur hęc verba ad differentiã criminalium actionum, per quas non perſequor mihi debitum, ſed vindictam. & ſecundùm hoc etiam realem actionem dicas definiri hic: licet enim non ſit obligatus, qui realiter tenetur. vt ĩ. eod. §. j. ibi, aut cũ eo agit, qui nullo, &c. verũ eſt perſonaliter. groſſè tamen poteſt dici, ꝙ ſit realiter obligatus. Et facit pro hoc, vt etiã realis hic definiatur: quia verbũ debere, & ad actionẽ in rẽ, & ad actionẽ in perſonã refertur: vt ff. de verborũ ſig l. pecuniæ. §. fin. [Nec obſtat ſi dicatur, verba in definitione ſunt ꝓpriè accipienda: quia hoc verum in verbo definito, non in definientibus, vt declarat Decius in rub. de probat. Sylu.] Item, facit quòd eſt in definitione verbum perſequendi, quod eſt cõmune tam ad realem, quàm ad perſonalem actionem: vt ff. eod. l. actio. in perſonam. Item, facit. ĩ eod. §. j. in prin. vbi actio realis ſpecies eſt actionis, ſicut perſonalis: & ita largè accipio hic verbum debetur, ſed in ſtricta ſignificatione verbi huius debere, tantum alienum & non meum mihi debetur. [Idem firmat Dec. in l. ſi tibi. in iij. notab. ff. ſi cert. pet. Sylu.] vnde perſonalis actio tantum definiri videtur, vt ĩ. eod. §. ſic itaq; & §. de legat. §. ſed & ſi rẽ. Sed certè quandoque ago etiam ad id, quod mihi non debetur: vt Cod. de pact. l. ſi pacto quo pœnam. nam ibi ago ad id, quod non eſt debitum: ſed ad id, quod ex nudo pacto conuenit. Sed certè illud naturaliter erat debitum, quod nudo pacto debebatur, vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. Vel non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur, ſed ad id, quod verè debetur, ſed prætextu eius conſequitur etiam quod nudo pacto debetur, vt ff. de verb. ſignific. l. ſi cui. [Reprobat Præpo. Senen. iiij. caſu. q. v. in ij notab. Sylu.] Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis non dicitur debitum, & tamen petitur: vt ff. de po. act. l. pen. Sed non obſtat, quia ſaltem poſt litem conteſtatam debetur. Vel dic, quia & ſibi debitum perſequitur: nam cùm toti populo ſit debitum, ergo & ſibi. Item, oppono de actione iniuriarum, quia non dicitur eſſe in bonis, vt ff. de iniur. l. iniuriarum. Item, non ad debitum, ſed ad vindictã competit: vt ff. de col. bon. l. iij. §. emancipatus. & tamẽ eſt actio? Reſpon. nõ eſt in bonis, vt tranſeat ad hæredes: vt ff. ad leg. Falcid. l. pœnales. Itẽ, licet detur ad vindictam: tamen poteſt deberi mihi propter id, quod eſt in æſtimatione vindictæ: vel ꝓpter id, quod eſt in alterum vt vindicta. Itẽ, oppono de petitione hæreditatis. Itẽ, de actione de peculio. Nam in his agitur etiam antequam ſit penes poſſeſſorem, vel antequam ſit in peculio: vt ff. de petit. hæred. l. iiij. & l. ſi quo, & ff. de pecul. l. quæſitum. in princ. & ff. de libe. lega. l. ſi quis reum. §. idem. Sed dic, eſſe ſubaudiendum hic, vel deberi ſperatur. Vel dic, quòd quando fuit actio propoſita, fuit efficax tantùm pro eo, quod tunc erat penes ſuc-

Digitized by Google

ceſſorem, vel in peculio: & poſteà cùm augebatur, eatenus & actionis efficacia creſcebat, cùm vniuerſalis, vel in aliquo vniuerſo fuit petitio: vt ff. de iud. l. ſolemus. Item, opponitur de actionibus, quas intendunt aliqui pro aliis, vt procurator, & tutor, & prælatus, & ſimiles. nam agunt, & tamen nõ ſibi debitum petunt. Sed dic, quòd quaſi domini ſunt vt ff. pro emp. l. qui fundum. §. ſi tutor. Vel dic ſibi, id eſt ei, cui actio competit, quæ intẽditur. Vel ſubaudi, quod ſibi debetur: vel ei cuius nomine agitur, huius alternatiuæ ſecunda pars eſt vera.

men noſtræ poſſeſſor eſt.

¶ Omnium autem actionum quibus inter [a] aliquos apud iudices [b], arbitroſve [c] de quacunque re [d] quæritur, ſumma [e] diuiſio in duo genera diducitur [f]: aut

¶ DECLARATIO text. Actio eſt facultas à Prætore impetrata cogendi iudicio à Prætore dato, debitorẽ actori ſatisfacere. quod Frã. Hotomanus in ſuis in hũc tit. cõmentariis declarat. vbi docet ꝙ hic propriè non definitur niſi actio perſonalis: cùm res mea mihi debere non poſſit. l. Q. Mutius, §. argẽto. & l. ſcribit. ff. de auro & arg. leg.

N. A. † Quod ſibi debetur. Hæc eſt perſonalis tantùm actionis definitio. Addendum fuit, Suúmve eſt. Nã neq; quod nobis debetur noſtrum eſt, neq; quod noſtrũ eſt nobis debetur. l. 27. §. 2. 34. ff. de aur. & arg. leg. l. 25. ff. de obl. & actio. §. ſic itaque. infrà hoc titulo.

¶ Omnium autẽ. CASVS. Cognoui definitionẽ, nunc diuiſionẽ nobis explicato, ac primùm eã quæ naturã eſſentiamq; actionis attingit. Actio vel in perſonã eſt, vel in rẽ veluti, Cõmodaui tibi equum meum. obligatus es ad reddendum: ſi non reddas, Prætor mihi actionẽ dabit & iudicẽ, cui dicet, Si tibi appareat Titium Mæuio ſuum equum commodaſſe, tanti Mæuium damnato, quantum æquius melius exiſtimabis, quod eodem modo intelligendum eſt in obligatione furti, aut alicui⁹ delicti alterius nomine. In rẽ verò hoc modo, Poſſides librum quem meum eſſe dico: Prætor nobis iudicem dabit, cui imperabit, vt de noſtra controuerſia cognoſcat: Si tibi appareat, fundũ Tuſculanum de quo agitur, eſſe Titij, Mæuium reddere damnato. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ dictio, omniũ, eſt vniuerſalis. Itẽ, ꝙ pariter ꝓponendæ ſunt actiones corã arbitris, ſicut corã iudicibus. Itẽ, ꝙ valet argumentũ à ſufficiẽti enumeratione partiũ. Itẽ, quòd ad cauſandum rei vẽdicationem duo extrema requiruntur: dominium vel quaſi ex parte agẽtis: poſſeſſio vel quaſi ex parte conuenti. Item, quòd qui tenetur actione reali, nullo iure dicitur obligatus. Item, quod actio eſt genus. Sylu.

¶ a Inter aliquos. Videtur innuere, ꝙ aliæ actiones ſunt, quæ coram aliis proponuntur ſed non eſt verum. Accurſius. *al. deducitur.*

¶ b Iudices. Ordinarios, vel delegatos.

¶ c Arbitróſve. i. cõpromiſſarios. nam apud eos actiones proponendæ ſunt, vt hic, & ff. de arbitris. l. j. Accur.

ADDITIO. Quid interſit inter iudicẽ, & Arbitrũ copioſè exponit Fran. Hotomanus in ſuis in hunc tractatum commentariis j. § ſic itaque. eod tit.

¶ d De quacunque re. Generaliter accipe verbũ rei: vt ff. ſi cer. pet l. j. in fin. nam pro corporalibus, & incorporalibus cõpetũt actiones: vt j. eo. §. prox. & §. ij. & ff. ſi ſer. vend. l. j. & ij. in prin.

¶ e Sũma. id eſt, prima, quo ad tractatum, ſcilicet, vel ſumma, id eſt, breuis. breuior enim eſſe nõ poteſt, quàm bimẽbris, ſicut iſta eſt. Sed opponitur j. eod. §. quædam. Reſpond. quia & illæ ſunt reales, quãdo ad res agitur. Itẽ. in perſonam, quando ad perſonales præſtationes agitur: imò etiam ſi ſimul agatur, non tamen egrediũtur hanc diuiſionem, cùm ſint in rem, & in perſonã: niſi enim ſic exponeretur, iã multę inuenirẽtur breuiores: vt j. eod. §. aliæ. & §. Actionum. & aliæ quædam diuiſiones, quæ breuiores inuenirentur.

¶ Communis opinio eſt cum gl. hîc, vt patet ex dictis doct. hic, & in rub. ff. ſi cert. pet. quòd actiones de quibus in §. quædam. non faciunt ſpeciem de per Sylu.

ADDITIO. Dic, melius facit tex. in l. quis ergo caſus. ff. de pec Sed contra glo. inſtatur: quia actio in rẽ ſcripta, rem comitatur, & tamen non eſt realis: vt infrà eod. §. quædam. ſed ſolue vt ibi, quia ius agendi ex reali oritur ex ipſa re, & ipſi rei competit, & contra ipſam rem: vt hic, & in ſimili dicimus in ſeruitute debita fundo. ff. de nego. geſt l. qui aliena. §. fin. & ſic in actione perſonali in rem ſcripta: vt d. §. quædam. Ang.

¶ Aut

Digitized by Google

enim in rē ſunt [a], aut in perſonam. Nāque agit vnuſquiſque aut [b] cum eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo caſu proditę ſunt actiones in perſonam†, per quas [c] intendit [d] aduerſarium ei dare†[e], facere [f] oportere, & aliis quibuſdā modis [g]. Aut cum eo agit,

¶ Aut enim in rem ſunt. Ideo in rem dicunt, quia rem concomitantur: vt ff. de publicia. l. Imperatores. & in perſonā: quia non recedunt à perſona oblati, vel hæredis eius, cuius eadem eſt perſona: vt ff. eo. l. actionum genera. §. j. & ij. & in authen. de iureiurando à mor. præſti. in princ.

¶ Hæc glo. malè loquitur: qa bene finguntur, non ſunt: ſed ſunt eadē perſona interpretatione iuris. Syluest.

N. A. † In perſonam. Addendum fuit, Aut mixtę. §. quædam. 18. infrà hoc tit. ſub duab⁹ ſpeciebus ſimplicibus, mixta tacitè cōpręhēditur, vt in l. 2. ff. de ve. ob.

LIBELLVS IN ACTIONE in rem. ſiue in rei vendicatione.

¶ Namque aget. In actione in rem, ſiue rei vendicatione, ſi libellum quis formare velit, non poterit, niſi contra poſſeſſorem: quia poſſeſſio parit in rem actionem aduerſario, vt C. de ali. iud. mutan. cauſa facta. l. vnica. vel contra illum, qui dolo deſiit poſſidere: vt ff. de noxali actio. l. electio. ff. de regu. iur. l. qui dolo. extrà de iud. c. dilecti. propter quod ſic interrogat reū, cùm vult experiri contra eum, vtrùm poſſideat vel dol. deſiit poſſidere, ne fruſtrà experiatur, vt ff. de rei vendi. l. qui petitorio. & cogitur reſpōdere, & in iure facienda eſt interrogatio & reſponſio: vt ff. de interrog. act. l. qui ſeruū. & §. qui iure. & l. j. in princ. & ſi neget ſe reus poſſidere cùm poſſideat, amittet poſſeſſionem, & transfertur in actorem propter mendacium ſuum: vt ff. de rei vendi. l. fin. in princ. & ſi non poſſideat, liber erit, niſi dolo deſierit poſſidere: quem dolum oportebit actorem probare: vt ff. de probati. l. quoties. §. qui dolo. Si verò dicat verè ſe poſſidere, cū poſſideat, tunc formabitur libellus in hunc modum: Propono ſiue dico ego A, contra B, quod ipſe detinet rem meam, vnde propono rei vendicationem contra eum, & peto rem ipſam mihi adiudicari: & ipſum B, ad reſtitutionē mihi condēnari. Nec miretur aliquis, quòd ego dixi, qui detinet: & non dixi, qui poſſidet: nam ideò dixi, quia multi detinent rem, qui non poſſident: & tenentur rei vendicatione. Hic enim ſolùm conſiderat libellans in rei vendicatione, quòd habeat reus facultatem rei reſtituendæ: vt ff. de rei vendi. l. officium. & licet actionis nomen editum non ſit in libello: ſufficit tamē aſſignare cauſam. ar. C. de edict. diui Adri. tollend. l. fina. & ff. ſi certum peta. l. certum. maximè hodie per not. Decre. domini Alexandri Papę: extrà de lib. oblatio. c. fin. quidā tamen contrarium dicunt per legem. ff. de edend. l. j. & C. de edend. l. edita. Et erit cauſa petendi in hoc libello talis, Vnde cùm mea ſit, peto illam rē mihi reſtitui. Hoc verùm eſt quòd in omnib⁹ actionibus ſufficit proponere cauſam: niſi talis ſit cauſa, quæ plures pariat actiones: tunc enim nomen actionis eſt exprimēdū: vt ff. de trib. l. ꝙ in hærede. §. eligere. & ff. de lega. & fideic. ij. l. cū filius. §. variis. & ℑ. ꝙ cum eo. §. is quoq; circa fin. & in glo. ſi. oportet etiā quātitatē & qualitatem rei exprimere, ſi ſit res mobilis. & hoc per legē. ff. de rei vendi. l. ſi in rem. prima.

¶ b Aut. Hoc aut, reſpicit aliud aut quod eſt ℑ. eod. aut cum eo, &c.

¶ c Per quas. ſ. perſonales actiones.

¶ d Intendit ſ. vnuſquiſque, vel actor.

¶ e Dare. Cùm datio eſt in obligatione, vt ff. de verb. obl. l. vbi autem non apparet §. fin.

† Dare, aut facere. Hac formula A. T. M. D. F. O. N. A.

¶ Facere. Cùm factum ſit in obligatione: vt ſi promiſiſti ſcribere librum, quod petitur actione ex ſtipulatu: vt ſ. de verb. oblig. in princ.

¶ g Et aliis quibuſdam modis, id eſt, ex quaſi contractu, & ex quaſi maleficio (nec enim de his ſ. dixerat) quod reprobatur: quia ex quo dixit de iis, quæ ſunt ex contractu, vel ex delicto: per cōſequēs, & de iis, quæ ſūt ex quaſi contractu, & ex quaſi delicto, dixit: vt ſ. de oblig. quæ ex quaſi contra. in prin. & ſ. tit. in princip. Vel dic omnia iſta ſ. eſſe cōprehenſa: ſed ſunt ſ. dicta intelligenda, vbi precisè agebatur ad dandū vel faciendum: hic autem quando non precisè, ſed ſub alternatione.

Digitized by Google

vt hoc, aut illud. Sed & hoc reprobatur: quia §. non dixit, quod præcisè quid fieret. Dic ergo hic de cõdictione furtiua loqui, quæ eſt perſonalis: non tamen ex cõtractu, vel quaſi, vel ex maleficio vel quaſi, ſed ex variis figuris cauſarũ oritur: vt ff. de act. & oblig. l. j. in princ. Itẽ, de interdictis omnibus poteſt dici, quod omnia ſũt perſonalia: vt ff. de interd. ſeu extraord. act. l. j. §. fi. non tamẽ iure ordinario, ſed extraordinario ſunt introducta: vnde non continetur ſub hac diuiſione ex cõtractu vel quaſi: ex delicto tamẽ vel propter delictum quandoq; non, vt in interdicto vnde vi poteſt videri: quandoque non, vt interdicto quod vi aut clã, quando contra eum, qui non fecit opus, ſed factũ habet, datur. vt ff. quod vi, aut clam. l. iij. §. clam. & l. competit. §. fin. Et vt breuiter dicam, ille tertius articu. qui dicitur ff. eod. l. j. in princ. ex variis figuris, &c. eſt quod hic dicitur, & aliis quibuſdam, &c. Accur.

Cõmunis opinio eſt cum gloſ. quòd illa verba intelligantur de obligationibus ex quaſi contractu, & quaſi delicto: præſertim propter illa verba, & aliis, quæ deſignant ſimilitudinẽ. Sylu.

N.A. Quibuſdam modis. Veluti furti concepti, oblati, prohibiti, non exhibiti. §. 4. ſuprà de oblig. quæ ex malef.

Nullo iure. Nota hic, quòd ille qui rem meam tenet, non eſt mihi ideo obligatus, ſed ratione poſſeſſionis eum poſſum conuenire: vt Cod. de aliena. iudi. mut. cau. facta. l. j. [Nec obſtat difficile contrarium, quòd actio de peculio eſt in rem: & tamen præſupponit obligationem: quia imò eſt in perſonam. § in perſonam. j. eod. vt dicit hic Hiſpan. Sylu.] Sed oppo. teneris mihi ad rem reſtituendam: ergo es obligatus. reſpond. non eſt verum: quia verbum tenetur duobus modis accipitur. Nam ſi dicas, teneris: ideò, quia ex natura actionis ſis mihi obligatus, falſum eſt: ſi verò dicas, teneris: quia per officium iudicis debet ſibi neceſſitas imponi, vt reſtituas: verum eſt: vt ff. de rei vendic. l. qui reſtituere, & ſic hoc modo accipitur teneris, ergo es obligatus, non ſequitur ADDITIO. Et eſt ratio: quia officiũ iudicis nullã præſupponit obligationẽ. l. qui per colluſionem. in fi. ff. de act. emp. l. Quintus. in princ. & fi. & gl. ij. ff. de annu. legat. niſi largo modo: ſecũdùm quod dicit Bar. in l. fi. de iniur. & vide glo. §. in princ. in verbo. debetur. Ang.

qui nullo iure [a] ei obligatus eſt, mouet tamen ei de aliqua re cõtrouerſiã. quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti, ſi rem corporalẽ [b] poſſideat [c] quis, quam Titius ſuam eſſe adfirmet,* (&c.) poſſeſſor autẽ * (abeſt.) dominũ eius ſe eſſe dicat [d]. nam ſi Titius ſuam eſſe intendat, in rem actio eſt.

¶ Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ ſunt actiones: confeſſoria, ſcilicet & negatoria prior quidem ei qui ſibi perſonalem, ſiue rea-

b Rem corporalem. Benedicit corporalẽ: quia incorporalia non vendicantur, vt ff. de rei vendica. l. vendicatio.

c Poſſideat. Nota, in actione in rem ex parte actoris alterũ duorũ debere interuenire, ſ. dominium, vt ff. de rei vend. l. in rẽ actio. & hic. vel quaſi dominiũ, vt in emphyteuta, ſuperficiario: & in bonæ fidei emptore, & ſimilibus: vt j. eo. §. aliæ. & ff. ſi ager vect. vel emphy. l. j. §. fi. & l. ij. & l. iij. & ff. de ſuperfic. l. j. in fi. j. reſp. & §. quod ait. Itẽ, ex parte rei, ſimiliter duorum alterum, ſ. poſſeſſionem, vel quaſi: vt quia dolo deſierat poſſidere: vt hic, & ff. de interrog. acti. l. qui ſeruũ. §. in iure. & J. ſi ſeruus. & de noxa. act. l. electio. §. j. ADDITIO. Iſta glo. vix poteſt ſaluari, niſi loquatur de rei vend. ſpecialiter: quia illa nunquam competit, niſi in poſſidentem, vel quaſi.

d Dicat. hoc nõ eſt neceſſe probare, vel dicere: ſed ex volũtate dicitur hoc: vt C. de eden. l. qui accuſare. & de rei vẽ. l. fi. & J. de interdi. §. commodum. Acc.

Dominum eius. Actor ſic dicebat N. R. C. I. Q. M. E. A. Poſſeſſor, imò mea eſt. Cice. pro Murena. & Boët. in Topicis. N.A.

Aequè. §. §. proxi. ponitur de actionibus in rẽ pro rebus corporalib᷒, nũc pro rebus incorporalibus. Et ſunt duæ actiones, confeſſoria & negatoria. Et diuiditur iſte §. in duas partes. Primò, ponit de actione cõfeſſoria, quæ intẽtatur pro ſeruitute cõſtituta cõſeruanda, vel cuſtodiẽda. Secũdò ponit de actione negatoria, quæ cõpetit domino negando aduerſario ſuo ius eſſe ſeruitutis: & ſic competit pro libertate

confeſſ

Digitized by Google

conſeruanda. Secūda ibi, Contra quoque. Item, totus iſte §. ſex facit. Primò, ponit exemplū de confeſſoria, quę datur pro ſeruitute perſonali. Secundò, dat duo exépla de cōfeſſoria pro ſeruitute reali ruſticana. Tertiò, ponit quatuor exēpla de confeſſoria pro ſeruitute reali vrbana. Quartò, ponit plura exēpla de negatoria. Quintò, ponit differētiam inter actiones reales, quæ cōpetunt pro rebus corporalibus: & inter eas, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Sextò, infert quandā exceptionem. Secunda ibi, Vel per fundum. Tertia ibi, Eiuſdem. Quarta ibi, Contra quoque. Quinta ibi, Quod genus. Sexta ibi, Sanè.

lem ſeruitutē vrbani, vel ruſtici prędij debitā contendit, cōceditur: altera pro libertate vendicanda cōtra vicinū agim⁹, cuius ſeruitutis in re noſtra eſſe negamus: incorporalium autem rerum huiuſmodi actiones, ab iis, quę pro corporalib⁹ rebus competunt, in hoc differūt: quòd illæ poſſidēti concedātur, hæ verò non.

CASVS. Vendidiſti mihi vſumfructum tui fundi, eūmque mihi fruēdum permiſiſti: poſtmodum vis me vti frui prohibere, Actio mihi in rem dabitur. Neq; enim in rē corporalem illa duntaxat cōpetit, ſed etiā in corporalem. Dicam igitur, Huius fundi vſumfructū meum eſſe aio. In verſiculo, Eiuſdem. Debebam tibi ſeruitutem non tollendi, ne tuis luminibus officerem. ea aliquo modo perempta eſt. ſi nūc edificare voluero, ac tu prohibueris, agam actione Confeſſoria, Aio me ius habere altius tollendi. In verſi. Contrà. Sequuntur themata actionis negatoriæ. Titius vſumfructum in meo fundo habuit: non vtendo eum amiſit, eum ego ſtatim occupo, ſi poſtea vti frui velit, actionem habebo negatoriam in illum, qua contendam ei ius non eſſe vti frui. Item, ædes vicini mihi ſeruitutem debebant ne altius tollerentur, vicinus eas vult tollere. In rem habebo actionem. Aio tibi altius tollere ius non eſſe. Cor. Vib.

LIBELLVS PRO SERVITUTE PERSONALI.

¶ Eſt quædam actio realis, quæ datur pro ſeruitute vendicanda, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis, vt hic. §. æquè. & ff. ſi ſer. vēd. l. ij. & primò circa ſeruitutem perſonalem formatur libellus. Eſt autem ſeruitus perſonalis vſusfructus, quē habemus in rebus alienis: vt ff. de vſufruct. l. j. & §. de vſufruct. §. cōſtituitur. & ſuprà de vſu, & habita. in principio. forma igitur libellum primò in ſeruitute perſonali, in hūc modum. Dico ego B, contra C, q ipſe habet prędium: in quo habeo ius, ſiue ſeruitutem, vtendi fruendi: vnde propono cōfeſſoriam actionem cōtra dictum C, & peto dictā ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum C, vt patiatur me vti frui, condemnari. In qua etiam actione ſufficit cauſam proponere: vt ſuprà dictum eſt: & proponetur ita, Vnde cùm habeam ius vtendi fruendi, peto mihi illum condemnari. Eodem modo formabis libellum in eo, qui habet tantùm vſum, dimittendo hoc verbum frui. & poteſt addi ſic, Et quia tanto tempore me prohibuit, & impediuit vti frui, peto dictum C, in fructibus quos percepiſſem, vel percipere potuiſſem, mihi condemnari. & hoc per l. j. ij. & iij. reſpon. & l. fin. ff. ſi vſusfr. pet.

LIBELLVS PRO SERVITUTE REALI.

¶ Circa ſeruitutem realem forma ſic libellum. ſed primò ſciēdum eſt, quòd ſeruitus realis non poteſt deberi, niſi vterque habeat prædium: vnus vnum, quod ſeruiat, alter aliud, cui ſeruitur: vt §. de ſeru. §. ideo autem. & ff. comm. præ. tam ruſt. quàm vrba. l. j. in ſi. Seruitutes ruſt. præd. ſunt iter, via, actus, & aquæductus, vt ff. de ſer. ruſt. præd. l. j. in princi. Forma ergo ſic libellū in ſer. ruſ. præd. Dico ego A, contra B. quòd habeo ſeruitutem eundi per fundum ſuum ad fundum meum: vnde propono confeſſoriam contra ipſum B, & peto ipſam ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum, vt patiatur me vti hac ſeruitute mihi condemnari. Eodem modo formabis in aliis ſeruitut. ruſtic. prædiorum, & loco actionis ſi vis, potes ponere cauſam, & aſſiguare, ſcilicet, hanc, Vnde quia ius habeo eundi: & formabis, vt in libello ſuperiori continetur.

Digitized by Google

¶ a Aequè.ſ.datur actio in rem.

N.A. ¶ Aequè.i vẽdicatur res,nõ modò corporalis, verumetiam incorporalis, vt ſeruitus.

¶ b Agat. ſcilicet.actione confeſſoria. Quod ſi vocetur,legitur ff. ſi ſer.vend.l.2. in principio.

• abeſt.

¶ c Vtendi. Hęc ſeruitus eſt perſonalis: ſed ſequẽtes reales,vt ff. de ſerui. l. prima.

¶ d In rẽ actio eſt. ſ. confeſſoria.

¶ Eiuſdẽ generis. Vt ſit in rẽ.

¶ f Ius ſibi eſſe. Not. quòd confeſſoria ponitur verbis affirmatiuis,& negatoria negatiuis: & ex hoc comprehenditur medium concludendi in huiuſmodi actionibus: de quo dic,vt per Angel.hic.

¶ g Tollendi.Vt ſi eras in quaſi poſſeſſione ſeruitutis dom⁹ meę,ne mihi liceret altius tollere, me volente ædificare,debeo agere negatoria, & ita hic interſerit exemplum negatoriæ : vt ff. ſi ſer.vẽd.& l.ſi fortè.§.j.[Hæc opinio dãnatur ab omnibus hic ☞& à Præpoſ. Senen.in vij.caſu.q.j.in princ.Syl.] In hac enim ſeruitute negatoria verbis affirmatiuis,& cõfeſſoria negatiuis ponitur,vt ff.ſi ſeru.vend. l.loci. Alia verò exempla quę ponuntur, bene ponuntur in confeſſoria vſque illuc,contra,&c.Vel pone hoc exẽplum in confeſſoria : vt ſi talem mihi debeas ſeruitutem,vt altiùs teneas ædificatum,vt ff.de ſeru.vrb.præd.l.ſi arborem.§. interdum.& l.eum debere.

ADDITIO. Sed quæro, quorſum agerem, vt mihi liceat altiùs tollere, quod pati & naturaliter & ciuiliter teneris?l.altius. C.de ſer. & aqua.l.cũ eo.§.Imperatores.ff.de ſerui. vrb.Hotomanus dicit hic, quòd actio hæc nõ ſemper ſeruitutis, ſed certè libertatis etiam aſſerendæ cauſa interdum inſtituitur, vt apparet ex l. loci corpus. §. competit.ff.ſi ſeru.vendicet.l. ſi prius. ff.de noui.oper.nunti. l.iiij. §.libertatem.ff.de vſucap.

¶ Aequa [a] ſi agat [b] quis *,ius ſibi eſſe fundo fortè, vel ædibus, vtendi [c] fruendi, vel per fundũ viccini eundi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem actio eſt [d]. Eiuſdẽ generis [e] eſt actio de iure prædiorum vrbanorum : veluti, ſi quis *agat ius ſibi eſſe [f] altius ædes ſuas tollendi [g], proſpiciẽdíve, vel proiiciẽdi aliquid vel immittendi tignum in vicini ædes.

• abeſt.

¶ Contrà quoque. Seruitutes vrbanorum prædiorum ſunt, vt ſeruitus proſpiciendi, vel immittendi tignum in vicini ædes,& aliæ ſimiles:vt §. hoc §. æquè. ver.eiuſdem. & ff. de ſerui. vrb. prædio. l. j. & forma libellum in qualibet iſtarum actionum, hoc modo: Dico ego C. cõtra A,quòd ego habeo ius immittẽdi tignum de domo mea in ædes ſuas: vnde propono cõfeſſoriam cõtra ipſum,& peto dictũ ius,ſiue ſeruitutem immittendi tignũ mihi adiudicari : & ipſum A, vt me patiatur vti tali ſeruitute, mihi condemnari. & in libello potes edere cauſam pro actio. & erit cauſa talis: Quia ſeruitutem habeo immittẽdi tignũ de ædibus ſuis in ædes meas, vnde peto, &c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodem modo forma libellum in aliis ſeruitu. vrbanorum prædior.excepta ſeruitute altius non tollẽdi,in qua libell⁹ habet formari verbis negatiuis,ſcilicet,hoc modo, Dico ego A,cõtra B, quòd ipſe nõ habet ius altius tollendi ędes ſuas: quia ego habeo ſeruitutem in ædes ſuas altius non tollendi: vnde proponendo confeſſoriam contra ipſum B,peto ſeruitutem altius non tollendi mihi adiudicari:& ipſum ne altius tollat, mihi peto condemnari. Et in iſta ſicut in aliis poteſt loco actionis cauſa proponi, hoc modo : Vnde cùm habeam ſeruitutem in ædes ſuas altius non tollendi, peto, &c.

LIBELLVS PRO SERVITVTIBVS VRBANORVM prædiorum.

LIBELLVS IN ACTIONE negatoria.

¶ Eſt & alia realis actio,quæ competit pro ſeruitute neganda tã in ruſtí.prędio.quàm vrbano, & appellatur negatoria:vt ff.ſi ſer.vendi.l. ij.in princip. & hic in verſi.cõtrà.Super quo formãd⁹ eſt lib.& in ruſtico prædio & vrbano.Sed primò in ſeru. ruſt. præd. formatur libellus hoc modo,Dico ego A, cõtra B,quòd cũ ipſe ſit in quaſi poſſeſſione ſeru.eundi per fundum meum ad fundum ſuum, & ipſe non habeat ſeruitutem in fundo meo, proponẽdo nega

¶ Contrà [a] quoque de vſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum † ruſticorum, item prædiorum † vrbanorum, inuicem quóque proditæ ſunt actiones [b], vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi, agendi †, aquámve ducendi, item, altius tollẽdi [c], proſpiciendíve, *vel proiiciendi, immittendíve:

* abſunt vel, &, ve.

negatoriam contra ipſum B, peto abſolui à tali ſeruitute. In iſto libello poteſt poni cauſa loco actionis, vnde cùm ſeruitutem non habeat eundi: peto, &c. Similiter in aliis ſeruit. præd. vrb. formatur, negando, ſcilicet, vt acti. ſit negatoria, & cauſa ſimiliter. Vnde cùm non habeat ius iſtius ſeruitutis, peto, &c. Petã etiam in act. negatoria, quę datur ꝓ ſeru. vrb. præd. denegandis, ſic formari libel. Dico ego C, contra B, ꝙ cùm ipſe ſit in poſſ. immittẽdi tignum de ædibus ſuis in ædes meas, & ipſe non habeat ius immittẽdi tignũ in ædes meas, peto, &c. Et ſic formatur lib. in aliis ſeru. vrb. præd. denegandis, formando per verba negatiua. Similiter formatur ſic, quando negatur ſeruit. altius non tollendi: in qua nõ formabitur lib. verbis affirmatiuis, ſed negatiuis: hoc modo, Dico ego A, contra B, ꝙ cùm ipſe ſit in quaſi poſſeſ. ſeru. ædium mearum, ipſe habet ſer. in ædes meas, ne mihi liceat illas altius tollere: ideo peto proponendo negatoriam actio. cõtra ipſum B, ab huiuſmodi ſeruitute abſolui, & ipſum, ne me altius tollentẽ impediat, mihi condemnari. & cauſa in hoc libello proponitur talis: Vnde cùm ipſe non habeat ſeruitutem in ædibus meis, ne liceat mihi altius tollere, peto, &c.

¶ a Contrà. i. contrarium. Nam ſuprà, de confeſſoria, per quam ſeruitutes debentur: nũc de negatoria, per quam ſeruitutes denegantur: vt ff. ſi ſer. vend. l. ij. in principio.

N.A. † Prædiorum. Prędia non loco, ſed materia & qualitate diſtinguuntur, vrbana dicuntur ædificia quamuis ruri poſita, vt villæ. Ruſtica ſunt areę etiam intra vrbem, vt horti. l. 198. ff. de V.S.

¶ b Proditæ ſunt actiones. ſcilicet negatoriæ.

N.A. † Fundi agendi. Exemplum realis.

¶ c Altius tollendi. Exemplum confeſſoriæ. In his enim exemplis omnibus repetitur non. Vel dic, non repeti non, ad hoc exemplum, ſed ad alia ſic. Sed quæritur hic, quare nomina talia dantur talibus actionibus? Reſp. Pla. quia negatoria negatiuis verbis proponitur, confeſſoria verò affirmatiuis. [Communis concluſio eſt, quòd confeſſoria verbis negatiuis, negatoria verbis affirmatiuis proponatur: & ideo opinio Plac. non eſt vera reſpectu expreſſionis faciendæ in libello, ſed reſpectu intentionis agentis. vt declarant hic Iaſ. & Hiſpan. Syl.] Hæc opinio reprobatur in ſeruitute alti⁹ tollendi: ibi enim confeſſoria negatiuis, negatoria affirmatiuis verbis proponitur. Dic ergo, potiùs inſpiciendam eſſe naturam, quàm verba, vt confeſſoria ideo dicatur: quia ad hoc vt fiteatur ſe debere, datur: negatoria autem, quia negatur. Item, quare iſtæ dicuntur in rem? Reſpondet: quia ad ſimilitudinem rei vendicationis dantur. Sicut enim illa ratione dominij, vel quaſi, datur, ſic & iſtæ: vt ecce ratione dominij datur confeſſoria. ſcilicet domino fundi, cui ſeruitus debetur: vt ff. ſi ſer. ven. l. ſecunda. §. hoc autem. & ratione quaſi dominij, vt fructuario, creditori, & ſuperficiario. Item Publiciana datur ei, cui ſeruitus eſt conſtituta à non domino fundi: vt ff. de remiſ. l. prima. §. idem Iul. & de ſuperfi. l. prima. §. finali. & ſi vſufruct. pet. l. prima. & de pub. in rem act. l. ſi ego. ij. & iij. reſpon. Item, ſicut ratione poſſeſſionis, vel quaſi, datur rei vẽdicatio: ſic & hæc cõfeſſoria ratione veræ poſſeſſionis aduerſus eũ, qui poſſidet agrum, qui ſeruitutem debet: vt ff. ſi vſuf. pet. l. vti frui. §. vtrum. vel quaſi poſſidet: vt ff. ſi vſufr. pet. l. fina. Hoc idem in negatoria: nam ipſa ratione dominij, datur domino fundi, qui negat ſeruitutem deberi: vtilis autẽ quaſi domino, qui ius habet in fundo: quem negat ſeruitutem debere: vt ff. ſi ſer. ven. l. ij. Et ecõtra ratione poſſeſſionis intenditur contra eum, qui poſſidet rem ratione vſusfructus: vt ff. de acquir. poſ. l. naturaliter. vel quaſi poſſidet, vt ſi re vtatur propter illam ſeruitutem, quam ſibi dicit debitam: in quibus nec eſt vera poſſeſſio, etiã naturalis. arg. ff. de ſeru. vrb. præd. l. ſi ædes. §. libertas. & §. ſeq. & ratione horum & ſimilium, dicuntur in rẽ. Item,

not-

Digitized by Google

iſtæ quoq; actiones[a] in rem ſunt, ſed negatiuæ. Qđ genus actionis[b] in controuerſiis rerum corporaliū proditum non eſt. Nam in his[c] is agit, qui non poſſidet: ei verò, qui poſſidet[d], non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe[e]. Sanè vno ⁎ caſu[f] qui poſſidet nihilominus is actoris partes obtinet: ſicut in latioribus Digeſtorū libris opportunius apparebit[g].

⁎in hoc

not. quòd dicit Pla. quòd negatoria ita demū datur, ſi fuerit ſeruitus conſtituta, & poſtea amiſſa: ſed falſum eſt. competit enim, & ſi nulla fuit: vt ff. ſi ſer. vend. l. loci. §. competit. & l. fiſtulas.

¶ a Iſtæ quoq; actiones. De q- bus §. proxi. §. dixit. Nam ad proxima eſt facienda relatio. vt ff. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & de teſta. l. hæredes. §. ſed & ſi notan. nam aliæ non ſunt negatiuæ[†], ſed affirmatiuę: ſed in eo quod dicit, in rem ſunt, poteſt ad vtrumque referri.

N.A. † Negatiuè. Confeſſoria dicitur, quæ verbis agentibus concepta eſt, negatoria, verbis negantibus.

¶ b Quod genus actionis: ſcilicet negatoriarum, & affirmatiuarum. Et nota quòd nomen actionis largè hic ponitur: aliàs verò pro perſonalibus tantùm, vt diximus ſ. eo. §. j.

¶ c In his. ſcilicet in cauſis rerum corporalium.

¶ d Poſſidet. in ſolidum. Si enim duo aſſerant ſe poſſidere, & vterque vincit, poterit alter vendicare, vt ff. vti poſſ. l. ſi duo. in fi. j. reſp.

ADDITIO. Hotomanus hic putat legendum eſſe: Ei verò qui non poſſidet, non eſt actio prodita, per quā neget rem poſſeſſoris eſſe. Tu vide ipſius diſputationem.

N.A. † Poſſidet. Nā poſſeſſori ſufficit, quòd poſſidet. l. j ff. vti poſſid. Et in rē actionem poſſeſſio parere dicitur. l. vnica. C. de alien. iud. mu.

¶ e Neget rem actoris eſſe. Hæc verba reſtringunt præcedentia. ſ. ei verò, &c. Nā hoc perpetuò verum eſt, quòd aliàs non datur actio poſſidenti, per quam neget rem actoris eſſe. Sed poteſt poni caſus, vt poſſeſſor habeat actionem, per quam dicat ſe dominum eſſe: vt ff. de rei vend. l. officium. & ff. vſusfructus. quemadm. cau. l. ſi vſusfructus nomine. Conſtat enim cōmodatarium non poſſidere, & commodantem poſſidere: vt ff. commo. l. rei. Idem in conductore, & locatore: vt ff. de vſucap. l. non ſolùm. §. j. Alij dicunt legem illam, officiū, loqui quando alius non poſſidens agit, vt ſic ratione detentionis talis agatur. Sunt & alij, vt Baldus & Ioann. qui dicunt, quòd eo ipſo, quod agit poſſeſſor rei vendicatione renuntiat cauſæ poſſeſſionis: cùm hoc ſit poſſibile, te poſſidere, & vēdicare poſſe: prima verior eſt. Accur.

¶ Et iſta cōmuniter tenetur, quāuis nō multùm congruat huic literę. Syl.

¶ f Vno caſu. Vt in duplicib' iudiciis: vt ff. de iud. l. in tribus. & j. eod. §. quędam. & ff. vti poſſ. l. ſi duo. §. j. & j. de interd. §. iij. & ff. fam. erciſc. l. j. Vel dic, quòd dicit de qualibet exceptione ꝓponenda. Nec enim hic dicit, quòd ſit act. ſed cautè dicit, quòd partes ſiue onera actionis ſuſtinet, ſecundùm Io. vt ff. de except. l. j.

ADDITIO. Dic, nec etiam placet hoc Pet. & Dyn. quia ſecundùm hoc eſſet plus quàm mille caſus. Vnde Pet. ponit exemplum, quando reus ſuſcepit in ſe onus probandi, ſcilicet quòd res petita pertineat ad eum, & non ad actorem: vt l. circa. ff. de proba. & hoc exemplum placet hic Ioan. Fab. nam litera non dicit, actor, ſed vicem actoris ſuſtinet, & ſic non eſt propriè exceptio, ſed quædam illatio. Ang.

† Vno caſu. Reſtituo, illo caſu: vt rerū incorporalium vindicationes ſignificet. l. 5. §. vlt. ff. ſi vſufruct. pet. N.A.

¶ g Apparebit. Vt ff. de iudi. l. in tribus. ſecundùm primum: vel ff. de except. l. agere etiam.

¶ Sed iſtæ. Diuiditur in duas partes. Primò, ponit & declarat actiones pręcedētium §§. fore ciuiles. Secūdò, ponit de actionibus prætoriis: ibi, aliæ autem. Item, iſta ſecunda ſubdiuiditur. Nam primò, ponit de actionibus in rem prætoriis. Secundò, ponit de perſonalibus. Secunda inferiùs in §. in perſonam. Item, prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit, quando res petitur quaſi vſucapta, quæ non eſt. Secundò, quando vſucapta eſt: & petitur, ac ſi vſu capta non eſſet. Secunda ibi, in §. rurſus. Item prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit de actionibus prætoriis in

Digitized by Google

in rem. Secundò, de eis duo ponit exempla. Secunda ibi, Ecce plerunque. Primum exemplum proſequitur, ibi, Namque ſi cui. Secundum in §. rurſus. iam allegato. Aretinus.

¶ Iam ſecunda actionū ſectio pertractanda capitur: & primò de in rem prætoriis. Qui iuſto titulo ab eo, quem dominum credebat, rem traditam accepit, ſi prius rei poſſeſſione ceciderit, quàm vſucapionē abſoluerit, is aduerſus poſſeſſorē Publicianā in rem actionē intentare poteſt: vt perinde ei reſtituatur, acſi vſucapione eius rei dominium nactus fuiſſet.

¶ Sed iſtæ quidē actiones, quarum

CASVS. Audiui primā diuiſionem, quæ actionis naturam eſſentiámque attingebat. Explica mihi, quæſo nūc eam, quæ ſubiectum in accidētia diſtribuit. Actionū igitur quaſdam ius ciuile, quaſdam Prætor pro ſuo imperio introduxit. Superioris ſpeciei quaſdam antea propoſuimus. alterius nunc tibi exemplum exponetur, ſi modò prius admonuerimus harum quoque quaſdā eſſe in rem, quaſdam in perſonam. In rem, veluti, Seruum mihi alienum bona fide accipiēti vendidiſti: ad eum vſucapiendū, opus erat triennio: quum tamen eum amplius duobus annis non poſſediſſem, amiſi. Ius ciuile mihi non dat actionem contra poſſeſſorem, eam etenim duntaxat concedit dominis. ego autem dominus nō ſum. Seruum igitur illum amittebam, niſi Prætor quidam Publicius hoc iniquum eſſe videns, mihi actionem in rem dediſſet, qua perinde ac ſi rem vſucepiſſem, dicam, Aio hunc ſeruum meum eſſe: quæ actio ex auctoris ſui nomine dicitur Publiciana, Corn. Vib.

¶ Not. primò, quòd actiones de quibus ſuprà, ſunt de iure ciuili. Item, quòd Publiciana introducta eſt iure prætorio. Item, quòd dictio, aliæ eſt implicatiua. Item, quòd Prætor dabat actiones: & ſic videtur colligi, quòd ſtatuta conderet. Item, quòd in materia generali exempla ſunt neceſſaria. Item, quòd dictio, plerunque, denotat regulam in cōtrarium. Item not. aliam diuiſionem actionum. Item, quòd in Publiciana requiritur traditio, vel quaſi. Item, quòd ſi quis bona fide, & iuſto titulo rem acquiſiuit à non domino, & eius rei poſſeſſionem amittat, datur ei Publiciana contra poſſidentem, vel cōtra illum, qui rei reſtituendæ facultatem habet. Sylueſt.

¶ Sed iſtæ. Latenter accedit ad ſecundam diuiſionem, ſcilicet aliæ ſunt ciuiles, & aliæ prætoriæ, & de omnibus exempla ponit. Sed quæritur de duabus, ſcilicet de actione in rem, quæ datur cōtra eū, qui dolo deſiit poſſidere. Videtur enim Prætoria, vt ff. de noxal. act. l. act. §. j. Sed & ciuilis videtur inſpecta perſona actoris, qui de iure ciuili admittitur ad agēdum: vt ff. de rei vendi. l. in rem actio. Sed dic, eā ciuilē inſpecta potius perſona actoris, quæ dignior eſt: vt ff. de dol. ma. except. l. purè. §. fin. Et hæc conſideratio ſemper habetur. nam hæreditatis petitio dicitur prętoria, quādo bonorum poſſeſſori datur, vel fideicommiſſatio, licet contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore detur, & ècontra, ſi detur hæredi de iure ciuili, dicatur ciuilis: vt ff. de pet. hær. l. j. Semper enim iudicamus an actio ſit ciuilis vel prætoria, inſpecta perſona actoris. [Communis opinio eſt, quòd actio hæc inuentione ſit ciuilis, per extenſionē tamen poſſit dici prætoria: vt dicit hic Iaſ. Sylu.] Secundò quæritur de actione commodati. Sed dic, eam ciuilem: vt ff. commod. l. in commodato. §. ſicut. Et quòd dicitur eod. tit. ff. commod. l. j. in princ. in glo. ait Prætor. quæ eſt gloſſ. j. vel approbando, vel confirmando dicit, non inueniendo, ſicut & de petitione hæreditatis dicitur. ff. ſi par. hæredi. petat. l. j. in princ. Sed tamen ipſa ciuilis eſt, cùm ſit ex ſenatuſconſulto, & centumuiralis dicatur: vt ff. de petit. hære. l. item veniunt. §. cùm antequam. & C. de hære. pet. l. ſi. in princip. Omnes enim actiones, quæ oriuntur ex his quinque partibus iuris, ſcilicet legibus, ſenatuſconſultis, plebis ſcitis principum placitis, & reſponſis prudentum, ciuiles ſunt. Quæ verò à magiſtratibus, vel Prætorum edicto deſcendunt, prætoriæ ſunt: vt ſuprà de iur. nat. §. cōſtat. vſque ad §. ex non ſcripto. & ff. de iuſtitia & iur. l. ius autem, & infrà de perpet. & temporalib. actioni. in prin.

Aliæ

mentionem [a] habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles [b], ex legitima [c], & ciuilibus cauſis deſcendunt. Aliæ autem [d] ſunt quas Prætor† ex ſua iuriſdictione cõparatas habet, tam in rem [e], quàm in perſonam: quas & ipſas [f] neceſſariũ [g] eſt exemplis oſtẽdere. vt * ecce [h], plerunq; [i] ita permittit Prætor * in rem agere, vt vel actor dicat [k] * ſe quaſi vſucepiſſe, quod nõ vſuceperit: vel ex diuerſo [l] poſſeſſor [m] dicat aduerſarium ſuum non vſuceperit.

¶ Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate Prætoris illi, qui rem nactus eſt a nõ domino ex aliquo iuſto titulo, qui eſſet aptus ad dominij trãſlationem, & datur quaſi ipſe rẽ vſuceperit. Aret.

* abeſt. * abeſt. * dicere.

Aliæ autem præter duas ſupradictas certæ ſunt, vtrum ſint prætoriæ, vel ciuiles. Accurſ.

¶ a Quarum mentionem. ſ. expreſſam, vt de quibuſdam dictum eſt.

¶ b Et ſi quæ ſunt ſimiles. Vt quæ ſunt ex cõtractu, vel quaſi: vel ex delicto, vel quaſi: & quæ deſcendũt ex variis figuris cauſarum, vt ſ. eod. §. j. & ij.

¶ Quãuis Dyn. hic acerrimè inuehatur in hãc gl. tamen communiter docto. eã ſaluant, præſertim cùm exẽplicatiuè loquatur. Sylueſt.

¶ c Ex legitimis. i. ex lege duodecim Tabularum, &, pro id eſt ciuilibus. Vel dic ciuilibus, id eſt, ex auctoritate iuris prudentum, & eorum reſponſis. nam totũ eſt ius ciuile, vt ff. de iuſt. & iur. l. ius autẽ ciuile. & de orig. iur. l. ij. §. nouiſſimè.

¶ d Aliæ autem. Aduerte, quòd hic doctores ita diſtingunt hunc. §. incipiendo ibi, Sed iſtæ quidem. tamen communiter allegatur in materia Publicianæ. §. aliæ. hic, & non ſuperius incipiendo.

† Prætor. Ciuiles ipſo iure competere dicũtur: Prætoriæ ex iuriſdictione Prætoris dantur l. iij. ff. rẽ pup. ſal. §. non autem. infr. de perp. & tempor. Itaque Prætoriæ, ſiue honorariæ directis, legitimis, ciuilibus opponuntur l. 26. §. 2. ff. de noxal. l. 5. §. vlt. ff. de his qui deie. vel effu. N.A.

¶ e Tam in rem. id eſt, tam in rem tantùm, quàm in perſonam tantùm, Nec enim aliqua prætoria inuenitur, quæ ſit mixta, ſcilicet in rem, & in perſonam, licet ciuilis talis inueniatur: vt infrà eod. §. quædam. [Dic non eſſe verum talem petitionem hæreditatis eſſe miſtam: quia communis opinio eſt in contrarium, vt in rubr. ff. ſi cert. pet. Sylu.] Et primo hic de realibus dicit vſque ad §. in perſonam, & poſtea de perſonalibus dicet. Accur.

¶ Rationem aſſignant doctor. in rubr. ff. ſi cert. pet. Sylueſt.

¶ f Ipſas. ſ. prætorias: quaſi diceret, non ſolum ciuiles, quas expoſuimus.

¶ g Neceſſarium. id eſt, vtile: quod enim medicamenta morbis, hoc exhibẽt iura negotiis: vt in authent. hæc conſtit. Inno. in princ. col. viij. Nec enim neceſſitas in principe poni poteſt: vt ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. princeps. Itẽ, quia per exẽpla apertius intelligitur: vt hic, & C. de trãſact. l. vt reſponſum. & ff. de collat. bon. l. Prætor. §. Iulianus.

¶ Intellige neceſſariũ quo ad intellectũ, non quo ad legiſlatorem. Sylueſter.

¶ h Ecce. Hoc eſt primum exemplum, quod exponitur ſtatim ibi, nãque, &c.

¶ i Plerunque. Quia hoc ſemper dicere non poterit: ſcilicet contra dominum, niſi in caſibus: vt ſtatim dicemus.

¶ k Dicat. Agendo Publiciana.

ADDITIO. Dicet enim poſſeſſori perinde atq; ſi vſucapionem compleuiſſet, ſe dominũ eſſe. Significat enim vox Quaſi, non Fermè, ſed Tanquam ὡσανεί, perinde acſi. vt docet Franciſc. Hotoma.

¶ l Vel ex diuerſo. Hoc exponitur infrà. §. rurſus.

¶ m Poſſeſſor. id eſt, dominus quondam, ad quem rediit tunc poſſeſſio. Vel dic poſſeſſor quondam, nunc petitor.

LIBELLVS IN ACTIONE Publiciana.

¶ Nãque ſi cui. Hic tractatur de actionibus prætoriis realibus: & primò de Publiciana, in qua, qualiter formetur libellus, eſt videndum. Vnde ſciendum eſt, quòd actio Publicia. cõpetit, quando res aliena traditur ex iuſta cauſa, vnde ſi cadet à poſſeſſione aliquo caſu, poterit hac actione agi contra poſ-

Digitized by Google

¶ Nanque ſi † cui ex iuſta cauſa [a] res aliqua tradita [b] fuerit, (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum † eius rei dominus effectus [c] eſt: ſi eius rei poſſeſſionem caſu [d] amiſerit, nullam [e] habet in rem directam [f] actionem ad eam rē perſequendam: quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, vt quis dominiū ſuū vendicet [g]. Sed quia ſanè durum † erat, eo caſu [h] deficere actionē [i]: inuenta eſt à Prætore actio [k], in qua

ſeſſorem, niſi ſit dominus, qui poſſidet: vt ff. de Publ. l. j. §. penult. & fin. & ſuprà eod. §. prox. ver. ecce plerunque. Formabis ergo ſic in hac actione libellum: Dico ego A, contra B, quòd ipſe detinet rē mihi traditā ex cauſa emptionis, quam quaſi vſucepi, vnde proponēdo Publicianam contra ipſum B, peto ipſam rē iure quaſi dominij mihi adiudicari, & eundem B, ad eius reſtitutionē cōdemnari. In hoc libello licet nomen actionis nō ponatur, ſufficit vt cauſa datur, quæ talis eſt: Vnde cum ipſam rem quaſi vſuceperit, peto, &c. vt in prædicto §. ecce plerunque. vel poteſt aſſignari pro cauſa hoc, Vnde cùm ipſa fuerit mihi tradita ex cauſa emptionis, peto, &c. & eſt eadem prima cum iſta: quia traditio ex iuſta cauſa parit vſucapionem, vt ff. de Pub. l. j. ij. iij. & iiij.

N.A. † Namque ſi. Prior Publiciana eſt vtilis vindicatio, quam Prætor, ei qui ex iuſta cauſa rem bona fide poſſeſſam nondum vſuceperat, aduerſus prædonem, aut nullo titulo poſſidentem, eius recuperandæ cauſa concedit. l. j. de Public. l. 35. ff. de oblig. & actio.

ADDITIO. Dic, quòd attẽta ratione gloſ. ſi eſſet ſeruitus vrbana, quæ nõ eſſet deformatio ciuitatis, poſſet obligari: vtputà, obligo tibi ſeruitutem altius non tollẽdi: donec pecunia non ſoluatur. nam tunc valeret: ita dixit Bart. in d. l. ſi is qui. §. fin. Ang.

¶ b Hac appellatione. ſcilicet hypothecaria: vt hac actione peti poſſit à quolibet poſſeſſore.

¶ c Maximè. Hoc abundat: vt C. de teſtama. l. fin. §. ij. Duo enim oportet interuenire, vt ſit pignus, & quod tradatur creditori, vt hic: & quòd mobilis ſit: cùm pignus à pugno dicatur: vt ff. de verb. ſign. l. plebs. §. pignus. Si autem mobilis eſt, & non tradatur. item, ſi immobilis eſt, tradatur vel non, hypotheca eſt. Patet ergo, quòd quatuor ſunt prætoriæ actiones in rem, ſcilicet, Publiciana, & reſciſſoria, & Seruiana, & quaſi Seruiana. Item, aliæ duæ reales præiudici[illegible]s: vt infrà eod. §. præiudiciales. Eſt & alia quæ datur ſuperficiario, quando quis ad nõ modicum tempus conduxit: vt ff. de ſuperfi. l. j. in fin. j. reſpon. §. quod ait. & l. ſi. & ff. de rei vend. l. ſuperficiario. Eſt & octaua actio in rem: vt quæ datur metum paſſo. nam illa prætoria eſt in rem: vt ff. quod met. cau. l. metũ. §. volenti. Sunt & aliæ. ſ. bon. poſſeſſoria hæreditatis petitio, item fideicommiſſoria hæreditatis petitio. Prima datur ei qui ſuccedit per Prætorem. Secũda ei, cui per Trebellianum hæreditas reſtituta eſt: vt ff. de bon. poſſ. hær. pet. l. j. & ij. & ff. de fideic. hære. pet. l. j. ij. & iij. & ſic x. ſunt prætoriæ in rem.

¶ In perſonam. Iſte §. vſque ad §. pœ-

nales. tractat de tribus act. perſonalibus, iiſdémque prætoriis. Et hoc principium vſque ad §. actiones autem, diuiditur: quia in principio præmittit de actione conſtituta, & de peculio. Item & de iuramento in genere, & ſecundò in ſpecie: & de vnaquaq; dicit. Secũda ibi, de cõſtituta. Itẽ, prima ſubdiuiditur: quia primò ponit qualiter olim erat in actione conſtituta & receptitia: hodie verò ſunt omnia redacta ad conſtitutã. Secunda ibi, ſed ex noſtra.

CASVS. Quoniam explicaſti actiones in rem à Prætore inſtitutas, velim mihi nunc in perſonam actiones ex eodem iure ortas demonſtres. veluti, Debebam ego tibi cẽtum Calend. Septemb. ea quum à me peteres cõſtitui me tibi ſoluturum Calend. Maij proximis: neq; huiuſce rei vlla tamen ſtipulatio eſt interpoſita. Calend. præteritis, quæro, an poſſis aduerſus me agere? minimè. nam ius ciuile ex nudo pacto non peperit actionem. Sed prætor quidem æquitati naturali fauens, conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit: quia graue eſt fidem fallere: Actionem ergo tibi in perſonam tribuit, per quam dicere poſſis, Aio te mihi dare cẽtum oportere. Erat enim olim in vſu receptitia, ſimillima Conſtitutitiæ: quæ concedebatur ei, cui Argentarius ſiue Trapezita ſe ſoluturum conſtituerat. & ea erat frequentiſſima: quia olim qui pecuniam ſoluebant, ſæpius ex argentarij menſa, quàm ex domo, & arca pecuniam dabant. Corn. Vibul.

¶ Not. Prætorẽ induxiſſe actiones perſonales. Item, quòd iure antiquo fuit actio Receptitia, quæ plenior erat: quippe in qua veniebant etiam nudo pacto omnia, ſiue in genere ſuo functionem reciperent, ſiue non: vbi in actione de cõſtituta ſolùm veniunt ea, quæ functionem recipiunt. Quæ autem

¶ In perſonam [a] quoq; actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet Prætor: veluti de pecunia [b] conſtituta: cui ſimilis [c] videbatur Receptitia.†Sed ex noſtra cõſtitutione [d] (cum & * ſi quid plenius habebat, hoc in actionẽ pecuniæ conſtitutæ trãsfuſum eſt) & * ea [e] quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cũ ſua auctoritate à noſtris legibus recedere. Item Prætor [f] propoſuit actionem de peculio ſeruorũ, filiorúmque familiarum, & eã ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias [g] complures.

¶ Quiſque quod a ſe, aliove debetur, ſeſe ſoluturũ nudo pacto conſtituit, actione de conſtituta conueniri poteſt.

¶ De conſtituta † autẽ pecunia [h] cũ omnibus [i] agitur, quicũque * pro ſe, vel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint [k] nulla [l], ſci-

fuerint de actione Receptitia transfuſa in Conſtitutam pecuniam, videre potes in l. receptitia. C. de conſti. pecun. Item, not. quòd quamuis aliquid ſit de Receptitia transfuſum in conſtitutam, non per hoc amiſit proprium nomen cõſtitutæ. Item, quòd lex correcta nõ eſt amplius reputãda, nec allegãda in numero legum. Item, ꝙ actio de peculio & iuramenti eſt Prætoria. Item not. qui teneatur de cõſtituta. Et pro intellectu huius text. in ver. de cõſtituta vide Hieron Verium Senen. in repetitio. rubr. ff. de verb. obli. col. xlv. Syl.

* abeſt.

* abeſt.

¶ a In perſonã. Quaſi dicat, dictum eſt de realibus prætoriis, ſequitur de perſonalibus prætoriis, licet & de quibuſdam perſonalibus. ſuprà interpoſuerit. §. Item ſi quis.

¶ b De pecunia. vt ff. de conſtit. pecun. l. j. in princip.

ADDITIO. Eſt autem conſtituere (vt docet hic Hotomanus) id quod iã debetur, daturum facturúmve pro ſe, vel pro alio promittere, quod Græci dicunt κατὰ τάξασθαι.

¶ c Cui ſimilis. ſ. quo ad quædam, quia vtraque dabatur, vbi quis conſtituebat ſe ſoluturũ pro ſe, vel alio: ſed & diſſimilis videbatur: quia actio de conſtituta pro his tantùm rebus in conſtitutione deductis competebat, in quibus mutuũ conſiſtit. ſ. quæ põdere, numero & menſura cõtinentur: ſed Receptitia, quando aliæ res in conſtitutione deducebantur, ſed hodie pro omnibus competit actio de conſtituta, cùm omnes res appellatione pecuniæ contineantur: vt C. de cõnſti. pec. l. ij. §. pen.

N.A. ¶ Receptitia. Receptitia, erat ciuilis actio, quæ dabatur aduerſus argentarios, qui receperant ſe rem quamlibet, etiam non debitã, certum in diem, locúmq; ſoluturos l. ij. C. de conſt. pec.

¶ d Conſtitutione. vt C. de conſtitut. petu. l. ij.

¶ e Ea. ſcilicet, Receptitia. Accurſ.

¶ f Itẽ Prætor. Hæc capitula exponuntur infrà, prox. §. Et ideo hîc non dicas.

¶ g Et alias. De quibus dicet infrà §. pœnales.

¶ h De conſtituta autem pecunia. i. hæc act. quæ ſic vocatur.

† De conſtituta. Cõſtitutoria eſt, per quam, id quod vel naturali iure, vel prætorio debitum cõſtitutum eſt, petitur. l. j. & paſſ. ff. de cõſtit. pec. Recipere, eſt fide ſua promittere. Vnde receptitia dicitur. Conſtitutum eſt pactum nudũ, quia fiebat quibuſuis verbis. N.A.

* vel.

¶ i Cum omnibus. ſcilicet aptis. aliàs obligari pro ſe interuenit conſtitutio: vel aliis, vbi pro aliis interuenit conſtitutio. ſic ergo furioſus, cùm nec pro ſe, nec pro aliis obligetur. nec conſtituere ſe debere poteſt. Idem in prodigo & ſimilibus. Item, mulieres, cum aliàs pro ſe tantùm obligentur, & hæ conſtituent pro ſe tantùm, & non pro aliis: vt ff. de conſti. pec. l. j. & ij. Accur.

¶ k Conſtituerint. Vt puta, per hæc verba. Conſtituo me ſoluturum, quod ego, vel ille debet, & ſimilia: vt ff. de conſtit. pecun. l. qui autem. in fin. & l. ſeq. & hoc ita. ſi ſit debitum quod præcedat, ſiue ciuile, & naturale ſimul, ſiue naturale tantùm, ſiue prætorium: ſecus ſi ciuile tantùm: vt ff. de conſtit. pecu. l. j. §. pen. & fin. & l. iij. §. j.

¶ l Nulla. Ergo ex nudo pacto oritur actio hic. quod eſt contra ius cõmune poſitum. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. & §. quinimo. & §. vt puta. verſic. idem Marcellus. & ver. idem reſponſum. & C. de pact. l. legem. Et eſt hoc ideo fortè ſpeciale: quia ſicut vnum pro eo, qui conſtituit, inducitur:

Digitized by Google

tur: vt non teneatur, niſi elapſis decem diebus: vt ff. de conſtit. pecu. l. promiſſor, cùm aliàs ſtatim teneatur: vt ff. de verb. oblig. l. cum, qui Kalendis. §. quoties, & de verbor. ſignif. l. cedere diē. ſic & aliud contra eum, vt ex nudo pacto teneatur: arg. ff. de iureiur. l. eū qui. in princip. Sunt & alij adhuc ſex caſus, in quibus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce, in donatione hodie, licet olim fuerit neceſſaria ſtipulatio. vt C. de do. l. ſi quis argentū. §. ſinautem. Item, ſi mulier dotem ſine ſtipulatione dare marito cōuenit: vt C. de do. promiſ. l ad exactionē. & de rei vxo. actio. l. vnic. §. j. Item, ſi quis ob honorem decretum, vel decernendum palàm pollicitus fuerit, id eſt, ſine interrogatione: vt ff. de pollici. l. j. §. j. & l. pactum. item in nautico fœnore: vt ff. de nautico fœnore. l. periculi. in fin. Item, in acceſſione frumēti, vel vini, vel olei, vel horrei: vt C. de vſur. l. frumēti. Itē, in vſuris ciuitati promiſſis: vt ff. de vſur. l. etiam. Aliàs autem propter ſui frigiditatē nudum pactum actionem parere non poteſt.

ADDITIO. Adde alios caſus, vt puta in curia mercatorum. arg. l. Quintus Mutius. ff. mand. & ibi Bart. Item, ſi fieret in iudicio: quia tūc fingitur ſtipulatio. Item, quando per actū nudum aliquid abeſt parti, ſi non ſernet promiſſa: quia cōtra non ſeruantem datur actio de dolo: vt eſt tex. not. in l. elegāter §. ſeruus. ff. de dolo. vt hic per doct.

a Iure ciuili. Vel actione ex ſtipulatu, vbi certum eſt in ſtipulatione: vel condictione certi, quæ ex ſtipulatione oritur, vbi eſt certū: vt ſuprà de verb. oblig. in prin. quæ ſtipulatio eſt à iure ciuili inducta, vt hic: cùm de iuregentium ipſa non fuerit: licet alij contractus fuerint de iuregentium, vt ſuprà de iur. nat. gen. & ciui. § ius autē. Non autem dicitur ideo de iure ciuili, ꝙ non habeat in ſe vinculum naturale: imò habet, quia ſine conſenſu non valet, qui conſenſus eſt de iure naturali: vt ff. de pact. l. j. §. penult.

Adde, ꝙ Albe. & Oldr. fuerūt in opinione per hunc text. ꝙ in ſtipulatione non ineſſet cōſenſus naturalis, nec haberet naturale vinculum: tamen cōtrarium verius eſt, vt dicit hic. gloſ. & ad hunc text. dic, ꝙ non negat, quin etiam ſtipulator naturaliter teneatur, licet dicat iure ciuili teneri: & ſi fortius induceretur: ꝙ text. hic voluerit facere differentiā inter contractum de conſtituta & ſtipulationis: & ſic ꝙ in primò ſit naturalis æquitas. l. j. ff. de conſtit. pecu. in ſtipulatione ergo. nō ſit. Reſp. ꝙ noluit facere talem differētiam, prout communiter text. hic intelligitur, ſed voluit ponere differentiam inter actionē pretoriam, & ciuilem: de qua facta fuit diuiſio ſuprà in §. ſed iſtæ. quam proſequitur etiam in hoc §. dicendo, quòd actio de cōſtituta eſt prætoria, niſi interueniat ſtipulatio: nam tunc eſt ciuilis. Et ſic intellige verba text. aliter. quàm ab aliis intelligantur, ſcilicet vt dicatur, iure ciuili tenetur, ergo nō prætorio: non ergo non naturale, & hunc puto verum ſenſum huius text. Sylueſt.

licet ſtipulatione interpoſita. nam alioqui, ſi ſtipulāti promiſerint, iure ciuili [a] tenentur.

¶ Pro filij vel ſerui contractu eatenus pater aut dominus actione de peculio impetiri poſſunt quatenus peculij vires patiuntur.

LIBELLVS IN ACTIONE de conſtituta pecunia.

Hic tangitur de actionibus prætoriis perſonalibus: in quibus qualiter formetur libellus eſt vidēdum. Et primò de act. de conſtit. pecu. eſt videndum. Et naſcitur iſta act. quoties aliquis cōſtituit ſe ſoluturum, quod ipſe debet, vel alius: vt ff. de conſtit. pecu. l. qui autem. in fin. & l. ſequendum tamen ſit debitum ciuiliter, & naturaliter: vel naturaliter tantum: ſecùs ſi ciuiliter tantum: vt l. j. §. penult. & l. iij. §. j. in d. tit. Vnde ſic formabis lib. Dico ego A, contra B, ꝙ ipſe cōſtituit ſe ſoluturum decem libras, quas ipſe mihi debebat cauſa mutui: vnde proponendo act. de conſt. pe. contra ipſum B, peto eundem mihi in dictis decem libris condemnari. Et erit cauſa iſtius actio. hæc ſcilicet, Quia conſtituit ſe mihi ſoluturū, quod debet mihi, ideo peto, &c. Sed ſi pro alio conſtituit ſe decem libras tibi ſoluturum, formabis in narratione ſic libellum: Vnde cùm ipſe pro tali conſtituerit decem libras mihi ſoluturum: peto &c. Et eodem modo formabis, ſi ex alia cauſa, quàm ex mutuo debeatur.

Actio

Digitized by Google

¶ Actiones autem. CASVS. Pamphilo filiofamiliàs centum dedi mutuo. nunquid ius ciuile vinculum obligationis ipſius patri iniicit, vt cogatur ea mihi ſoluere? nequaquam. nam xij. tabulæ aſpernātur contractus, qui cum filijſfamiliæ fiunt, ſi quidem ad eos obligādos facti ſint. Sed Prætor quidam intelligens iniquū eſſe, ſi vllum ſit peculiū me fruſtrari: quandoquidem peculium ex re patris non eſt, ſed filij, propterea actionem inſtituit: qua poſſim à Patre Pamphili petere, quatenus peculium filij ferre poſſit. Quod eodē modo de ſeruo qui peculium habet, iudicandum eſt. Cor. Vib.

¶ Not. quòd actio de peculio eſt prætoria. Item, q peculium dicitur quaſi patrimonium ſerui vel filij. Item not. figuram loquendi ibi, peculio tenus. Sylueſt. Ald.

¶ Actiones autem de peculio [a] ideo aduerſus patrē [b], dominúmve [c] cōparauit Prætor: quia licet ex contractu filiorū, ſeruorumve ipſo iure [d] non teneātur, æquū tamē eſt peculio tenus (quod veluti patrimoniū eſt filiorum filiarúmque, item ſeruorum) condemnari eos.

LIBELLVS IN ACTIONE de peculio.

¶ Hic tangitur de act. de peculio, quæ datur contra dominū ex contractu ſui ſerui: vt infrà quòd cum eo, in princ. & etiam datur contra patrem nomine filij. Formabis ergo in ea ſic lib. Dico ego A, contra B, quòd vendidi D, ſeruo ſuo equum pro decem, quare ipſe de peculio ſerui ſui D, mihi tenetur, vnde proponendo contra ipſum B, act. ex vendito, peto quatenus eſt in peculio ipſius ſerui ſui D, vſque ad quantitatem illorum decem ipſum B, mihi condemnari. Et aduerte, quia hæc dictio. de peculio, non eſt proprium nomen act. ſed eſt quædam adiectio: ſicut exercitoria, inſtitoria & tributoria, arg. l. iij. §. Iulianus. ff. de pec. Et erit cauſa in hac act. talis. ſ. Quia vendidi, quam ſufficit proponere loco act. ſcilicet ſic: Vnde quia pro decem vēdidi, peto &c. Similiter contra patrem ex contractu filij poteſt ſic formari libellus: dico ego A, contra B, q vendidi C, filio ſuo, quem ipſe habet in poteſtate, equum pro decem &c. De filio in poteſtate feci mentionem: quia qui ſui iuris eſt. peculium habere non poteſt: vt C. de inoffic. teſta. l. fin. in fine.

¶ a De peculio. Volunt quidam dicere hæc eſſe propria nomina actionū, ſcilicet, de peculio, & de in rem verſo, & quod iuſſu: item exercitoria, & tributoria, & inſtitoria, ex eo quòd leges plerunque appellāt eas actiones: vt hic. Sed verius eſt, vt adiectiuè ponantur. ſic enim dicitur mandati actio de peculio: vt ff. de pecu. l. iij. §. cui cōgnouit. Accurſ.

+ Ad §. x. Actiones autem. Actio de peculio eſt, quæ datur ei, qui cum filiofamil. ſeruóve ignorante, patre, dominóve, contraxit aduerſus patrem dominúmve: vt quatenus in peculio eſt damnetur. Quòd autem in iis qui ſui iuris ſunt patrimonium dicitur, id in filiisfa. & ſeruis peculiū appellatur l. 182. ff. de verb. ſig. N. A.

¶ b Patrem. ſ. reſpectu filij. Accurſ.

¶ c Dominúmve. ſcilicet, reſpectu ſerui: ſunt enim correlatiua.

¶ d Ipſo iure. ſcilicet ciuili: quod non vult. vt alter ex alterius perſona obligetur: & ſic pater non debet teneri pro filio, inſpecto iure ciuili, ſicut, eo inſpecto pro ſeruo non debet teneri dominus: quia ſeruus pro nullo eſt inſpecto iure ciuili: vt ff. de regu. iur. l. quod attinet. Sed tamen Prætor æquitatem conſiderat: vt quia peculiū quaſi patrimonium eſt filij, vel ſerui, vt ſubiicit: quia peculium eſt, quod ſibi quis parcimonia quærit: vt ff. de pecu. l. peculium. in princ. verè tamen non eſt patrimonium filij peculium: vt C. de inoff. teſt. l. fi. in fi. Item nec ſerui: vt ff. de verb. obli. l. liber homo ij. in fin. j. reſpon. Ideo tamen quia quaſi patrimonium eſt, patrem pro filio, dominum pro ſeruo teneri dicit. Diligenter tamen diſtingue, vtrum cōtrahat filius vel ſeruus: vel quaſi contrahat. Item, vtrū delinquat, vel quaſi. Si contrahat quilibet illorum: dominus vel pater actione ex eo cōtractu tenetur in peculiū. In cuius cōdēnatione deducitur ex ipſo peculio quicquid ſeruus naturaliter domino debuit: vt quia dominus ſeruo mutuauit: vel aliàs ſecum contraxit. Item, deducitur quod debetur iis, qui ſunt in poteſtate domini: vel tutela vel cura: cùm videatur dominus præueniſſe, vt ff. de peç. l. ſed ſi dampnum.

Seruus pro nullo reputatur.

Patres pro filijs & domini pro ſeruis, an teneantur actio. de peculio.

Digitized by Google

damnum.§.j.& ij. obligatur enim ſeruus domino naturaliter: vt ſuprà de fideiuſſ.§.j. & ſunt hæc communia in ſeruo & filio, excepta cauſa mutui: ex qua nec filius nec pater tenetur: ſecus in ſeruo. vt infrà tit.j.§. illud & C. ad Maced. l.penult. Item, quæ dicta ſunt, quãdo cõtrahit filius vel ſeruus: eadem & quãdo quaſi contrahit: vt ſi alterius negotia geſſit: vt ff. de negot.geſt. l.filiusfamil. Præter hanc actionem de peculio adhuc pater, vel dominus quãdoque tenetur de in rem verſo, quando ſcilicet filius in rem patris, vel ſeruus in rem domini conuertit: & eſt in ſolidum vſq; ad quantitatem verſam: vt infrà tit.j.§.in rem Azo. de peculio agitur, quatenus peculium durat: vt infrà eod.§. ſunt præterea. & infrà titul.j. §.in rem autem. Item, eſt actio, quod iuſſu, quæ eſt in ſolidum, quando filius vel ſeruus iubente domino vel patre contraxit: videtur enim contrahi cum ipſo patre, vel domino: vt ff. quod iuſſu.l.j.§.fin. Item, ſunt aliæ tres, ſcilicet exercitoria, quæ datur contra dominum nauis qui præpoſuit magiſtrũ nauis ſeruum ſuum, & eius rei gratia contractũ fuit. Et ideo dicitur exercitoria: quia exercitor dicitur dominus nauis. Item inſtitoria, quæ habet locum, quando aliquis ſeruum ſuum tabernæ, vel ſtationi præpoſuit. Item tributoria, qua agitur ita quòd dominus vocatur in tributum: vt infrà tit.j.§. introduxit. & §.inſtitoria.& §.j. In delictis autem, & quaſi delictis, idem olim ſeruabatur in filio & ſeruo, vt pro noxa dari poſſent: vt infrà de noxa. in fin. tit. Sed hodie pro ſeruis tantùm agitur noxaliter: vt ibi dicitur, & pro delictis, vt infrà de noxal.in princ. & ff. de noxa.l.j. & in quaſi delictis: vt ſi ſeruus habitãs cum domino, habuit ſuſpenſum vel appenſum, vel effudit aliquid quod alicui nocuit: vt ff.de iis, qui deiec.vel effud. l.j.§.ſi ſeruus.& l.ſi verò.§.Prætor.niſi in duobus caſibus: vt ff. de iis, qui deie. vel effud. l.j.§. cum ſeruus. vbi nõ habitat cum domino. & ff. de minor.l. quod ſi minor.§.ſi ſeruus. Porrò licet in delictis, & quaſi agatur noxaliter, tamen & de peculio agitur ſi locupletatus eſt dominus, inquantum id peculium locupletius eſt: vt ff.de iudi.l. tam ex contractibus.ff. de pecu.l.licet. §.ex furtiua cauſa.

Actio tributoria.

¶ Item ſi quis poſtulante.

¶ Aduerſario iuramentũ deferẽte, ſi quis in iudicio iurauerit, omiſſa principali debiti quæſtione, iuranti ex ſacramento actio datur.

CASVS. Quum iudicium tibi oſtentarem, denuntiarémque me breui litem aduerſus te intentaturum, quòd te mihi centum debere dicerem, iuſiurandũ mihi detuliſti. Iuraui, ego te mihi cẽtum debere. quæro, an propter hoc iuſiurandum ius ciuile vinculum tibi iniecerit obligationis, mihique actionem concedat, per quam centum abs te petere poſſim hoc ſolo nomine, quòd iurauerim ea te mihi debere? nequaquam Prætor tamẽ quidam qui magnam eſſe vim iuramenti iudicabat, vinculum iniecit, actionémque conſtituit. Corn.Vib.

¶ Not. quòd iuramentum litis deciſiuum habet vim plenæ probationis. Item, ꝙ ex eo oritur actio in factum. Item, quòd præſtatur altero ex collitigantibus deferente & non aliter. Item, quòd ſtatim eſt iurandum ſecundum aliquos. Item, virtutem hanc iuramenti. Sylueſt.

LIBELLVS IN ACTIONE in factum ex iureiurando.

¶ Hic tangitur de iureiurando præſtito ex delatione iudicis: vel partis aduerſæ, ex quo oritur actio in factum, ſi iuretur non adiecta cauſa, ex qua dicat ſibi deberi, ſcilicet, ſi iuret informiter: ſi autẽ adiiciat cauſam, ex qua dicat ſibi deberi: Veluti ex mutuo, vel ſimilibus, oritur actio ex illa cauſa: & tũc dicitur iuraſſe formiter, quaſi forma, ſiue cauſa adiecta: vt l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit. ver. ſi.idem dicemus.& §.Marcellus.ff.de iureiur. Et ideo forma in illa libellum ſic: Dico ego A, contra B, quòd cùm peterem ab ipſo decem cauſa mutui, ipſe detulit mihi iuramẽtum: & ego ſimpliciter iuraui, quòd ipſe mihi debebat illa decem, vnde proponẽdo actionem in factum ex iureiurando prouenientem, peto dictum B, in dictis decem libris mihi condemnari. Cauſa in iſto libello erit talis. Quia iuraui. quæ poterit poni loco actionis. Si autem iuraui formiter, id eſt adiecta cauſa: vt ſcilicet quia ex cauſa mutui debebat, tunc dicam: Vnde quia proponendo condictionem

nem

Digitized by Google

nem certi, quæ naſcitur ex mutuo, iuraui ex cauſa mutui mihi deberi peto, &c.

ADDITIO Putat autem Franciſc. Hoto. hic Prætoris edictum non niſi in eo iuramento locum habere, quod cõuentionale ad exẽplũ ſtipulationum cõuentionalium dicere poſſumus, hoc eſt, quod ex pactione vtriuſq; partis quaſi iudicis, ac diſceptatoris officio fungitur.

Item † ſi quis poſtulante [a] aduerſario, iurauerit [b] deberi [c] ſibi pecuniam, quam peteret, neque ei ſoluatur, iuſtiſſimè [d] accommodat ei talem actionem [e]: per quam non illud quæritur [f], an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.

Item ſi quis. ſcilicet actor. Accurſ.

N.A. † Ad §.II. Item ſi. Actio de iureiurando eſt, per quam actor, qui delata ſibi conditione, dari ſibi oportere iurauit, intẽdit aduerſariũ ſibi, ob illud ipſum iuſiurandum, damnandum eſſe l.j.l.ix. §.j.ff.de iureiur. Quia iuſiurandum habet vim probationis, pacti conuenti tranſactionis, quaſi contractus. l.v.ff. de peculio.

a Poſtulante. id eſt, petente reo, vel deferente. ſi enim ſine voluntate aduerſarij iuraretur, nihil proficeret iuramentũ, vt ff.de iureiur.l.iij.in princ.

b Iurauerit. Vel ei remiſſum fuerit: vt ff.de iureiur.l.non erit.§.ſi.& l.ſeq. & C.de rebus credit.l.actori.

ADDITIO. Idem ſi poſt acceptatum iuramentum etiam antè, quàm iuretur, pœniteat deferentem, quia habetur pro remiſſo.

c Deberi. ſic ſimpliciter: ſcilicet non adiecta cauſa, quare debeatur, quod informiter dicimus. ſi autem cum forma, veluti, quia vendidi, tunc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex ſacramento, cum pro veritate accipiatur: & aduerſario ſimiliter actionem tribuit, ac ſi verè contractus præceſſiſſet. Idem eſt in aliis contractibus: vt ff.de iureiurando.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit. & §.idem dicimus. & §. Marcellus. Item circa actionem realem, ſi rem ſuam eſſe iurauerit: datur actio in rem vtilis: præterea in factum contra deferentem tantùm, vel hæredem: vt ff. de iureiur. l. nam poſtea.§.fin. & l.ſeq. Et ita actori interdum datur in factum, interdum vtilis ex eo contractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei, ſi iurat in actione perſonali: tunc exceptionem tantùm parit. Si autem in actione reali, tunc diſtinguitur, an iurauerit rem petitoris non eſſe: quo caſu exceptio tantùm datur, an ſuam eſſe: quo caſu etiam actio, ſi res ad actorem redeat non contra alium. & hoc quod dixi in actore, habet locum, ſi iuratur ex ſacramenti delatione: ſed ſi iuratur ex traditione facta occaſione iuriſiurãdi, tũc Publiciana datur cõtra quemlibet, cùm ſit iuſta cauſa traditionis: vt ff.de iureiur.l.nam poſtea.§.fin. & l.quia. & l.ſeq. & de Publ.l.j.in fin. vſque ad l.cum qui. Nec obſt. in eod. tit.de iureiur.l.eum, qui §.ſi parenti. quia ibi verbum, duntaxat, dominum tantùm excludit, contra quem Publiciana non datur, vt ff. de Publicia. l. penult.& fin.

Iuramẽtum vel quandoque exceptionẽ, quãdoque actionẽ parit.

ADDITIO. Hæc glo. in iſta parte fin. communiter reprobatur. vide hic ad longum Iaſ.

d Iuſtiſſimè. Quia propter ſacramentum datur.

e Actionem. In factum. C. de rebus cred.l.actori.

f Non illud quæritur. Etiam ſi periurium vellet probare: quia ſufficit diuina vltio: vt ff.de dolo. l.quòd ſi deferente. & l.ſeq.& C.de reb.cred.l.iij. niſi in caſibus: vt C.de reb.cred. l.fin. & ff.de iureiur.l.admonendi. Et not.q hoc ſacramentum quod eſt de re: vt ff. eo.de iureiur.l.quoties. id eſt, de veritate: vt ff.ad l.Corn. de fal.l.j. §.qui in rationibus, triplex inuenitur. Voluntarium, quòd ex volũtate datur, ſuſcipitur, & recuſatur, & extra iudicium fit: vt ff.eod.de iureiur.l.iuſiurandum quod. Item neceſſarium, quod neceſſitate impoſita à iudice defertur & ſuſcipitur: vt arg.ff.de in lit.iur.l.ſi.Nec enim poteſt hoc ſacramentum referri, vel recuſari, niſi prætẽdatur iuſta cauſa recuſationis, vt C.de reb.cred.l.generaliter. §.ſin autem. Item iudiciale, quod ſic dicitur à iudicio: quando, ſcilicet pars parti ſacramentum in iudicio defert. quod nõ eſt neceſſe ſubire: ſed poteſt recuſari, & referri: vt C.eod. de reb.cred. l. delata. & l.generaliter. §.ſinautem. ſed iure veteri nõ poterat recuſari: vt ff.eod.l.manifeſtæ. Sed ſecundum P.ita demum actio in factum datur ex ſacramento, ſi ſententia non ſubſe

ſubſequatur, aliàs quare oriretur actio in factum, cum ex ſententia eadem naſceretur: vt C. de reb. cred. l. actori. Sed nos contrà, licet enim duæ ſint, & ad idem, & eodem nomine, non nocet: vt ff. de act. empt. l. non eſt nouū. & ff. de fideiuſſ. l. hæres à debitore. ſemel tamē fiet exactio tantùm: vt ff. de verb. obli. l. quibus. & de reg iu. l. bona fides.

¶ Qui edictum in albo Prætoris poſitum corruperit, vel qui vocat patrem, vel patronū in ius ſine venia, & eximēs uolo aliquem vocatū in ius, vel eximi faciens, tenetur actione prætoria. Aretinus.

¶ Pœnales quoque. CASVS. Superioribus actionibus perſequimur ipſā rem, quæ nobis debebatur, aut noſtra erat. Alias quoq; actiones Prætor introduxit, quæ pœnam aliquam perſequuntur. veluti, Solebāt Prætores Romæ edicta ſua publicè promulgare atque proponere, vt ab omnibus legerentur. Aliquis edictum diſcidit, aut quoquo modo corrupit. Prætor ſtatim vinculum obligationis in illum iniicit, actionémque cuiuis de populo concedit, qua ab illo quinquaginta aureos pœnæ nomine petere poſſit. Item filius emācipatus iure ciuili poterat patrem in ius vocare, vt libertus quoque patronum. Prætor id non ſine ſua venia fieri iuſſit, alioqui pœnam quinquaginta aureorum conſtituit. Si ergo vel filius patrem, vel libertus patronum in ius ſine Prætoris venia vocarit, actio in eum iure Prætorio dabitur, qua pœnam illam ſoluere cogetur. Item quum quis in ius ducitur: ſi à quopiam vi eximatur, ſimilis actio à Prætore conceditur, per quam pœna exigitur. Corn. Vib.

¶ Not. Pœnales actiones differre ab iis, quæ ſunt rei perſecutoriæ, quæ plus fauoris habent, quam pœnales. Item, quòd dictio multa, eſt apta nata comprehēdere infinitatem. Cùm enim ſint plurimæ actiones pœnales deſcēdentes ex iuriſdictione Prætoris, voluit ſimpliciter Imperator multas dicere: ſed cùm temperamēto illius verbi, penè. Item, quòd nemini impunè licet corrumpere album Prætoris, vel edicta in eo affixa. Item ſecund. Ang. ꝙ literis ſculptis aut ſcriptis in muro, vel lapidibus fides habetur. Item, quòd non ſufficit petitio veniæ, niſi impepetretur. Item, quòd paria ſunt eximere, vel dolo facere, ꝙ alius eximat. Item, ꝙ filius non poteſt parentes venia nō petita in ius vocare: quod non intelligas in filiis natis ex damnato coitu: & parētes intellige in infinitum. Item quod ſi quis aliquem vi eximat, qui in ius vocetur, tenetur ad pœnā quanti actor in litem iurauerit. Item, ꝙ dictio innumerabilis, ſupponit pro eo quod eſt, de facili non innumerabilis. Sylueſt.

LIBELLVS CONTRA CORrumpentem album Prætoris.

¶ Hic de act. pœnali tangitur: & primò de illa quæ datur de albo Prætoris corrupto. Erat enim album Prætoris, dealbatio quædam poſita in eminenti loco, in quo erat ſcriptum de citando aliquem, vel de aliquo præcepto generali, vel ſpeciali: vt ff. de alb. ſcri. l. j. & ij. Et eſt pœna 50. aureorum ſtatuta cōtra corruptorum malitiam: vt ff. de iur. omn. iud. l. ſi quis. Forma ergo in hac act. ſic libellum: Dico ego A, cōtra B, quòd ipſe corrupit album Prętoris: vnde proponēdo cōtra ipſum B. actionem in factum, peto ipſum B. in 50. aureos nomine populi mihi cōdemnari. Iſta enim act. popularis debet dici à populo, quia ius populi tuetur: vt ff. de po. act. l. ij. Et erit cauſa iſtius actionis hæc: Quia album Prætoris corrupit, quæ poterit poni loco actionis.

LIBELLVS IN ACTIONE In factum, quæ datur patrono vel patri contra libertum vel filium, &c.

¶ Eſt & alia actio in factum, quæ datur patrono contra libertum, vel patri contra filium: & illa habet locū quando libertus patronum in ius venia nō impetrata, vel filius patrem vocat, vt C. de in ius voc. l. ij. & hic in verſ. veluti. & eſt pœna illius 50. aureorum: vt ff. de in ius voc. l. pen. Forma ergo libellum ſic in hac actio. Dico ego A, contra B, libertū meum, ꝙ ipſe me vocauit in ius nō impetrata venia: & ideo incidit in edictū, & tenetur ad pœnam 50. aureorum. vnde proponendo cōtra ipſum B, act. in factum. peto eundem mihi

Digitized by Google

mihi condemnari in 50. aureis nomine pœnæ. Et erit cauſa iſtius actionis, quia me patronum in ius vocauit, non impetrata venia quæ proponi poteſt loco actionis. Et eodem modo ſi pater agat contra filium, hac actione formatur libellus. Sed caue, quia hæc actio non datur contra filium, qui eſt in poteſtate: quia etiā impetrata venia non poſſet patrem in ius trahere: vt C. de in ius voc. l. ſi. quia nulla lis inter patrem & filiū eſſe poteſt, niſi de caſtrenſi peculio, vel quaſi: vt ff. de iu. l. lis nulla.

¶ a Pœnales quoque. Dictū eſt ſuprà de prætoriis rei perſecutoriis, nunc de pœnalibus prætoriis. Sed quæ eſt differentia inter pœnales, & rei perſecutorias? Reſp. multæ: quia pœnales prætoriæ ſunt annales, excepta actione furti: vt infrà de perpe. & temp. act. in prin. ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ: vt ff. de act. & oblig. in honorariis. Itē pœnales odioſæ ſunt rei perſecutoriæ non: vt ff. de pœn. l. interpretatione. Itē pœnales non tranſeunt cōtra hæredes, niſi aliquid ad eos peruenit, vel lis ſit cōteſtata: vt C. ex deli. defun. l. j. ſed perſecutoriæ ſic: vt ff. de actio. & oblig. l. ex contractibus. Item vbi plures tenentur rei perſecutoria, vno ſoluente, cæteri liberantur: non ita in pœnali: vt C. de condict. furt. l. j. & ff. de lib cau. l. vlt. & ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. ſi plures. Accurſ.

¶ b Penè. id eſt ferè. Vel melius dic, quòd abundat: nam veræ multæ ſunt, & ſanè in vetuſtis codicibus non habetur, & prorſus vacat.

ADDITIO. Vetus liber D. Germani Colladonij habet Bene multas, quod ſine dubio rectum eſt, & reponendum.

N.A. † Aduerſus eum. Vt in aureos quinquaginta damnaretur l. vij. ff. de iuriſd.

¶ c Quid. id eſt, aliquid.

¶ d Ex albo. Erat enim album, dealbatio quædam poſita in loco eminenti, vt apparet in authen. de lit. §. omnem, ibi, voce enim præconum, &c. in quo albo erat ſcriptum, vel de citando aliquo, vel de alio præcepto generali, vel ſpeciali: vt ff. de albo ſcrib. l. j. & ij.

¶ Adnota, Hic de tertio prætoriarū actionum genere, quas ideo pœnales appellamus, quia ad pœnā, nō etiam rei perſequendæ cauſa competunt.

¶ Pœnales quoque[a] actiones Prætor penè[b] *multas ex ſua iuriſdictione introduxit, veluti aduerſus eum †, qui quid[c] ex albo[d] † eius corrupiſſet[e]: & in eum[f], qui patronum[g], vel parentem[h] in ius vo-

* bene.

ff. de iuriſ. omn. iud. l ſi quis id.

N.A. † Ad §. 12. Ex albo. Album, tabula fuit alba, in qua deſcriptum Prætoris edictum, publicè legendum, cognoſcendūmque proponebatur l. ij. §. eod. ipſe. ff. de offi. iud. l. vij. ff. de edēdo.

¶ e Corrupiſſet. Vel poſitum ſuſtuliſſet, quamuis non corruperit: & ſiue per ſe, ſiue per aliū & tūc ambo tenētur, nec vnus liberat alium, & eſt in quinquaginta aureos, vt d. l. ſi quis, & l. ſequenti. tenetur etiam ille corruptor lege Cornelia de falſis: vt ff. ad legem Corneliam. de falſis. l. pen. cuius pœna eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, in ſeruis etiam vltimum ſupplicium: vt ff. ad legem Corneliam de falſis. l. j. in fin.

¶ f In eum. ſcilicet filiū, vel libertum datur actio in factum: quæ eſt ſimiliter pœnalis (vt ſuperior) in quinquaginta aureos quæ datur patrono, vel patri: & ſi libertus non poſſit ſoluere dictam pecuniam, caſtigabitur. Idem fortè in filio, licet noxaliter non detur: vt ff. eod. ſcilicet de in ius voc. l. pen. & infrà de noxa. in fin. ſuperior tamen punit ſolum dolum, hic ſolum factum conſiderat, vt C. de in ius voc. l. venia.

¶ g Patronum. Subaudi vel patronam: item filios, & parentes eorum: vt ff. de in ius voc. l. iiij. §. j. Et accipe hic patronum, qui manumiſit: vel pro quo iudicatum eſt in cauſa ingenuitatis, & libertinitatis. Vel ſi ex cauſa fideicommiſſi manumiſit. Vel ſi emit eo pacto, vt manumitteret, & manumiſit, vel non manumiſit, ſed ex conſtitutione diui Marci peruenit ad libertatem: vt ff. de in ius voc. l. adoptiuum. §. j. & l. is quoque. & l. ſed & ſi hac lege. Item liberos patroni, accipe mares & fœminas & parentes etiam adoptiuos: vt d. l. ſed & hac lege. §. liberos quoque. & §. parentes. Accurſ.

¶ h Vel parentem. Et hic accipe marem, & fœminam, & vſque in infinitum: vt etiam ſi Adam viueret, non poſſet vocari in ius ſine venia. Item non refert, ſi ſunt legitimi parentes vel naturales, vt ff. de in ius voc. l. iiij. §. j. ij. & iij. l. parentes. & lege patris. & l.

Digitized by Google

ingrediendo, vel in ius vocaſſet [a], cùm id nō impetraſſet [b] †

& l.adoptiuum.in princip.

a In ius vocaſſet, id eſt, iuris experiendi cauſa vocaſſet: vt ff. de in ius voc.l.j.& hoc ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, multo magis: nam & tunc, ſcilicet quando cauſa eſt criminalis, etiã cum venia non poteſt, quia non cõceditur: vt ff.de in ius voc.l. ſed & ſi. §. prætor ait.& ff. de accuſ.l.qui accuſare. in fi.& l.hi tamen.§. ij. Sed quid ſi ſolùm libellum dedit? Reſp.non incidit in hoc edictum:vt ff. de in ius vocan. l. libertus.ij.Item, quod ſi non veniat vocatus? Reſp. ſemper incidit, ſed facilius remittitur hæc pœna, quando vocatus non venit:vt ff.de in ius vocan.l.quamuis. Sed quidam dicunt vocãtem nullo modo cadere in edictum, ſi vocatus non venit ex prædicta l. quãuis.& hoc ideo: quia verba cum effectu ſunt accipienda:vt ff.ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi exi.l. pen.§. docere.ſed prima ſententia verior eſt:quia in d. l. quamuis, non dicit, quòd non incidat in edictum, ſed quòd non remittitur pœna, niſi cauſa cognita. Item, nunquid hæres poteſt vocare in ius ſine venia? Et certè ſi extraneus eſt, poteſt: vt ff.de obſeq.præſtan.à liber.l.hæres. Si filius non poteſt vocari in ius ſine venia. Sed quare ſecus in herede liberti, & in herede patroni? Reſpon. in primo odiũ verſatur, quod debet reſtringi: in ſecũdo fauor, qui debet prorogari, vt ff.de lib.& poſth. l.cùm quidam. Item, ſi alter agat tutorio nomine, vel curatorio arg.ff.de in ius vocan.l. ſed ſi hac lege. §. fi.& l. quæſitum. Ratio: quia nemini officium ſuum debet eſſe damnoſum:vt ff.quemad. teſtam.aper. l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.

N.A. † Impetraſſet impetraſſet (inquàm) quia. parentem, aut patronum vocare in ius, ſine venia Prætoris, quod non licebat l.2.D. de in ius voc. filium autem intelligimus emancipatum, & parentem emancipatorem.

b Cum id non impetraſſet: id eſt, non petiſſet, & non accepiſſet. debet enim à Prætore ſic petere: Domine, permitte mihi, vt poſſim conuenire patrem vel patronum meum, vt colligitur infrà de pœn.te.litig.§.fin.& ff. de in ius voc.l.iij.& iiij.§.j. illud etiam quæro, an hæc poſtulatio veniæ debeat fieri in perſonis omnium, qui in ius vocari non poſſunt, qui enumerantur. ff. de in ius voc.l.ij.& ſi non fiat, quòd cadat in pœnam? Quidam dicunt quòd ſic, nos quòd non: quia hæc pœna in eum tantum ſtatuitur, qui incidit in edictum: at illæ perſonæ in edicto non continentur: quod maximè pro a- tur ex hoc §. Aliter tamē puto eos puniendos, prout placuerit iudici, ad ſimilitudinem iſtorum. Sed nunquid hæc petitio hodie eſt correcta, vt quia habent hodie liberti ius natalium & regenerationis: vt in authen. vt lib. de cæ.§.j. Reſpond. non: quia & ibi reſeruantur iura patronis: maximè obſequialia, quæ natura debentur. Superiora quãtum ad libertum plana ſunt: in filio diſtingue, aut erat emancipatus, aut in poteſtate: ſi emancipatus erat, habent locum ſuperiora: ſi verò in poteſtate, tunc nec cum venia nec ſine venia poteſt conuenire patrem:vt C.de in ius voc.l. fin & ff.de act.& oblig.l.actiones. niſi pro caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio:vt ff.de iu. l.lis nulla.& tunc cum venia:vt ff.de in ius vocan. l. adoptiuum. §.j. & hoc cum agit contra patrem. Si autem contra extraneum, tunc ſecundum vetera iura tantùm quinque actiones filiofamiliàs competebant. vt ff. de act. & oblig. l. filiusfamiliàs. & l. in factum actione. Sed hodie omnes venientes ex aduentitia cauſa, vt dixi ſuprà per quas perſo. nob. acq.§.j. Item quæro, quis iurabit de calumnia, cum filiusfamiliàs in iudicio erit? Reſon. ſi filius emancipatus, petita venia *, patrem conueniat, iurabit filius, ſi maior eſt, aliàs curator ei dabitur ad litem:vt in authen.vt lic. mat. & auiæ. §. j. in fin. col. viij. ſi autem ſit in poteſtate patris, & agat de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio: tunc iurat filius, cum paterfamiliàs habeatur, vt ff.ad Mace. l.ij. ſi verò eſſet minor, daretur curator liti, non perſonæ: cùm ſit in poteſtate:vt C.de fur.l.fin.in princip. & de bon.quæ lib.l.fina. §. ſi autem pro patre. Si autem contra extraneum agat filius, ſi agat pater eius nomine, pater iuuat: vt C. de iureiuran. propter calumn. dando. l. ij.§. quod obſeruari. Si filius, fortè patre abſente, vel ſecundum veteres leges in quinque caſibus, vel ſecundum nouas in omni aduentitia cauſa iurat filius, cùm ſuo nomine agat: & maior eſt, ſi modo pater in aduentitiis non habet vſumfructum: aliàs pater ageret, &

* *aſt de & obſeruata, vt hîc in textu Pretium;*

Digitized by Google

reſponderet, & iuraret: vt C. de bon. matri. l. j. in princ. vbi verò filius iurat, licet pater non habeat vſumfructum, debet pater cõſentire filio agenti, & reſpondenti: vt C. de bon. lib. l. fin. in princip.

Itē, aduerſus eum a, qui vi exemerit †eum qui in ius vocaretur, cuiúſve

ADDITIO. De iſto iuramēto vltra hanc gloſſ. vide per glo. in l. ij. quod obſeruari. C. de iureiurand. propter calumn. dan.

¶ a Item aduerſus eum, cùm ſcilicet datur actio in factum pœnalis: vt ecce cùm vocarem Titium in ius, qui tenebatur mihi actione temporali, dum eſſet in itinere, detinuiſti eum vi vel capiendo eum per perſonam, vel faciendo dolo vt alius eum detineret, & tantum, quòd dies actionis meæ exiuit: teneris enim mihi quanti iurauero in litem, & ſic eſt actio pœnalis ex parte mea: qui vltra rei veritatem fortè iurabo: & ex parte tua, quia das mihi aliquid, & tibi nihil adeſt vt ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi exi. l. penul. §. j. Super hoc §. j. quæro, cùm duo ſint tituli, vt ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt vi ex. & alius tit. de eo per quem factum erit, de quo fit mentio in hoc §? Reſpon. de primo: quia inde oritur actio ex vtraque parte pœnalis vt dictum eſt: ſed ex alio eſt pœnalis ex parte rei tantùm: cùm ad intereſſe actoris detur: vt ff. de eo per quē fact. erit. l. fin. primo reſpon. Item primus, de quo fit mentio hic conſulit actori tantùm. vt patet in l. j. & iiij. §. eximere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi exim. At ſecundus conſulit & vocato, non ſolùm vocati. vt ff. de eo per quem factum erit. l. j. §. ſi reus. in fi. & l. fi. primo reſp. Item, primus habet locum, quando aliquis exemptus eſt ante ſatiſdationem, & poſt in ius vocationem: ſed ſecundus poſt ſatiſdationem, ſcilicet factam in iudicio ſiſti, & alias quæ firmant iudicium, vt ff. de præt. ſtip. l. j. in princ. Et patet hæc differentia ex ordine illorum titulorum. Item primus, quando vi exemptus ſit quis: at ſecundus, etiam ſi ſine vi: vt patet in l. j. §. ſi dolo. de eo per quem fact. eſt. & tit. ne quis eum qui. l. j. & ij. in fi. Vel ſatis dici poteſt, quòd de vtroque hic loquitur: quia licet duo ſint illi tituli, tamen de vno edicto ſunt. Item, & quod dicatur pœnalis actio etiam illa quæ ex vna parte tantùm eſt pœnalis. Super hoc. §. ſecundo quæritur, Nónne per conuentionem ſolam etiam iure veteri perpetuabatur actio: vt ff. de act. & ob. l. conſtitutionibus. non ſolùm per noua iura, vt ff. de præſcr. xxx. anno. l. cum notiſsimi. & l. ſicut? Reſp. hic non per executorem, ſed per ſuam denuntiationem eum conuenerat. Vel verbum quaſi, poſitum in d. l. conſtitutionibus, aſſertiuè ponitur, non ſimilitudinariè: & ſecundum hoc hodie eſſet correctum, quod hic dicitur. Vel dic, quòd talis fuit cõuentio in illa. l. conſtitutionibus. quæ pro lite conteſt. habebatur, vt quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus: vt C. quand. li. prin. da. li. conteſt. fac. l. j. & ij. Vel dic ſecundum Io. quòd leges veteres circa perſonales actiones loquuntur, vbi non perpetuantur per executorem: ſed lex illa, cùm notiſſimi & l. ſicut in rem. loquuntur in reali: vnde adhuc etiam hodie non corrigitur, quòd hic dicitur.

ADDITIO. Hanc etiam impugnāt doct. quia d. l. ſicut. & d. l. cum notiſſimi. loquuntur tam in perſonalibus, quàm in realibus. ſecundùm Iaco.

¶ Exemerit, qui in ius vocabatur, ſi pedem ſtrueret, vi rapiebatur: ſi quis eximeret actio erat in exemptorem, quanti ea res erat l. penult. ff. ne quis. ei qui in ius voc. N. A.

LIBELLVS IN ACTIONE in factum contra eum qui debitorem, &c.

¶ Præterea datur actio in factum contra eum, qui debitorem alicuius vocatum in ius vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipſe liberaret eum, à temporali obligatione, qua obligatus eſſet: & datur in ipſum actio in quantum actor iurauerit in litem contra ipſum: vt ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi exi. l. pen. §. j. Et formatur libellus in hunc mundum: Dico ego A. contra B, quòd ipſe debitorem meum in ius vocatū vi detinuit, quo minus in iudicio compareret, vt ita liberaretur debitor actione, qua mihi tenebatur. vnde proponendo actionem in factum contra ipſum B. peto eundem B. quantum in litem iurauero mihi condemnari. Et cauſa iſtius actionis eſt: Quia vi exemit à iudicio meum debitorem, & ita actione qua mihi

tenebatur, liberatus eſt: quam cauſam ſufficit proponere loco actionis. Eodem modo formatur contra eum, qui procurauit, vt alius eximeret. Sed quid, ſi non vi, ſed alio modo procurauit, quo minus veniret? Dic quòd tunc habet locum actio in factum, quæ procedit ex eo edicto, Per quē factum erit quo minus in iudicium veniret, & datur ad intereſſe actoris: vt ff. de eo per quem fac. erit. l. fin. §. reſponſ. Et hæc eſt differētia inter hanc actionem & ſuperiorem, quæ deſcendit ex eo edicto, Ne vis fiat ei &c. Et in vtraque eodem modo formabis libellum, ſed in prima facies mentionem de vi, in ſecunda nequaquam.

** in factum actiones. T.*

dolo alius exemerit, & alias innumerabiles a *.

¶ Actiones quibus quæritur, an quis ſit liber, an ſeruus, libertus an ingenuus filius, an non præiudiciales in rē ſunt: quorū prima ciuilis eſt, reliquæ verò prętoriæ: ideo ſic dictæ, quia magnum in eis præiudicium verſatur,

ADDITIO Inuitos autem homines in ius ducere licebat: vt patet ex Plauti Perſa, hîc ab Hotomano citata: Vnde, inquit, Nonius Marc. in ius vocare, pro trahere accipitur. quod etiam arguitur ex l. quamuis ff. eo. vbi de patrono inuito, aut non inuito, in ius vocando ſpecies refertur, & quòd certæ quædam perſonæ, eæque perpaucæ, excipiuntur, quas inuitas vocare non licet: vt qui in domo ſua eſt. l. plerique. & ſeq. ff. eod.

¶ a Innumerabiles. Imò numerari poſſunt. ſed dicuntur innumerabiles, quia de facili non poſſunt numerari: vnde dicitur non poſſe fieri, quod vix fieri poteſt: vt ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. Enumera ergo aliquas, vt eſt actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur infrà. §. quadrupli. Item actio, quod metus cauſa. Itē, furti manifeſti. Item ſerui corrupti in duplum: de quibus dicemus infrà. eod. §. omnes autem actiones. Sunt & aliæ in factum, vt de effuſis, & eiectis, & de appenſis. vt ff. de iis, qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. Prætor. Et aliæ multæ ſunt quas enumerare non expedit Accurſ.

Actiones pœnales prætoriæ ſunt multæ.

¶ Præiudiciales autē. CASVS Quoniam dominus Imperator ita nos hoc conuiuio excepit, vt inanes quàm ſatiatos dimittere malle videatur, demus operam vt adoleſcentium ſtudia, quantum in nobis erit, iuuemus. Aurelius poſtulabat operas à Fannio, quaſi liberto. Fannius ſe liberum defendebat. Prætor coget Fannium ſponſionem facere, Ni ſuus libertus ſit, eique actionē dabit: quæ ideo dicitur Præiudicialis, quia valde præiudicat futuræ cauſæ. nam ſi libertus iudicatus ſit Fannius, in ſequenti iudicio Aurelius probationis cauſa hanc ſentētiam proferet. Item Diuortio facto Terentia poſtulat à Tullio, vt partum alat: ille ſuum eſſe negat. Prætor Terentiam coget ſponſionem facere, Ni Ciceronis ſit filius, eiq; actione dabit: quæ ideo præiudicialis vocatur, quia cauſæ inſequenti (vt res oſtendit) magnum affert præiudicium. Cor Vib.

¶ Not. quòd iſtæ tres actiones præiudiciales dicuntur habere cauſam ſtatus, quia ipſa eſſentialis conditio hominis vertitur in quæſtionem. Item, quòd iſtæ tres actiones dicuntur prætoriæ, & in rem. Item quòd tres ſunt cauſæ ſtatus. Syl.

LIBELLVS IN ACTIONIbus præiudicialibus.

¶ Hic loquitur de præiudicialibus actionibus. Et primò videndum eſt de illa, qua quæritur, an aliquis ſit liber, vel ſeruus: & habet locum, quando aliquis vendicat ſibi in ſeruum eum, qui eſt in poteſtate, & poſſeſſione libertatis: vel quando is, qui eſt in poteſtate ſeruitutis, vendicat ſibi libertatem. In primo, forma ſic libellum, Dico ego A, contra B, quòd licet ipſe B, ſit in poſſeſſione libertatis, eſt tamen ſeruus meus: vnde vendico ipſum in ſeruitutem, & peto eundem mihi adiudicari. Et econtra ſi B, ſit in poſſeſſione ſeruitutis Titi, ſic formabitur libellus: Dico ego B, contrà C. quod licet ipſe C, me Poſſideat in ſeruitute, ſiue in libertinitate: liber tamen ſum: Vnde vendico me in libertatem, & peto me liberum pronuntiari: & ipſum C, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. Item forma ſic libellum in illa præiudiciali, quæ quæritur, an aliquis ſit libertus vel ingenuus. Dico ego B, contra C, quòd licet ſit in poſſeſſione ingenui-

Digitized by Google

tatis:tamẽ eſt libertus meus:vnde vendico ipſum in libertũ ſiue in libertinitatẽ,& peto ipſum tanquã libertũ meũ mihi adiudicari. & ecõtrà ſi à B,poſſideatur vt libertus, ꝓponetur ſic libellus:Dico ego C, contra B, ꝙ licet poſſideat me vt libertum: tamen ſum ingenuus, vnde vendico me in ingenuitatẽ,& peto me ingenuũ pronunciari: & ipſum B,ne me impediat vti ingenuitate,mihi condemnari. Item in illa præiudiciali,qua quæritur, an quis ſit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo:Dico ego A,contra B,quod licet ipſe ſit in poſſeſſione ſui iuris: tamen filius meus eſt: vnde vendico ipſum in filium,& peto eum in filium mihi adiudicari. E conuerſo formabitur ſic libellus: Dico ego A,contra B. quod licet ipſe poſſideat me in filium: tamen dico me non eſſe filium eius: vnde vendico me in propriam libertatem,& peto me nõ filium eius iudicari, & ipſum A, ne me impediat vti propria libertate, vt extraneum mihi condemnari. Iſtæ autem actiones dicuntur præiudiciales,vt hic.quia præiudicant omnibus aliis actionibus, vel quæſtionibus, ſiue criminalibus, ſiue ciuilibus:quia primò quæritur, &c. vt ff.de origin.iur.l.j.& ij. in princip. & ff.de ordin.cognitio.per totum.

cum per eas de ſtatu hominis quęratur, aut quis cæteris quæſtionibus præiudicium faciant: vt ſ. interea ſileant quandiu hę ventilantur.

N.A. † Ad §.Præiudiciales actio. præiudicialis dicitur, quia quæritur vtrum quis liber, an ſeruus;libertus,an ingenuus;filius ſit,an ſuppoſitus. Eadem liberalis cauſa dicitur. Dicitur etiam præiudicium: quia magnum ad reliquum hominis ſtatum, atq; conditionẽ præiudiciũ adfert.l.14.ff.de probat.

¶ a Præiudiciales. Pro conſtanti ponit,quòd hæ prætoriæ ſunt: cùm in tractatu prætoriarum ponãtur:& ſunt in rem,quia res petitur,& vendicatur. Vnde quæritur, quare non poſuit has ſuprà inter reales prætorias? Reſpon. quia quædam de eis eſt ciuilis, vnde eius occaſione,& de cæteris hic dicere reſeruauit. Et ſunt tres. Prima eſt, per quam quæritur, an aliquis ſit liber, ſubaudi, vel ſeruus. Secunda. an aliquis ſit libertus,ſub.vel ingenuus.Tertia eſt de partu agnoſcendo, per quam quæritur,an quis ſit filius vel non: vt omnia conſequatur, quæ filius à patre conſequi debet, aliàs autem agitur de partu agnoſcendo propter alimenta tantum. & tunc filiationi non præiudicatur,quia ſummatim quæritur:vt ff.de lib.agno.l.j.§.Iulianus.& l.ſi quis à liberis ali. §.ſi vel parens. & ff. de iis, qui ſunt ſui vel ali.iu.l.ſi iudex. licet videatur contra. C.de ord.cog.l. ij.§.fin. ſed dic, vt ibi.Sed dicũt quidam & malè, quod tantùm duæ ſunt, & de duabus primis faciunt vnam hoc modo, an aliquis ſit liber, id eſt ingenuus, vel libertus, & hæc vna. Aliam vero de partu agnoſcendo non mutant. Sed prima opi. verior eſt: cùm ſit commodus ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui:vt ſuprà quib. mod.teſt.infir.§. alio autem modo. Itẽ quia poſteà dicit:Cæteræ verò,&c.& ita loquitur de pluribus, excepta vna. In prima ergo vbi quæritur,an ſit liber vel ſeruus:dico,quòd ſiue ſeruus agat cõtra dominum, dicens ſe eſſe liberũ:ſiue econtrà dominus contra ſeruũ: & ſeruus ſit in poſſeſſione libertatis, ꝙ hæc actio in rem,quæ intenditur,eſt præiudicialis: vt ff.de libe.cau.l.liberis.§.fi.Itẽ dico, ſiue patronus vẽdicet libertũ in libertinitatẽ,ſiue libertus ſe vendicet in ingenuitatẽ.vtraq; eſt pręiudicialis:vt ff. ſi lib.inge.eſſe dica.l. fi. in princ. & §. fi.Incẽditur etiam hoc caſu officiũ iudicis, vt ff. de iureiur.l.ſi duo patr. in prin.& ff.ſi lib.inge.eſſe dica.l.j.& ij.& de rei.vend.l.j.§.j. Idẽ dicas in tertio: vt ſiue agat pater petendo filiũ in filiationem, vel filius dicat ſe non filium, erit præiudicialis & directa hinc inde.Sed quidam dixerunt,quõd directa datur patrono parenti, & domino:ſed illa, quæ datur liberto filio,& ſeruo eſt contraria:quod nulla lege cautum inuenitur.[Vide ad hãc gl. Dec.in l.in actionibus in gl.in verb. bonæ fidei.ff. de in lit.iur.Syl.]Licet aliæ quædã inueniantur directę,& cõtrariæ,vt mandati depoſiti, & ſimiles. Sed qualiter formantur libelli in his?Reſp.ſic, Peto Ioan.in filium meum iudicari:vt mihi patri debitam præſtet reuerentiam, & alia quæ patribus à filiis debentur. & item in patrono & ex tunc lata ſententia alimenta patri,& patrono præſtabuntur:vt ff.de lib agnoſc.l.ſi quis à liberis.in princip. §. ſolent. quia ſententiæ

Digitized by Google

tentia pro veritate accipitur: vt ff. de ſtat. homi. l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C. de fideicommiſſ. l. j. in ſeruo, & domino ſic, Peto in ſeruum meum talem pronuntiari: quia eũ meum dico. Ecõtrà ſeruus, vel libertus, vel filius dicet, Peto me nõ inquietari à Titio, qui me in ſeruum, vel libertum, vel filium tenet, quia me tali vinculo non ſubeſſe dico: vt C. de ingen. & manu. lege diffamari. Vel ſic, Peto vt ingenuus. vel liber, vel non filius pronuntiet contra Titium: quia ſic ſe rei veritas habet. Et differt hæc ab ea: quia petit pater filiũ in poteſtatẽ ex iure Romano: cùm ibi tantùm de poteſtate quæratur, hic autem de filiatione: vt ff. de rei vend. l. j. §. j. & hic dicitur. Item hæc prætoria, vt hic: Illa ciuilis. Quibus autem modis filius poſſit peti, diximus ſuprà de pat. pot. §. ius autem poteſtatis. Item quare dicuntur præiudiciales? Reſponde ſecundùm quoſdam: quia in modum exceptionis proponuntur, & ita præiudicant: vt ſi agas contra me hæreditatis petitione, & ego obiiciam tibi: quòd ſis ſeruus defuncti: vel quia ipſe defunctus ſeruus fuit: vt ff. de pet. hær. l. ſi quis libertatem, tunc non eſſet lis inter nos: vt ff. de iud. l. lis nulla. & ſuprà de ob. quæ ex delict. §. ij. qui etiam facit pro hac ſententia. C. de ord. cog. l. j. & de pet. hæred. l. liber. & ſi liber ingenuus eſſe dicatur. l. ſi. Alij dixerunt ideo dici præiudiciales, quia ſententia lata ſuper his, fit præiudicium omnibus aliis quæſtionibus: vt ff. de ſtatu hom. l. ingenuum, & ff. de lib. agn. l. j. §. fin. & l. ij. Sed certè ſecundùm hoc etiam querela inofficioſi teſtamenti dicitur præiudicialis: quia præiudicat aliis quæſtionibus: vt ff. de inoffi. teſtam. l. Pap. §. fin. Sed contra hanc ſententiam eſt ff. de. libe. cau l. ſi ſeruus. Sed ibi non fuit pronunciatus ingenuus, vel colluſio ibi fuit. Vel dic ſecundùm Ioannem, quòd præiudiciales ideo dicuntur, quia omnes aliæ quæ interim inter eas perſonas mouentur, debent ſilere: vt C. de ordi. cogn. l. j. & iij. & ff. de libe. cau. l. ordinata. & ad hoc facit optimè ff. de noxa. l. pen. j. reſpon. Niſi eſſet talis cauſa, quæ ageretur, etiamſi conſtaret eum eſſe ſeruum. quod eſt quandoque: vt ff. de iud. l. vix. Sed ſecundum hoc cùm quæritur inter patronum, & libertum de libertinitate: non eſt hæc quæſtio præiudicialis, cùm aliæ quæſtiones interim inter eos poſſint exerceri, venia tamen petita: vt ſuprà eo. §. & in eum. Sed dic, q illæ quæſtiones quieſcunt, quæ nõ competerẽt, ſi conſtaret eum eſſe libertum: vt ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. pen. & l. fin. Item, quid ſi nulla alia quæſtio mouetur: nónne tunc iſtæ dicuntur præiudiciales, cùm non habeant cui præiudicent? Azo dicit, quòd non. Sed Ioan. contra. Inſpicitur enim aptitudo quia habilis eſt eſſe præiudicialis, ſicut Auguſtus dicitur, licet non ſemper augeat: vt ſuprà. in tit. procemij. Item nunquid ſunt plures præiudiciales, niſi tres? Reſp. ſic: vt hæreditatis petitio. Nam & tunc ceſſant omnes aliæ quæſtiones, donec iſta intenditur, vt ff. de pet. hær. l. ſi quis libertatem. & l. diuus, in fin. l. licet hodie contrarium ſit. vt C. de pet. hær. l. fin. §. j. & ij. Item, quo iure adſcriptitij, coloni, cenſiti, & ſimiles petuntur? Reſp. vtili præiudiciali, non directa: & ipſi coloni ſi petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili, non directa. Ideo vtili, quia liberti ſunt non ſerui: vt in authen. de ſanct. epiſc. §. adſcriptitios. & §. ſi ſeruus. Item, ideo præiudiciali: quia parum à ſeruis diſtant quo ad ſeruitia, quæ facere debent: vt C. de agri. & cenſi. l. ne diutius lib. xj. Sed alij dicunt, quòd officio iudicis petuntur, & petunt: vt C. in quib. cau. coloni, cenſi. domi. acc. poſ. l. j. lib. xj. Sed certè officium iudicis non poteſt locum habere ad futuras præſtationes: vt ff. de vſu. l. j. Alij dixerunt habere locum negatoriam & confeſſoriam vtilem: vt quę datur directa in ſeruitutibus aliis, hæc vtilis hic detur: quod nihil eſt. Item: ſi quis ad aliqua annua ſeruitia teneatur, quo iure petitur, vt condẽnetur, vt præſtet in poſterum, & ipſe quo iure petit abſolui? Reſp. ſatis puto, quòd iudicis officio hoc fiat: ſiue promiſſa fuerint hæc ſeruitia, ſiue ex conſuetudine debeantur hæc ſeruitia, ſiue ipſa præſtita longo tempore ex promiſſione petuntur: vt ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. quæ promiſſio probabitur ex longo vſu, vt ibi.

actiones in rem eſſe videntur: quales ſunt, per quas quæritur, an aliquis liber, vel libertus ſit, an ſeruus*: vel de partu agnoſcendo. Ex

*ab eſſ.

Digitized by Google

ADDITIO. Et not. quòd verba ſententiæ, Condemno te ad ſoluendum par caponum tali domino omni anno, ſecundùm quòd tui anteceſſores fecere nullam penitus conditionem faciũt, ſed condemnatus ſimpliciter tenetur: vt per Bart. in l. eum qui §. Iulianus. ff. de condit. pecul. & in extrauagan. ad reprimen. in verſ. prout.

quibus [a] ferè [b] * vna illa legitimã [c] cauſam habet, per quã quæritur, an aliquis liber ſit [d]: cæteræ ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtãtiam capiunt.

¶ Actione perſonali rem ſuam nemo dominus proſequitur: niſi quis fortè à fure, ipſius ideo, rem ſuam condicat.

¶ a Ex quibus. ſ. tribus præiudicialibus quæſtionibus.

¶ b Ferè. Ferè ideo dicit, quia in ciuilibus quæſtionibus quatuor cõſiderantur ſcilicet actor, reus, iudex, & ipſa res. Hic autem eſt idem qui conuenit, & conuenitur, & res. Vel ideo, quia Prætor introduxit de partu agnoſcendo, & à ſenatuſconſulto confirmatur.

¶ c Legitimam. ſ. de iure ciuili.

¶ d Liber ſit. Subaudi vel ſeruus.

¶ Sic itaque aduerte diligenter quòd hic. §. difficilis ſic clare poteſt ſumari. Actor. pro re ſua non poteſt intentare actionem perſonalẽ ad dandũ contra aliquos, niſi contra fures: contra quos omnis condictio degenerat. Sic declaro: quia condictio non competit, niſi quando dominium eſt tranſlatum. ſed in furem dominium rei ſubtractæ non transfertur: & tamen condictione furtiua ipſe tenetur: igitur condictio degenerat. Et ex hoc habes. quòd nemo poteſt condicere rẽ ſuam, præterquàm à fure. Vel ſic & clariſſimè ſummatur: Qui debet intentare actionem realem, non poteſt intentare perſonalem, cum ſint diſtinctæ. hoc dicit. Et diuiditur iſte §. principaliter in tres partes. Primò, ponit regulam generalem illatiuam ex præcedentibus, ſecundum gloſ. ſed ſecundum doct. epilogatiuam. Secundò ponit vnam fallentiam, ibi, Planè. Tertiò, naturam actionum realium & perſonalium, & earum differentias, ibi, Appellamus. Item, prima ſubdiuiditur: quia primò ponitur quædam illatio, ſeu epilogatio, ex ſupradictis. Secundò ponit rationes. Secunda ibi, Nec enim.

CASVS. Quæ ſit inter actiones in rem & in perſonam differentia, copioſè explicatum eſt. quæro nunc, ita diſtinctis ſeparatíſque actionibus, quænam ſunt alteri atque alteri ſpeciei attributæ formulæ? non enim omnes periti rerum & callidi eſſe poſſunt, vt ſua iuſta ſuáſque poſtulationes rectè poſſint literis mandare. Reſpondet olim à prudentibus & peritis viris conceptas fuiſſe formulas actionum. nam actionis perſonalis hæc erat formula, Aio te mihi centũ (puta) dare oportere. & quum à Prætore eã impetraſſem, Prætor iudicem dabat, cui ſic mandabat. Si apparet, vel ſi paret vel ſi pateret Quintium debere Sextio centum, tanti eum damnato, Actionis autem realis formula hæc fuit, Aio hanc rem ex iure Quiritum meam eſſe. quæ quum eſſet à prætore impetrata, tum Prætor iudicem dabat. cui ſic imperabat. Si apparet fundum, quo de agitur eſſe Antonij, neq; eum poſſeſſor Lucius reſtituat, Lucium dãnato, Quæ quum ita ſint, ſatis cõſtat quum in rem agere volumus, perſonalis actionis formula vtendũm non eſſe. Nec enim, &c. Quanquam ab hoc generali præcepto fures excipiuntur. Nam ſi Titius mihi meam rem ſubripuerit, duas eius rei actiones habebo, & in perſonam. ſ. & in rem, & vtriuſq; formula vtens dicere potero, Aio te mihi dare oportere, & Aio hanc rem meam eſſe. C. Vib.

¶ Not. ex text. quòd dare eſt dominiũ transferre. Item, quòd illud quod eſt meum, non poteſt amplius effici meum. Item, quòd odio furum introductum eſt, vt domino detur actio perſonalis. Item ibi, extra pœnam, ſecundùm Ang. quòd duplum vel quadruplum eſt totum pœna: & in eo non venit ſimplum rei ſublatæ. Syl. Aldo.

LIBELLVS IN CONDICTIONE CERTI GENERALIS.

¶ Hic tangitur de condictione, & primò dicendum eſt, quòd eſt quædam condictio certi generalis, quæ datur pro omni eo, quod debetur: vt ff. ſi cer. pet. l. certi. & in ea forma ſic lib. Dico ego R. contra I. quòd ipſe mihi debet equum ex cauſa emptionis: vnde proponendo contra ipsũ I. condict. certi, peto eundem I. ad traditionem equi ex cauſa præmiſſa mihi condemnari,

nari. Eodem modo forma lib. in iſta generali condict.ſi ex aliqua alia cauſa tibi certum debeatur.

LIBELLVS IN CONDIctione certi ſpecialis.

¶ Itẽ ſunt alíæ cõdictiones ſpeciales:vt condictio certi ex mutuo condict. certi ex ſtipul. condi. in deb. ſine cauſa, & ſimiles, in quibus formatur lib. ſicut in generali cõdictione. ſed tantummodo in condictionibus generalibus aſſignatur cauſa:quia alicui non datur aliqua condictio ex re ſua, ſed tantùm pro eo,quod debetur ex cauſa alia,niſi ex cauſa furtiua. illa enim pro re ſua tantummodo datur contra furem, & eius hæredẽ:& eſt ſpeciale in ea, vt pluribus acti. teneatur fur:vt inhoc §. ſic itaque.& ff.vſusfruct.queãd. ca.l.ſi.

¶ Sic itaque [a] diſcretis † actionibus, certum eſt non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, SI APPARET *† eum dare oportere. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet [b]. ſcilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat: nec res, quæ iam actoris eſt magis [c]

*parer.

¶ a Sic itaque. Formatur,hoc itaq; ex illa diuiſione,quæ fit ſuprà eod. §.j. q. d.dictum eſt,quæ ſunt in rem actiones, & quæ in perſonam:itaq; ſic eis diſcretis.i. ſeparatis, & diuiſis, patet ꝙ hæc regula eſt vera: quia perſonalis actio, quæ competit ad dandum,non cõpetit pro re ſua alicui, vt hic. Ideo dixi, ad dandũ:quia ad tradendum bene poteſt dari actio perſonalis:vt cõmodati, depoſiti,& ſimiles.& ita eſt vis inter dare & tradere, vt hic ſubiicit: & ff.de act. empt.l.ex empto.in prin.& ff.de verb. obl.l.vbi autẽ. in fin. & l.ſi rẽ tradi.& l.nemo. & quod ſubiicit ſi apparet. i. quia apparet eum dare oportere,& ita agitur in perſonam, vt aliquid detur. Sed quidam dicunt: vt P. quod hæc verba, ſi apparet eum dare oportere, ſunt nomina cuiuſdã actionis. Accurſ.

Actio ad dandum & ad tradendum differũt.

¶ Adde quòd Vldal. Zaſ. hic exponit apparet, id eſt, videtur: vt ſit ſenſus, ac ſi videretur eum dare oportere:qui intellectus mihi non placet: quia tandem ſe reſoluit in intellectu Dyni, qui voluit hanc eſſe formulam verborum.Syl.

ADDITIO. Dic quòd iſtud quod hic dicit gloſſ.ſecundùm Pla. nihil eſt dicere,ſed text. vult. dicere, ſi apparet. id eſt, ſi agat dare oportere: quia medium concludendi non debet eſſe illud, ſed ad tradendum vel conſtituendum: vt dicit gloſſ. Ang.

† Diſcretis,Diſcretis, id eſt, diſtinctis in reales,& in perſonales. N.A.

¶ b Oportet, id eſt oportet quòd non detur, eſt enim impoſſibile quòd detur, vt ſubiicit, quia dare eſt accipientis facere: vt ſubiicit.nec res quæ, &c.

Dare eſt accipientis facere.

ADDITIO. Quòd ait SI APPARET, formula eſt iudicij à Prætore iudici præſcripta. Prætor enim de facto non cognoſcebat, ſed iudicem Recuperatoreſve dabat, qui cognoſceret.Cicero pro Q.Roſcio,Quid eſt in iudicium?directum, aſperũ ſimplex SI APPARET ſeſtertium quinquaginta millia dari oportere,ſic enim legendũ eſſe docuit Hot. in ſuis in illam Orat. comm. Item in Diuin. Iudicium dat ſtatim. Si pateret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe.Itẽ Verrina. 3.Si pateret aduerſus edictum feciſſe, &c. Sed hæc formula non dabatur niſi in iudiciis ſtricti iuris, vt Hoto. hic docuit, & in §. actionum. at præterea in d.Orat. pro Q.Roſcio, quæ Oratio legi debet ab eo qui hanc materiam cupit intelligere. Dicebant etiam, SI PARET:vt Verg. iiij. Si paret fundum Capenatem, quo de agitur,ex iure Quiritum P. Seruilij eſſe, &c. ſic enim legendum ibidem Hotom. docuit ex tituli Vlpiani.

† Si paret formula Prætoris Iudicem cõſtituentis,vt, C.Aquilius iudex eſto, SI PARET,id eſt,ſi tibi apparet, ſi tibi probetur. Titium Mæuio centum ex cauſa mutui dare oportere, nec Titius ſatisfaciat,tum Titium damnato. N.A.

¶ c Magis. Sed opponitur, pluries deberi poteſt: vt ff.de exc.rei iud.l.& an eadem.§.actiones in fin.§.ergo pluries dominium poteſt fieri meum.Sed non ſequitur. nam licet pluries debeatur, tamen ſemel facta ſua non debet plus fieri ſua:vt ibidem dicitur, & ff.de acquir.poſſ.l.iij. §. ex pluribus. & ſuprà de leg. §. ſed & ſi rem legatarij, niſi iterum deſineret eſſe ſua:vt ff. de verb. oblig.l.ſi rem meam.

Meum, amplius meũ fieri non poteſt.

¶ Declara, quòd illud quod meũ eſt, non poteſt amplius effici meum, hoc verum ex cauſis ſucceſsiuis: ſecus ex

Digitized by Google

eius † fieri poteſt. Planè odio a furũ, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, vt extra pœnã dupli, aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures, etiã hac actione teneãtur, SI APPAREAT b *eos dare oportere, quanuis ſit aduerſus eos etiam hæc *in rem actio c, per quam rem ſuam quis eſſe petit.†

¶ Reales actiones ad vindicandum datas, perſonales vero, quas etiam abuſiue cõdictiones appellamus, ad dandum vel faciendum competunt.

causis eodem tempore concurrẽtibus. l.ſi creditori.§. Marcellus.ff. de leg. j. Item, poteſt ſtipulari, ſi mea eſſe deſineret.l.ſi rem meam.ff.de verbo.oblig. Item, hoc verum quando plenè eſt mea: ſecus ſi haberem vtile tantùm dominium:quia poſſum quærere directum: & ita etiam ſi res non eſſet perfectè mea Syl.

N.A. † Magis eius quia dominium non poteſt, niſi vna ex cauſa adquiri §.ſed ſi rem.10.ſuprà de lega. Cic.de inuentione. lib. 2. Ita ius ciuile habemus cõſtitutum, vt cauſa cadat is, qui non quemadmodũ oportet,egerit. Hinc prouerbiũ qui cadit à formula, cadit à toto. Qui malè agit,cauſa cadit.

a Planè odio. Sed in quo vertitur iſtud odium? Reſp. quia in condictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos & graues viros: vt ff. de obſe.à lib. & lib. l. honori. licet non infamia iuris: vt ff. de act. & oblig. l. ceſſet. ſed in rei vendicatione neque de facto,neque de iure infamatur.Item multa veniunt in cond. furtiua, quæ non veniunt in rei vendi. vt quia interitu rei non liberatur: ſed in rei ven.ſic:vt ff.de cond.fur.l.in re.& ideo malum eſt furti,quòd etiam hac actione teneatur. Item, ſicut prodeſt alicui plures habere reos debitores: vt ff.de lib.leg.l.ſiquis decedens.§.fin. ita & habere plures actiones:vt ff. de leg. ij.l.cum filius.§. variis. ita econtra debet ei nocere, ſi pluribus teneatur actionibus, licet etiam nulla alia ſit vtilitas.Item,nunquid vna tollitur per aliam?Dic quòd ſic:vt ff.de condic.fur. l.ſi pro fure.§.furti Accur.

b Si appareat. i. quia apparet eos, &c.id eſt,dicere,actione in perſonam. Sed videtur hoc ſtare non poſſe: nam certum eſt eum qui agit dominũ fuiſſe,ergo & nunc eſt: quia ſine facto ſuo dominium ab eo diſcedere nõ potuit: vt ff.de reg.iur. l. id quod noſtrum. & C.de proba.l.ſiue poſſidetis. ergo non poteſt agere, vt ſibi detur, quod eſt ſuum,& tamen hic dicit quòd ſic. Sed dic relationem eſſe faciendam ad genus,nõ ad ſpeciem.q.d. ea actione,per quam alias agitur ad dandum.ſ.perſonali,ſed hic non ad dandum intẽditur. Et ita eſt mirabile, quod rem meam per peſonalem actionem peto reſtitui, aliàs contrà: vt ff. quemad. vſufr. cau.l.ſi. & ff. de cõdi. indeb.l. ſi vrbana. Sed eſt ſpeciale, vt hic dicitur. Vel dic, agi etiã ad dandũ ſcilicet poſſeſſionem dandam,quam amiſeram per furtum:vt ff.de acquir.poſſ.l.rem quæ nobis. & ff.de cond.tri.l.ij.

c In rem actio.id eſt,rei vendicatio, quæ pro dominio de iure ciuili, vel gentium quæſito intenditur, vt ff. de rei vend.l.in rem actio.Item not.quòd hic §.locũ habet in quolibet malę fidei poſſeſſore alienæ rei,non ſolùm in fure.vt ſuprà de rer. diui. §. ſi tamen. & ff.de cond.tri.l.j.in fin.& l.ii.in princ. [Vide pro reſolutione Deci.in l.ſi quis nec cauſam.§.ſi.ff.ſi cer.pet.& l.ſi.Syl.] Interdũ etiam contra bonæ fidei poſſeſſorem datur condictio ratione poſſeſſionis.vt ff.de condi.indeb.l.indebiti.§.ſed & ſi nummi. Sed nũquid etiam rem ſuam poteſt quis etiam à non fure per condictionem ſine cauſa cõdicere: vt ff.de condic.ſine cau.per totũ?Reſp. ſecundùm quoſdam,ibi dicitur condictio actio perſonalis: non tamen talis per quam intendatur, vt aliquid detur. Alij dicunt, quòd ſi alicubi inueniatur condictio ſine cauſa pro re ſua competere, de vtili intelligendum eſt. ADDITIO. Dic ſecũdùm Ioan. Fab. quòd prima eſt verior: nam per eam non agit dominus ad dãdum, niſi contra furem, ſupple & malæ fidei poſſeſſorem, vt hic in gloſſ. ad reſtituendum:vel fortè ad poſſeſſionem agi debet,ſecundum Ang.

N.A. † Eſſe petit. De hoc,dictum eſt ſuprà ad §.vltim.de oblig.ex dol.

Appellamus autẽ CASVS Hactenus expoſuiſti notas, quibus in rem ac perſonam actiones internoſci poſſent: ſed quia nulla eſt inſignior neq; clarior

* appareret.

* abeſt.

Digitized by Google

¶ Appellamus autem in rem, quidem actiones, Vẽdicationes [a]: in perſonam verò actiones, quibus [b] dare, aut * facere oportere intenditur, Condictiones [c]. Condicere enim eſt denuntiare [d] †, priſca lingua: nunc verò abuſiuè [e] dicimus cõdictionem, actionem in perſonam eſſe, qua actor intẽdit dari ſibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

¶ Nunc tertiam actionum diuiſionem exorditur Iuſtinianus, ſcilicet, quòd quædam rei perſecutoriæ ſunt, quædam pœnales, quædam miſtam cauſam habentes. Perſecutoriæ rei dicuntur, quæ eius rei quæ nobis abeſt, & alteri abeſt, perſequendæ cauſa cõparatæ ſunt: ideo omnes & reales, & perſonales ex contractu dempta depoſiti actione in quatuor caſibus rei perſecutoriæ ſunt. Pœnales, quibus meram pœnam perſequimur: vt actio furti: & id genus aliæ. Miſtæ, quæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ cauſa inſtitutæ ſunt, hoc eſt, in quibus rei perſecutio in pœna continetur: vt vi bonorum raptorum. l. Aquil. & eæ quæ inficiando creſcunt.

clarior, quàm ſi certis nominibus appellentur, quæro, nunc ex te quæ nomina impoſita ſint? In rem actio, inquit, Vindicatio dicitur: In perſonam verò, Condictio. Nam vindicare eſt aſſerere, liberare, eximere: & qui liberat, aſſerit, eximit, vindex dicitur. Cõdicere autẽ, veteribus idẽ erat, quod denuntiare. Quum igitur denuntiationes fierent alicui, vt certo die ad iudicem venirẽt, lapſa conſuetudo eò ſenſim deducta eſt, vt in perſonã actio, condictio diceretur. Cor. Vibul.

* abeſt.

¶ a Vendicationes. ſiue rerum corporaliũ, de quibus eſt C. de rei vend. per totum. & ff. de rei vend. per totũ, ſiue rerum incorporaliũ, de quibus eſt. ff. ſi vſusfruct. petat. per totum. & ff. ſi ſer. vend. per totum. ſiue ſint indirectæ, ſiue vtiles iſtæ vendicationes: vt ff. de Publici. per totum. & ff. ſi ager vectigalis. per totum.

¶ b Quibus. ideo dicit quibus, quia ſunt & aliæ, quibus non intendimus dare vel facere, ſed reſtitui: vt commodati actio, & depoſiti, & ſimiles: & iſtæ non appellantur condictiones in ſtricta ſignificatione accepto vocabulo, vt hic dicitur. Vel dic, quòd etiam in actione commodati & depoſiti, & ſimilibus intenditur dari, vel fieri, ſcilicet ipſa detentio rei, quaſi ipſum factum poſſit quis in ſtipulationem deducere: vt ff. de verb. oblig. l. vbi autem non apparet. §. quid. quod non fieret, niſi aliquid daretur, cùm ſuæ rei nulla ſit ſtipulatio, ſed alienæ tantùm: vt ſuprà de inutili ſtipulat. §. j.

¶ c Condictiones. ſcilicet appellamus.

¶ d Denuntiare. Dicunt quidam, quòd qui volebant alium conuenire, primò ſibi denuntiare debebant: vt argum. ff. de ſeru. vrban. prædiorum lege quidam. Sed hoc nõ placet: quia ex voluntate, aut bonitate, vel vrbanitate hoc fit, non neceſſitate. Sed dic, quòd hæc denuntiatio fiebat per magiſtratus, cùm actiones conſtituebant vel dabant: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. omnium, quod eſt hodie ſublatum, vt in fine huius §. dicitur. & C. de formul. l. j. & ij.

† Condicere eſt denũciare. Moris fine ante vocationẽ in ius, vt actores denunciationibus debitores conuenirent; & niſi ſatisfacerent iudiciũ cõminarẽtur l. vij. ff. de inoff. teſt. l. ij. & l. iij. C. Theod. de denũciatione. Vide l. 25. de oblig. & actio. N.A.

¶ e Abuſiuè. Verè abuſiuè dicitur cõdictio, id eſt, actio in perſonam: quia non bene conſonant nomen rei, quam ſignat, quod fieri debet: vt ſuprà de donat. §. eſt & aliud.

¶ Sequens iſte §. vſque ad §. Quædam. diuiditur in duas partes. Primò, ponit vnam ſententiam principalium actionum. Secũdò, declarat eam per exempla. Secunda ibi, Rei perſequendæ.

CASVS. Audiui duas diuiſiones. nã alias dixiſti eſſe actio. in rem, alias in perſonã, alias item à iure ciuili, aliàs à Prætore inſtitutas. quæ ſequitur diuiſio? Tertia, inquit, diuiſio partitur ſubiectũ in accidẽtia. nam aliæ actio-

nes rem, aliæ pœnam, aliæ vtrumque perſequuntur. Cor. Vib.

¶ Sequens [a] illa diuiſio eſt, quòd quædam actiones rei † perſequendæ gratia comparatæ [b] ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ [c] ſunt.

¶ Rei perſecutoriæ ſunt omnes in rem actiones, & etiam in perſonam ex contractu deſcendentes, excepta depoſiti actione, quæ in quatuor caſibus miſta eſt. Angelus.

¶ Rei perſequendæ cauſa compen-

¶ a Sequens. Hæc eſt tertia diuiſio actionum in hoc titulo. Accur.

N.A. † Rei perſequendæ. Id eſt, proprietatis, poſſeſſionis, ſeruitutis & pignoris, ſiue hypothecæ l. j. §. eſt autem. ff. ad exhib.

¶ b Comparatę. Id eſt, adinuētę.

¶ c Miſtæ. Sed nónne quædam ſunt, quæ nullum horum habent? vt ſi agone quid fiat in loco ſacro, vel ſancto, vel ſi factum eſt, vt tollatur: & aliæ ſimiles, quæ neque ad rem, neque ad pœnam, neque miſtim ſe habent: ſed vel ad rei reuerentiam, vel ad publicam vtilitatem dantur? Reſp. ſatis ad rei perſecutionem ſcilicet diuinæ rei, vel publicæ pertinent, cuius nomine agere videor, vel etiam meo nomine, cùm cuiuſlibet interſit Deum venerari: vt C. de hæred. l. iiij. Accurſ.

¶ Rei perſequendæ. Iſte §. diuiditur in quinque partes. Nam primò, ponit de actionibus rei perſecutoriis. Secundò, de actionibus miſtis ex contractu deſcēdentibus. Tertiò, ponit vnam regulam, vel ſummulam in actionibus ex maleficio deſcendentibus. Quartò, illud per exempla declarat. Primò, ponendo de actionibus pœnalibus. Secundò, de actionibus miſtis. Secunda principalis eſt in verſ. planè. Tertia in §. ex maleficiis. Quarta in §. pœnam. Quinta in verſ. ſed & legis.

¶ THEMA. Quænam actiones comparatæ ſunt ad rem noſtrā perſequendam? Omnes, inquit, in rem inſtitutæ, & in perſonam duntaxat, quæ ex contractu natæ ſunt, veluti, Centum tibi mutuò dedi. ex hoc contractu nata eſt obligatio: cuius cauſa mihi Prætor actionem dabit, quia centū illos aureos perſequar. Sed ecce, Cùm domus mea incendio arderet, depoſui apud te crumenam centum aureorū, rogans te vt eam mihi aſſeruares: deinde repetenti mihi meam crumenam, muginabare, morámq; doloſè faciebas. Prætor mihi dabit actionem depoſiti, qua non modò rem, id eſt, centum: verumetiam pœnam, id eſt, alia centum perſequar. ex quo apparet hoc caſu actionem depoſiti miſtam eſſe. Cor. Vib.

LIBELLVS IN ACTIONE ex ſtipulatu.

¶ Hic tangitur de actione ex ſtipulata: & hæc datur, quando aliquid incertum promittitur: vt ſuprà de verbor. oblig. in princ. & formatur ſic libel. Dico A, contra B, quòd ipſe promiſit mihi facere dominū per ſtipulationē: & quia non fecit, propono contra ipſum actionem ex ſtipulatu, & peto ipſum ad intereſſe meum (quod æſtimo decem) mihi condemnari. Iſtius libelli formatio poteſt elici ex l. ſi quis ab alio. §. ſi quis. ff. de re iud. Et licet nomen actionis non ponatur in libello, ſufficit tamen ponere cauſam hanc, ſcilicet quia domum per ſtipulationem mihi facere promiſit, & non fecit.

LIBELLVS IN ACTIONE commodati.

¶ Item, in actione commodati, de qua hic, formatur ſic libellus: Dico ego M, contra A, quòd accommodaui ſibi codicem meum ad ſcribendum: vnde propono act. commodati contra eum, quia finitus eſt vſus ad quē codex fuit accommodatus: & peto eundem A, ad reſtitutionem codicis mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actione, quam ſufficit proponere, hæc: Quia accommodaui ſibi codicem meum ad ſcribendum: & vſus finitus eſt.

LIBELLVS IN ACTIONE depoſiti.

¶ Itē in actione depoſiti, de qua etiam hic, formatur ſic libellus, Dico ego T, cōtra L, ꝙ ego depoſui penes eum Digeſtum meum, vnde proponendo contra eundem L. actionem depoſiti, peto ipſum ad reſtitutionē Digeſti mei mihi condemnari: & erit cauſa in iſta actione quam ſufficit proponere, talis, quia depoſui. Et aduerte, ꝙ datur in

ſimplum

Digitized by Google

ſimplum act. depoſiti, niſi in his caſibus,ſcilicet quãdo depoſitum eſt cauſa incendij,tumultus,ruinæ,& naufragij: in quibus caſibus ſi depoſitarius inficietur,tenetur ad duplũ,vt hic,in verſ. planè. & ff. depo.l.j,Et formatur ſic libellus, Propono ego I,cõtra C,quòd ego ob timorẽ incendij Digeſtum meum apud ipſum depoſui, & quia inficiatur depoſitum, proponendo contra ipſum actionem depoſiti, peto eundem C, mihi in duplum condemnari. Et erit cauſa in hac actio. quia depoſui apud ipſum rem, & ipſe inficiatus eſt. Item, eodem modo forma libellum, quando petitur in aliis quatuor caſibus, ſcilicet quando cauſa tumultus,incendij,ruinæ,& naufragij,depoſitum eſt.

ſatæ ſunt omnes in rem actiones. [a] Earũ verò actionũ, quæ in perſonam ſunt, eæ quidem quæ ex con-

LIBELLVS IN ACTIONE mandati.

¶ Itẽ in actione mãdati, de qua etiam hic,formatur ſic libellus, Dico ego T, contra S, quòd ego ſibi mandaui, vt emeret mihi equum, & ille ſuſcepit mandatum, ſed illud nõ impleuit:propter quod damnificatus ſum ad valorem decem librarum. & tãtum æſtimo intereſſe meum:vnde proponendo cõtra ipſum actionem mãdati,peto eundem S, in decem libras nomine intereſſe mihi condemnari. Iſta enim actio tunc demum competit,quando recipit intereſſe:ad intereſſe enim datur:vt ff. mandati.l. ſi procuratorem.§.mandati actio.

LIBELLVS IN ACTIONE pro ſocio.

¶ Eſt & actio pro ſocio, de qua etiam in hoc §. & habet locum, quando ſocietas inter aliquos contrahitur conſenſu: vt ff.pro ſoc.l.vt ſit. & naſcitur finita ſocietate: vt C.eod. l.tandiu. & formatur libellus ſic, Dico ego L, q̃ C, & ego iniuimus ſocietatem emendi vinum vſque ad centum libras: vnde cùm ipſe ſocius nomine ſocietatis tantum de vino emerit, peto partem vini deducto capitali mihi adiudicari, & ad reſtitutionem dictæ partis ipſum mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actione talis:quia contraximus ſocietatem: & ſimiliter datur propter dolum,vel culpam ſocij: vt ff. pro ſoc.l. nemo.& l.ſeq.& C.eod.l.iiij.

LIBELLVS IN ACTIONE ex empto.

¶ Item,etiã hic agitur de actione ex empto:in qua ſic forma libellum: Dico ego T,contra S, quòd ego emi equum ab eo decem libris,vnde proponendo cõtra ipſum S, actio.ex empto, peto eundem ad reſtitutionem equi mihi condemnari. Ex parte autẽ venditoris petitur ſic:Dico ego S, contra T, quòd ipſe debet mihi decem ex venditione talis equi, quem ſibi vendidi & tradidi:vnde proponendo contra ipſum act.ex vendito, peto ipſum T, in illis decẽ libris mihi condemnari. Et erit cauſa in hac act.talis, Quia vendidi,& tradidi.

LIBELLVS IN ACTIONE locati.

¶ Eſt & finaliter actio locati, de qua hic:in qua ſic forma libellũ:Dico ego B,cõtra C, q̃ ego locaui ſibi domũ talem vſque ad annũ,mercede decem librarum conſtituta mihi,& promiſſa ab eodẽ C, vnde proponẽdo cõtra ipſum C,actio. locati, peto ipſum in decem libras mihi cõdemnari.Et econtrà cõductor proponet hoc modo:Dico ego C,contra B, q̃ ego conduxi talem domũ ab eo pro mercede decẽ librarum ſibi promiſſarũ:vnde proponẽdo contra ipſum act. ex conducto, peto eundem B,vt domum conductam ad habitandum mihi tradat condemnari.

¶ a In rem actiones. ſcilicet quæ decem ſunt:vt diximus.ſuprà eod.§.item Seruianã. Sed certè videtur quòd ſunt omnes pœnales:nam in eis iuratur in litem: vt ff. de rei vendi. l. qui reſtituere. & ff.de in lit.iu.l.in actionibus. Sed dic,quòd illud, ſcilicet iuramentum in litem, non fit iure actionis,ſed officio iudicis: vt lege eo. §. præterea. in fin. §. vnde non dicuntur pœnales. Alij tamen dicebant, quòd ideo non dicebantur pœnales:quia nõ originaliter illud fit, quòd creſcant per ſacramentum in litem, ſed ex contumacia: vt ff.de in litem iur.l.j.& ideo magis attendebant quòd naturaliter erat,quàm quòd incidenter. Sed certè actio depoſiti in quatuor caſibus ab initio eſt rei perſecutoria; & tamen dicitur

Digitized by Google

dicitur pœnalis, inſpecto quòd creſcit ex contumacia: vt infrà §. proxi. & infrà eod. §. quadrupl. aliàs §. ait ille. vnde primam reſponſionem approbo.

ADDITIO. Secūdum doct. hæc gl. videtur aduerſari gl. magnæ, poſitæ in §. pœ. in ver. item aduerſus. in pr. §. eo. quæ videtur concludere, q̄d ibi illa actio dicatur pœnalis, quia iuratur in litem: & tamen ſecundum eos cōſtat, quòd illud iuramētum venit offic. iudi. ſicut in qualibet alia actione: & dicunt hanc gl. eſſe veriorē.

illa, quæ hincinde eſt pœnalis: vt furti & ſimiles: quando peto, quod mihi abeſt, & quod tibi adeſt, & hoc modo acceptæ dicuntur hic iſtæ non pœnales. Secundò, quando eſt pœnalis ex parte vna, ſcilicet ex parte rei tātùm: quod eſt vbicunque actoris intereſſe excedit, id quod reo adeſt, & in hac ſignificatione actiones iſtæ dicuntur pœnales, ſcilicet ex empto, & ſimiles: & etiam rei vendicatio, quādo in litem iuratur. Et quòd inſpecta perſona rei tantùm pœnales dicantur, probatur ff. de eo, per quem fact. erit l. j. §. ſi plures. & l. fin. & ſuprà eo. §. pœnales. Tertiò, dicitur pœnalis inſpecta perſona actoris tantùm: vt ſic accepiſti ab aliquo aliquid, vt me accuſares per calumniam. nam repeto, licet nihil mihi abſit, à te, ſcilicet cui adeſt: vt probatur. ff. de cal. l. generaliter. §. illud erit notandum.

tractu naſcuntur, ferè [a] omnes rei perſequendæ cauſæ comparatæ videntur: veluti quibus mutuā pecuniam, vel in ſtipulatum deductam petit actor [b], item cōmodati, depoſiti, mandati, pro ſocio ex empto, vendito, locato, cōducto [c]. Planè, ſi depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus†, incendij, ruinæ naufragij cauſa depoſitū ſit, in duplū [d] † actionem Prætor reddit: ſi modò cum ipſo apud quē depoſitū ſit, aut cum herede eius de dolo ipſius [e] agitur: quo caſu mixta eſt actio.

¶ a Ferè. Ferè dicit, propter actionem ex ſtipulatu, per quam pœna petitur, nec inſpicitur quid interſit: vt ſuprà de inutil. ſtipul. §. alteri. ſecundū quoſdam. quod eſt falſum. [Ratio eſt: quia illa pœna venit ex conuentione, non autem ex diſpoſitione legali, vt nos loquimur. Ita Nicol. & Iaſ. hic declarant. Sylueſt.] Imò propter actionem depoſiti in quatuor caſibus: vt infrà ſubiicit. Item, propter actionem redhibitoriam, quæ datur in duplum aduerſus venditorem: qui neq; pretium, neque acceſſiones ſoluit: vt ff. de ædil. edi. l. redhibitoria.

¶ b Petit actor. ad vtrãque autem ſcilicet ad mutuam, & ad eam pecuniam, quæ in ſtipulatum deducta eſt, certi condictio datur: vt ff. ſi cert. petat. l. ſi quis certum, & ſuprà de verb. oblig. in princ. ita quòd ad mutuum detur condictio ſpecialis ex mutuo: vt ſup. quib. mod. re contrah. oblig. in princ. ad pecuniam deductā in ſtipulationem detur condictio certi generalis, ſi certum ſit: vt ſuprà de verb. oblig. in princ.

¶ In vtroque caſu opinio gloſſ. communiter approbatur, vt dicit Dec. in l. certi condictio. in princ. in glo. j. ff. ſi cert. peta. Syluest.

¶ c Conducto. Sed nónne omnes iſtæ dantur ad intereſſe, etiam quod eſt extra rem: vt ff. de act. empt. l. j. in princ. ego peto aliquid quod tibi non abeſt, ergo ſunt pœnales? Sed dic tribus modis dici actionem pœnalem: Primò,

† Tumultus. Huius depoſiti actio aduerſus eum, qui dolo infuſatus fuerit in duplum datur, odio tantæ perfidiæ l. 18. ff. de poſſ. l. j. ff. de incend. naufrag. N.A.

¶ d In duplum. ſ. ſi reus inficietur: vt infra eod. §. furti. Accurſ.

† In duplum. In quo ſimplum ineſt. N.A.

¶ e Ipſius. ſcilicet, hæredis. ex dolo enim defuncti in ſimplū tantùm conuenitur: vt ff. depoſ. l. j. §. j. Et ratio, quare in his quatuor caſibus datur in duplum, & in aliis in ſimplum, eſt: quia hic ex neceſſitate deponitur: nec potuit præuidere apud quem deponeret: vt ff. depo. l. j. §. meritò.

¶ Ex maleficiis. CASVS. De actionibus quæ ex contractu oriuntur, dixiſti, nunc de iis quæ ex delicto natæ ſunt, explicato. furti, inquit, actio pœnæ tantùm perſequendæ cauſa, comparata eſt. nam ea intentata quadruplum duntaxat aut duplum adimit. Res autem ablata vindicatione, aut condictione recuperatur. Bonorum raptorum actio mixta eſt. nam quadruplum quod exigit, non pœnam ſolam, ſed etiam rem ipſam ereptam complectitur

Digitized by Google

tur: pœna enim triplum non excedit. Quid autem de actione Aquiliana iudicas? Sernum occidi, qui tunc viginti erat, cùm eo anno quadraginta aureorum fuiſſet. Hic ſanè tametſi in ſimplũ agatur, habet tamen res & pœnæ perſecutionem. nam viginti in re, ſunt alij viginti in pœna. Propone aliud exemplũ, Titius moriens legauit centum eccleſiæ noſtræ ad alendos cõcionatores Eccleſiaſticos, & pauperes ſcholaſticos. Hæres tandiu ſolutionem diſtulit, dum actione legati conueniretur. Lex mihi dat actionem contra eum in ducenta, vt centum rei, id eſt, legati nomine petantur: altera centum pœnæ mulctæque: qua qui pium legatum differt exſoluere, damnatur. Corn. Vib.

ADDITIO. Quòd ait in text. aliæ tantùm pœn. &c. quid autem de pœna, quæ in cõuentionem deducta eſt? nam ea ex maleficio non debetur, ſed ex contractu. l. Lucius Titius. ff. de actio. empti. vnde hic explicatur hoc per Hotomanum.

¶ Actionum deſcendentiũ ex maleficiis quædã ſunt perſecutoriæ pœnæ tantùm, quædam miſtæ tam rei, quàm pœnæ. primum per vnũ, vltimum per tria exempla declarat. Aretinus.

¶ Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ perſequẽdæ cauſa comparatæ ſunt: aliæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ: & ob id miſtæ ſunt. Pœnam tantùm perſequitur

LIBELLVS IN ACTIONE furti manifeſti.

¶ Ex maleficiis. Hic tangitur de actio. furti manifeſti, in qua ſic forma libel. Dico ego A, contra B, quòd ipſe palàm ſubripuit equum meum: vnde proponendo contra ipſum B, actio. furti manifeſti peto eundem in quadam ſumma pecuniæ nomine pœnæ mihi condemnari. Et erit cauſa in hac act. quam ſufficit proponere, talis, Quia furtum fecit manifeſtum. Et eodem modo forma lib. in actio. furti non manifeſti. ſed hæc eſt differentia: quia in prima actione quadruplum eſt pœna vltra rei reſtitutionem: vt in hoc §. in ſecunda verò, ſcilicet furti non manifeſti, duplũ eſt pœna vltra rei perſecutionem.

LIBELLVS IN ACTIONE vi bonorum raptorum.

¶ Vi autem bonorum. In actione verò vi bonorum raptorum de qua hic, ſic formatur lib. Dico ego A, contra B, quòd ipſe à manibus meis talẽ rem vi rapuit: vnde contra ipſum act. Vi bonorum raptorum proponens, peto eundem B, in quadruplum (re in ipſo quadruplo computata) mihi condemnari. vt in hoc §. vi autem bonorum raptor. & ſuprà vi bonorum rapt. §. quadruplum. In furto autem manifeſto, totum quadruplum eſt pœna. Et erit cauſa in iſta actione, ſicut dictum eſt: Quia talem rem rapuit de manibus meis.

LIBELLVS IN ACTIONE legis Aquiliæ.

¶ Sed & legis Aquiliæ. Item, in actione legis Aquilię ſic forma libellũ contra negantem: Dico ego C. contra B, quòd ipſe culpam ſuã occidit ſeruum meum, quem æſtimo x. & ſi negat ſe ipſum occidiſſe, proponendo contra eum act. l. Aquiliæ. peto eundem B, in duplum, ſcilicet in xx. mihi condemnari: vt vnum ſimplum ſit pro damno dato: & aliud pro pœna: quia negauit. Contra confitentem autem formatur lib. ſimiliter ſicut dictum eſt ſuprà proxi. ſed ſimplum petitur. Erit autem cauſa in priori actione talis, ſcilicet quia damnum dedit: & ſic erit in primo caſu pœna: in ſecũdo verò, non. Præterea in alio caſu eſt pœnalis: quia ſi agitur ex primo capite l. Aquil. æſtimabitur res quanti plurimi fuerit retro intra annum. Si verò agatur ex tertio cap. tunc æſtimabitur res quãti plurimi retro fuerit intra xxx. dies: vt ſuprà ad leg. Aquil. §. j. j. reſpon. & §. ex hoc tamen capite. & ſuprà de act. §. ſed & legis Aquiliæ. & tunc in ea ſic forma libellum: Dico ego c, contra d, q ipſe occidit ſeruum meum, qui valet x. ſed hoc anno valuit xxx. vnde proponendo cõtra ipſum act. l. Aqui. quia debet mihi fieri æſtimatio ſerui occiſi, quãti retro plurimi fuerit intra annum peto eundem mihi in xxx. condemnari. Eodem modo forma libellum,

Digitized by Google

lum, ſi agatur ex tertio capite. ſed non fiet æſtimatio, niſi quanti plurimi retro fuerit intra xxx. dies.

a Quadrupli. Sed quare plus manifeſtum furtum punitur, quàm non manifeſtum, cùm clā facta magis punieda ſint: vt ff. de admi. tut. l. non exiſtimo. & ff. de rit. nup. l. vlti. Reſpon. imò magis delinquit, qui pàlàm, quàm qui clam mouet: vt ſuprà vi bonor. rapt. in princip. vnde magis punitur: vt arg. ff. de offi. Præſi. l. diuus.

* nec.

ADDITIO.

Sed per hāc ſolutionem non reſponderetur cōtrario in gl. alleg. vnde dicas ſec. Cyn. quem cæteri ſequuntur: ꝙ iſte text. procedit in omnino illicitis: contrarium autem in iis, quæ poſſunt eſſe licita, & illicita, ſecundùm Angelum.

* abſ.

quis actione furti: ſiue enim manifeſti agitur quadrupli [a], ſiue non * manifeſti dupli: de ſola pœna agitur. Nā ipſam rē propria actione perſequitur quis, id eſt, ſuam eſſe petēs [b]: ſiue fur ipſe eam rem poſſideat, ſiue alius quilibet [c]. Eo amplius aduerſus furem etiā cōdictio [d] eſt rei *.

Vi autem bonorum raptorū actio miſta eſt: quia in quadruplo [e] rei perſecutio continetur: pœna autem tripli eſt.

Sed & legis Aquiliæ actio de dāno iniuria dato *, miſta eſt, non ſolùm ſi aduerſus inficiātem † in duplum agatur: ſed interdum, & ſi in ſimplum [f] quiſq; agat: veluti, ſi quis hominē claudum, aut luſcū occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretij fuerit, tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi * fuerit, ſecundum iam traditām [g] diuiſionem. Itē, miſta eſt actio cōtra eos [h], qui relicta ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis [i] legati, vel fideicommiſſi nomine, dare diſtulerint [k]:

b Petens. ſcilicet rei vendicatione.

c Quilibet. Vt ſuprà de oblig. quæ ex deli. naſc. §. fin.

d Condictio. ſcilicet furtiua, quæ ſoli domino datur: & hæredi eius aduerſus furem, & eius hæredem: vt ff. de condi. fur. l. j. & l. v. vt ſuprà de oblig. quæ ex deli. naſc. §. fin.

e Quadruplo. Vſque ſcilicet ad annum, poſt annum in ſimplum: vt ſuprà vi bonorum rapt. in princ. niſi in caſu: vt ſi Iudæus contra Chriſtianum agat, tunc in duplum tantùm agit: vt C. de pag. l. Chriſtianis. Sed nunquid etiam raptor tenetur actione furti manifeſti? Dic ꝙ non, ſecundū P. quia in duplum tantùm tenetur, ſi furti cōueniatur: vt ff. vi bon. rapt. l. j. niſi in caſu, vbi nec in duplum tenetur, ſecundùm eum. vt ff. de furt. l. ſi quis ex domo. ſed certè ibi erat actum actione vi bon. raptor. vnde ſublata erat actio furti non manifeſti: niſi in id quod excedit: vt ff. vi bon. raptor. l. j. & ff. de actio. & oblig. l. qui ſeruum. ſed ſatis videtur, ꝙ etiam manifeſti furti nomine conueniatur, & in quadruplum: vt arg. ff. de furt. l. ſi vendidero. §. cum raptor. & l. ſi quis ex domo. licet Plac. cōtradixerit, vt dictum eſt.

† Aduerſus inficiantē. Nam actio legis Aquiliæ inficiando creſcit l. ij. ff. ad leg. Aquil.

N. A.

f In ſimplum. Vbi cōtra confitentem datur: nam tūc in ſimplum, & contra negātem in duplum: vt hic, & infrà eod. §. at ille. & C. de leg. Aquil. l. contra negantem. & ff. de iniur. l. eum qui.

* & magni pretij.

g Iam traditam. Vt ſuprà de l. Aquil. in prin. Nam ibi diuidit primum caput legis Aquiliæ à tertio capite: ex quo tertio fit condemnatio, quantum res retro valuit in proximis xxx. diebus: vt ſuprà eod. tit. §. ex hoc capite. Item, adiunge actionem quòd metus cauſa: nam & ipſa miſta eſt: vt ff. quod met. cauſ. lege ſi cum exceptione. §. j. Accurſ.

h Contra eos. ſi hæredes, vel alios qui legatis vel fideicommiſſis grauari poſſunt: quoniam honorati ſunt pecunia aliter: vt ſuprà de ſing. re. per fideicom. relict. in prin. & ff. de lega. j. planè. ij. in fine.

i Venerabilibus locis. Quæ multa ſunt, & enumerantur in auth. de non alie. §. nos igitur.

k Diſtulerint. id eſt, fraudulenter, vel ſine iuſta cauſa: aliàs non puniuntur: vt ff. ſi cert. pet. l. quod te. & ff. de vſur. ſciendum. & ff. de pet. hær. l. illud in princ. Et nota, quem puniri ex procraſtina

Digitized by Google

vſq; adeò, vt etiã in iudiciũ a vocarētur: † tunc enim & ipſam rem, vel pecuniam quæ relicta eſt, dare compelluntur, & aliud tãtũm * † pro pœna b: & ideo in duplũ eius fit condemnatio.

¶ Aliæ quoque ſunt actiones, miſtam cauſam, tam in rem quã in per-

craſtinatione, vel dilatione illicita. ſic ff. de eden. l. Prætor. §. ſed & ſi ſeruus. in fin. Et eſt ſpeciale in his legatis, in aliis legatis vel fideicõmiſſis non præſtatur duplum: ſed vſuræ currunt ex mora, vel ſaltẽ poſt cõteſtationem litis, & fructus rerũ reſtituuntur: vt C. de vſuris & fruct. lega. ſeu fideic. l. j. Item, hęc legata habent in alio priuilegiũ: vt ſi indebitum ſoluatur, nõ repetatur: vt ſuprà de obli. quæ ex quaſi cõtractu. in fin. Quid, ſi primò negauit, poſtea confiteatur? Reſp. poteſt pœnitere: cùm exoneret actorem à probando: vt ff. de iureiur. l. eum qui. in prin. Arg. contra ff. de ædil. edi. l. quis ſit fugitiuus. in prin. Item, quid ſi confeſſus eſt, & poſtea negat? Reſp. punitur, cùm vltima mora noceat; vt de peri. & cõmod. rei vend. l. illud. Item quid, ſi non inficietur, ſed dicat non valere: vel aliã proponat rationabilem cauſam? Reſp. quidam, ꝙ punitur: ne inueniatur via, per quam negantes ſuã exerceant auaritiam: vt ſuprà vi bon. rapt. §. quia tamen. Alij contrà, quod verum puto: vt infrà eod. §. at ille. Item, nunquid hoc in legato generali, & ſpeciali locum habet? Reſp. ſic, ſecundùm Ioan. cùm vtrumq; ſit legatum, vt ſuprà de fideic. hære. §. fin. & C. de fideic. in prin. Item, quid, ſi duplũ nõ poteſt ſoluere? Reſp. lauat in corpore: vt ff. de pœn. l. j. §. generaliter. & C. de ſer. fug. l. quicunque. §. quòd ſi. & in glo. caſtigatio. & ff. de in ius voc. l. pen. & fin.

¶ a In iudicium. Quid, ſi in iudicium non vocantur, ſed aliàs ſunt in mora? Reſpon. quidam adhuc idem, vt dupletur, ſed hic lex contradicit. Item, in dubiis pœnæ ſunt molliendæ: vt ff. de pœn. l. interpretatione. Sed dicam currere vſuras, & fructus deberi ex mora: & ipſa re, id eſt, ſine interpretatione, dicam moram committi ad inſtar minorum, quibus legata debentur: vt C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt ne. l. in minorum. Item, quid, ſi Reipublicæ vel fiſco relinquatur? Videtur ꝙ idem ſit quod hic dicitur, cùm ius diuinum & publicũ ſimile ſit: vt C. de ſacroſan. eccle. l. fin. & in authen. de non alie. §. ſi minus. Sed dico contra: quia pœnæ ſunt molliẽdæ, vt diximus: vt ff. de pœ. l. pen. Item, quid in redemptione captiuorum? Videtur idem, quaſi ſic rei venerabili ſit relictum. Sed certè non extendam, ſcilicet id quod dicitur in hoc §. ad hunc caſum: cùm ſit pœna. Itẽ, quid, ſi Deo, vel alicui ſancto vel adminiſtratori, quæ idem valent: vt in auth. de eccleſ. tit. §. ſi quis in nomine. & ff. ad leg. Fal. l. j. §. ſi quis. & §. ad municipium? Reſpon. locum habet hic. §. quia venerabili loco eſt relictum: vt ff. de annu. lega. l. annua. §. à Titia.

ADDITIO. Not. ex hac glo. quòd in pœnalibus non fit extentio de ſimilibus ad ſimilia, quando pœnæ imponũtur habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ: etiamſi ipſi caſus eſſent à iure æquiparati: vt pulchrè per Iaſonem hic, qui allegat duas gloſſas iuris canonici contrarias. vide per eum.

† Vocarentur. Et vocati, atque interrogati in iure inficiati fuerint §. ſed furti infrà hoc titul. Nam duobus caſibus duplicatur.

† Alterum tantùm. Ita in exemplaribus vetuſtis, & non (aliud tantùm.) Eſt autem vſitatiſſima locutio, puto, tantundem, Gallicè. *Encor vne fois autant.*

¶ b Pro pœna. Si hæc eſt ratio, vt ſit miſta, patet quòd condictio ex lege illa, ſi quis in tantam, ſit miſta vt C. vnde vi. l. ſi quis in tãtam. Item & illa condictio, quæ datur ex lege Conſtantini: vt C. finium regund. l. ſi conſtiterit. & omnes illæ actiones, vbi & res, & aliquid pro pœna petitur. quod verum eſt.

¶ Quædam actiones. diuiditur in tres partes. Primò, ponit dictum generale. Secundò, illud per exempla declarat. Tertiò, ponit, quæ poſſunt eſſe partes iudicis in iſtis actionibus. Secunda ibi, qualis eſt. Tertia ibi. In quibus tribus, &c. Aretin.

CASVS. Si placuiſſet domino Imperatori hunc §. collocare. ante §. ſic itaque. fortaſſe commodiore loco & ordine eum digeſſiſſet. Nam ad primam diuiſionẽ pertinet, quæ eſſentialis erat, id eſt, actionũ naturã eſſentiámque

τὸ σὸ-ντα. Th. abeſt tantundem.

N. A.

N. A.

Condictio ex lege eſt ſæpe miſta.

Digitized by Google

ſonam habentes, cuiuſmodi sūt tria diuiſoria iudicia: in quibus quoties res (quæ commodam diuiſioné accipere nequit) occurrit: permittitur iudici, vni ex litigatoribus eam in ſolidum adiudicare, & eum inuicē alteri certa pecunia cōdemnare.

¶ Quædam actiones a miſtam cauſam obtinere videtur, tam in rem, quàm in perſonā: qualis eſt familiæ erciſcūdæ actio b, quæ competit cohæredibus de di-

tiamque diuidebat. Quædam, inquit, partim naturam habent actionum in rem, partim earum quæ in perſonam ſunt, nimirum Familiæ. id eſt, hæreditatis diuidendę, Communi diuidundo, Finium regundorum. veluti, Fundus eſt nobis communis, vel quia donatus nobis eſt: aut quū agros cōfines haberemus, illorum diſtinctionem poſtulauimus. His tribus caſibus in rem agimus: petimus enim eã partem, quæ ad nos pertinet. interdum etiã in perſonam, nam ſi tu ſolus fructus ex eo fundo percepiſti, aut ego impenſas ſolus in eum feci, aut quum agros cōfines haberemus, circa fines aliquid malitioſè: commiſiſti, veluti, lapides finales ademiſti ex ea parte in perſonam eſt hæc act. quia per eam te mihi aliquid dare oportere contendo. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd hic verbum, videtur, importat veritatem: quia verè dicuntur & propriè miſtæ, quicquid in contrarium hic dicant doct. Vt declarat hic Zaſius. Item: quòd hæ tres actiones mixtæ ſunt. Item, quòd actio familiæ erciſcūdæ datur inter cohæredes: ideo niſi quis ſit hæres, non datur hoc iudicium, præterquam in cauſa arrogati. l. per familiæ. §. ſi quarta. ff. eod. Itē, actio communi diuidūdo ad quid detur, & quòd datur pro cōmuni re diuidenda qualitercunq; ſit communis. Item, ad quid & quando detur actio finium regundorū. Item, quòd in his tribus iudiciis permiſſum eſt, ex cauſa tamen, iudici tribuere vni totum, & illum alteri in certa pecuniæ ſumma condemnare. Sylueſt.

LIBELLVS IN ACTIONE Familiæ erciſcundæ.

¶ Hic tangitur de actione Familiæ erciſcundæ, quæ habet locum inter cohæredes: & naſcitur ex quaſi contractu, vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi cōtract. naſc. §. idem iuris. dum tamen ambo poſſideant, vel confiteantur ſe hæredes: & fortè in ea formatur libellus ſic: Dico ego G, contra S. quòd fuimus cohæredes in tali hæreditate: vnde proponendo act. famil. erciſc. contra illum peto illam hæreditatem diuidi. Et dico q in iſta actione & duabus ſeq. permittitur iudici rē vni adiudicare, & illū alteri in certa ſumma pecuniæ condemnare, prout ipſi videbitur: & erit cauſa in hac act. Quia fuimus cohæredes.

LIBELLVS IN ACTIONE Communi diuidundo.

¶ Item ſimili modo formabis libellum in actio. Communi diuidundo: quæ habet locum inter eos, quibus eſt aliqua res communis ſine ſocietate: veluti legata vel donata: vnde oritur ex quaſi contractu, vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi contract. §. Item ſi inter aliquos.

LIBELLVS IN ACTIONE Finium regundorum.

¶ Eſt & actio finium regundorum de qua hic loquitur: in qua ita formatur lib. Dico ego B, contra C, quòd inter me & ipſum habebamus duos fundos, ipſe vnum, & ego alium, adeo confines, quòd vix poſſent agrorum fines diſcerni, vnde proponēdo cōtra ipſum act. Finium regundorum. Dico ego C, peto, vt Fines diuidantur, & merè diſcernantur. ſic vt finalis iurgij, quæſtio, ſiue controuerſia inter nos inde ſopiatur.

¶ a Quædam actiones. Hic adiicitur ſecundùm quoſdã tertium membrum illi diuiſioni, quam habes ſuprà eod. §. j. vbi diximus.

¶ b Familiæ erciſcūdæ actio. Iſta ideo ſic dicitur: quia familia pro hæreditate ponitur. [Adde text. in l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. ſig. & dicit Cic. in Top. ex leg. xij. Tab. Proximus agnatus familiam habeto. l. fin. in fin. C. de verb. ſignif. Sylu.] Et erciſc. id eſt, diuiden

uidenda hæreditate.† Item communi diuidũdo, quæ inter eos redditur. inter quos aliquid commune [b] eſt, vt id diuidatur. Item finium regundorum [c] actio *, qua inter eos agitur qui confines [d] agros habent.

* abeſt.

diuidendæ. nam erciſco, cis. i. diuido diuidis, q.d. actio diuidendæ hæreditatis. Item, ideo dicitur miſta, quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo. & quo ad hoc eſt in rem. Item partem vice conſortis, & vt ab eo: quia portio mea erat ſua: & quo ad hoc eſt perſonalis. Vel, ideò dicitur miſta, quia in ea petuntur dominia rerum corporalium non dari, ſed tradi, vel aſſignari pro parte ſua: & in hoc dicitur realis. Item, petuntur fructus, ſi alter tantùm eos percepit: vel ipſe ſolus impenſas fecit: & hæc petuntur dari, id eſt, vt fiant ſui, cui dantur: & propter hoc dicitur perſonalis: vt ff. famil. erciſcund. l. item Labeo. §. familiæ. ſuprà de obligatio. ex quaſi contract. §. item ſi inter. & ſuprà eod. §. ſic itaque. ſed quanto tempore durat? Reſponſ. triginta annis, inſpecto potius quòd ſit perſonalis, vt C. de anna. except. l. ij.] Adde: quòd hæc opinio vera eſt: ſed non quòd elapſis triginta annis diuiſio peti non poſſit: nam hoc caſu non prohibetur: ſed ita demum nata actione, ſi per negligentiam quis proſequi deſinat, non datur ampliùs actio: & hæc opinio Bartol. eſt communis, de qua vide latè. Ioan. Franc. Balbum in tractatu præſcriptionum. col. cxxix. verſic. xij. quæro Syluest.] Item quæro, ex quo naſcitur? Reſpond. ſecundùm Mar. ex voluntate agentium. vt ff. fam. erciſc. l. j. Sed certè imo ex contractu: vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi contra. §. itẽ ſi inter. in fin. Accur.

¶ Subſtantia tamen actionis naſcitur ex voluntate, vt declarat hic Zaſius in vj. notab. Syl.

N.A. † Actio familio erſciſc. Actio familiæ quæ inter cohæredes redditur, vt res hæreditariæ inter ipſos diuidantur, & quod alterum alteri, ex bono, & æquo dare, facere oportet, detur fiat l. 1. ff. fam. erciſc.

N.A. Hæreditate diuidenda impropriè Nam hæreditas indiuidua eſt l. 8. de rei vind. Planius dixiſſet. De rebus hæreditariis. nam familiæ nomine, res hæreditariæ intelliguntur. l. familiæ 195. §. 1. ff. de verb. ſign. Cæterum, actio communi diuidundo eſt, quæ inter ſocios redditur, vt res omnes diuidant; & quod alterum alteri, ex bono & æquo dari facere oportet, detur fiat. l. j. & paſſ. ff. com. diuid. §. 45. de oblig. quæ ex cont. Actio etiam finium regundorum eſt, quæ inter confines redditur; vt & fines agrorum vicinorum dirigantur, & ſi quid alterum alteri, ex bono, & æquo præſtare oportet, vt arbiter cõſtituat l. j. & paſſ. ff. fi. reg.

¶ a Communi diuidundo. Quæ ſunt hic loco perſonalium præſtationum, & quæ loco realium, dic eodem modo, vt proxime diximus in actione familiæ erciſc. & idem in proximo caſu. & facit ad hunc §. ff. com. diui. l. per hoc iudicium. §. ſicut.

¶ Adde text. expreſſum in l. ſi quis putans, §. penult ff. com. diuid. Syluest

¶ b Aliquid commune. ſcilicet ſine ſocietate, vel cum ſocietate. vt ff. pro ſoc. l. quibus. & l. ſi actum. & ſuprà de obligationibus ex quaſi contrac. §. item ſi inter.

¶ c Item finium regundorum. ſcilicet eſt miſta: vt hic, & ff. finium reg. l. ſed & loci. §. in iudicio.

¶ d Confines. Quid, ſi domos habent conuicinas? Reſp. non habet locum, ſi hincinde ſint domus: vt ff. finiũ regund. l. iij. in fin. §. hoc iudicium. vbi ponitur differentia inter confinium. & vicinium. Si autem ex altera parte tãtùm ſit domus, ex altera fundus: tunc locum habet vtile iudicium finium regundorum. vt ff. fin. regundo. l. ij. in princip. Et adiunge his tribus actionibus miſtis quandam aliam, ſcilicet hæreditatis petitionem, vt C. de petitio. hæreditat. l. hæreditatis. & ff. de petitio. hæreditatis l. ſi bonæ fidei §. fin. [Dic quòd eſt realis non miſta vt declarat Iaſ. in rub. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi. C. de codicil. Syl.] Item quid de omnibus noxalibus actionibus? Videtur enim, quod ſint in rem: quia contra quemlibet poſſidentem ſeruum dantur: vt infrà de noxa. acti. §. omnis autem. Item, quid de actione de tigno iniuncto? nã & hæc datur contra quemlibet poſſidentem. vt ff. de tig. iniunc. l. j. in fin. Item, quid de actione, quod metus cauſa? nã & hęc quemlibet poſſidentem perquirit: vt ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. Pedius

Digitized by Google

Item, quid de actione in factum, quæ datur contra eum, qui aliquid habet in loco publico poſitum? vt ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. antepen. Item quid de actione in factũ, ſiue interdicto, quod vi aut clã? nam & hæc contra poſſidẽtem datur: vt ff. quod vi aut clã. l cõperit, in fi. Item, quid de actione ad exhidẽdum? nam & illa poſſidentem perſequitur, ſicut & ceteræ ſuperiores: vnde videntur omnes in rem: vt ff. de actio. & oblig. l. actionũ genera. Quidam dicunt eas anomalas, id eſt, nec in rem, nec in perſonam. Sed dic omnes eſſe perſonales: vt patet in actio. Ad exhibendum: vt ff. ad exhi. l. iij. §. eſt autem perſonalis hæc actio.

In quibus tribus [a] iudiciis permittitur [b] iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare [c] †: & ſi vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

ADDITIO. Dicunt doctor. quòd omnes actiones de quibus in gloſ. ſunt perſonales in rem ſcriptæ: vt in d. l. iij. §. eſt autem perſonalis. vbi gloſſ. j. quæ eſt magiſtralis.

¶ a Tribus. ſcilicet, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum.

¶ b Permittitur: A, lege. Accurſius.

¶ c Adiudicare. Et quod adiudicatur ſtatim fit eius cui adiudicatur: vt infrà de offic. iudi. §. fin.

H. A. † Adiudicare, vide §. 5. 6. & vlt. Infr. de offic. Iud.

¶ Omnes autem. Hic ponitur quarta diuiſio actionum, vt dicitur in gloſſa: quia quædam dantur ad ſimplũ quædam ad duplũ, & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primo, ponit dictum generale. Secundò, illud per multa exempla in quolibet membro declarat. Tertiò, ponit aliquod differentias inter iſta exempla. Secunda ibi in ſimplum agitur. Tertia ibi. Sed furti quidem. hoc dicit Aret.

CASVS. Sequitur quarta diuiſio, quæ eſt accidentalis, id eſt, quæ ſubiectum in accidẽtia patitur: nam actionũ quædam ſimplum, quædã duplum, triplum quadruplum perſequuntur, quod ipſi actioni accidit, neq; in ipſius natura aut ſubſtantia ineſt. Eius autem exempla ſunt innumera. Centum tibi mutuò dedi. Certi cõdictio (quæ actio eſt mutui repetendi cauſa) ſimplũ petit, eodémque in numero adſcribendæ ſunt aliæ infinitæ, quas ex iis, quæ diximus, quiuis intelliger. Siue enim in rem ſint, ſiue in perſonã, ſimplũ duntaxat perſequũtur. C. Vib.

¶ Iam ad quartã actionem diuiſionum properat.

¶ Omnes autem [d] actiones vel in ſimplũ cõceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, vlterius [e] autẽ nul-

¶ d Omnes autẽ. Hęc eſt quarta diuiſio, quæ fit in hoc tit.

¶ Hæc gl. communis eſt, quãuis domin. Ioãnes de Eremo in arbore ponat hic quintã diuiſionẽ, & dominus Azo præſupponat hic nullam poni diuiſionem, tanquam hic §. pendeat à §. ſequen. ſuprà eod. quælibet opinio ſupradicta poteſt ſuſtineri. Syluest.

¶ e Vlterius. ſcilicet vltra quadruplũ. Sed contra in l. Aquil. vbi occaſione vilis ſerui interfecti, agitur ad vnam hæreditatem perditam, quæ valet centum marcas: vt ſuprà ad legem Aquil. §. illud. Item, contra de eo, qui vtilem clauũ de naue abſtulit, quare tota nauis periit. nam ad totum damnum tenetur: quòd etiam in quadruplum & vltra excedit: vt ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. ſenatuſc. Itẽ, aliud cõtra. in actione ex empto. vti occaſione pecoris morboſi totus meus grex contaminatus eſt: vel occaſione tigni vitioſi totą domus corruit: vt ff. de act. em. leg. Iulianus in prin. Sed certè his tribus cõtrariis non agitur ad aliquid quod ſit pœna, inſpecta perſona agentis: ſed totum eſt ſuum intereſſe. Nam hunc §. intelligo, quando pœnalis eſt actio ex vtraq; parte. Item cõtrà in eo, qui manumiſit ſeruum alienum in præſentia principis: nam duo mancipia domino, & tria ſimilia dat fiſco: & ita in quintuplum damnatur: vt C. de iis, qui à non do. ma. l. fi. Item cõtrà in eo, quòd dicit lex: ſi dedi tibi pecuniã, ne mihi calumniã faceres, & ab alio accepiſti, vt mihi calumniã faceres, in octuplum mihi teneris: vt ff. de calum. & l. generaliter. §. fi. Sed certè primo caſu præſtatur pœna diuerſis, non vni: nec eſt ibi aliqua præſtatio vltra quadruplũ. In ſecundo autẽ caſu, non vna actione habeo octuplũ, ſed duabus. Item cõtrą

in eo,

Digitized by Google

in eo, quod dicitur ſi dediſti pecuniā, ne mihi fieret calūnia: nam tu repetis, quod dediſti: & ego in quadruplū proſequor: vt ff. de calum. l. ſi quis ab alio. in prin. Sed certè in duobus fit præſtatio, & neutri vltra quadruplū. Item, contrà in eo, quod dicit lex manumiſſū in ſeruitutē reuocari occaſione leuis offenſæ: & ita pœna in immenſum excedit: vt C. de libe. & eorū lib. l. ſi manumiſſus. Sed dic, ꝙ illa eſt accuſatio, non actio. Vel dic, quòd non præſtatur pœna, habito reſpectu ad rem. Item, contrà in eo, qui ſubripuit ſeruum fiſcalē, nam damnatur in xij. lib. argenti, & ſeruo reſtituendo. C. de ſeru. fugiti. l. ſi quis ſeruum. Sed ibi nō fit relatio ad ipſam rem, vel ad ſimplū. Eſt enim hic §. intelligendus, quādo actio eſt pœnalis. & in pœna ad ipſam rem habetur reſpectus. Item, cōtrà §. de inuti. ſtipu. §. alteri. Nā ibi non inſpicitur quanta ſit pœna, ſed tota exigitur: ſed ibi nō habetur reſpectus ad ipſam rem. Vel dic, aliud in pœna conuētionali, vt ibi: quam in legali, vt hic. Item, contra in eo quod dicitur eum, qui emit adminiſtrationem. Nam qui accepit pecuniam ab electo, quadruplum reddet, & ſua bona confiſcantur; & cingulo priuatur: vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. ſic igitur. in fin. Sed illud fit per accuſationem, non per actionem.

Dicatis breuiter, ꝙ regula eſt, quòd ſupra quadruplum pœna legis non extenditur. Primò fallit in lege Aquilia, in qua æſtimatio poteſt excedere qnadruplum: & ratio fuit, vt compeſcerentur homines & retraherentur ab occidendis hominibus. Secūdò, in auferente clauum nauis, quo regebatur, & in auferente dolo malo quid ex naufragio: quorum ratio eſt priuilegium naufragis conceſſum propter frequentiam raptorum. Tertiò, in venditione tigni vitioſi, ant pecoris morboſi: cuius ratio eſt, quia contractus eſt bonæfidei. Quartò, in l. fi. C. de his quæ à non docuius ratio eſt, qui pœnæ illæ debentur diuerſis dominis: quia quādo plures actiones ex eodem crimine oriuntur in diuerſis perſonis, vna non tollit

la actio extēditur. In ſimplū agitur: veluti ex ſtipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato: & deniq; ex aliis quamplurimis * cauſis.

¶ Quinque actiones hic ſcriptæ dantur ad duplū. h. d. Aret.

¶ In duplum agimus: veluti furti

aliam, §. patitur. ſuprà de iniur. Quinto, in calumniatoribus, ad reprimēdam eorum audaciam: quia tunc conſequitur octuplū. l. & generaliter. §. fi. ff. de calum. ſed hoc ideo eſt, quia ſuper eodē delicto oriūtur mihi duæ actiones, quæ proueniunt ex diuerſa radice. Sextò, quando ſumus in re ineſtimabili, puta in reuocatione ſerui in ſeruitutem: nā tunc nō habetur reſpectus ad rem, ſed ad neſcio quam tacitam condictionem ex lege ſumptam, quæ cenſetur eſſe in manumiſſionibus reſolutiua libertatis. Septimò, quando per viam ſolemnis accuſationis pœna imponitur: vt in ementibus adminiſtrationes. Octauò, potes addere vbicunque iuratur in litem: quia cùm iuretur aliquādo ex affectione, poteſt quadruplum excedere, licet debeat iudex moderari. l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Syl.

Induplum. THEMA. Docuiſti, quæ ſint actiones quæ ſimplum perſequantur. explica mihi nunc quænam duplum exigere ſoleant. Quinque, inquit, huius ſunt generis. Furti nec manifeſti, damni iniuria accepti, depoſiti in quatuor caſibus, tumultus, incendij, ruinæ. naufragij, ſerui corrupti, & legati piis locis relictis: de quo paulò antea commemorauimus. Inter haſce tamen actiones hæc eſt differentia, quòd in actione furti duplum extra rem ipſam conſequimur. §. vlt. ſuprà de ob. quæ ex del. ſed in actione legis Aquiliæ duplum non eſt extra rem. verùm in duplo ipſa quoque res continetur, quemadmodum in actione quoque depoſiti, in quatuor caſibus: in actione autem ſerui corrupti Paul. ait in l. tantùm. de ſer. cor. non extra rem duplum eſſe, id enim quod damni datum eſt, duplicatur. Cor. Vib.

LIBELLVS IN ACTIONE ſerui corrupti.

Hic tangitur de actione ſerui corrupti: & illa datur contra eum, qui ſeruum alienum hortatu vel conſilio corrumpit in animo: vt ſuprà de obl. quæ ex male. §. vnde illud quæſitum. &

de fur.& ſer.corr. l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit. & ff. de ſer. cor.l.j. §.perſuadere. & quaſi per totum tit. Vnde in hac actione ſic formatur libellus: Dico ego A, cōtra B, ꝙ ipſe perſuaſit ſeruo meo, vt aufugeret,& aufugit,& ſic eum corrupit. vnde proponendo actionem ſerui corrupti, peto ipſum B, in duplum, ſ.pro deterioratione in decem, & pro pœna in aliis decem mihi cōdemnari Et erit cauſa in hac actione talis. ſ. Quia ſeruū corrupit:quam ſufficit proponere loco actionis.

cauerat, ad ipſum ſolicitatorē, ſiue ad alium:vt ff.de ſer.corr. l. in hoc iudicio. Sed nunquid iure actionis ſit hæc æſtimatio, vel iudicis officio? Reſp. ſit iudicis officio, ſecundum Ir.ita ſit in actione quod metus cauſa. ff. quod met. cau. l.ſi cū exceptione.§.j.& §.quadruplatur.[Glo. cōmuniter dānatur, ꝙ imo totū veniat,iure actionis nec exemplū de actione quod metus cauſa obſtat, qa ibi eſt loc⁹ purgationi, quod nō eſt in actione ſer.cor.Syl.] Sed ꝑ filio corrupto, vel pro filia qualiter agitur? Re habet vtilē hāc actionē, vt ff. de ſer. corr.l.vt tātum. §.j. vnde dicunt ꝙ veniet intereſſe patris conſiſtens in operis filij, quia non vult operari, & cum ſit corruptus, aliud quam opera nō poteſt æſtimari: quia liberum corpus non recipit æſtimationem: vt ff.de iis qui. deie. vel effu. l.fin. habet enim iſtam vtilem, ac ſi eſſet in bonis, & erit in eam. ſ. ſummam, quam ipſe æſtimauerit ſuo iureiurando, vt de actione iniuriarum dicitur:vt ſuprà de iniu.§.pœna. & ff. de iniur. l. conſtitutionibus. [De hoc eſt caſus in l.vt tantùm. §.j. ff. de ſer. cor. Syl.]Vel dic, quòd primò æſtimat index ſummam ad quam competit, vt arg.ff.de cuſto.reo.l.ſi quis reum.

nec manifeſta [a], damni iniuriæ, ex lege Aquilia [b], depoſiti, †ex quibuſdā cauſis [c].*Item ſerui corrupti: † quæ competit in eum, cuius hortatu, conſilióve ſeruus alienus fugerit, aut contumax aduerſus dominū factus eſt, aut luxurioſè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit [d]. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducitur [e]. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum eſt ſecundū ea quę ſuprà diximus. [f]

¶ Cum maiore in [illegible] libello complexus fuit, vt reus maioribus grauaretur ſportulis eius damni, quod reus ob id paſſus eſt, triplum præſtare igitur: in quo tamen ineſt ipſius damni perſecutio.

¶ a Furti nec manifeſti. Vt ſuprà de obli.quę ex delict. naſcun.§.pœna.

¶ b Ex lege Aquilia. Puta per inficiationem:vt infrà eod.§.at ille.

N.A. † Depoſiti tumultus incendij, ruinæ, &c. vt ex §.ſequens.inf.h.t.

¶ c Ex quibuſdam cauſis. Veluti quod tumultus, incendi j, ruinæ, naufragij cauſā depoſitum eſt:vt ſuprà eod. §.rei perſequendæ.

N.A. † Serui corrupti. nam corruptor. in duplum quanti intereſt, etiam confeſſus damnatur l. 5. §. 2. l. 9. §. 2. ff. de ſeruo cor.

¶ d Deterior factus ſit.ſ.in mente.nam ſi in corpore, locum habet lex Aquil. vt ſuprā de leg. Aquil. in princ.& hoc ſiue fiat de bono malus, ſiue de malo deterior:vt ff.de ſer. cor. l.j.§.perſuadere.vſque in fin.& l.ſeq.

ADDITIO. Nota differentiam inter iſtam actionem ſerui corrupti, & actionem legis Aquiliæ pro ſeruo: quia illa competit, quoties in moribus ſeruus eſt deterioratus: ſed lex Aquilia habet locum, quando mores non mutantur, ſed corpus læditur, vt ibi Ang.

¶ e Aeſtimatio deducitur. Vt omne cum ipſa damnum dupletur ſiue peruenerit res, quam ſecū ſeruum expor-

¶ f Diximus.ſuprà eod.§.item miſta.

¶ Tripli verò. CASVS. Proximum eſt vt de iis actionibus dicamus, quibus triplū conſequimur.Lex eſt Imperat.quæ Viatoribus mercedē certā cōſtituit,ſecundū quantitatē quę petitur. veluti partem centeſimā,id eſt,ex centum aureis vnum. Quū ego damnū aduerſario meo inferre in animo haberem, efficeréque vt maiores ſolueret ſportulas,mille petij. Ea ratione factū eſt,vt decē aureos ſolueret. Poſtea iudex cognouit mihi centū aureos tantùm debe

tùm deberi. Lex Imperatoris noſtri aduerſario dat condictionem, quæ dicitur. Ex lege (quia ex lege inſtituta eſt) per quã triginta à me petet. i. triplum eius ſummæ quã ab eo ſportularũ nomine exigẽdam curaui. C. Vib.

¶ Tripli verò agimus, cùm quidam maiorẽ vera æſtimatione quãtitatẽ libello [b] cõuentionis inſerunt, * vt ex hac cauſa viatores, id eſt, execu-

* inſerũt.

¶ Not. ꝙ olim actiones proponebantur in ſcriptis, & ex hoc dicebantur libelli. Item not. libellum iudicialem dici cõuentionalem, quod eſt nouum. & contra text. in l. in conuentionalibus. ff. de verb oblig. Syluest.

LIBELLVS IN ACTIONE ex lege condictitia.

¶ Hic tangitur de condictione ex lege, quæ naſcitur ex lege condictitia: & datur ad triplum contra eum, qui maiorem ſummam in libello conuentionali, quam deberet, inſeruit, vt aduerſarius eius in prçſtatione ſportularum grauaretur, vt in hoc §. tripli. & in ea ſic formatur libellus, Dico ego A, contra B, quod ipſe in libello conuentionali contra me porrecto, maiorẽ ſummã quàm deberet, inſeruit, vt hoc me, grauaret in præſtatione ſportularum: occaſione cuius maioris quantitatis dãnificatus ſum in decem ſolidis, vnde proponendo contra ipſum B, condictionẽ ex lege, peto eum in triplum, ſcilicet, in xxx. ſolidos, videlicet in x. nomine damni dati, & in xx. nomine pœnæ mihi cõdemnari. Et condictione ex eadem lege agitur contra executorem pro eo, quod exegit maiores ſportulas à reo, quàm deberet, ſecundum quantitatem in libello comprehenſam: & formatur libellus mutatis mutandis: vt ſuprà proxi. ſcripſi.

¶ a Cum quidam. ſ. actore.

¶ b In libello. Hic nota duo. Primò, quòd libellus eſt faciendus * in cauſa, quod eſt verum iure nouo, vt hic, & C. de epiſc. & cleri. auth. generaliter. & C. de lit. conteſt. auth. offeratur, niſi in quatuor caſibus: quos not. in auth. de mand. prin. §. ſi tibi. [Vide gloſſ. ad quam ſemper recurrit in verb. libellum. in §. ſancimus. in auth. de exhibend. reis, & c. ſi. de re iud. lib. vj Specul. in tit. de libel. concep. § nunc vjdendum, vbi enumerat xlvj. caſus, in quibus non requiritur libellus. Syl.] Aliud eſt iure veteri: nam tunc nõ fiebat niſi ex voluntate: vt ff. de eden. l. j. niſi in caſu: vt C. de dign. l. quoties. li. xij. [Adde, quod gloſſ. vera eſt præterquàm in criminalibus: nam etiam iure veteri fiebant libelli de neceſſitate. l. libellorum. ff. de accuſat. Syluest.] Item ſecundo not. ꝙ quantitas certa eſt in libello cõprehendẽda, vel res: & ita etiã in perſonali actione debet actor certificare reũ: vt hic, & in auth. de liti. §. ad excludendas. & ff. de rei. vend l. ſi in rem. §. & ſi veſtimẽta. Tertiò not. ꝙ ſportulæ, vel ſalaria, quæ dabantur executoribus, id eſt, nuntiis, qui faciunt homines repræſentari, & alios qui faciũt huiuſmodi citationes, pro ſuis officiis, dabantur ſecundùm quantitatem petitam, vt hic dicit. Sed hodie magis, ſecundùm cõſuetudinem vel longitudinẽ itineris: vt C. de epiſc. & cler. auth. ſed hodie. Et dicas, ꝙ hic dicitur ex hac cauſa, eſſe cauſatiuè, non cõſecutiuè dictum. Sed iſtæ ſportulæ, quæ iudicibus dabantur, certæ ſunt, nec creſcunt: licet quãtitas petita ſit magna. nec decreſcũt, licet ſit parua: vt in auth. de iud. §. ne autẽ. Item nota, ꝙ reus ſoluebat huiuſmodi ſportulas: vt hic, & C. de epiſc. & cle. auth. generaliter. ſed actor ei reſtituebat, niſi iuſta cauſa eum vocaſſet, vt ff. de iud. l. eum quẽ temere. Item, not. adhuc ꝙ huiuſmodi ſportulæ quibuſdam prorſus remittuntur, vt pauperibus: vt in authen. de mand. princ. §. oportet à quibuſdam pauciores exigebantur, vt à clericis: vt C. de epiſc. & cleric. l. cum clericis. & in authen. ibi poſita, ſed hodie. Aliis autem per priuilegium principis viuentis remittuntur in totum, vel pro parte: vt C. de fruc. & lit. expen. l. fin. Sed quæro, ſi hæ perſonæ, quæ habent priuilegium, ſcilicet de non ſoluendo ſportulas, ſportulas ſoluãnt, an habeant actionẽ in triplum? Dicunt quidam quòd ſic: ne fauor noceat eis: vt C. de legi. & conſtit. l. quod fauore. Alij dicunt ꝙ non, quaſi ſuo iuri, id eſt priuilegio, ſtultè renuntiauerint, cùm volentes ſoluerũt, quod poſſunt: vt C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo, quod verius eſt. Si autem inuiti exacti ſunt, in quadruplum contra exactorem, vel executorem agitur: vt infrà eodem. §. quadrupli. Sed cum hodie caueatur de duplo reſtituendo: vt in authen. de executo. §. j. videtur cor-

* offerẽdus.

Digitized by Google

rigi quod hic dicitur. Vnde hodie nulla eſt actio in triplum: quòd verũ puto. Sed alij dicunt, ſi cautio eſt omiſſa, habet locum quod hic dicitur, aliâs habet locum authen. prædicta.

ADDITIO

Hæc communiter reprehenditur: quia ille §. j. in authen. de execu. & auth. libellum C. de lit. conteſt. loquuntur in diuerſis tit. à text. noſtro. vide hic per dominũ Iaſ.

a Sportularũ. Ideo ſic dicuntur, q̃a in ſportulis quibuſdam obligationes huiuſmodi ponebant. Eſt autem genus vaſis ſportula, vel ſporta.

tores litium ampliorem ſummam ſportularũ, a † nomine exigerent * tũc enim id, quod propter eorũ cauſam damnum paſſus fuerit reus b, in * triplum ab actore conſequetur: c vt in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, connumeretur. Quod noſtra cõſtitutio introduxit quæ in noſtro Codice d fulget, quam *, proculdubio certũ eſt ex lege condictitia e * emanare.

* exegerint.

* abeſt.

NA. † Sportularum patet igitur viatores, pro modo ſummæ iudicio petitæ, ſportulas, id eſt, honorarium ſumere, modo maioris, modo minoris potuiſſe. Theophilus ſcribit dimidiatum aureum, in centenos.

b Reus. Aliæ ſportulæ quæ iudicibus præſtabantur, ab vtroque præſtabantur: vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. volumus. collatio. ij. Item, iſtæ ſportulæ quę dabantur executoribus, dabantur ante lit. conteſta. id eſt, porrecto libello. iſtæ aliæ in conteſtatione cauſæ dabantur iudicibus: vt in authen. de exhib. §. ſancimus. collatio. v. & de iud. §. ne autem. circa hoc labor. collatio. vj.

c Conſequetur. Condictione ex hac lege Græca, vt ſubiicit: quæ erat in alio Codice, nõ autem eſt in eo, quem habemus. Et patitur actor hanc pœnam triplici, ſiue ſine dolo, ſiue cum dolo in ſeruit. & ſic cauſatiuè vel conſecutiuè dicitur. Sed nónne etiam cauſam amittit? vt C. de plus petitioni. l. vnic. Sed certè ibi plus deliquit: quia in certamine negotij cautionem de petitis exegit, vnde grauius punitur, vt argum. ff. de offic. præſid. l. diuus.

d Codice. Quem non habemus.

e Ex lege condictitia. Lex quædam erat, quæ condictitia vocabatur, & ſub ſe quaſdam conſtitutiones habebat: vt hic. & infrà eodem §. item ex lege condictitia. Accurſius.

ADDITIO Hotomanus docet legendum Condictitiam. in quarto caſu. de condictitia mentio ſit in l. ſi duo. §. Iulianus. ff. de iureiur. l. ſi quis certum. ff. ſi certum peta. Theophil9 enim vertit ὁ ἐξ λέγ. κον-δικτικίου.

* ex qua

* ex quo.

* legem cõdictitiam.

¶ Hic [illegible] ſummarius eſt cum §. omnes autem: & tamen in ſpecie hoc dicit. Quatuor actiones hic poſitæ dantur ad quadruplum. Ange.

f Quadrupli.

CASVS Quatuor exponit actiones, quibus quaruplũ petitur: prima, eſt furti manifeſti, quæ plana eſt ſecunda, in hac ſpecie, Metũ tibi incuſſi. mortem fortaſſe, aut vincula minitans, niſi centum mihi dares, dediſti. Prætor tibi actionem concedit, Quod metus cauſa, per quam quadringentos aureos à me repoſces. Tertia, in hac ſpecie, Volebam tibi moleſtiam exhiberi: litẽmque aliquam creari, quæ te vexaret, appoſui Fannium, eíque decem promiſi, ſi tibi calumnioſè litem, aliquam moleſtam intenderet. Actio in me parata eſt, per quam quadringenta cogar ſoluere. Quarta in hac ſpecie, Executor litis cui decem debebas, expreſſit à te viginti. Actio quæ in illum datur quadruplum exiget: id eſt, octoginta. Omnes autem quatuor actiones in hoc inter ſe conſentiunt, quòd ſimplum, in re eſt, triplum verò dumtaxat in pœna. Cornelius Vibulanus.

LIBELLVS IN ACTIONE in factum, quæ deſcendit ex edicto de calumniatoribus.

Hic tangitur de actio. in factũ, quæ deſcendit ex edicto de calumniatoribus: & datur in quadruplum ad annum. poſt annum verò, perpetuò in ſimplum: vt ff. de calumnia. l. j. in prin. & habet locum contra ipſum, qui à me aliquid recipit, vt me calumnioſè non vexet. Et idem ſi ab alio recepit, vt me calõniosè vexet: in vtroq; enim mihi datur actio contra eum vt ff. de calumnia. l. generaliter. §. fi. ¶ in ea ſic formabis

Actio in factũ de calumniatoribus.

Digitized by Google

formabis libellum: Dico ego. T. contrà, S, quòd ipſe accepit decem à Mæuio, vt calumnioſè me vexaret: vnde proponendo cōtra ipſum actio. in factum peto eundem in quadruplum, ſ. in decem quæ accepit, & in triginta nomine pœnæ mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actio. quā ſufficit proponere, hæc ſcilicet, Quia decem à Mæuio accepit, vt mihi faceret negotiū calūnioſè. Si autē à teipſo accepit, vt te non vexaret calumnioſè, ſic forma libellū: Dico ego T. cōtra S, quod ipſe accepit à me decē, ne me calumnioſè vexaret & moueret mihi litem: vnde proponēdo actio. in factum contra ipſum, peto ipſum in quadruplum, ſcilicet in decem, quæ accepit à me, & in triginta nomine pœnæ condemnari. Et erit in hac actione cauſa talis, ſcilicet: Quia decem à me accepit, ne calumnioſè contra me moueret negotium.

* Incluſa abſunt.

¶ Quadrupli* [autem agitur] veluti furti [a] manifeſti, item, de eo, quod metus [b] cauſa factum ſit, déque ea pecunia [c], quæ in hoc data ſit, vt is, cui datur, calumniæ cauſa negotium [d] alicui faceret, vel non faceret.

¶ Adnota executorem maiores iuſto extorquentem ſportulas, earum quadruplum reſtituere debere.

ADDITIO. Holomanus ita emendat, Item, Ex lege Condictitia (nempe actio) ex noſtra conſtitutione oritur. Theophilus enim, ἐςὶ καὶ ὁ ἐξ [illegible] κονδικτίκιος, ἐκ διατάξεως, τοῦ ἡμετέρου βασιλέως.

¶ Itē ex lege condictitia [e] †noſtra* cōſtitutio [f] oritur, in quadruplum [g] condemnationem imponens iis executoribus †litium, qui contra noſtræ cōſtitutionis [h] normā [i] à reis [k] quicquam exegerint.

* Item condictitia ex lege quæ ex noſtra.

† Lege condictitia. Cum ex lege, nulla certa actionis formula cōcepta ſit. l. j. ff. de cond. ex leg. Cæterum ad clariorem notitiā ſequentiū, notandum eſt; Actionem quod metus cauſa eſſe eam, quæ ei, qui vi metúſve impulſus aliquid geſſit, conceditur, aduerſus eum qui lucrū ex eo percepit; vt quod percepit, cum ſua cauſa reſtituat; vel intra annum quadruplum perſoluat: Nam poſt annum datur in ſimplum l. 14. ff. quod met. cauſ.

Actio de calumnia, eſt actio in factum, quæ datur aduersùs calumniatorem intra annum, in quadruplum eius quod vt calumniaretur accepit; poſt annum in ſimplum l. j. & paſſ. ff. de calumniat.

N. A.

¶ a Furti. Facit ſuprà de obli. quæ ex deli. naſcun. §. pœna.

¶ b Quod metus. ſcilicet actio, quæ ex contumacia fit in quadruplum: vt infrà eodem §. item actio. & vſque ad annum tantùm, poſt annum in ſimplum: vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. j. Accurſius.

¶ c Déque ea pecunia: ſcilicet actio in factum de calumniatoribus annalis in quadruplum, & perpetua in ſimplum: vt ff. de calumnia. l. in princ. & §. j. quæ locum habet: ſi do alicui aliquid, vt calumnioſè aliquem vexet. datur enim actio in factum ei, ob cuius mala data fuit, non autem danti. Item danti, quando dedit, vt ſibi negotium per calumniam non fieret: vt hic, & ff. de calumnia. l. j. & l. generaliter. §. fin.

¶ d Negotium. ſcilicet malum.

¶ e Lege condictitia. De qua dic, vt ſuprà eod. §. tripli. in fine. ſuprà diximus.

¶ f Conſtitutio. Quam non habemus: Accurſ.

¶ g In quadruplum. Cuius quadrupli iure nouo triplum fiſco, ſimplū damnum paſſo datur: vt in authentica, vt litigantes iurent in exordio litis. §. & hoc quoque: & petitur per condictionem ex hac lege, quam non habemus: cùm non ſit cautum quo genere actionis agamus. vt ff. de condicti. ex lege. l. j.

¶ h Conſtitutionis. Prædictæ, quam non habemus.

† Executoribus ſuperior condictio in triplum, competit aduerſus litigatorem: hæc verò in quadruplum, aduersùs viatorem. N. A.

¶ i Normam. id eſt, formam. certa enim erat forma in conſtitutione, quam non habemus.

¶ k A reis. id eſt conuentis.

¶ Sed furti quidem nec manifeſti.

CASVS. Domi. imperat. quaſi ſtri

oblitus redit ad §. in duplum. vbi hæc tradi commodius poterant. Inter eas, inquit, actiones, quæ duplum exigunt, hoc intereſt, quòd agens furti nec manifeſti & ſerui corrupti, ſemper duplū exigit: ſiue reus neget ſe debere, ſiue fateatur. Sed agens Aquiliana, & depoſiti in caſibus tumultus, incēdij ruinę, naufragi non perpetuò duplum conſequitur: diſtinguendum enim. nā aut reus inficiatur, & tunc duplū exigitur: aut non negat, & tūc ſimplum tantummodo. Quid autem ex legato Pietatis cauſa relicto? Aut legatarius fateatur ſe debere, prius quā conueniatur, tunc ſimplū duntaxat ſoluit: aut pernegat, vel (quid magis eſt) tandiu moratur, ſuſtinētq; ſolutionē, dum conueniatur: & tunc duplum conſequimur.

¶ [illegible]

Sed furti quidem nec manifeſti actio & ſerui corrupti, à cæteris de quibus ſimul locuti ſumus, eò differunt, * quòd hæ actiones omnimodo [a] † dupli ſunt: at illæ, id eſt, damni iniuriæ * ex lege Aquilia, & interdū depoſiti [b], inficiatiōe † duplicâtur [c]; in cōfitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa [d], quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, nō ſolùm inficiatione [e] duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem, vſquequò iuſſu magiſtratuum noſtrorum * conueniatur. In cōfitentem verò, & antè, quam † iuſſus magiſtratuum cōueniatur, ſoluentem, ſimplici redditur.

*differt. *iniuriæ. *abeſt.

a Omnimodo. De actione furti cōſtat, quòd ſemper eſt in duplum: vt hîc, & ſuprà de oblig. quæ ex delict. naſcun. §. pœna autem. Item, de actione ſerui corrupti, niſi in caſu. vt quando marito in vxorem datur, & econtrâ: vt hîc, & ff. de ſeruo corrupto l. doli verbum. §. hæc actio. & l. final. Vel dic omnimodo, id eſt, ſiue neget, ſiue non: non autem in omni perſona. Acc.

N.A. † Omnimodo ſiue reus confiteatur, ſiue inficiatur.

b Depoſiti. Aliâs eſt in litera de dolo depoſiti: & tunc dic actionem depoſiti propter dolum. Nam vtraq; non poteſt habere locum ſimul, ſcilicet de dolo actio, & depoſiti: vt ff. de dolo. l. j. §. j. aliâs non eſt de dolo, & tunc plana eſt litera.

N.A. † Inficiatione prætor permittebat actori, reum ad tribunal ſuum adductum interrogare; & ex eius reſponſione; id eſt; vel affirmatione, vel inficiatione ius ſumere. Mendacium autem dupli damnabatur. l. j. & paſſ. ff. de interrogato. in iur. faci.

c Duplicantur. ſ. ſi legitimis probationibus, non iureiurando cōuincantur: vt C. ad legem Aquil. l. contra. & ff. de iureiurand. l. eum qui.

ADDITIO.

Et ſic probatio per iuramētum non cēſetur legitima. Adde illā glo. in l. cum de indebito. in princ. in verb. legitimis. ff. de probatio. Iaſon. vide eundē Iaſ. in l. admonēdi ff. de iureiur.

d Sed illa. ſ. actio ex teſtamento. Et conſtrue, ſed illa actio. ſ. ex teſtamento, quæ. ſ. actio cōpetit de iis quæ ſunt re. ven. lo. duplicatur non ſolùm, &c. Accurſ.

e Inficiatione. Bene dicit, inficiatione: qua ſi confitentur, non tenentur, vel ſi iuſiurandum detulerit actori quia exonerat eum à probatione. ff. de iureiur. l. eum qui Accuſ.

N.A. † Et ante quam nota, puniri primùm moram hæredis: deinde, inficiationem.

Item actio &c. CASVS. Nunquid nam eſt inter cæteras actiones differentia? In actione, inquit, Quod metus cauſa quiddam eſt ab aliis diſcrepans: nam in aliis ſimulátque reus in iudicium deductus eſt, effugere non poteſt, quin quadruplum exſoluat. Hæc verò ſingularem hanc habet naturam, quòd is qui ea conuenitur, facultatem habet vſque ad ſententiam rem reddendo pœnam euadendi. monitus ergo ac iuſſus à iudice, ſi rem per metum ablatam

reſtituunt,

Digitized by Google

reſtituat, iudicio liberabitur, neq; iudex eum quadrupli damnabit. C. Vib.

CASVS IN ACTIONE Quod metus cauſa.

¶ Qui illato metu [illegible] ab alio [illegible] extorſerit, [illegible] quadruplum [illegible] quod metus cauſa actio.

¶ Hic tangitur de actiõe, Quod metus cauſa, & illa datur contra eũ, qui metum intulit, & contra quemlibet poſſeſſorẽ: vt ff. quod met. cau. l. fin. cum exceptione. §. in hac act. In qua ſic forma libs Dico ego Titius contra Semproniũ, quòd ipſe detinet rẽ mihi per metũ ablatam: vnde proponendo actio. Quod metus cauſa, cõtra ipſum, peto eundem ad reſtitutionem rei mihi cõdemnari. Et tunc iudex cõdemnabit eum ad reſtitutionem rei: & ſi reſtituere non vult, petetur ab eo quadruplũ, in quo quadruplo ipſa res continetur: vt ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. & tunc forma hoc modo libellum: Dico ego Titius contra Sempronium, quòd ipſe rem mihi per metum ablatã detinens, illam non vult reſtituere, licet ſit ſuper hoc condemnatus: vnde proponendo contra ipſum actionem, Quod metus cauſa, peto ipſum in quadruplũ, id eſt, ad rei reſtitutionem, & in triplum nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, quòd ſi vult reſtituere ante ſentẽtiam, liberabitur à pœna tripli. vt in hoc §. item actio. Et erit cauſa in hac actione, quam proponere ſufficit, hæc, ſcilicet, Vnde cùm per metum res iſta ſit mihi ablata, peto, &c. Et datur hæc actio vſque ad annum tantum in quadruplum, poſt annû verò in ſimplum: vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. j. & ij.

a Simul. Cautè ponit illud ſimul, id eſt, vnà cum eis de quibus aliàs dixit: vt ſuprà eod. §. quadrupli.

N.A. Iudicis iuſſu. Actio quod metus cauſa, dicitur arbitraria; quia iudex ſententiam pronunciat, arbitrari ſe rem reſtituendam: cui arbitrio, ſi reus pareat, abſoluitur; ſin minus, in quadruplum damnatur. d. l. 14. §. hæc actio. ff. quod metus cauſa.

b Reſtituat. Vſque ad definitiuam ſententiam. quod intellige de ſecunda ſententia. Nam in actione. Quod metus cauſa, duæ feruntur ſententiæ. Prima de reſtituẽda re: alia de dãdo quadruplo, re computanda in eo: vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. hæc autẽ. [Adde, quòd poteſt fieri condẽnatio in vna tantùm ſententia, hoc modo: Cõdemno te ad reſtituendã rem per metũ ablatam: & ſi intra certum tempus non reſtitueris, condemno te ad quadruplum ſecundùm Bartol. in d. §. hæc autem Sylueſt.] Sed nunquid vtraque eſt definitiua? Dic quòd ſic: quia vtraque definit controuerſiam: vt ff. de re iud. l. j. Alij eſſe dicunt admonitionem quandam primã ſententiam: vt in authen. de hæredib. & falcid. §. ſi quis autem non colum. j. & ex eo, quod per primam ſententiam admonetur, & tandiu expectatur, qui metum intulit, dicitur hæc actio arbitraria: vt infrà eodẽm. §. præterea.

¶ Itẽ actio de eo quod metus cauſa factũ ſit, à cæteris, de quibus ſimul [a] loquuti ſumus, eò differt, quòd eius natura tacitè cõtinetur: vt qui iudicis iuſſu † ipſam rem actori reſtituat [b], abſoluatur [c] quod in cæteris caſibus [d] non

Adde, quòd dicitur definitiua, quia definit negotium, ſed alio reſpectu poteſt dici potius executiò primę ſententiæ, quàm noua ſententia definitiua, ſecundùm Bartol. in l. Titia. verſ. vnde pro declaratione. ff. de accuſat. Syluest.

c Abſoluatur. ſcilicet à præſtatione quadrupli.

d In cæteris caſibus. Qui enumerantur ſuprà eodem §. quadrupli. Accurſ.

Actionum. Diuiditur in tres partes. Nam primò, ponit regulam generalem. Secũdò in ſpecie ponit, quæ ſunt actiones bonæ fidei. Tertiò, quòd licet olim eſſet dubitatio, tamen hodie clarum eſt, quòd petitio hæreditatis eſt bonæ fidei. Secunda ibi, bonæ fidei. Tertia ibi, Quamuis. Aretinus.

CASVS. Sequitur quinta diuiſio, quæ eſſentialis eſt, id eſt, naturã eſſentiámq; actionis attingit. Quædam ergo ſunt bonæ fidei, quædã ſtricti iuris.

Bonæ fidei ſunt, ſeptemdecim, quę hic, & §. proximo enumerãtur. Sic autem, dicuntur forma loquendi valde præciſa, ac decurtata. nã in quibus Prætores iudicem dantes adſcribebãt. Quantum ex fide bona dari oportebit, eas compendio ſermonis Iuriſcõſulti poſtea Bonæ fidei appellarunt. & ſane in his præcipue bona fides vertitur, atque dominatur: maximéque inſpicitur, quid virum bonũ facere deceat. Sed ex vno themate diſcito reliqua. Sempronius fructibus iam maturis emit fundum, eúmque ſtipulatus eſt. Si agat ex ſtipulatu, quoniã de fructibus non eſt elocutus, fructus non venient. quòd ſi ex empto agat (quæ bonæ fidei eſt) etiam fructus emptori cedent. Videtur enim bonæ fidei conuenire, vt fundum fructibus onuſtum emens, fructus quoque ipſos emere videatur. Corn. Vib.

eſt ita, ſed omnimodo* quiſque in quadruplum condẽnatur: quod eſt & in furti manifeſti actione.

* omnimo.

¶

ᶜ Actionum autem quædã bonæ fidei ſunt quædã ſtricti iuris*. Bonæ fidei ſunt hæ a: ex empto, vendito, locato, conducto,

* ſtrictæ

ᶜ Actionum. Hæc eſt quinta diuiſio actionum. Sed quare actionum dicit, & non contractuum? Reſpon. quia generalius & plenius loquitur dicendo actionum, quàm contractuum. Accurſ.

N.A. ſ Bonæ fidei. Bonæ fidei actiones prę ciſè, forenſi locutione dicebantur; per quas actor non certam ſummam petebat, ſed hoc modo. Quantum te mihi ex ea cauſa dare, facere oportet ex fide bona, aliquantum æquius, melius ſit dari. Strictæ verò, ſiue ſtricti iuris actiones dicebantur, per quas certa ſumma reſtrictè petebatur, vt qui plus vno nummo petiiſſet, cauſa caderet. l. 7. ff. de negot. geſt. l. 17. ff. depoſ. l. 99. ff. de verb. oblig.

Actio æſtimatoria eſt, quæ datur aduerſus eum, qui rem æſtimatã accepit; vt vel ius venditæ pretium, vel eam ipſam reſtituat. l. j. ff. de æſtimato.

Hæreditatis petitio, eſt, actio in rem mixta, per quam is qui ſe ſolum eſſe hæredem cõtendit, ab eo qui poſſidet id quod poſſidet, aut quod pro hæreditatis occaſione adeptus eſt, reſtitui ſibi poſtulat. l. j. & paſſ. ff. de hær. petit.

Actio rei vxoriæ eſt, per quã ſoluto matrimonio dos à marito, eiúſve hærede, repetitur. l. vn. C. de rei vxor. act.

a Bonæ fidei ſunt hæ. ſcilicet xviij. actiones, quæ enumerantur in hoc §. & ſeq. bonæ fidei ſunt. aliæ autem omnes ſunt ſtricti iuris. Nãm quãcunque hic non inueniam, ſtricti iuris eam iudicabo: quia poſito vno de cõtrariis, & omnia alia intelligẽda ſunt: vt ſupra de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. videamus. [Adde hoc falſum in actionibus cõtrariis, quamuis poſſit dici ſatis cõmprehendi, cùm magis ſpecificatur de directis, quàm de cõtrariis. Syl.] Sed quare magis hæ dicuntur bonæ fidei, quàm aliæ: nunquid ideo quia poſſit eſſe mala fides in aliis? Reſp. non: quia in omni cõtractu debet bona fides interuenire: vt C. de actio. & oblig. bonam fidem. Imò ſi interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det cauſam contractui, non valet ipſo iure: vt ff. de do. l. & eleganter. in prin. Sed in contractu ſtricti iuris, purgatur per actionem, vel per exceptionem doli: vt C. de inuti. ſtipu. l. dolo. Si verò incidit in contractum bonæ fidei, purgatur per actionem ex eo contractu: vt ff. de actio. empt. & vend. l. Iulianus. §. ſi venditor. Sed in ſtricti iuris de dolo agitur, vel excipitur, vt dictum eſt: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. nõ ſolùm. & ff. de verb. oblig. l. ſi quis cum aliter. [Hæc opinio communis eſt, quamuis contrarium tenuerint vltramontani. Syl.] Cum ergo dolus vbique puniatur, vel mala fides: ad quid bonæ fidei iſtæ dicuntur? Reſp. aliæ ſtricti iuris dicuntur: quia non venit in eis, niſi quod ſtrictè exigit natura actionis. Vnde nõ veniunt vſuræ ex mora in contractibus ſtricti iuris: vt ff. de negotiis geſtis. l. quia tantundem. & C. de vſur. l. iij. & de conditione indebi. l. j. ſed in contractibus bonæ fidei ſic, vt ff. de actionibus empti & venditi. l. Iulianus. §. ex vendito. & ff. de vſur. l. mora. §. in bonæ fidei. [Adde, quòd hæc glo. non reſpondet ad propoſitum: dubitat enim quare hæ actiones hic enumeratæ dicantur magis bonæ fidei, quàm aliæ, & non cur aliæ dicantur ſtricti iuris, ſecundùm Iaſ. hic Syl.] Item, in actionibus ſtricti

Digitized by Google

ſtricti iuris fructus non veniũt ex mora, ſi petam quod non fuit meum, niſi à tempore litis conteſtatæ: tunc enim incipiunt venire fructus ex mora. Sed ſi petam quod aliquando fuit meum, veniunt fructus ex mora: ſecus in bonę fidei iudiciis: vt ff. de vſu. l. videamus. §. actionẽ. [Adde, ꝙ Alex. in l. ſi marito. §. fi. ff. ſolut. matr. dicit, quòd iſta glo. communiter damnatur, quia iure nõ probatur. Syl.] Item, non venit intereſſe ſi rem dari, eſt in obligatione: ſecus ſi rem tradi, vel factum: vt ff. de verb. oblig. l. vbi autem. §. fin. & l. ſi fundum. & ff. de re iud. l. ſi quis ab alio. §. fin. quæ veniunt in bonæ fidei iudiciis: vt ff. de act. empt. l. j. in princ. [Adde, quòd hæc gl. communiter reprobatur, vt per Iaſ. hic. Syl.] Iſta ergo omnia, quæ vicem obtinent acceſſionũ, non veniunt in contractibus ſtricti iuris, niſi vt dictũ eſt. Nec obſtat, quòd veniunt iſta in arbitrariis: quę ſunt ſtricti iuris. quia iudicis officio veniunt, non iure actionis: vt j. eod. §. preterea. & §. ſed iſte. in fi. Sed in bonæ fidei iure actionis veniũt, præter vſuram, quæ venit ex mora officio iudicis. C. de depo. l. iiij. & ff. de neg. geſt. l. quia tantundem. Item in bonæ fidei iudiciis veniunt ea, de quibus nec actum, nec cogitatum eſt, vt ruta, cæſa, & ſimilia: vt ff. de act. empt. l. fundi. §. ſi ruta. & C. de actio. empt. & vend. per totum. Item ex hoc §. nota quandam differentiam circa compenſationem, quam dic vt j. eod. §. in bonæ fidei. patet ergo quòd exuberãtius & pinguius iudex officium ſuum ad ea quæ bonæ fidei ſunt extendit, quàm in contractibus ſtricti iuris. & facit ſuprà de oblig. quæ ex cõſenſu. in fin. & ideo dicuntur bonæ fidei, & aliæ ſtricti iuris. [Adde Iaſ. in l. j. C. de iudic. vbi latè diſputat de veritate huius glo. quæ communiter damnatur ſecũdum Alex. in l. ſi marito. §. fi. ff. ſol. matrim. Syl.] Vnde de talibus dantur tales verſus:

Empti, conducti, mandati, depoſitique.
Pignora, ciſcunda, communi, pro ſocioque.
Dotis & hæredis, tutelæ, commoda, geſtor.
Præſcriptis verbis: ſi mutat, ſiue licetur,
Iſta bonæ fidei ſunt, ſtricti cætera iuris.

negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti [a], pro ſocio [b], tutelæ [c], cõmodati, pigneratitia [d], familiæ er-

ADDITIO Vide glo. ferè ſimilem in c. cum venerabilis. extra de except.

a Depoſiti. Hanc actionem dicunt quidã eſſe ſtricti iuris in quatuor caſibus qui enumerantur. ff. depo. l. j. §. j. Sed Ioan. contra. Et datur in duplum contra eum, qui depoſitum ſuſcepit, de eo, quod dolo fecit, ſed in hæredem defuncti, ex dolo defuncti, datur in ſimplũ: ſed hæres ex dolo ſuo tenetur in duplũ: vt in d. §. j. aliàs ſemper tenetur in ſimplũ qui depoſitũ ſuſcepit. Et eſt ratio, quare plus puniatur in prædictis quatuor caſibus, qui enumerantur ff. depo. l. j. §. j. quia grauius eſt fidem fallere ei, qui ex neceſſitate deponit, quàm qui ex voluntate: vt d. l. j. ff. depo. §. meritò. Sed nunquid in his caſibus eſt bonæ fidei? Dicunt quidam quòd nõ arg. ff. de precar. l. j. Nos contrà, & dicimus quòd ſit bonæ fidei. nam cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus.

Hæc glo. communiter approbatur per doct. hic. Sylueſt.

b Pro ſocio. Quæ eſt vtrinque directa ab vtraque parte: vt infrà de pœn. teme. litig. §. ex quibuſdam.

c Tutelæ. Sed cùm iſtæ tam contrariæ quàm directæ inueniantur, nunquid omnes ſunt bonæ fidei? Reſp. ſic in dubio, cùm fauor ſit extendendus, vt ff. de lib. & poſt. l. cùm quidam.

Adde, quòd glo. communis eſt, ſed alia melior ratio allegari poteſt, ſcilicet qnia in iudiciis ſeruanda eſt æqualitas. l. ſi cum dies. §. pen. ff. de arb. Syl.

ADDITIO Not. quòd actio tutelæ eſt bonæ fidei. & idẽ dicas in actione pro tutela directa & contraria: vt pnta in eo, qui geſſit vt tutor, cum non eſſet: vt not. Bart. Dyn. & Bald. in l. j. §. pro tutore. ff. eod. de eo, qui pro tuto. vel cura. neg. geſſit. Ang.

d Pigneratitia. Tam directa, quæ debitori datur ſoluto debito: vt ſuprà quib. mod. re contrah. obl. §. fin. quàm contraria, quæ datur creditori: vt ff. de pign. actio. l. tutor. §. contrarium. *Actio pigneratitia eſt duplex.*

ADDITIO. Quæ pigneratitia datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus traditum, & naſcitur tempore ſolutionis vel ſatisfactionis crediti quomodocunque de voluntate ipſius creditoris factæ: vt l. ſi rem. §. omnis. & ibi gloſſ. Bart. & doct. ff. de pign. actio. licet naſcatur ex contractu dudum facto & inito: vt ſuprà quib. mod. re contrahi. oblig. §. fin. ſecundum Angel.

e Fami

Digitized by Google

...ciſcundæ a, communi diuidũdo b, pręſcriptis verbis, quæ de æſtimato c proponitur, & ea d, quæ ex permutatione e competit, & hæredita-

Actio cõmuni diuidundo.

a Familiæ erciſcundæ. Quæ inter cohæredes datur: vt ff. famil. erciſc. l. ij. & ſuprà de oblig. quæ ex quaſi contract. §. idem iuris.

Actio finium regundorũ eſt ſtricti iuris.

b Communi diuidundo. Quæ datur inter eos, qui habent rẽ communem cum ſocietate, vel ſine, vt diuidatur: vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi cõtract. §. item ſi inter aliquos. & not. ſuprà eodem. §. quædam. Sed quid de actione finium regundorum? Reſpon. quidam: idem propter ſimilitudinem quam habet cum his duabus: vt ſuprà eodem §. quædam actiones. Sed contrà dico: cum hic de ea nõ inueniam. & poteſt eſſe ratio, quare ſecus ſit in iſta, quàm in aliis duabus: quia in iſta id quod purè eſt meum, poteſt alteri adiudicari: vt ff. fin. regun. l. ij. in fin. ſed in aliis duabus communis res non propria adiudicatur: vt infrà de offic. iud. §. fin.

Adde, quòd melior eſt ratio: quia in familiæ erciſcundę & communi diuidundo iudicio, eſt quædam tacita ſocietas, de qua dirimenda tractatur. Vnde ſicut actio pro ſocio, cuius naturam hæ actiones ſequi videntur, eſt bonæ fidei: ita debent eſſe illæ duæ participantes de natura eiuſdem: quæ ratio ceſſat in iudicio finium regundorum. Syueſt.

Aeſtimatæ rei cuius eſt periculum.

c De æſtimato. Vt ſi tibi rem meam do, & æſtimo tibi eam decem, vt aut rem, aut decem reddas: ſi verò plus vendas, tuum ſit. & eſt tunc periculum accipientis indiſtinctè: vt hic, & ff. de æſti. act. l. j. in fin. Si verò ſic dixi, rem aut æſtimationem reddas, tunc diſtinguitur, quis rogauerit: vtrum ego te de vendẽdo, an tu me de tradendo, vt ſit periculum rogantis: vt ff. de præſcriptis verbis. lege ſi gratuitum. §. primo.

d Et ea. ſcilicet actio præſcriptis verbis.

Actio quando naſcitur ex permutatione.

¶ Summatus eſt hîc ſ. in ſ. ſi quis agens: tamen ſpecialiter hoc habet. Hodie contra plus petentem tempore duplicantur induciæ: & fit condēmnatio ad omne damnum litis petens: verò plus aliis modis, in triplum ſumptus, quem ſuſtinuit reus litis nomine, eſt condemnandus. Ang.

¶ Sed hæc quidem [i] antea in vſu

quòd obligatus in genere poteſt ſoluere quā ſpeciem velit: quia debitor generis habet ipſ. electionem. Itē quod concluſio in libello debet eſſe conformis qualitati obligationis, quia ſi eſt obligatio in genere, petatur & concludatur in genere: ſi alternatiua, alternatiuè: & ſic de ſimilibus. Item, quod ſæpè ea quæ ſunt viliora, ſūt cariora. Sylueſt.

a Qui cauſa. Hanc cauſam electionem iam vocabit.

b Electio. Niſi cùm iam vnū interiit. tunc enim alterū quod ſupereſt præſtabit. vt ff. de eo, quod cer. loc. l. non vtique. ſ. qui Stichum, & facit ad hunc ſ. ff. de iur. do. l. plerumq; in fi. Pro declaratiōe vide Bart. in l. Stichū aut Pamphilum. in prin. ver. reaſſumere ergo. ff. de Solutio. Syl.

c Eripit. i. eripere vult.

d Facit, id eſt, facere vult.

e Prodita eſt i. data. Et eſt actio ex ſtipulatu hoc modo. ſcilicet alternatiuè proponenda vt, dicitur. hic.

f Præterea. Hoc eſt aliud exemplū, qualiter cauſa plus petitur.

g Tollit. id eſt, tollere vult.

h Maioris Pretij eſt. Facit ad hoc ff. loc. l. item quæritur. ſ. j. & ff. de condit. & demon. l. quod traditum eſt, & l. ſeq. & ff. de in diem adiec. l. ſi vēditor. ſ. ſed ſi neuter. & ff. de vſu. & hab l. fin. & ff. de vſufruct. l. hactenus. ſ. fin. & l ſeq.

i Sed hæc quidem. ſcilicet quæ diximus, vt plus petendo cadat à tota cauſa: vt ſuprà eodem. ſ. ſi quis agens.

ADDITIO. Et cōſuluit dominus Iaſon ad euadendū iſtas pœnas, quòd in libello ſemper adiiciatur illa ſalutaris clauſula: ſaluo iure ſuperflui, &c.

* alter vtrum.

* abſ.

a Lex

fuerant: poſtea verò lex Zenoniana [a] & noſtra [b] rē coarctauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitū: quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio [c]. ſin autē quātitate [d], vel alio modo [e], plus fuerit petitū: in omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit ei, contra quem plus petitū fuerit, cōmiſſa tripli condemnatione (ſicut ſuprà diximus [f]) puniatur [g].

¶ Qui minus quā ſibi deberetur, iudiciali libello petierit, nihil prohibet, quin eodem iudice quod reliqui eſt, petere poſſit: idem quoq; iuris eſt in eo, qui errans aliud pro alio ſibi deberi intēderit, cui etiam in eadem inſtātia errorem corrigere conceditur.

¶ Si minus † in intentione [h] ſua complexus fuerit actor, quàm ad eū pertineat, veluti ſi cum ei decē aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intēderit: aut ſi cùm totus fundus eius eſſet, partem dimidiā ſuam eſſe petierit: ſine periculo agit. In reliquum enim nihilominus iudex aduerſariū in eodem iudicio [i] ei

a Lex Zenoniana. ſcilicet Græca. quam non habemus. Accurſ.

b Et noſtra. ſcilicet Græca. quam non habemus.

c Cōſtitutio. ſcilicet Græca, vt diximus: cuius ſentētia eſt, vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expenſæ ſibi reſtitui: vt infrà de exceptio. §. hodie autem.

d Quantitate. Et ſic re.

e Alio modo, id eſt, loco vel cauſa: vt ſuprà. §. plus autem. Accurſ.

f Diximus. vt ſuprà eod. §. tripli: & ibi, huius noſtræ conſtitutionis Græcæ ſententia recitatur. Sed ſi non ſolùm petiit, ſed etiā cautionem exegit poſt litem cōteſtatam, amittitur debitum etiam hodie: vt C. de plus petitio. l. j. quæ eſt huic contraria. Si ante litem cōteſtatam pœniteret, non punitur quia nō petit, ſed petere vult: vt ff. rem ratam hab. l. amplius non petitum. & in d. l. C. de plus peti. l. j.

g Puniatur. ſcilicet condictione ex lege illa Græca cuius effectum habuimus. ſuprà eod. §. tripli, & in hoc §. plus autem.

ADDITIO. Quòd ait in textu, Cōmiſſa condemnatione, ſic accipe, Hæc ventus eſt locutio, vt hic docet Hotomanus. Nam committi ſtipulatio, pœna, mulcta, hæreditas, legatum dicitur: cùm id commiſſum eſt, quamobrem debeatur. Aſconius, commiſſa dicuntur, quæ contra teſtatoris voluntatem facta aut non facta ab hærede mulcta aliqua, pœnáque plectuntur.

Si minus. Diuiditur in duas partes. Primò, quando minus petiit. Secundò, quando aliud pro alio per errorem petiit. Secunda ibi, ſi quis aliud. Aret.

Nota ex hoc textu, quòd petens minus debito, poteſt ante litem conteſtatam reliquū petere in eodē iudicio. Itē, quòd petēs minus debito non fatetur reū debitorem dūtaxat in ſumma petita. Item, q aſſertio libellantis in hoc caſu non nocet ei. Syluest.

† Si minus. Plus N.A. petitur quatuor modis; Minus vno tātùm modo: id eſt, re, & quantitate.

h Intētione. id eſt, in libello intentionis: & hoc per errorē. ſi enim ſciēter, donare præſumitur, ſecūdum quoſdam. Sed contra puto, q nunquam donare præſumitur, niſi tunc quādo traditio fieret ab eo, qui donare præſumitur: vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorē hîc autem nō erat datio, ſed quædam abſtinentia. Vnde ſiue de reliquo ſciat, ſiue non tempore cœpti iudicij locum habet §. iſte.

ADDITIO. Iſta glo. in ſe, & relata ad text. noſtrum, eſt vera: & ſecundum Iaſ. vnica & ſingularis: non tamen eſt ſimpliciter vera inquantum dicit, nunquam præſumi donationem, niſi interueniat traditio: proſequare vt per eum hîc.

i In eodem iudicio. id eſt quandocunque ante ſententiam reliquum petierit ſine noua conteſtatione, ſecundum quoſdam, vt hîc dicitur: & hoc propter duas rationes falſas. Vna, quia poteſt emēdare libellum quandocunque ante ſententiam, vt dicunt, & eſt

Digitized by Google

pro eis ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. & ſic intelligunt C. de edend. l. edita. Altera ratio eſt, quia ſecundum eos, etiam ſi non petat, vel probet hoc actor: tamen iudex ſi ſcit, debet ſecundum ſuam conſcientiam condemnare reum: & eſt pro eis ad hanc rationem. ff. finium regũdorum. l. ſi irruptione. §. ad officium. & in hac ſentētia fuit dominus M. ſed certè ſecundùm Io. pōſitum eſt falſum, & duæ rationes malæ. Nam nō poteſt quis immutare libellum. [Aduerte ne glo. te decipiat, quæ ſuprà vſa eſt verbo emēdare, modò immutare, quaſi pro eodem quo ad terminos noſtros ſupponant: quod eſt falſum: quia diuerſam habent ſignificationē. l. edita. C. de eden. ibi, emendari, vel immutari. Syl.] Niſi vſque ad litem conteſtatam: nec etiã hodie poſt datum libellum, quia ſic dicit authen. quod non habet neceſſe in primo libello perſiſtere: vt in auth. de litig. §. omnem. colla. viij. Item, quia non videtur in iudicium veniſſe, quod poſt litis conteſtationem contingit: vt ff. de iud. l. nō poteſt. & ff. de except. rei iud. l. cū quæritur. & l. egit. Nec obſt. quod hic dicitur, & quod dicit eodem iudicio. Nam dic, id eſt, coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam propter hanc cauſam, ſcilicet, propter identitatem perſonarū, etiã vbi prorſus aliud petitur, tamen dicitur iudicium idem: vt infrà proxi. §. Item, non obſtat ff. de noxalib. l. in delictis. §. ſi detracta. quia ibi ex eadem cauſa, & eadem actione, & ad idem agebatur, licet eſſet variatio in quodã beneficio, quod dominus habet per legē, vt poſſit pro noxa dare: vt infrà de noxal. actio. §. in ſumma. & ff. de re iudic. l. miles. §. j. Item, alia ratio non eſt bona: quia non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata debet iudex iudicare & pronuntiare: vt ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. veritas. niſi habeat conſcientiam, vt iudex: vt in d. l. & ff. finium regundorum. l. ſi irruptione. §. ad officium. & hoc in ſingularibus iudiciis. Sed quid in vniuerſalibus? Reſp. poteſt in eis adiici quandocunque ante ſententiam: vt ff. de petitio. hæred. l. iiij. & l. ſi quo tempore. & ſic intelligitur C. de appella. l. fin. §. fin.

cōdemnat ex conſtitutione [a] diuæ memoriæ Zenonis †.

¶ Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Arct.

¶ Si quis aliud pro alio intenderit [b], nihil eum periclitari placet: ſed in eodem iudicio [c] cognita veritate, errorē ſuū corrigere [d] ei permittitur: veluti ſi is*, qui hominem Stichū petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamēto dari ſibi oportere in-

a Cōſtitutione. ſcilicet Græca, quam non habemus. Acc.

† Zenonis. Cū antiquo iure altera interpellatione opus fuiſſet l. xxiij. ff. de iudic. N.A.

* abeſt.

b Intenderit. ſcilicet ſibi deberi.

c In eodem iudicio. id eſt, apud eundē iudicem, & dicitur idem iudicium, propter identitatem perſonarum, & iudicis: tamen verè aliud eſt. Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Reſpond. ſi poteſt eſſe inſtructus ex petitione prima etiã ad ſecundam, non dabuntur, cùm neceſſariæ, non voluntariæ ſint dandæ dilationes: vt C. de dila. l. j. Nam ſi primò egit actione vi bonorum raptorum, & poſtea mutetur, & agatur actione furti: ſatis poteſt eſſe reus inſtructus. Si autē ſunt diuerſæ petitiones, vt in hoc §. dicitur, nouæ dilationes dãdæ ſunt: vt C. de dilat. l. j. Item nunquid iterum de calumnia iurabitur? Reſp. ſic: quia poteſt & in hac cauſa calumniari: vt ff. de damn. infect. l. qui bona fide. §. antepenult. & penult.

d Corrigere. Not. quòd permittitur alicui errorem ſuum corrigere. Sed nunquid in veteri habet neceſſe perſiſtere? Reſpon. non ſecundum hanc legem. Sed hodie contrà: vt in auth. de lit. §. omnem. & ita intentabit veterem, & nouam: niſi reo abſoluto in veteri, obiiciatur exceptio rei iudicatæ in noua, vt quia ſit eadem cauſa agendi, & eædem perſonæ, & eadem res, licet alia ſit actio: vt ff. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. & ff. de except. rei iudi. l. ſi mater. §. eandem. & l. cum quæritur. Vel niſi actio prima ita ſe habeat ad ſecundam, vt electione tollatur: quod in caſibus contingit: vt C. de furt. l. j. & C. ſi ſeruus exte. ſe emi man. l. j. & C. de cond. l. fi. & C. de pact. inter empt. & vendit. l. commiſſoriæ. & ff. de tribut. l. quod in hærede. §. eligere. & ff. de

legat.

Digitized by Google

tēderit [a], quod ex ſtipulatu debetur.

¶ Adeſt ſexta, huiuſq; tractatus nouiſſima actionū diuiſio, vt quædam ſint ſolidi perſecutoriæ, quædam verò quibus non ſolidum conſequimur: quarum aliquot exempla vſque ad tituli metas ſubiiciuntur.

¶ Sunt præterea quædā actiones [b], quibus non ſemper * ſolidū, quod debetur nobis perſequimur: ſed modò ſolidum perſequimur, modò minùs: vt ecce, ſi in peculiū * filij ſeruive agamus. Nam ſi nō minùs in peculio ſit, quā perſequimur: in ſolidum dominus, patérve condemnatur. ſi verò minus inuenietur: eatenus cōdemnat iudex, quatenus † in peculio ſit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus [c].

* abeſt.

* de peculio.

legat.ij.l.cùm filius. §.variis.

¶ a Intenderit. ſcilicet ſibi deberi.

¶ Sunt præterea. Diuiditur in duas partes. In prima, ponit vnum dictum generale, videlicet quòd non omnis actio eſt perſecutoria ſolidi. Secundò, illud per plura exēpla probat. Secunda ibi, vt ecce. Item, ſecunda ſubdiuiditur. Nam primò, ponit exemplū de peculio. Secundò, de dote. Tertiò, quando agitur contrà patrem, patronū, ſocium, vel donatarium. Quartò, quando agitur per compoſitionem. Quintò, quando agitur cōtra illum, qui bonis ceſſit. Secunda ibi, Itē, ſi de dote. Tertia ibi, Sed & ſi quis cum parēte. Quarta ibi, Compenſationes. Quinta ibi, Cum eo quoque. Legam tamen per particulas: vt clarius vnaquæque materia compræhendatur.

CASVS. Sequitur ſeptima diuiſio, quæ accidentalis eſt, id eſt, accidentia ipſius actionis tangit. Actionum enim quædā ſolidum, ac totum id, quod debetur, exigūt, quædam partē duntaxat: vt ecce, Mutuò dedi filiofamiliàs centum: dictum eſt patrem obligari quatenus peculium ferre poterit. Ago nunc de peculio, petens integra centum. Si peculium ferre poſſit, ſolidum conſequar: ſin minus, tantundem quantum erit in peculio. Corn. Vib.

¶ b Sunt putereà quædā actiones, Innuit hic quandā diuiſionem actionū. ſ. ꝗ aliæ ſunt perſecutoriæ in ſolidum, aliæ non: & hanc proſequitur vſque in fi. huius tit. & nō eſt iſta diuiſio de xij. diuiſionibus. Nā prima eſt, ꝗ aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam: vt ſ. eod. §. omnium. Secunda eſt, ꝗ aliæ ſunt ciuiles, aliæ prætoriæ: vt ſ. eod. §. ſed iſtæ quidem actiones ſunt. Tertia fuit ſ. eo. §. ſequēs. Quarta ſ. eo. §. omnes autem actiones. Quinta, ſ. eo. §. actionū autem quædam ſunt. Sexta eſt, quòd aliæ ſunt temporales, aliæ ſunt perpetuæ. Septima, quòd aliæ ſunt tranſitoriæ ad hæredes, aliæ non: vt j. de perp. & tempo. act. §. non omnes. Octaua eſt, ꝗ aliæ ſunt famoſæ, aliæ non: vt j. de pœn. teme. liti. §. pen. Nona, ꝗ aliæ ſunt directæ, aliæ vtiles: vt ff. ſi quadru. paup. ſe. di. l. penult. Decima, ꝗ aliæ directæ, aliæ cōtrariæ: vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi contra. §. j. & ij. Vndecima, ꝗ aliæ ſingulares, aliæ vniuerſales, aliæ generales: vt ff. pro ſoc. l. pro ſocio arbiter. Duodecima diuiſio eſt, quòd aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices, vt famil. erciſc. cōmun. diuid. fin. reg. & quædam interdicta: vt infrà de interdi. §. tertia diuiſio. Eſt autē & hæc extrauagans, de qua hic dicitur.

† Quatenus. Ne plus debeat pater, dominuſve, quàm quātum eſt in peculio l. 47. §. ſi ſemel. ff. de pecul. §. actiones autem. 10. ſuprà hoc tit. N.A.

¶ c Proponemus. Vt j. tit. j. §. cùm autē.

¶ Item ſi de dote. THEMA. Terentia mille aureos dotis nomine Tullio dedit. poſtea diuortium exortum eſt. Illa ſuos mille aureos repoſcit. At Cicero re familiari valde comminutus erat. ædes eius incēſæ omnes ac dirutæ fuerant, tam vrbanæ quàm ruſticæ: vt Tuſculanū, Formianum, &c. bona eius erant à Clodio direpta, alia publicata. Quæro iudex cogétne nihilominus Tullium ſolidam dotem reddere? minimè. ſed tantùm tribuet Terentiæ, quātum Ciceronis facultates ferre poterunt. Quid autem hoc caſu, Cicero in Terentiæ villis impēſas neceſſarias fecit ad centum aureos: illa diuortio facto conſequetúrne tamen integros mille? nequaquam. Iudex enim Ciceronem retentione facta in nongentos duntaxat condemnabit. Corn. Vib.

¶ Nota

¶ In dotis reſtitutionem condemnatur maritus, inquantum facere poteſt.

¶ Adnota, Maritū dotis reſtituendæ nomine conuentum, non vltra quam facere poſſe condemnandum.

¶ Item, ſi de dote in * iudicio † mulier agat, placet eatenus maritū a cōdemnari debere, quatenus facere poſſit, id eſt, quatenus facultates b † eius patiūtur. Itaque ſi dotis quantitati cōcurrant facultates eius, in ſolidum damnatur: ſi minus, in tantum *, quantū facere poteſt. Propter retentionem quoq; dotis repetitio minuitur. Nā ob impenſas c in res dotales factas, marito quaſi * retentio conceſſa eſt: quia ipſo iure neceſſariis ſumptibus dos d minuitur †: ſicut ex latioribus Digeſtorū libris e cognoſcere licet.

¶ In his quatuor caſibus reus condemnatur in quantum facere poteſt. Angel.

Not. maritum condemnari inquantum facere poteſt. Item, quòd facere poſſe, importat quatenus facultates patiuntur. deducto, ne egeat. Item, quòd dictio id eſt, eſt dictio expoſitiua. Syl.

N.A. † Iudicio de dote. id eſt, actione rei vxoriæ; de qua in §. fuerat. 25. ſupr. hoc titulo.

a Maritū. Vel eius hæredes. ſ. filios cōmunes: ſecùs in extraneis hæredibus: vt ff. ſolu. matr. l. etiā filios mulieris. & l. maritum. & l. ſeq.

b Facultates. Vt tamen ipſe maritus non egeat: vt ff. de re iudi. l. inter eos. & ff. de reg. iur. l. in condemnatione perſonarum. & hoc niſi dolo fecerit maritus, quomin* pòſſit cautione expoſita ab eodem de ſolido ſoluendo, ſi ad meliorem fortunā peruenerit: vt C. de rei vxor. act. l. vnic. §. cum autem. & ff. ſolu. mat. l. etiam filios. §. licet. & ff. pro ſoc. l. verum eſt. §. id quod. (* abeſt.)

ADDITIO. Item, niſi mulier ipſa eſſet pauper, ita vt ad ipſius victū tota dos eſſet neceſſaria. Item, ſi res dotalis, vel alia acquiſita ex re dotali, extaret: quia non haberet locum beneficium iſtius text. vt per doct. hic.

N.A. † Facultates. Vt tantùm ei relinquatur, quo vitam cum honeſtate tolerare poſſit.

c Impenſas. Dic quòd impenſæ aliæ neceſſariæ ſunt, vt quibus non factis, res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus nō factis res non erat peritura, ſed eis factis res eſt melior futura. Aliæ voluptariæ, quæ tantùm rem exornant: vt ff. de verb. ſign. l. impenſæ. & ff. de impen. in re. do. fact. l. j. & l. quod dicitur. §. vtiles. & l voluptariæ. In primis impenſis dic, quòd minuunt dotem ipſo iure, ſi cōſiſtat in pecunia, & ſpecie, vt ſi eſt fundus, & pecunia in dotem data: quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipſo iure deberi deſinit. Si verò ſolus fundus in dote ſit: tunc ſi tantum expenditur ſimul, vel diuerſis vicibus, quanti eſt fundus: tunc ipſo iure deſinit eſſe dotalis. [Dic ſecundum Iaſ per tex. in d. l. quòd dicitur, ꝗ ipſo iure nō deſinit eſſe dotalis: ſed bene poteſt petere expenſas, vel retinere fundum, donec ſibi reſtituantur expenſæ. Syl.] Niſi mulier intra annum ſpōte marito impenſas obtulerit. Si verò non tantùm, non deſinit eſſe dotalis: ſed tandiu totus vel pro parte retinetur, quandiu impenſæ reſtituantur: vt ff. de impen. in rebus dota. factis. l. quod dicitur. & ff. de iu. dot. l. ſi quis. §. penult. & fin. & hoc in neceſſariis impenſis. Si autem vtiles ſunt: tunc per actio. negot. geſtor. vel mandato: ſi mandato mulieris fecit, repetuntur. Voluptariæ non repetuntur, etiam ſi mandato mulieris factæ ſunt: ſed abraduntur ſine læſione prioris ſtatus: vt C. de rei vxor actio. lege vnica. §. ſed nec ob impenſas. & ff. de rei vend. l. in fundo Et ſecundum hanc diſtinctionem hunc §. intelligas. & quod dicit in litera, quaſi non denotat improprietatem, ſed eſt impenſa neceſſaria, vt dictum eſt. ſed ſi vtilis, vel voluptaria nullo modo locum habet hic. §. (* abeſt.) (* abeſt.) (Impenſæ voluptuariæ an poſſint abradi.)

d Dos. In pecunia conſiſtens.

† Dos minuitur. Dotis quantitas, propter ſumptus neceſſarios ipſo iure minuitur lege prima. §. j. ff. de impenſ. in re. dot.

e Libris. Vt ff. de impenſ. in rebus dota. fact. per totum tit. Accurſ.

a Sed

¶ Sed & ſi quis [a] cum parẽte † ſuo, patronóve agat: item, ſi ſocius cum ſocio [b] iudicio ſocietatis agat, non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt [c]. Idem eſt, ſi quis ex donatione [d] ſua conueniatur. [e].

¶ Compẽſationis excepto obiecta petitioni efficit, vt vltro citróque debito compenſato, in eo iudex reum petitori condemnet, quod reliquũ tantum debeat.

¶ Compenſationes † quoq; oppoſitæ plerunque [f] efficiunt, vt minus quiſque cõſequatur, quàm ei debeatur. Nã ex bono, & æquo, habita ratione eius, quod inuicẽ actorem ex eadẽ cauſa [g] præſtaret oportet: in reliquũ eũ, cum quo actum eſt, condemnat *: ſicut iam dictum eſt [h].

* Condẽnari placet.

¶ Qui bonis ceſſit, quamuis poſtea pinguior ei fortuna, non tamen vlterius, quàm facere poteſt, conueniendus eſt.

¶ Cũ eo * quoque qui creditoribus [i] ſuis bonis ceſſit, ſi poſteà aliquid acquiſierit, quod idoneum † emolu-

* cum.

¶ a Sed & ſi quis. ſcilicet filius, vel libertus, qui agunt, venia impetrata: aliàs puniuntur: vt ſuprà eod. §. pœnales. verſi. veluti. ibi, & in eum. Accurſ.

N.A. † Cum parente. Deducto eo, ne egeat l. vj. & ſeqq ff. de re iudica.

¶ b Socio. Et ſe cõfitente ſociũ. aliàs non datur ei hoc beneficium: vt ff. pro ſoc. l. ſi vnus. §. vltim.

ADDITIO.

Quod verũ intellige, ſi perſeueret in negatione vſque ad litem conteſtatam, & negauit in ſpecie eſſe ſocium, aliàs ſecus: putà ſi in genere: vt nego narrata, prout narrantur, &c. ſecundum doct. hic.

¶ c Poteſt. Qđ ſemper accipe detracto tanto, quod poſſit inde viuere conuentus: vt ff. de reg. iur. l. in cõdemnatione.

¶ d Ex donatione. i. quando non poteſt ſoluere, cùm donare promiſit. Accurſius.

¶ e Conueniatur. ſ. condictione ex lege: vt C. de donat. l. ſi quis argentum. §. ſin autem. Et nota quòd hic ſolus cõuenitur in quantum facere poteſt, deducto ære alieno: vt ff. de re iudi. l. inter eos. §. j & ij. & melius. §. fin.

¶ Compenſationes, CASVS. Aurelius mihi centum debebat. ego contrà illi decem. egi cõtra illum in centum. quæro cogitúrne iudex illum præcisè in centum damnare? minimè. Permittitur enim illi compenſationem meorum decem facere, & Aurelium in aureos tantùm nonaginta damnare. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd compenſatione minuitur actio actoris. Syluest.

N.A. † Compenſationes. Compenſatio, eſt æris alieni, per id quod inuicem debetur, vſque ad cõcurrentem ſummam imminutio. l. j. ff. de compenſ. §. in bonis. 26. ſup. hoc tit.

¶ f Plerunque. Hoc dicit propter actionẽ depoſiti, & alias quaſdã, in quibus non obiicitur compenſatio: vt ſuprà eodem. §. in bonę fidei. & C. de compenſ. l. fi.

¶ g Ex eadem cauſa. Hodie ex quacunque cauſa, & in quolibet cõtractu bonę fidei. vel ſtricti iuris: vt ſuprà eodem §. in bonæ fidei.

¶ h Iam dictum eſt. ſuprà eod. §. in bonæ fidei.

¶ Cum eo quoque. CASVS. Cornelius ære alieno grauiter obſtrictus, quũ creditores moleſti illi atque odioſi eſſent, bonis ſuis ceſſit: quia ſoluendo ſe non eſſe perſpiceret, poſtea bona quædam acquiſiuit idonea ac digna, quę emolumẽti nomine appellentur. Creditores poterunt, quia plenè ſatisfactum illis non fuit, rurſus ſuas ſummas petere. Ipſe autem damnabitur, non tamen inſolidum: ſed quantum ipſius ferre poterunt facultates. Cor. Vib.

¶ Not. inhumanum eſſe afflictis afflictionem addi. Syl.

¶ i Creditoribus. Quod fieri poteſt antè, quàm debitum agnoſcat, vel in iure confiteatur: vt ff de ceſſio. bo. l. penult. Prodeſt autem hæc ceſſio, vt non ducatur debitor in carcerem, vt C. qui bon. cedere poſſ. l. j. & quòd in acquiſito poſtea conueniatur, inquantum facere poſſit, vt ſubiicit.

Ceſſio bonorum in duobus prodeſt.

† Idoneum. Cuius rei æſtimatio, Prætoris arbitrio committitur l. vj. C. qui bon. ced. poſſ. N.A.

¶ a Ex

mētum habeat: ex integro [a] in id, quod facere poteſt, creditores * experiuntur. inhumanum enim [b] erat ſpoliatū fortunis ſuis in ſolidum damnari.

* cū eo.

TIT. VII.

QVOD CVM eo qui in aliena eſt poteſtate, negotiū geſtum eſſe dicitur.

¶ Superiore titulo attigit actionē prætoriam de peculio §. ſunt præterea. ſed quòd & aliæ eſſent quinque actiones ſimiliter Prætoriæ, quę ex contractu alieno datur latiorem omniū tractatū in hunc locū reiecit. ¶ Serui, ac filijfa. contractus, quoad obligationis vinculū reſpectu domini, ac patris iure pari procedunt.

Quia tamen * ſuperius [c] mētionem habuimus de actione, qua in peculium filiorum familiàs * ſeruorúmque agitur, opus eſt, vt de hac actione, & de cæteris, † quæ eorūdem nomine in parētes dominóſve dari ſolent, di-

* Autem aliàs abeſt.

* familiarum.

¶ a Ex integro. Videtur ſibi ipſi; contraria litera, ꝙ ex integro & in quantum facere poteſt conueniatur, vt ſubiicit. Sed ſic intelligitur, quòd in ſolidum conueniatur, quandiu poteſt ſoluere: hoc tamen eſt deducto ſemper ne egeat, vt ff. de ceſſio. bonor. l. qui bonis. & ff. de regulis iur. l. in condemnatione.

ADDITIO.

Vel dic, & longè facilius, ex integro, id eſt, denuo, ſiue iterum, vt ſit vna dictio: & ita exponunt doctores periti, & hoc. ſ. quod qui ceſſit bonis, poteſt. iterum cōueniri, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam: verum eſt, niſi pro eo iam ſuſtinuiſſet pœnas corporales: vel ceſſionem feciſſet culo nudo ſuper lapidem. & hoc glo. not. in verb. ſi habent. in c. ſicut dignum §. eos inſuper. extrà de homi. & in ca. peccatum de regu. iuris in vj.

Ceſſio bonorum facta nō ſemper conuenietur, qui ceſſit, etiā ſi ad pinguiorem fortunā peruenit.

¶ b Inhumanum enim. Bene dico, ꝙ in quantum facere poteſt deducto, &c. non conueniatur. inhumanū enim, &c.

QVOD CVM EO, QVI IN aliena eſt poteſtate, negotium geſtum eſſe dicitur.

¶ Qualiter cōueniamur ex contractibus, vel furtis nobiſcum habitis, dictum eſt: nunc qualiter conueniamur ex habitis cum iis, quos in poteſtate habemus. Accurſ.

Quia tamen. Totus iſte titul. diuiditur in ſex partes. Primò, ponit cōtinuationem tituli: Secundò, quòd filius & ſeruus æquiparantur. ideo dictum in vno, poteſt intelligi dictum in alio. Tertiò, proſequitur de contractibus ſeruorum qualiter & inquantum eorum dominus teneatur. Quartò, illud extendit ad filios. Quintò, ponit vnum in filio, quod nō habet locum in ſeruo. Sextò, redit ad contractū ſerui. Secunda ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quæ diximus. Quinta ibi, Illud propriè. Sexta ibi, Illud in sūma.

¶ Nota ex hoc text. continuandos eſſe titulos. Itē, quòd actio quæ datur in patrem vel dominum ex contractu ſerui vel filij non dicitur de peculio, ſed in peculio. Itē, ꝙ actio de peculio & cæterę, quæ deſcendunt ex contractu filij, dātur in patrē nomine filij. Not. etiam, quòd filius & ſeruus ferè in omnibus æquiparantur. Item, quòd non eſt conueniens quod paucis exprimi poteſt, multis exprimere. Item, quòd cognito vno de ſimilibus, cognoſcitur aliud. Item, quòd dictio, ferè, eſt deminutiua. Item, quòd quando duo caſus ſunt à lege antiqua æquiparati, correctio, vel diſpoſitio facta in vno, extenditur ad alium: quod declara, ſi æquiparatio eſt facta in illo caſu, vt per Iaſonem. in lege ſi conſtante. primo verſiculo. in prima quæſtione. ff. ſoluto matrimonio. de quo videnda ſunt quæ ponit Dec. in cap. tranſlato. in j. & ij. lectu. de conſtitu. Syluest.

¶ c Superius. Vt ſuprà tit. j. §. actiones autem. & §. ſunt præterea.

† De cæteris. Id eſt, de quinque ipſius ſpeciebus: Quod iuſſu, Inſtitoria, exercitoria, tributoria, & de in rem verſo. N.A.

¶ a Dili

ligentius [a] admoneamus. Et quia ſiue cū ſeruis negotium geſtū ſit, ſiue cum iis, qui in poteſtate parē-tum ſunt, eadem ferè [b] iura ſeruātur: ne verboſa fiat diſputatio [c], dirigamus ſermonem in perſonam ſerui dominíque, idē intellecturi [d] de liberis quoque, & parētibus, quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his [e] propriè ſeruetur* ſeparatim oſtendemus [f].

¶ Dominus tenetur ex contractu ſerui in ſolidum, ſi contrahi iuſſerit: vel ſi ipſum, vel liberum hominem naui vel alicui alij negotiationi præpoſuerit actionibus cognominatis, quod iuſſu, & exercitoria, & inſtitoria.

¶ Si igitur † iuſſu domini [g] cum ſeruo negotium geſtum erit, in ſo-

¶ a Diligentius. Quàm ſuprà dictū ſit. vel dic diligentius, id eſt diligenter.

¶ b Ferè. Hoc dicit propter Macedonianum, quod habet locum in filiis, non in ſeruis: vt infrà eod. §. quæ diximus. & propter alios caſus, quos ibi dicemus. Accurſ.

¶ c Diſputatio. Nota cōtra multos doctores, qui legendo, & cōſulendo multa & inutilia effundunt, cùm paucis vti poſſint: contra id, quod dicitur, quod gaudent breuitate moderni. nā in multiloquio non deeſt peccatū. facit l. ampliorē. §. in refutatoriis. cū ibi not. per gloſ. & doctor. C. de appel. Ang.

* obſeruetur.

¶ d Idem intellecturi. Nam ſimilium eadem eſt diſciplina: vt hîc, & ff. de in rem ver. l. ij. §. proinde. & §. quoties.

¶ Dic tamen quòd ſimilitudo in vno non inducit ſimilitudinem in alio, vt per Aret. in l. ex facto. in vj. notab. ff. de vulg. & pupil. Sylueſt.

¶ e In his. ſcilicet, Parente, & filio.

¶ f Oſtendemus. Vt infrà eod. §. quæ diximus.

¶ Si igitur iuſſu domini.

CASVS. Tres hic proponit actiones, Quod iuſſu, Exercitoriam, & Inſtitoriam. Prima, locum habet in hac ſpecie, Iuſſu tuo contraxi cum tuo ſeruo, eíque centum mutuò dedi. quæro, an mihi in ſolidum condemnaberis, quum ſuprà dictum ſit, quatenus peculium ferat, dominum ex contractu ſerui damnari? maximè. nam iuſſus tuus te in ſolidum obligat: Secunda, locum ſic habebit, Nauim habebas, ei Pamphilum ſeruum tuū magiſtrum propoſuiſti. contraxi cum ſeruo illo exercitore nauis, eíque centum mutuò dedi. Tu in ſolidū condemnabere. Tertiæ exemplum hoc erit, Tabernam habebas, cui ſeruum tuū præpoſuiſti. ei pannos vēdidi pro centū aureis exercendæ tabernæ tuæ cauſa. Tu in ſolidum dānaberis. quapropter, inquies, quum peculium ſit tantùm aureorum triginta? quia exercitorem aut inſtitorē ſeruū qui facit, ei auctor contrahendi gerendíque negotij videtur eſſe. Corn. Vib.

¶ Not. ſecūdum Angel. quòd de iure ciuili pater, aut dominus non tenebantur ex contractu filij, vel ſerui: & hinc eſt, quòd Prætor equitate motus hæc adinuenit. Item, quòd pater & dominus tenentur, quod iuſſu in ſolidum. Item, quòd ille qui cū filio vel ſeruo contrahente iuſſu patris vel domini contrahit, videtur ſequi fidem iubentis. Item, quòd vbi eſt eadem ratio, idem ius cōſtituitur. Item, quid ſit Exercitoria, & quid Inſtitoria. Item, quòd Exercitoria ab Exercitore: Inſtitoria ab Inſtitore eſt appellata. Item, quòd tunc tenentur pater, & dominus, quando filius, vel ſeruus negotiantur in eo, in quo ſunt præpoſiti. Item nota, quòd huiuſmodi actiones non ſolùm dantur contra dominum vel patrem, præponentes ſeruos & filios, ſed etiam contra quemlibet preponentem, etiam liberum hominem ſtante identitate rationis. Item, quòd identitas rationis facit, quòd caſus non expreſſus ſit compræhenſus in caſu iam deciſo. Sylueſter.

† Si igitur. Actio quod iuſſu eſt, quæ datur ei, qui cum filiofamiliâs ſeruóve contraxit, aduerſus patrem dominúmve, cuius iuſſu contractum eſt, vt, vel de peculio, vel de ſuo ſolidum præſtare damnetur lege prima. ff. quod iuſſu. N.A.

¶ g Domini. ſ. volentis cum ſeruo cōtrahi. ſiue dirigat iuſſum ad ſeruum, ſiue ad contrahentem cum ſeruo, ſiue ſubſcri

ſubſcripſerit, ſiue quocunque modo contra ctum ratum habuit: vt ff. quod iuſſu. l. j. §. j. & §. ſed & ſi ſerui chirographo. & §. ſi ratum.

¶ a Videtur. Vt etiam ab ipſo domino debitum condici poſſit: vt infrà eod. §. pen.

¶ b Eadem ratione. Quia fidem domini ſequi videtur: vt ſuprà proxi. §. in fin. Accurſ.

¶ c Exercitoria. Quæ perpetuò hæredi, & in hæredē datur: vt ff. de exerci. l. ſi tamē. §. fin. Idem in inſtitoria: vt ff. de inſtitor. l. nouiſſimè. Idem etiā de in rem verſo: vt ff. quādo de pec. act. anna. eſt. l. quæſitum. in fin.

N.A. † Magiſtrū. Magiſter nauis, eſt ſeruus; qui ab exercitore, naui exercendæ præpoſitus eſt.

Actio exercitoria eſt, quæ datur ei, qui cū magiſtro nauis, de rebus ad ipſius magiſteriū pertinētibus cōtraxit aduerſus exercitorem, vt quod magiſtrū eo nomine dare, facere oportet, dare facere damnetur l. j. & paſſ. ff. de exercit. actio.

Actio inſtitoria eſt, quæ datur ei qui cum inſtitore de rebus ad ipſius negotiationem pertinentibus contraxit, aduersùs dominum, vel patrem qui præpoſuit, vt quod inſtitor, eo nomine, dare f. o. tanti damnetur l. j. & paſſ. de inſtit.

¶ d Eius rei gratia. Bene dicit, eius rei gratia. Nam ſi ob aliam rem, putà negotij ſui, vel cùm eſſet præpoſitus ad vehendum onus, ipſe accepit mutuam pecuniam, nō ad vtilitatem nauis, non tenetur dominus: vt ff. de exercit. l. j. §. non autem.

¶ e Quæſtus. id eſt, prouentus ſiue lucrum. Sed magiſter appellatur, cui totius nauis anchora, id eſt, gubernatio commendatur: vt ff. de exerci. l. j. §. magiſtrum nauis.

¶ f Seruum. Vel liberum: vt in fin. huius. §.

¶ g Vocantur: Not. ꝙ inſtitoria à præpoſito, ſed exercitoria à præponente vocatur: vt hic, & ſuprà proximo. §.

¶ h Duas. Per hoc quod dicit duas excludit primam, quod iuſſu. Accurſ.

† Duas. Quia prius iudicandum eſt an ſit in rem verſum; Deinde an, & quantum ſit in peculio. l. j. ff. de in rē verſo.

¶ i Aequitatis. Not. ꝙ vbi eadem eſt æquitas, idem ius ſtatuendum eſt: ſic ff. ad leg. Aquil. l. illud §. cum enim. in gloſſ. æſtimari. & ſuprà quibus modis. ius patriæ pot. ſolu. §. pari ratione.

† Aequitatis. Valeat æquitas, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat Cicero in Topicis.

Actio tributoria eſt, quæ creditoribus ſerui, in merce peculiari, ſciente domino negotiantis, conceditur aduersùs ipſum dominum, qui in illius merce, pro rata cuiuſque debiti; ex edicto diſtribuendam, dolo malo verſatus eſt: vt quanto minus tributum ſit quàm

---

lidum Prætor aduerſus dominum actionem pollicetur: ſcilicet quia is, * qui ita contrahit, fidē domini ſequi videtur a.

* abeſt.

¶ Qui ſeruū aut hominē liberum naui, tabernæ, aut cuilibet negotiationi præfecerit, in id, quod eius rei nomine, cui præpoſitus fuerit, cōtractum eſt, in ſolidum obligatur.

¶ Eadē ratione b Prætor duas alias in ſolidū actiones pollicetur: quarū altera exercitoria c, altera inſtitoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis ſeruū ſuum * magiſtrum † naui præpoſuerit, & quid cum eo eius rei gratiam d, cui præpoſitus erit, cōtractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitoris appellatur, ad quē quotidianus nauis quæſtus e pertinet. Inſtitoria tūc locum habet, cùm quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi ſeruum f ſuum præpoſuerit, & quid cū eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem inſtitoria appellatur: quia qui negotiationibus præponuntur, inſtitores vocātur g. Iſtas tamē * duas h † actiones Prætor reddit, & ſi liberum quis hominē, aut alienū ſeruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit: ſcilicet quia eadē æquitatis i † ratio etiam eo caſu interueniat *.

* abeſt.

Ius idem ſtatuitur, vbi eſt eadē æquitas.

* autē. N.A.

* interueniebat. N.A.

¶ Si ſeruus iñ peculiari merce ſciēte domino negotians, ex contracta quibuſdā creditoribus obnoxius fiat: tunc ſi quid inde etiam domino debeatur, inter eum cæteróſque creditores merces peculiares ſecundùm ratam cuiuſque portionem inuicem contribuuntur: quod ſi cui creditorum minus, quàm oporteat contigerit, actione (quæ tributoria dicitur) aduerſus dominum experitur.

¶ Introduxit & aliã prætor actionem quæ tributoria vocatur. Námque ſi ſeruus in peculiari merce [a], ſciēte domino negotietur [b], & quid cum eo, eius rei cauſa [c] contractum erit: ita Prætor ius dicit, vt quicquid in his mercib⁹ erit, quódque inde receptũ erit id inter dominũ, ſi quid ei debebitur, *& cæteros creditores pro rata portione diſtribuatur [& ideò* tributoria vocatur] quia ipſi domino diſtributionẽ Prætor permittit. Nam ſi quis ex creditoribus queratur, quaſi minus [d] ei tributum ſit, quàm oportuerit, hanc ei actionem accõmodat, quæ tributoria appellatur.

¶ Quod ex contractu ſerui (etiam inſcio domino iniro) in domini vtilitatem verſum eſt, id ſolidum ſoluere cogitur. in rem autem verſum intelligimus, ſi quid ſeruus, impenderit, quò meliorẽ dominus habeat, aut non deteriorẽ: vt exemplis apertum: quòd ſi verſum non fuit, eatenus ratum tenetur dominus, quatenus vires peculij ſeſe extendunt.

* debeatur.
* incluſa abeſt rectè.

quam debuerit, præſtet l. j. & paſſ. ff. de tribut.

Actio de in rem verſo eſt, quæ conceditur ei, qui cum filio, ſeruóve, contraxit aduerſùs patrem, dominúmve, cuius negocium principaliter filius, ſeruúſve, non tamen eius voluntate geſſit, vt quatenus in rem eius verſum erit, vel de peculio, vel ſi peculiũ nõ eſt, aut non ſufficit, de ſuo præſtare cogatur. l. j. ff. de in rẽ verſo.

¶ Introduxit. CASVS. Seruus Titij in mercibus peculiaribus negotiatus eſt, nõ iubente, ſed tamẽ ſciente Titio. ego ei centum mutuò dedi. Hac de cauſa Prętorem adibo, vt dominũ iubeat merces exhibere, ſi dominus non omnes exhibuerit, neque mihi ſatisfactum ſit, habebo actionem in dominum, quæ dicitur tributoria. per quam eum cogam reliquas merces exhibere, mihique tribuere quod mihi debere planũ fecero. C. Vib.

¶ a In peculiari merce. Hoc cautè dicit, non in dominica: vt ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. penult.

¶ b Negotietur. Ad omnem quoque porrigitur negotiationem: vt ff. de tribu. l. illud. & l. infrà licet.

¶ c Eius rei cauſa. not. quod ad hoc, vt cõpetat iſta actio, oportet quod ſit contractum illarum mercium cauſa, aliàs non competeret: vt per An hic.

¶ d Minus. Hanc actionem tributoriam, dicunt quidam non dari, niſi dominus primo diſtribuat: & dicunt, quòd cogitur officio iudicis: & hoc colligitur ex hoc §. quia dicit, minus. Sed dico, quod ante & poſt competit: quia minus tribuit, qui nihil tribuit: vt ff. de tribu. l. illud. §. ſi cuius dolo. verſic. minùs & argu. ff. de verborũ ſign. l. minus. & l. verbũ amplius. ſecundùm Ioan.

¶ Præterea introducta. CASVS. Eſt præterea actio de peculio ac de in rem verſo in hac ſpecie. Seruus meus, me inſcio, viginti aureos mutuo ſumpſit: ex his decem in rem meam impendit, ædes enim ruinoſas fulciuit: alios decem arbitratu ſuo impendit. Creditor actionem habet, per quã probans decem in rem meam cõuerſa eſſe, ea decem integra recuperabit. at pro reliquis decem, ego teneor quatenus peculium ferre poſſit. Quid ergo, ſi integra decem impenſa in rem meam ſint? in ſolidum tenebor. Cor Vib.

¶ Not. quòd actio de peculio, & de in rem verſo ſunt diuerſæ. Item, dic quòd

Digitized by Google

¶ Prętereà introducta eſt actio de peculio, déque eo quod in rem domini verſum erit vt quamuis ſine voluntate domini negotium geſtum erit: tamen ſiue quid in rem eius verſum fuerit, * id totũ præſtare debeat: ſiue quid non ſit in rem eius verſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculiũ paritur [a]*. In rem autẽ domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rẽ eius impenderit ſeruus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quãlibet aliã rem neceſſariã mercatus erit [b]. Itaque ſi ex decem [c] (putà) aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinq; aureos ſoluerit, reliquos verò quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinq; quidem in ſolidũ damnari debes: [d] pro cæteris verò quinq; eatenus quatenus in peculio ſit. * Ex quo, ſcilicet, apparet, ſi toti decẽ aurei in rem tuam verſi fuerint, totos decem aureos Titium conſequi poſſe. Licet [e] enim vna eſt actio, qua de peculio deque eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur, tamen duas habet condemnationes. Itaq; iudex, apud

neceſſaria erat actio de in rem verſo vltra actionem de peculio ex rationibus poſiti, per tex. in l. j. in princ. ff. de in rem verſ. Item, quòd actio de in rem verſo oritur, quamuis ſine voluntate domini negotiũ ſit geſtũ: quia oritur ex ipſa verſione, non ex conſenſu: & propterea oritur etiã quãuis geſtũ ſit cõtra voluntatem domini, quãdo verſum eſt in eius vtilitatem. Itẽ, quòd actio de peculio datur eaten⁹, quatenus eſt in peculio: actio verò de in rem verſo datur ad omne id, quod verſum eſt in vtilitatem domini. Itẽ quod dicatur verſum in vtilitatẽ. pro cuius declaratione vide regulam quam ponit Iuriſconſultus in l. iij. §. & generaliter. ff. de in rem ver. Item no. quòd omnes expenſæ hic enumeratæ dicuntur neceſſariæ Syldueſt.

ſpeciatur.

¶ a Déque eod. Caue tibi: quia de duab⁹ actionibus ſimul dicit, ſcilicet de peculio, & de in rem verſo.

¶ b Patitur. Facit ff. de pecul. l. ſi quis ſeruum. § etiam. & hic adiunge §. cæterum. qui eſt infrà.

¶ c Mercatus erit. Facit ff. de in rem verſo. l. ij. §. proinde.

¶ c Ex decẽ. Quia quot ſunt cõſumpti, in tot debet teneri: vt ſuprà proxi. §.

¶ d Damnari debet. Facit ff. de in rem verſo l. ſi pro patre. §. idem.

¶ e Licet. Hoc punctum quod eſt hic, ita prauè intelligunt quidã, quòd quicunque agit de peculio, videtur intentare illam formulam, & agere, ſcilicet, de in rem verſo, vt hic, &. ff. de in rem verſo. l. filiusfamilias. in fi. & ff. de pecul. l. j. § eſt autem, quæ opinio neceſſaria eſſe videtur. Nam cùm de peculio agitur, debita peculiaria cõputantur, & ita quod ſeruus debet domino, & dominus debet ſeruo naturaliter: quia quod ſeruus impẽdit in rem domini, venit in actione de peculio: vt. ff. de pec. l. quam Tuberonis. § in peculio. verſic. ſed & hic. quod nihil aliud eſt, quàm de in rẽ verſo agi. & ita qui agit de peculio, & de in rem verſo agit. Sed Ioan. dicit, ꝙ diuerſæ ſunt actiones & actionũ formulę: nec ꝗ formulã vnius proponit, alterius formulam proponere videtur. Nec obſt. dicta l. de peculio. l. j. §. eſt autem. quia licet ibi videatur ſub actione, & edicto de peculio actionem de in rem verſo proponere: tamen non demõſtratur edictũ quod ſit de peculio tantum, ſed generale, quod dicit de omni eo, quod ſit cum eo, qui in aliena eſt poteſtate: vt in eadẽ l. j. §. verba autẽ, Item non obſt. d. filiusfamilias. in fin. quia quod ad effectum proponit de in rem verſo, qui proponit de peculio, non quo ad formulam: & eodem modo expone, quod hic dicitur, vna eſt actio de peculio, & de in rem verſo, id eſt, ille, qui proponit actionem de peculio, conſequitur effectũ actionis de in rem verſo. Et quod ſubiicit duas habet cõdemnationes. ſ. actio de peculio, vnam

Actiones de peculio, & de in rẽ verſo ſunt diuerſæ.

Textum expenit.

** vt nec male.*

quem de ea actione [a] *agitur, ante diſpicere ſolet, an in rē domini verſum ſit: nec aliter ad peculij æſtimationē trāſit, quàm aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum.

¶ In peculio id numeratur, quòd deducto eo quod domino eiuſq; poteſtati ſubditis debetur, ſupereſt: modo ſerui vicario non debeatur.

¶ Cùm autē quæritur, quantum in peculio ſit, antè deducitur, quicquid ſeruus domino [b] eíve, qui in poteſtate eius ſit, bebet: & quod ſupereſt, id ſolū peculium intelligitur. Aliquando tamē id, quod ei debet [c] † ſeruus, qui in poteſtate domini ſit, nō deducitur ex peculio: veluti ſi is [d] in ipſius [e] peculio ſit. Quod eo pertinet [f] vt ſi quid vicario † ſuo ſeruus [g] de-

vnam, ſ. pro ſuo effectu, & aliā pro effectu, ſ. actionis de in rem actio. Accur. ADDITIO. Hæc opin. gloſſ. q ſint diuerſæ actiones, verior eſt: quia habent diuerſa nomina, & diuerſa media concludēdi.

¶ a Actione .ſ. de peculio.

¶ Cùm autem. CASVS. Pamphilus, habet in arca cētum aureos debèt domino decē, itidémq; herili filio decē quantum eſt in peculio? quod, deducto naturali debito ſupereſt: nimirū octoginta. Seruus meus peculiū habebat centū aureorū: in eo erat vicarius, cui viginti debebat. petis à me centum, quę meo ſeruo mutuo dediſti. cogárne integra cētum ſoluere, an ſatis erit, ſi octoginta ſoluā, quum ille ſeruus vicario ſuo viginti debeat? debentur integra centum. Quid ita? quia eadem perſona vicarij non poteſt eodem tempore duas habere functiones, & in eadem cauſa ſerui tui peculium augere, ac minuere. Cornelius Vibulanus.

¶ Not. quid dicatur eſſe in peculio. Item, quòd deducitur non tantùm creditum domini, ſed etiam eius, qui in ipſius eſt poteſtate. Rationem vtriuſque ponit Iuriſconſultum in l. ſed ſi damnum, §. peculium. ff. de pecul. Ratio enim quare id deducitur, quod domino debetur, eſt: quia dominus præueniſſe videtur, & cum ſuo ſeruo egiſſe. Ratio autē quare deducitur id quod debetur exiſtentibus in poteſtate domini, eſt, quia nemo ambigit hoc quoque domino deberi, cui omne quæritur, quod quæritur ab exiſtentibus in poteſtate eius. Item not. caſum, in quo non deducitur per dominum illud quod debet ſeruus. quod nota. Syl.

¶ b Domino. ſcilicet debet. Cùm enim, inſpecto iure naturali ſeruus liber ſit, apparet quòd naturaliter poteſt obligari, etiam domino ſuo: vt ff. de condi. inde. l. ſi id, quod & ff. de pecul. l. nec ſeruus. & ſuprà de fideiuſſ. §. j. Accurſ.

¶ Adde, quòd eſt intelligendum de iure naturali, id eſt, de iure gentium primæuo, id eſt, quatenus ius gētiū fundatur ratione naturali, non cōſtitutionibus generalibus gentium ſi enim intelligeremus de iure naturali ſimpliciter communi omnib9 animātibus, tunc non poteſt dici q oriatur obligatio naturalis, prout declarat Bartol. quem communiter ſequunt. doct. in d. l. ſi id, quod. Syluest.

¶ c Debet. Quaſi dicat, & id deducitur, quod debet dare ſeruus iis, qui ſunt in poteſtate, vt conſeruis ſuis, & filiis domini, & pupillis domini: vt ff. de pecul. l. peculiū autem. in princ.

† Debet nam & ſeruus domino, & dominus ſeruo naturaliter debere dicitur l. 9. ff. de pecul. N.A.

¶ d Si is ſcilicet, cui debetur, puta habeo ſeruum Caſtaldum, qui ordinarius dicitur, qui habet ſub ſe alium, qui vicarius dicitur: ſi ordinarius aliquid debet vicario, & conuenior de peculio ordinarij, non deducam quod vicario debetur: & eſt ratio in promptu: quia ſi deduco pro vicario, adhuc remanet peculium ordinarij: & ita fruſtrà fieret deductio: cum ſemper maneret ordinarij peculium.

¶ e Ipſius. ſcilicet, Ordinarij.

¶ f Quod eò pertinet, id eſt, quod modò ſub nube dixit obtinet in hoc caſu.

† Vicario ſuo. Seruus ordinarius eſt, qui vicarij quaſi dominus eſt: vicarius, ſeruus peculiaris l. 17. ff. de pecul. qui interdum pluris eſt, quàm ordinarius l. 44. ff. de ædil. edict. N.A.

¶ g Seruus ſcilicet. Ordinarius.

ADDITIO. Ordinarij autem ſerui

Seruus ordinarius. *Seruus vicarius.*

dicuntur ab ordine, qui domui aut tabernæ, aut negotiationi regendæ præſunt: illorum verò ſi peculio contineātur, alij ſerui, vicarij appellantur Martialis, Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe.

a Eius. ſcilicet. Ordinarij.

Cęterùm dubium. [illegible] Hactenus enumerauit quinq; actiones, quibus cum domino agi poſſit de eo, quod ſeruus debet: Quod iuſſu, Inſtitoriam. Exercitoriam, Tributoriam, & De peculio. Quatuor autem illis ſuperioribus vti ſatius eſt, quàm poſtrema: quę hoc differt à cęteris, quòd hæc modò vt genus, modò vt ſpecies intenditur: aliæ verò tantùm vt ſpecies. Conſiliū autem eſt, vt actor eā potiſſimū intēdat, qua ſolidū cōſequi poſſit, aut certè plus quàm alia actione. C. Vib.

Not. quòd ſtultiſſimus dicitur, qui poteſt vtiliorem viam ad ſuum conſequendū eligere, & eligit deteriorem. Item, ꝙ habens plures actiones, debet faciliorem

beat, id ex peculio eius [a] non deducatur.

¶ Cui competit actio inſtitoria, vel exercitoria, quod iuſſu, competit etiam de peculio: & in actione de peculio, totius eius quod eſt in peculio, ratio eſt habenda: in tributoria ſolùm eius circa quod negotiatur. Quapropter quandoq; expedit agi vna, quandoque alia Aret.

¶ Cæterùm [b] dubiū non eſt, quin is quoque, qui iuſſu domini contraxerit, cuiq; inſtitoria, vel exercitoria actio cōpetit, de peculio, déque eo, quod in rē domini verſum eſt, agere poſſit. Sed erit ſtultiſſimus [c], ſi, omiſſa actione, qua facillimè ſolidum [d] ex cōtractu i conſequi poſſit, ſe ad difficultatem perducat probādi in rē domini verſum eſſe: vel habere ſeruū peculiū, & tantum habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſſit.

¶ [illegible] inter actionem de peculio & tributoriam differentia eſt, quòd in priori quod domino debetur ante omnia deducitur: in poſteriori verò, dominus tanquā extraneus cū cæteris creditoribus in tributionem vocatur: item in illa totius peculij ratio habetur, in hac eius tātùm, in quo negotiatus eſt ſeruus: quò fit vt quandoque vna, quandoque altera experiri expediat.

¶ Is quoq; [e], cui tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in rē verſo agere poteſt. Sed ſanè huic modò [f] tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verſo. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua nō eſt: id eſt, quod domino debetur, nō deducitur: ſed eiuſdē iuris eſt dominus, cuius & cęteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur [f], quod domino debetur: & in id, quod reliquū eſt creditori, dominus condemnatur. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quod in hac

proponere. Syl.

b Cæterùm. Diximus. ſuprà in illo §. præterea. ꝙ is agit de peculio, qui cōtrahit cū ſeruo inuito, vel ignorāte domino: vnde videtur, ꝙ qui contraxit eo volente, puta iuſſu ſuo, non poſſet agere de peculio: ſed tamen aliud eſt, ideo dic cæterùm, pro ſed.

Electio debet eſſe de meliori.

c Sed erit ſtultiſſimus. Not. quē eſſe ſtultū, ſi eligat malū, cùm poſſit eligere bonum: vt in authen. qui mod. nat. effic. ſui. §. j. colla. vj. Vnde verſus, Qui videt vtili[e], & ſumit deteriora: Abſit ei radius luminis abſq; mora. Acc.

d Solidū. Not. ꝙ habens duas actiones: vnam, ex qua ſolidum conſequi poſſit, & aliam cū diminutione: debet intētare illam, ex qua ſolidum cōſequatur. Ang.

e Is quoque. Facit ff. de tribu. l. aliquando.

f Modò. id eſt, aliquando.

g Antè deducitur. Not. ꝙ in actione de peculio dominus eſt priuilegiatus, quia primò ſui debiti ratio habetur. de quo ſuprà eod. §. præterea. Ang.

a In

Digitized by Google

actione [a] toti⁹ peculij ratio habetur: at in tributoria eius tantũ, quo negotiatur [b]. Et poteſt quiſq; tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorẽ autẽ partẽ in prędiis, vel * mancipiis, aut * fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſque, vel hanc actionem vel illam eligere [c] debet. Certè qui poteſt probare in rẽ domini verſum eſſe, de in rem verſo agere debet.

¶ Dicta de dominis & ſeruis intelliguntur de parentibus & liberis.

¶ Quæ diximus [d] de ſeruo & domino, eadem [e] intelligimus, & de filio & filia, & *nepote, & nepte, & patre auóve, cuius in poteſtate ſunt.

¶ Qui filiofamilias in patria poteſtate conſtituto mutuam dederit pecuniam, is neque in patrem, neque in filium (etiam poſtquam ſui iuris effectus eſt) ullam habet actionem, Senatuſconſulto Macedoniano continente.

¶ Illud propriè ſeruatur * in eorũ perſona, quod Senatuſconſultũ Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari * eis qui in poteſtate parentis ſunt *: & ei, qui crediderit, denegatur actio † tã aduerſus ipſum filium, filiámve, nepotem neptémve (ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parẽtis, vel emãcipatione ſuæ poteſtatis eſſe cœperit) quã aduerſus patrẽ [f] auúmve, ſiue eos habeat adhuc in poteſtate, ſiue emancipauerit. Quę ideo ſenatus [g] proſpexit: quia ſæpè onerati ære alieno creditarũ pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.

a In hac actione. ſcilicet de peculio.

b Negotiatur. Et quod inde receptum eſt: vt ff. de tribul. procuratoris. §. mercis. verſic. per hanc. & ſuprà eod. §. introduxit. Accurſ.

c Eligere. Et poſtquã elegerit, nõ variabit: vt ff. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. niſi fuerit deceptus, quãdo primam elegit: vt ff. quod cũ eo, qui in alie. poteſt. l. ſed ſi ex parte. §. fi.

d Quæ diximus. A prin. tit. vſque huc. * &

e Eadẽ. Quãtũ ad actiones ſupradictas: ſed in quibuſdã nõ conueniunt, vt in mutua pecunia, quod dic, vt infrà proxim. §. Item filius poteſt ſubire iudicium, & arbitriũ, & patrem obligat quaſi ex cõtractu de peculio, ſed ſeruus non: vt ff. de pecul. l. iij. §. ſi ſeruus. & §. idẽ ſcribit, & C. de iud.* l. ſeruus. Itẽ, filius fideiubere poteſt: & patrẽ de peculio obligare. vt ff. de pecul. l. iij. §. ſi filius: ſed ſeruus nõ. ff. de fideiuſ. l. ſeruus. & l. ſeq. & propter hoc dixit ferè ſuprà. eodem §. j. * &

* ant.

N.A. † Denegatur actio. Si de qualitate filiifam. Prætori conſtitit. Prętor denegat actionẽ l. 9. ff. de in rei. Si nõ conſtat, dat actionẽ; ſed cum hac exception e. Extra quã ſi filiusfam. fuerit. Nota, credere filiifa. eſt perdere l. 3. ff. de Senat. Maced.

f Aduerſus patrem. Etiã de peculio non tenetur pater: vt hic dicitur, & C. ad Senatuſc. Maced. l. ſi filius. & cautè colligitur C. ne fil. pro patr. vel pater ꝓ filio. l. j.

g Senatus. ſ. ſenatuſ. Maced. vt ff. ad Maced. l. j. quod ceſſat in multis caſibus. ſ. xj. Primò, ſi fuerit miles filiusfa. vt C. ad ſenatuſ. Maced. l. fi. Itẽ, ſi dixerit ſe patrẽfam. vt C ad ſenatuſ. Maced. l. fi. Itẽ, ſi publicè paterfa. videbatur: vt ff. ad ſenatuſ. Maced. l. ſi quis patremfam. Itẽ, ſi fuerit in ſcholis: vt ff. ad ſenatuſc. Maced. l. ſed Iulian. §. quod dicitur. & C. eod. l. Macedoniani. Itẽ, ſi alij creditorĩ ſoluit: vt ff. ad ſenatuſ. Maced. l. ſed Iulian. §. pen. Itẽ, ſi factus paterfa. debitũ primum cõtractum quocunq; modo agnouit: vt C. eod. l. Zenodorus. Item, ſi vertit in rem patris: vt ff. eod. l. ſed Iulianus. § proinde ſi acceperit. Itẽ, & ſi non accepit, vt verteret in rem patris, poſtea tamen vertit: vt ff. eod. l. ſed Iulianus. §. proinde. verſ. ſed & ſi ab initio. Item, ceſſat, quãdo pater cõſenſit, vel preſens non cõtradixit, vt ff. eod. l. ſed Iulianus §. quanquã. & l. ſi tamẽ ſciẽte. & C. eo. l.

* obſeruatur.
* dare
* erant.

¶ Actione quod iuſſu, vel in rem verſo, vel inſtitoria, vel exercitoria, poteſt agi directò contra patrem vel dominū ex contractu filij, vel ſerui. Arc.

¶ Illud in ſumma admonendi ſumus id, quod iuſſu patris, dominíve contractum fuerit, quódque in rem eius verſum erit: directò [a] quoque poſſe à patre, dominóve condici, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotiū geſtū eſſet. Ei quoque, qui exercitoria, vel inſtitoria actione tenetur, directò † poſſe cōdici [b] placet: quia hui9 quoque iuſſu contractū intelligitur. [c]

TIT. VIII.

DE NOXALIBUS† actionibus.

¶ Quoties alieni ſerui noxam ſed damnum commiſerint, actio noxalis aduerſus dominum inſtituitur: qui ſi condemnatus fuerit, ei licet aut damnum ſolueret aut ipſius ſerui datione damni vitare æſtimationem: is tamen cui noxæ deditus eſt, quamuis dominus ſerui ſic effectus, eum tamen poſtea dominum relaxantem, manumittere cogitur.

ſi permittente. Item, ſi poſtea pater ratum habeat: vt C. eod. l. fi. in princ. Itē, ſi paterfamiliàs factus ſoluere cœpit: vt ff eod. ſed Iulianus. §. fin. & l. ſeq. Alias autem locum habet, vt nō teneatur pater, vel filius, ſiue pecunia fuerit mutuo data, ſiue alind in fraudē ſenatuſconſ vt ff. eod. l. filiusfamiliàs. §. is autem. & l. ſed Iulianus. §. mutui dationē.

ADDITIO. Verba ſenatuſc. Macedon. vide apud Alexan. ab Alex. lib. Genia. dier. I. c. vij. Qđ autem Macedonem Theophilus prodigū & diſſolutum iuuenē fuiſſe ait, id ille ex eodē fonte hauſit, vnde aliarum Romanorū rerum cognitionē ſumere cōſueuit.

¶ Illud in ſumma. CASVS. Imperator ad extremum hoc dicit, ſi Lælius alicui ſeruo iuſſu domini centū dederit mutuò, vel quæ in rē domini verſa ſint, præter ſuperiores omnes actiones licere, etiam directa actione, dominium aggredi: ac dicere, Aio te mihi cētum dare oportere. quoniam videtur ipſe quodammodo contrahere, quum contrahendi ſeruo, filióve mandauit facultatem, Cornel. Vibul.

¶ Not. illud verbum, in ſumma, cuius ſignificatio eſt, tandem & finaliter. Itē, quod de in rē verſo, quod iuſſu, exercitoria, & inſtitoria agitur etiam directò contra dominum. Item, not. caſum in quo mandans tenetur, ac ſi principaliter negotium geſſiſſet. Syl.

¶ a Directò. id eſt, certi condictione directa, non adhibita hac adiectione de peculio, vel de in rem verſo. Sed nunquid ſupradicta ſex nomina. ſcilicet quod iuſſu, exercitoria, tributoria, de peculio, & de in rem verſo, ſunt nomina actionum? Reſpondent quidam quòd ſic: & faciunt pro eis infinitæ leges, quæ dicuntur de actione, de peculio, & ſic de ſingulis, vt patet etiā in rubric. cuiuſlibet titul. Sed Ioan. cōtra. Dicit enim ꝙ ſunt actionum adiectiones, nō actiones. & facit pro eo ff. de negotiis geſtis. l. mādaſti. & ff. de pecul. l. iij. §. cui congruit.

¶ Adde, quod hāc gl. dicit notabilem ad hoc Iaſ. ſuprà de act. §. j. vbi ponit multas gl. concord. & in §. rurſus. pro quo vide text. cum gl. in l. v. in gl. j. C. vbi cōueni. qui cert. loco. & idē vult. Bart. in l. fi. in ij. quæſt. C. ex quibus cau. maior. Sylueſt.

ADDITIO. Hic directò cōdici dicitur, cū nō propter ſeruum, aut filiū, ſed propter iuſſum domini patriſve, aut quia locupletior factus ille eſt, condicimus. erit autem hæc Condictio certi generalis, de qua in l. certi. ff. ſi cert. pet.

¶ † Directò. Id eſt, iure ciuili, quia magis iubentis, quam ſecum contrahentis fidem ſecutus eſt. Ergo directò & principaliter idem ſunt. N. A.

¶ b Condici. ſcilicet certi condictione, non habita hac adiectione, inſtitoria. Item, & de in rem verſo: vt ff. de in rem verſo. l. j. in princip.

¶ c Intelligitur. facit ff. de eden. l. Prætor. §. ſed & ſi ſeruus. & ff. ſi cert. pet. l. ſi inſtitorem.

DE NOXALIBVS actionibus.

¶ Non ſolùm ex contractibus eorum, qui

Digitized by Google

qui in noſtra poteſtate ſunt conuenimur: ſed etiam ex delictis: & quia pro eis noxaliter agitur, ideo de noxalibus ponitur. Accurſ.

ADDITIO. Ad iſtã continuationẽ facit l.j. ff. eod.

Ex maleficiis. Totus iſte tit. diuiditur principaliter in duas partes, Primò, ponit qualiter deditio pro noxa habet locum in ſeruo delinquente. Secundò, an habeat locũ in filiofamiliás. Secunda ibi, Sed veteres.

CASVS. Quid eſt actio noxalis? Dauus Simonis ſeruus viginti aureos manifeſtò ſubripuit Mæuio. Ius ciuile vinculũ iniicit obligationis in Simonem, in cẽtum, id eſt, in ipſos viginti, & octoginta pœnæ nomine. aget. ergo Mæuius in Simonem, tanquã ſummam ab eo repoſcet, Quid autem, ſi Dauus non centum, acne ſexaginta quidem valebat? Licebit Simoni, aut centum ſoluere, aut Dauum ipſum pro noxa dedere: eáque actio Noxalis appellatur. Cor. Vibul. *hunc.

Ex maleficiis [a] ſeruorum, veluti, ſi furtum fecerint [b], aut bona rapuerint, aut damnũ dederint, aut iniuriam commiſerint, noxales actiones proditæ ſunt, quibus domino damnato [c] permittitur, aut litis ęſtimationẽ [d] †ſufferre, aut ipſum* hominẽ noxæ dedere. Noxa † autem eſt ipſum corpus, quod nocuit, id eſt, ſeruus, noxia [e] ipſum maleficium: veluti furtum, damnum rapina, iniuria. Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ deditione fungi†*. Namq; erat iniquũ [f], nequitiam eorũ vltra ipſorũ corpora dominis damnoſam eſſe.

¶ Pro delicto ſerui dominus liberatur dando ſeruum pro noxa: & in damnũ patrum transfertur dominium: quod anocari poteſt ſi dominus emẽdet damna, & velit eum manumittere, Arct.

N.A. † Noxalis actio eſt, quæ conceditur ei, cui ſeruus alienus, noc conſentiẽte domino, noxiam nocuit aduerſus eum, qui tam eius dominus eſt; vt, vel quãti ea res eſt præſtet, vel ſeruum noxæ dedat l.j. ff. hoc tit. l.iij. C. eod.

¶ a Ex maleficiis. Idem eſt, ex quaſi maleficiis, vt ff. nau. caupon. ſtabul. l. fi. §. ſeruorum. & de hoc plenè diximus ſuprà de action. §. actiones autem.

¶ b Furtum fecerint. ſup. extraneo. & idem in ſequentibus articulis. Nã cum domino talia committendo, agi non poteſt: vt ſuprà de obli. ex deli. §. hi qui. & ff. de noxal. l. cum ſeruus.

¶ c Domino damnato. Neſcienti cum delinqueret ſeruus. vel ſcienti, tamen prohibere non valenti: alioqui in ſolidum teneretur: vt ff. de noxal. act. l. ij. & l. in delictis. & C. eod. l. ij.

¶ d Aeſtimationem. putà decem, ad quæ ſemper eſt obligatus: ſed liberatur dando animal. ſcilicet quouſque actione indicati conueniatur: vt. ff. de re iud. l. miles. §. decem. & ff. de petit. hæred. l. item. veniunt. §. cùm prędiximus. Accurſius. *defungi.

N.A. † Litis æſtimationem. Quanti ea res eſt; quantum actori eo nomine abeſt.

¶ e Noxia. Vnde verſus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. ſed quandoque vno pro alio vtimur. *Noxia & noxa differunt.*

N.A. † Noxa. Imo, noxa, & noxia idem ſunt l.j. ff. hoc tit. At promiſcuò dicitur noxiam nocere l.2. §. vlt. l.4. ff. eod. Et noxiæ dedere, & noxæ dedere: cum vtrobique vox (nomine) ſubauditur.

ADDITIO. Noxa autem dedere eſt, pro noxa relinquere, & cedere agenti noxaliter: quod & noxam dedere aliquando dicitur. l.j. & l. ſi verò ff. de iis qui deiec. E.B.

N.A. † Fungi. Defungi, id eſt, liberari. vnde res quædam in genere functionem recipere dicuntur, id eſt, ſolutionem. l.2. ff. de re. credit.

¶ f Iniquum. Sed quandoque iniquius eſſet officium alicuius eſſe ſibi damnoſum, ſecundùm Ioan. vt ff. de fur. l. ſi ſeruus communis. §. quod verò.

¶ Dominus noxalis.

CASVS. Simo Dauum ſeruum ſuum Mæuio noxæ dedidit. is ſeruus quum ita datus eſſet, operis ſuis atque induſtria quæſtum ita vberem fecit, vt damnum illud rependere poſſet, quod fecerat. rependit. Redde túrne Simoni veteri domino? nequaquam: ſed à prætore libertate donabitur. Cor. Vib.

Digitized by Google

¶ Dominus noxali iudicio ſerui ſui nomine [a] conuentus, ſeruum actori noxæ dedendo liberatur [b]: nec minus [c] in * perpetuū eius ſerui dominium † à domino transfertur. Sin autē damnum ei, cui deditus eſt, ſeruus * reſarcierit † quæſita pecunia: auxilio [d] Prætoris inuito domino manumittetur.

¶ Noxaliū actionum quædam ſunt ciuiles, & quędam prætoriæ. Aret.

¶ Sunt autē conſtitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti, furti [e] ex lege duodecim Tabularum: damni [f] iniuriæ ex * lege Aquilia. Edicto Prætoris: veluti iniuriarum & vi bonorū raptorū.

¶ Omnis ad quē ſeruus delinquens tranſit, noxaliter conuenitur. Et noxaliter etiam quis punitur pro delicto liberi hominis facti poſtea ſerui Aret.

¶ Omnis autem noxalis actio caput † ſequitur. Nā ſi ſeruus tuus noxam * commiſerit [g] quandiu in tua poteſtate ſit [h], tecum eſt actio.

* Iſta gl. non eſt Accur. ¶ a Serui ſui nomine *. Not. quòd dominus tenetur nomine ſerui, & ita debet fundari libellus ſecundū Ang. Aret.

¶ b Liberatur. Sed cum ſeruus non ſit in obligatione, ſed damni æſtimatione: vt ff. de re iud. l. miles. §. decem. quomodo dando ſeruum liberatur, cùm aliud pro alio inuito creditore ſolui nō poſſit? * vt ff. ſi cer. pet. l. ij. §. j. Reſp. ſpeciale eſt: quia iniquū eſt ſerui nequitiā vltra ipſius corpus extendi: * vt ſupra eod. §. ſumma. (* abeſt.) (* abeſt.)

¶ Adde, quòd hæc omnia vera ſunt, quando agitur ciuiliter ad damnum datum: quia tunc cōdemnatur ad æſtimationem damni, vel dandum ſeruū noxæ, & reus dando ſeruū liberatur, vt hìc dicitur. ſecùs ſi ageretur criminaliter ad vindictam ob iniuriam à ſeruo illatam: nam tunc aliter pronuntiatur. ſcilicet vel ad æſtimationē damni, vel ad tradendum ſeruum verberandum, vel dandum ſeruum pro noxa: vt eſt tex. not. in l. ſed & vnius. §. cùm ſeruus. ff. de iniur. quem vid. Syl. Aldob.

¶ c Nec minus. Quaſi dicat, licet detur pro alio, ſcilicet pro delicto, vel æſtimatione delicti: tamen dominium transfertur.

N.A. † Dominium. Effectus noxæ deditionis eſt, vt ſit iuſta dominij transferendi cauſa l. 5. ff. de publ. Sic tamen, vt tantùm in bonis eſſet. l. 11. l. 27. ff. hoc tit.

N.A. † Reſarcierit. Id eſt, ſi tantum reſarcierit, quantum damnum dedit Papinian. Collect. tit. 2.

¶ d Auxilio. Sed nónne iniquum eſt auferri, quod perpetuò ſibi quæſitum eſt, vt modò dixerat: & probatur. ff. re. amot. l. non enim. Sed certè eſt ſpeciale fauore libertatis: ſic & aliàs C. de patr. qui fil. diſtra. l. ij. & ff. ſi lib. ingenuus eſſe dic. l. ij. ſic & ff. de hæred. inſtit. l. pignori. Accurſ.

ADDITIO.
Et dicit hic Angel. quod redimens aliquem ab hoſtibus (qui hodie intelliguntur infideles) poteſt eū retinere loco pignoris, vt ſeruiat ſibi p quinquennium, niſi ſe redemerit. l. ſenatus. §. fi. ff. de leg. j. & l. j. C. de captiuis. (* abeſt.)

¶ e Furti. ſcilicet. non manifeſti. Nam actio furti manifeſti eſt prætoria: vt infrà, de perpe. & temp. acti. §. j.

¶ f Damni. ſcilicet. actio.

¶ Omnis autē. CASVS. Tenēdum eſt præceptū nobis ab antiquis quaſi per manus traditum, Noxa caput ſequitur: cuius hęc exēpla ſunt, Dauus Simonis ſeruus noxiam commiſit cum Simone actio eſt. Si Dauus Chremetis eſſe incipiat, in Chremetem erit actio: denique quamcumq; in manum peruenerit, ſemper eum inſequetur actio. Quinimò ſi Simo ipſe quum liber eſſet, noxam commiſerit, deinde ad pretium participandum ſeſe vēdiderit, aduerſus dominum hæc intendetur actio. Cor. Vibul. (* noxia.)

N.A. † Caput. Obligatio propter noxā contracta, perſonam obnoxiam comitatur; facti auctorem ſequitur l. 20. §. vlt. ff. hoc tit. Hinc emptorem ſtipulatio: noxis ſolutum præſtare. l. 174. de verbor. ſign.

¶ g Commiſerit. ſcilicet extraneo.

¶ h In tua poteſtate ſit. Vel dolo feciſti quominus ſit nā tunc vtilis noxalis locum

locum habet: vt ff.eod.l.ſi bonæ fidei. l.electio.§.ſi ſs.

a Directò. Hîc diſtingue, an ſeruus delinquit, an contraxit. primo caſu, ſi in dominum, non tenetur, poſtea factus liber: vt ſuprà de obligatio. quæ ex delictis.§.ij.qui.& infrà proxi.§.& ff.de furt. l.ſerui & filij. Si in extraneū, tenetur directò, vt hîc. Si autem cōtrahat fuerit connexa geſtio illa, quam geſſerit in ſeruitute, cum ea quam in libertate fecit, tenetur, non aliàs: vt ff. de negotiis geſt. l. eum actu. & C. an ſeruus ex ſuo facto. l. iij. in fin. niſi in caſu C.de peti hęred.l.fin. §.pen. in fine.

Seruus manumiſſus an teneatur de geſtis in ſeruitute. ** ant.*

ADDITIO. Alios etiam caſus habes notatos in l. eum actum. in glo. in verb. reddere. ff. de negot.geſt.

N.A. † Directò. Noxalis actio directò non eſt, ſed directò acceſſoria.

N.A. † Noxiam. Noxia, eſt propriè delictum in libero; noxa, in ſeruo.

b Primo libro. Vt ſ. de iure perſo. §.pen.

Si ſeruus domino. CASVS. Seruus meus mihi damnum dedit. mihíne competit hæc actio? minimè. Quid ita? quia ſeruus domino obligari non poteſt, Quid, ſi eum Titio vendidero? nihilo magis. Quapropter? actio naſcitur ex obligatione: obligatio autem concipi non potuit. Dauus Simonis ſeruus mihi damnum dedit, deinde meus factus eſt: non dabitur tamen actio. Quid ſi eundem poſtea Simoni vendidero? ne tunc quidem dabitur: quia res in eam delapſa eſt cauſam, in qua conſiſtere non potuit. Cor.Vib.

ſi autē in alterius poteſtatem peruenerit, cum illo incipit actio eſſe: at* ſi manumiſſus fuerit, directò [a] † ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiā † commiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit (qđ quibuſdā caſibus effici primo libro [b] tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio, quę antè directa fuiſſet.

¶ *Ex ſerui proprij delicto domino nulla prodita eſt actio, quanquam alienatione aut manumiſſione ſeruus conditionē mutet. Quod locū quoque habet in alieno ſeruo, qui damnū paſſi proprius effectus eſt, nec contra ſeruo ex domini delicto, licet libero effecto, vlla datur actio.*

¶ Si ſeruus domino noxiam commiſerit, actio nulla naſcitur, Nanq; inter dominum, & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio [c] † naſci poteſt. Ideóq; & ſi in alienā poteſtatē ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit, neque cum ipſo [d], neque cum eo, cuius nunc in poteſtate [e] ſit, agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiā tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit [f], interdicitur [g] * actio: quia in eum caſum deducta ſit, in quo cōſiſtere † nō potuit [h]. Ideóq; licet exierit de tua poteſtate, agere non potes [i], quemad-

c Obligatio. ſcilicet ciuilis, ſed naturalis ſic: vt ſuprà de fideiuſſo.§.j.

† Nulla obligatio. Quia dominus pro ſuo iure, ſtatuere in ſeruum poteſt l. 17. ff. de furt. l. vlti. C. an ſeru. pro ſuo fact. N.A.

d Cum ipſo. Manumiſſo: vt hic, & C. eod. l.j.in in fin. Accurſ.

e In poteſtate. Cum alienatus eſt. & facit ff. de pecul. l.& ancillarum. §.ſi ſeruus. verſ. ſed ſi alieno. Accur.

f Eſſe cœperit. Ante litem conteſtatā. Nam poſt litem conteſtatam nō interdicitur: vt ff. eod. l. ſi alienus ſeruus. Et eſt ratio: quia imputatur ei, quare alienauerit: vt ff.eo.l.quemadmodū.in princ. ** intercedit, vetat.*

g Interdicitur. Facit ff. de minor.l.verum. in fin. j.reſpon. & ff. de leg.j. l. legatarius. in fi.

† Cōſiſtere. Regula iuris eſt, vt quæ ab initio conſtiterunt, ſi in eum caſum reciderint, à quo incipere non potuerant, reſoluatur. l.98.ff.de verb. oblig. N.A.

h Non potuit. ſcilicet noxalis actio. Et nota, rem impediri, ſi deducitur in eum caſum, à quo incipere non poteſt. arg. ſuprà de lega.§.ex contrario.

i Non potes. Argum. ff. de ca.& po.

Digitized by Google

modum ſi dominus in ſeruū ſuum aliquid commiſerit: nec ſi manumiſſus, aut alienatus fuerit ſeruus, vllam actioné cōtra dominum habere poteſt.

¶ [illegible]

¶ Sed veteres quidē hoc & in filiisfamiliarum † maſculis & fœminis admiſere [a]. Noua autem hominum cōuerſatio huiuſmodi aſperitatem rectè reſpuendam eſſe exiſtimauit [b], & ab vſu communi hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur, filium ſuum, & maximè filiam in noxā alij dari *, vt penè [c] per filij * corpus pater magis, quàm filius pericliteretur? cùm in filiabus etiā pudicitiæ fauor [d] hoc bene excludat. Et ideo placuit, in ſeruos [e] tantummodo noxales actiones eſſe proponendas: cùm apud veteres legum commentatores inuenerimus ſæpius dictū, ipſos filioſfamiliàs [f] pro ſuis delictis poſſe conueniri [g].

TIT. IX.

SI QVADRVPES pauperiem feciſſe dicatur.

¶ Quoties quadrupes contra naturam ſui generis conſuetudinem commota, feritate, laſciuia, vel alio quouis modo dānū intulerit, actio

re.l.ij.§.j.alias de cap.diminut. l.ij.§. eiſqui.

N.A. † Filiisfamiliarum. Eius deditionis exempla ſunt in lege v.§.penult. ff. de obligat. & actio. l.iij.§. proinde. ff.de lib.& poſthu. Et certè, qui non modo vendere, & oppignerare, ſed etiam occidere poteſt, poteſt etiam noxæ dedere. l.in ſuis. 11. ff.de liber.& poſthum.

Filius olim pro noxa dabatur, & à patre licitè occidebatur.

¶ a Admiſere. Iure veteri dabatur filius pro noxa, vt ſeruus: vt hic. Item, occidebatur licitè à patre, ſicut ſeruus à domino: ſed hodie non ſic: vt ſuprà de iis, qui ſunt ſui vel alie.iur. §.ij. & ſuprà de iure perſo.§.iij. & ff. de liber. & poſth. l.in ſuis. in fin. & C. de patr.pot.l.fin.

¶ b Exiſtimauit. Vt hic, & C. de fur. & ſer.cor.l. apud antiquos. in fin. Accurſ.

¶ c Penè. id eſt, ferè vel pœnæ nominaliter ſcilicet per corpus pœnę & tūc diphthongatur: quaſi dicat per corpus filij patientis pœnam.

¶ d Pudicitiæ fauor. Not. ꝙ pudicitia eſt multum fauorizanda. facit l. nec ei.§.penult.ff. de adopt. Angel.

¶ e In ſeruos. id eſt, propter ſeruos.

¶ f Filioſfamiliàs. Non etiam patres: vt ſi filius familiàs iudex litem ſuam fecerit malè iudicando: vt ff.de iud.l. ſi filius familias. vel ſi damnum alicui dederit proiiciendo, eo ſeparatim habitante à patre: vt ſuprà de oblig. quæ ex quaſi delict. §. ſi filiusfamil. & ff.de iis qui deie. vel effud.l.j.§.ſi filiusfam. & de his legibus dicit hic, cum dicit antiquos commentatores. Accurſ.

¶ g Conueniri. ſcilicet directò: vt ff. eodem. l. noxali.& l. ſeq. quibus filiis condemnatis datur in patrem actio in factum, de re iudicata in peculium: vt ff.eodem.l.& ſi condemnatus. & ff. de pec. l. iij. §. item ſcribit. Sed quid, ſi iudiciū filius accipere noluit: imò cōtumaciter non venit, an mitti actor debet in poſſeſſionē peculij profectitij? Videtur ꝙ nō: quia ex delicto filij non debet conueniri pater, vt hic dicitur. Ecōtra videtur ꝙ ſic: quia aliàs dicit lex, quòd poteſt cedere bonis in peculio tali: vt C. qui bon. cede. poſſunt.l.cum & filij. in eo quod dicit, vel à patre &c. Sed huic verbo reſpō. Aldricus quòd dicta lex cum & filij. loquitur de caſtrenſi. vel de eo, quod habet à patre ſibi eūti in caſtro, donatum, quod etiā caſtrenſe dicitur: vt C.famil.erciſcund.lege ſi filiusfamiliàs.

* dare. * abeſt.

Cōtumacia filij an ciat quod actor mitti debeat in peculia profectitium.

SI QVADRVPES PAVperiem feciſſe dicatur.

¶ De maleficiis ſeruorum dictum eſt: nunc de maleficiis irrationabiliū animalium.

Digitized by Google

noxalis aduerſum quadrupedis dominum accommodatur: vt aut dāni æſtimationem ſoluat, aut animal noxæ dedat.

ANimaliū [a] nomine, quæ ratione carent, ſi qua * laſciuia [b], aut feruore [c] *, aut feritate [d] pauperiem fecerint: noxalis † actio [e] lege duodecim Tabularum prodita [f] eſt. Quæ animalia, ſi noxæ dedantur, proficiūt † reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt [g]: vt puta, Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornupetere ſolitus [h] cornunepetierit. Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam [i] † mouentur,

malium. Nam aut damnum dat homo liber, & tunc locum habet titul. ſuprà ad legem Aquiliam, per totum. aut ſeruus, & tunc locum habet ſuprà titul. primus per totum. Aut aliud animal, & tunc locū habet hic tit. Accurſ.

ANimalium. Totus iſte tit. diuiditur in duas partes. Primò, quādo actione pauperie locū habeat, vel nō. Secundò, loquitur, quando habet locum actio de ædil. edict. vel non. Secunda ibi, cæterùm. CASVS. Bos cornupetere ſolitus, ſeruū meū vulnerauit. actio mihi in dominum noxalis conceditur, cuius ea poteſtas eſt, quæ noxalium ex noxia ſeruorum. id eſt, vt niſi vltro noxæ dedat animal, conuentus dominus in litis æſtimationem cōdemnetur: habétq; locum hęc actio, non in iis quæ natura ferocia ſunt, veluti vrſus, leo, aper, panthera: ſed in iis, quæ prèter conſuetudinem irritantur: vt equus, bos, mulus, canis, &c. quæ cicura & manſueta ſunt. Cor. Vib.

*ſ quid. *pauere.

¶ Not. quomodo noxalis actio datur pro damno à quadrupede dato, & in quibus caſibus. Item, quòd in his terminis actio noxalis prodita eſt à lege xij. Tab. Item, quòd ratio hęc bona eſt, quia lex ita diſponit. Item, quid ſit pauperies. Item, quòd animal cùm intellectu careat, nō poteſt iniuriam facere. Item, quòd ſenſus accipitur pro intellectu: quia animalia ſentiunt, & in animalibus eſt ſenſus. Item, not. illa verba, ſiue iniuria facientis, quòd iniuria capitur abuſiuè, reſpectu eius qui infert iniuriam. Syluest.

¶ a Animalium. ſcilicet quadrupedum: vt ff. eod. l. j. in princ. ſed nomine damni dati à bipede, vtilis locum habet: vt ff. eod. l. penult.

¶ b Laſciuia. id eſt, luxuria. Vel dic facilitate, vt facit pullus.

¶ Intelligas per laſciuiam. i. per quandam petulantiam, quam habēt animalia, præſertim quę nondū domita ſunt. Laſciuire enim eſt blandè ſaltare, & huiuſmodi iuuenilia facere. Syluest.

¶ c Feruore. id eſt, Amore: vt ſi equus tuus, vt equam meam adiret, oſtium meum fregerit: & dicitur feruor, quia calefacit amor vt in authent. quibus mod. nat. effic. leg. §. illud. verſi. ſed nihil.

¶ d Feritate, i. Crudelitate, ſcilicet ſua, nō ſui generis natura: vt infrà prox. §.

¶ Noxalis. Vt dominus, aut damnū ſarciat, aut quadrupedē noxæ dedat. N. A.

¶ e Actio. Quæ vocatur in factum, vel ſimpliciter de pauperie.

¶ f Prodita. id eſt, adinuenta.

¶ Proficiunt reo. Noxæ deditione defungimur. Id eſt, liberamur. N. A.

¶ g Scripta eſt. vt ſuprà titul. j. §. ſunt autem. & ff. eod. l. j. in princ.

¶ h Solitus. Subaudi in vtroque exemplo, etiam. Nam idem eſt, & ſi non ſolitus, vt in princ. huius tit.

ADDITIO. Hoc verum, ſi fera nocens non euaſit, quæ habebat conſuetudinē redeundi: aliàs ſi euaſit, nec vtili, nec directa tenetur dominus, etiam ſi poſtea redierit. arg. l. qui res. §. areā. ff. de ſolut. Ang.

¶ i Contra naturam. id eſt, conſuetudinem generis illius animalis, licet ſit ſua conſuetudo, vt calcitret: vt ſuprà proxim. §. nam maior pars equorum nō peſſundat, & maior pars boum non cornupetit: quia equi & boues dicuntur manſueti. Et manſueta dicuntur, quæ gregatim paſcuntur: vnde ſecundum hoc canis non eſt in numero ferarum, nec manſuetorum. Nam maior pars canum nō mordet: & maior pars non gregatim paſcitur: ſed videtur etiam, quod in his feris locum habeat hæc actio: vt infrà eod. §. fin. quæ eſt contra. Solu. vtilis (vt ibi) locum habet directa non: vt hîc, & ff. eod. l. j. §. in beſtiis. Accurſ.

Equi & boues ſunt manſueti. Canes aliqui nō mordent.

¶ Contra naturam. Moueri contra naturam

turam dicitur quadrupes manſueta; veluti bos, equus, mulus, cùm ſua ſponte, nulla cauſa extrinſecus oblata, percuſſit: Secundùm naturã, cùm oblata occaſione aliqua: Veluti, ſi quis palpando equum demulceat, aut ſtimulo eum fodiat. l. j.§.ij.ff. hoc tit. Quod idem de boue dici poteſt; cuius ira, conſpecto panno rubro commouetur. §. interdum quoque ſuprà de oblig. ex deli. Et apud Senecam lib. de ira.

prà proxim.§.& in princip.tit.

¶ Cæterum ſciendum eſt. CASVS. Aediles plebis, qui vrbis curam gerebant, edictum propoſuerant, quo prohibebatur ne quis leonem aliudve nocẽs animal qua vulgo iter fiet, habeat. Cornelius leonem habuit, qui ſeruũ meum vulnerauit. Si ſeruus decem valebat, actio mihi in viginti dabitur: ſi meum filium læſit, iudex tanti eum damnabit, quantum æquum bonumq; iudicabit. Sed præter illas actiones ab Aedilibus inſtitutas, locum habet etiã de pauperie actio. Nã ex eodem facto ſi plures naſcãtur actiones, liberum eſt mihi qua velim vti: ita vt ſi pœna vnius alterius pœnam ſuperet, quod pluris vna habet, per aliã cõſequamur. C. Vibul.

¶ Not. quòd in pœnalibus vna actio aliam non conſumit. Syl.

locum habet. Cæterùm ſi genitalis [a] ſit feritas [b], ceſſat actio [c]. Denique ſi vrſus fugerit * † à domino, & ſic nocuerit *, non poteſt quondã dominus † cõueniri: quia deſiit * dominus eſſe, vbi [d] fera euaſit [e]. Pauperies [f] autem eſt damnum, ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quod ſenſu† caret [g]. Hæc [h] * quidem ad noxalem pertinent actionẽ.

fugit. *nocuit.* *deſiit.* *ſunt quæ.*

¶ Si quadrupes non manſueta iuxta naturã ſui generis damnum dederit in liberum corpus, non occidendo: dominus ex ædilitio edicto arbitrio in ſimplũ cõdemnatur. Cum alijs rebus in duplum, vel in alio actio his duobus caſibus contra dominum datur: & pœnales actiones pro eodem facto concurrentes non perimunt ſe concurſu. Aret.

¶ Adnota, Quoties plures pœnales actiones pro eodem facto competunt, concurſu inuicẽ nequaquã ſe perimunt.

¶ Cæterùm ſciendum eſt, ædilitio edicto [i] † prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrſum, leonem [k] ibi habere, quà vulgò iter ſit, & ſi aduerſus ea factũ erit, & nocitum [l] libero

¶ a Si genitalis. id eſt, ſi a genere habeat quòd ſit fera.

¶ b Feritas. id eſt, crudelitas.

¶ c Actio. ſ. directa.

N.A. ¶ Fugerit. Ergo ſi domi adligatus nocuerit, pertinet ad hũc titulum d.§.ij.

N.A. ¶ Domin⁹. Quia is demũ poteſt noxæ dedere, qui quadrupedẽ habet in ſua poteſtate.

¶ d Vbi. id eſt, Poſtquàm.

¶ e Euaſit. Vt §. de rer. diuiſ. §. feræ.

¶ f Pauperies. Mirabilis eſt hæc expoſitio & legalis: ideo ſic fortè dicta, quia pauperiem aliquam facit: ſicut & damnum diminutio vel ademptio patrimonij dicitur: vt ff. de damno infect. l. iij.

¶ g Senſu caret. Quandoque tamen res inanimata iniuriam facere dicitur impropriè: vt ff. commod. l. ſi vt certo. §. planè ſi ſic commodaui.

N.A. ¶ Senſu. Senſum poſuit pro ratione vt d. l. j. §. j. ff. hoc tit.

¶ h Hæc. ſcilicet ſupradicta duo, & quòd nomine feræ beſtiæ non agãtur hac actione, & quòd nomine manſuetæ noxaliter tantùm agatur: vt ſu-

¶ i Edicto. Poſito ff. de ædil. edict. l. hic enim. §. deinde. & l. ſeq.

¶ Aedilitio edicto. Exemplum profert ædilitiæ actionis, quæ ad honorarias pertinet §. iij. ſuprà de actio. & §. Prætorum. ſuprà de iur. natur. N.A.

¶ k Leonem. Item lupum, pantheram, & generaliter omne animal, quod debeat nocere, ſiue ſolutum, ſiue ligatum: ita tamen, quòd dãnum nihilominus facere poſſit, vt ff. de ædil. edicto. l. hi enim. & l. generaliter. & l. ſeq.

¶ l Et nocitum. In corpore, ita quòd non ſit mortuus. aliàs cc. ſolidi debentur: vt ff. de ædil. edict. l. quà vulgo. ij. reſpon. Accurſ.

Bonum

Digitized by Google

N.A. ¶ f Bonum & æquum. Quia non deformitatis membrorũ ratio habetur, cum liberum corpus æſtimationem nõ recipiat, ſed operarum amiſſarum l.iij. ff. hoc titulo.

¶ a Condemnetur. Ratione deformitatis non habita, ſed impenſarũ tantùm in curatione factarum, & operarũ amiſſarũ, & amittendarũ: vt ff. eod. l. ex hac. Item condẽnatur in duplum occaſione damni dati in aliis rebus ex hoc edicto: vt hic, & ff. de ædil. edict. l. quà vulgo. ij. reſpõ. in fin.

* dicetur. * quanti. * abeſt.

homini eſſe dicatur*: quod * bonum & æquum † iudici videtur, tãtì dominus condemnetur [a]: cæterarum verò * rerum quanti damnum datum ſit, dupli. Præter has [b] autẽ ædilitias actiones, & de pauperie locũ habebit[c]. Nunquam enim actiones, præſertim pœnales, de eadẽ re[d] concurrentes, alia aliam conſumit[e] †.

¶ b Præter has. id eſt, præter hos modos agendi ædilitio edicto.

¶ c Habebit. ſcilicet vtilem: aliàs contra: vt ſuprà eod. §. hic autem. Accur.

¶ d De eadem re. id eſt, ex eodem facto & delicto.

Actiones plures ſi cui competant, an vna intentata tollatur alia.

¶ e Conſumit. Hoc eſt intelligendum concurſu. perceptio enim vna aliam conſumit. Et ad euidentiam iſtorum dic, quòd quando competunt plures actiones eidem & contra eundem, aut omnes pœnales ſunt, aut omnes rei perſecutoriæ, aut aliæ pœnales, aliæ rei perſecutoriæ. Primo caſu, ſubdiſtingue: aut omnes ex vno delicto, & tunc vna tollit aliam per perceptionem, non in id quod excedit: vt ff. vi bono. raptor. l. j. & ff. de actio. & oblig. l. qui ſeruum. j. reſpon. & hoc cum ex vno delicto, non autem concurſu: vt hic dicit. vbi autem ex diuerſis factis, vna non tollit alteram etiam perceptione: vt ff. de priua. del. l. nunquam. in princ. In ſecundo caſu, quando omnes ſunt rei perſecutoriæ, dic quòd aut contra eundem dantur: & tunc tolluntur adinuicem perceptione, non concurſu: vt ff. loc. l. ſi merces. §. culpa. aut contra diuerſos, & tunc nõ tolluntur etiam perceptione: vt ff. de tabnl. exhib. l. locum. §. condemnatio. In tertio caſu, ſcilicet, quando alia eſt pœnalis, & altera rei perſecutoria: iterum ſubdiſtingue, quia aut eſt pœnalis originaliter, & tunc neutra per alteram tollitur: vt ff. de furt. l. ſi pignore. §. cum furti. & ff. de condi. furt. l. ſi pro fure. §. furti. hoc tamen fallit in caſu: vt ff. nau. cau. ſtab. l. & ita. §. fin. quia ibi competebat altera de iure cõmuni, altera de iure ſpeciali. Aut non eſt mere vel originaliter pœnalis: & tunc vna per alteram tollitur: vt ff. quod met. cau. l. metum. §. licet.

¶ Dic tu, quantum attinet ad regulam huius text. quòd illa procedit quo ad hoc, vt ſimul concurrant, ita quòd vtraq; eligi poſſit: ſed bene, vna electa, alia tollitur. l. idem ait. in fi. ff. nau. cau. ſtabu. etiã quòd in actione electa ſuccubuerit. ſecundùm Bart. in l. hoc edicto. in ij. q. ff. de public. Item, hæc vera ſunt, quando ex eodem facto, & vnico criminis titulo procedunt: aliàs ſecùs. l. j. ff. vi bonor. raptor. l. nunquam plura. ff. de priua. delict. Syllueſt.

ADDITIO. Similem glo. habes ff. nau. caup. ſtab. l. & ita. quæ olim incipiebat, idem ait. §. fin. & in l. nunquam actiones. ff. de regul. iur. cuius regulæ tenor ponitur hic in fin. text.

¶ Conſumit. Quia delictum ob aliud delictum pœnam non imminuit l. ij. ff. de priuat. delict. N.A.

TITVL. X.

DE IIS, PER quos agere poſſumus.

¶ Actiones intẽtantur per nos, & per procuratores noſtros: quorum vſus olim prohibitus erat, niſi in certis caſibus. ſed nunc neceſſarius eſt, quãdo principalis agere, vel defendere impeditur. Acct.

NVnc admo-

DE IIS, PER QVOS agere poſſumus.

¶ Quia de actionibus diximus, videamus per quos exerceantur, & hoc incipit, Nunc, &c.

NVnc. Totus iſte titul. diuiditur in tres partes. Primò, ponit vnum dictum bimembre. Secũdò, vnum membrum aſſumit, & declarat tam de iure antiquo, quàm hodierno. Tertiò, declarat, quid eſt procurator & tutor.

Secunda

Digitized by Google

nẽdi ſumus [a], agere [b] poſſe quem libet [c] hominem aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno, veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cùm [d] olim in vſu fuiſſet, alterius nomine agere non poſſe, †niſi pro populo, †pro libertate †, pro tutela.† Præterea lege Hoſtilia * permiſſum erat furti agere eorũ nomine [e], qui apud hoſtes eſsẽt, aut reipublicę cauſa abeſſent, quíve in eorũ cuius [f] tutela eſſent. Sed * quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quòd alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat, cœperunt homines † per procuratores litigare. Nã & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itémque aliæ multæ iuſtæ

*Lata ab Hoſtilio Coſ. anno V.C. 580.

Secunda ibi, Alieno veluti. Tertia ibi, Procurator.

CASVS. Quoniam dixiſti actionem eſſe ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur: quæro, an quod alij debetur perſequi alius poſſit? Olim(ait)non poterat, niſi in tribus, aut quatuor caſib. Primùm, ſi populus aliquis cauſam haberet. nam actor totius populi nomine conſtituendus erat: quippe quum agere vniuerſus populus nõ poſſet. Secundò, in cauſa libertatis. Nã qui in poſſeſſione ſeruitutis cùm eſſet, ad libertatem proclamabat, Vindicem, ſiue Aſſertorem habebat, qui ipſius cauſam agebat, Tertiò, ſi quis tutelam ſibi deferendã contendat. Item, quibuſdã caſibus lege Hoſtilia declaratis. Sed vtilitate hominum poſtulante permiſſum eſt, vt per procuratores, tutores & curatores agere poſſemus. Cor. Vibu.

¶ Not. quòd quilibet non prohibitus poteſt agere nomine ſuo, & alieno: & ſic quòd hoc edictum eſt prohibitorium certarum perſonarum. Item not. in quibus caſibus de iure antiquo agere liceret. Item not. rationem quare ad inuentum fuerit, quòd quis alieno nomine agere poſſet: & eſt text: apertius declarans in l. j. §. fi. ff. de procur. vbi non ſolùm conſideratur caput impotentię, ſcilicet quando homines ſuis negotiis intereſſe non poſſunt: ſed etiam quando nolunt. Syl.

¶ a Admonendi ſumus. id eſt, admonemus.

¶ b Agere. ſcilicet hodie.

¶ c Quemlibet. ſcilicet, idoneum, propter ſeruum, qui nec ſuo, nec alieno nomine admittitur: vt C. de iud. l. ſeruus. Item, propter pupillum: vt C. qui legit. perſo. hab. per totum. Accurſ.

¶ Facias tu regulam, quod quicunque poteſt eſſe in iudicio proprio nomine, poteſt etiam procuratorem conſtituere: quam facit Innocent. in c. edoceri. de reſcript. ſed ego addo proprio nomine propter perſonas coniunctas, quæ poſſunt eſſe in iudicio, & nõ poſſunt conſtituere procuratorem: ſaltem ante litem conteſtatam: vt cõcludit Rota de procurator. deciſ. 34. in antiquis. Syl.

ADDITIO. Ex hac gl. nota, quòd lex generaliter loquens, recipit reſtrictionẽ ex habilitate ſiue idoneitate: vt l. vt gradatim. §. & fi. ff. de mun. & hon.

¶ d Cùm. id eſt quamuis.

† Agere nõ poſſe. Hinc retentum ius in legis actionibus lege 122. ff. de reg. iu. N.A.

† Pro populo. Vnde Tribuni plebis. N.A.

† Pro libertate. Vnde vindices, & adſertores dicti. N.A.

† Pro tutela. Vnde tutores. N.A.

¶ e Eorum nomine. ſcilicet, ſi quis faceret furtum captiuis vel Reip. cauſa abſentibus.

ADDITIO. Dic, quòd hæc ratio fuit impulſiua, ſecundùm Ang.

¶ f Cuius. id eſt, alicuius. quaſi dicat, procurator poteſt agere nomine eorum, qui ſunt in tutela captiuorum & Reipublicæ cauſa abſentium.

ADDITIO. Procurator dicitur omnium rerum eius qui in Italia non ſit, abſitve Reipubl. cauſa, quaſi quidam penè dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius. hæc Cic. pro Cæcina. ex quibus verbis Franciſc. Hotom. in ſuis in eam orat. comment. docet procuratorem eſſe abſentis, Cognitorem præſentis, corruptúmque eſſe Aſconij locum, vbi legitur, procurator dicitur, qui negotium ſuſcepit: legendum eſt enim, Qui abſentis negotium ſuſcipit: Cognitor, qui pręſentis cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam, quod etiam Sext. Pom. confirmat.

† Cœperunt homines. Moribus ergo ius hoc litigandi per procuratores, inductum eſt. N.A.

a Impe

Digitized by Google

causæ ſæpè hominibus impedimento [a] ſunt, quominus rem ſuam ipſi exequi poſſint.

¶ Procurator cõſtituitur verbis habilibus interpoſitis, etiam aduerſario abſẽte & ignorante. Angel.

¶ Procurator neq; certis verbis [b], neque præſẽte † ſemper aduerſario, imò plerunq; eo [c], ignorante conſtituitur. Cuicunq; [d] enim permiſeris rem tuã [e] agere, aut defendere [f], is tuus procurator intelligitur.

¶ De tutoribus & curatoribus, remittit.

¶ Tutores, & curatores quemadmodũ conſtituantur, primo libro [g] expoſitum eſt.

TITVL. XI.

DE SATISdationibus.

¶ Antiquo iure, quiſque in rẽ vel in perſonam ſuo nomine agebat,

¶ a Impedimento. Sed quid, ſi nullum ſit impedimentum? Reſp. idem: vt ff. de proc. l. j. §. vſus.

¶ Procurator. CASVS. Quæro, quomodo cõſtituitur procurator? an verbis conceptis at ſolennibus, an literis, an re? minimè. ſed cõſenſu tantùm. Nudus enim cõſenſus quocunque modo ſignificatus, vt rẽ, id eſt, cauſam tuã quis agat, vel defendat, ſufficit. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ procuratoris conſtitutio nõ exigit aliquã certam formã verborum. Item, ꝙ abſens poteſt cõſtitui procurator. Syl.

¶ b Neque certis verbis. Imò quibuſlibet, aptis tamen ad hoc, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter. In caſibus tamen ſpeciale mandatum exigitur, vt in interdicto de libero hom. exhibend. vt ff. de procur. l. Pomponius. in princ. Idem, ſi mando alicui, quòd inueniat maritum filiæ meæ: vt ff. de ritu nupt. l. generali. in princip. Item, in cauſa ſuſpecti tutoris: vt ff. de procur. l. non ſolùm. §. fin. Item, quando duos generaliter facio procuratores: nam neuter ab altero exiget, niſi habeat ſpeciale mandatum: vt ff. de procu. l. itaque. & l. qui duos. Item in integrum reſti. petenda: vt ff. de minor. l. illud. §. ſi talis.

Mandatum ſpeciale in multis caſibus exigitur

¶ Adde, quòd Ang. hîc ponit xxv. caſus, in quibus ſpeciale mandatum requiritur: & ego poſui cxx. caſus, in quibus ſpeciale mandatum requiritur in meo tractat. de regul. & fallent. Syluest.

N.A, ¶ Præſente. Vt omnes legis actiones. Eſt autem procurator, qui mandatum ſibi litis exercendæ negocium gratis recepit. Defenſor autem propriò dicitur rei ſolius, cuius nomine ſua ſpõte iudicium ſuſcepit. l. 51. D. de procurat.

¶ f Eo. ſcilicet aduerſario.

¶ g Cuicunque. ſcilicet habili, non militi: vt ff. de procurat. l. filiusfamiliàs. §. veterani. Item non fœminæ; vt ff. de procura. l. fœminas. & l. neque. Item, non habenti imminens impedimẽtum, quare non poſſit cogi: vt ff. de procurat. l. neq; fœmina. Itẽ, nõ minori xxv. annis: vt ff. de procura. l. minor. Rem non furioſo vel muto: vt ff. de procur. l. ij. §. furioſus. & l. mutus. primo reſponſ. Item, non accuſato de crimine capitali: vt C. de procur. l. reum. Accurſ.

Procuratoris officium quibuſdam eſt interdictum.

ADDITIO.

Qui omnes prohibentur eſſe procuratores, niſi fuerit lis conteſtata. Eſt eſt ratio: quia hæc exceptio debet opponi ante litẽ conteſta. aliàs habilitatur perſona procuratoris vt hic pro doct. & in l. ita demum. & in l. exigendi. C. de procura.

¶ a Rem tuam, Ergo quòd vnam & plures. ergo nuntius eſt procurator, quod verum eſt: vt ff. de procura. l. j. §. j.

¶ b Defendere. ſ. mãdato interueniente: aliàs, ſimpliciter poſitum hoc verbum defenſor, intelligitur ſine mandato: ſed procurator cum mandato eſt: vt ff. de procu. l. ſi procurator. §. per contrarium: & facit ad hunc. §. ff. fam. erc. l. planè. in fi.

¶ c Primo libro. Vt ſ. qui da. tut. poſ. per totum. & de legi. agn. tut. per totum & per alios ſequ. tit. vſque ad tit. de ſatiſd. tut. & cur.

DE SATISDAtionibus.

¶ d Facta mentione procuratorum à quibus ſatiſdatio exigitur, competenter de ſatiſdatione ſubiungitur. Acc.

Satiſda

SAtiſdationum. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primò, ponit, quid iuris erat olim circa ſatiſdationem in iudicio, ſiue quis agebat nomine ſuo, ſiue vt procurator. Secundò, quid iuris ſit hodie. Tertiò, extendit hanc legem ad omnes prouincias. Secunda ibi, Sed hodie hæc. Tertia ibi, Quum formam.

CASVS. Quoniã Imperator hic nobis narrat veteres fabulas, vt ipſe appellat in prooemio, omiſſis illis fabulis explica mihi, queſo, quid ſit ſatiſdare. Satiſdare eſt ſponſores, ſiue fideiuſſores dare, quantum ei qui ſibi cauet ſatis ſit, vnde apud Ciceronẽ Satiſdato debere dicitur, qui datis fideiuſſoribus debet. Satiſdare verò iudicatũ ſolui, eſt fideiuſſores dare, qui ſuo periculo promittãt, ſi is pro quo ſpondent, damnatus ſit, tãtum ſolutũ iri, quantum iudicatum erit. Cor. Vib. * abeſt.

¶ Nota, quòd ſatiſdationũ modus hodiernus differt ab antiquo. Item, quòd lex introducitur aliquando à principio ab vſu. Item, quòd lex tollitur per non vſum. Item nota, ordinem antiquum ſatiſdationũ. Item quòd nemo defenſor in re aliena ſine ſatiſdatione idoneus eſſe creditur. Syl.

N.A. † Satiſdare, eſt fideiuſſorem ei dare, qui ſibi ab altero caueri vult. l. j. ff. qui ſatiſd. cog.

¶ a Poſſeſſor. ſuo nomine conuentus.

N.A. † Compellebantur. Ne fuga iudicium eluderent.

ſatiſdare non adſtringebatur: alieno autem nomine agens, rem ratam dominum habiturum præſtare debebat. Cæterum reus in rẽ actione conuentus ſuo nomine, ſi e alieno nomine iudicium ſuſciperet, ſatiſdationis iudicatũ ſolui, onere grauabatur: perſonali verò actione impetitus, ita demum ſi alieno nomine defenderetur.

SAtiſdationum modus alius antiquitati placuit, aliũ nouitas per vſum amplexa eſt. Olim enim ſi in rem agebatur, ſatiſdare † poſſeſſor [a] compellebatur †, vt ſi victus * eſſet, nec rẽ ipſam reſtitueret, nec litis æſtimationem, poteſtas eſſet petitori, aut cũ eo [b] agendi †, aut cum fideiuſſoribus [c] eius. quę ſatiſdatio, appellatur iudicatum ſolui. Vnde autem ſic appellatur †, facile eſt intelligere [d]. nãque ſtipulabatur quis, vt ſolueretur ſibi quod fuiſſet * iudicatum. Multò magis, is qui in rẽ actione conueniebatur, ſatiſdare cogebatur, ſi alieno nomine iudicium accipiebat. Ipſe autem qui in rem agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſatiſdare nõ cogebatur. Procurator verò ſi in rẽ agebat, ſatiſdare, iubebatur rẽ ratam dominum habiturum. † Periculum [e] enim erat, ne iterũ dominus de eadẽ re experiretur. Tutores verò *, & curatores eodem modo, quo & procuratores ſatiſdare debere, verba edicti [f] faciebant: ſed aliquãdo his [g] agentibus ſatiſdatio remittebatur. [h] Hæc ita erãt [i], * ſi in rẽ agebatur. Si verò in perſo-

¶ b Cum eo. ſcilicet reo victo.

N.A. † Agẽdi. Actione ex ſtipulatu, vel aduerſùs ipſum, vel aduerſùs fideiuſſ.

¶ c Aut cum fideiuſſoribus. Ex fideiuſſione. * fuerit.

N.A. † Appelletur. * Præcipuam tamen clauſulam proponit; cum aliæ præterea duæ ſint, de re defendenda l. de dolo. l. vj. ff. iudi. ſol.

¶ d Facile eſt intelligere. Cũ nomen ſit conſequens rei: vt ſuprà de don. §. eſt & aliud.

N.A. † Habiturũ. Et neminem amplius eo nomine petiturũ; atq; ita reo quæreretur actio ex ſtipulatu, aduerſùs procuratorẽ l. j. & paſſ. ff. rem rat. hab. * abeſt.

¶ e Periculum. Facit ff. de procur. l. nõ ſolùm. §. item ait. & de iureiur. l. nam poſtea.

¶ f Edicti. ſcilicet Prætoris: quod edictum non habemus. * abeſt.

¶ g His. ſ. tutoribus, & curatoribus. Sed quãdo hoc? Reſpon. fortè tũc, quãdo erant teſtamentarij vel datiui ſcilicet per inquiſitionẽ. Nã tunc non cauebãt de rato: vt ſuprà de ſatiſd. tut. in princ.

¶ h Remittebatur. ſcilicet de facto.

¶ i Hæc ita erant. Hic nõ debet eſſe §.

ſecum

Digitized by Google

na, ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rẽ agitur [a]: ab eius verò parte, cum quo agitur, ſi quidem alio nomine aliquis interueniret, omnimodo [b] ſatiſdare t [c]: quia nemo [d] defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus † eſſe creditur. quòd ſi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in perſonam iudicatum ſolui ſatiſdare non cogebatur. [e] †

¶ Sed hodie hæc aliter obſeruãtur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, ſiue perſonali * ſuo nomine, nullam ſatiſdationem [f] pro litis æſtimatione [g] dare compellitur, ſed pro ſua tantùm perſona, quòd in iudicio permaneat [h] * † vſque

ſecundum Ioan. quia & quod ſequitur, eſt de antiquitate.

a Agitur. Vt ſuo nomine agens non caueat, aliàs caueat rem ratam dominum habiturum: vt ſuprà eod. §. ipſe autem. & §. procurator.

b Omnimodo. ſ. ſiue cum mandato, ſiue ſine mandato.

c Satiſdaret. ſcilicet iudicatum ſolui.

Quid autẽ ſatiſdare differat à Cauere, vide Frãciſcum Hotoman. in orat. pro Quintio. vbi de ſatiſd iudi. ſol. tractatur.

d Quia nemo. Not. antiquam regulam, quæ etiã hodie bona eſt: vt hic, & infrà. eod. ſi verò reus. & ff. de procur. l. nõ videtur. & l. qui proprio, §. qui alium?

N.A. Idoneus. Quia qui rem alienã defendit, nunquam per ſe locuples habetur l. 166. ff. de regul. iur.

e Non cogebatur. In hoc ſolo caſu differebat ab actione in rem: licet permulta verba hucuſque inter eos notauerit differentiam.

Dic ſecundùm Ioan. Fa. quòd hæc gloſſ. rectè loquitur quæ ſupponit, quòd olim conuentus actione peſonali non ſatiſdabat: & idem dicit ff de procur. l. ſi procurator meus. in gloſſ. non datur. Sed contrarium dicitur in tit. iud. ſol. pro quo ff. de ſol. l. cum quis. §. de peculio. ſecundum Angel.

N.A. Non cogebattur. Quia ſi ipſe idoneus n eſſet, id eſt, non eſſet ſoluendo, non facilè fideiuſſor reperiretur l. 39. §. j. ff. de noxal. l. 19. ff. de interrogat.

Sed hodie, Quænam ſatiſdatio his temporibus in vſu eſt: In qualibet actione reus aut dat fideiuſſorem qui ſatiſdet ipſum permanſurum in iudicio dum lis peragatur, aut ipſe iurat ſe permanſurum, aut tantũ promittit, ſine vllo iuramento. Pro qualitate igitur perſonæ id faciendum eſt, & prout æquitas iudicantem mouebit. Corn. Vib.

f Nullã ſatiſdationẽ. i. nullam promiſſionem per fideiuſſores facere. Nam ſatiſdatio per fideiuſſores fit. vt ff. qui ſat. cog. l. j. nã nec defendẽdo: nec de dolo, quod abſit, nec indicatum ſoluere promittit: quæ tria continentur ſub clauſula hac ſcilicet. iudicatum ſolui: vt ff. iudi. ſol. l. iudicatum ſolui. nec vllam aliã, niſi vnam, quam ſubiicit. Sed ecõtra, nũquid actor aliquam facit ſatiſdationẽ? Dic quod duas. Primò, ꝙ litem cõteſtabitur vſque ad duos menſes cõnumerãdos à die libelli porrecti: vt in auth. de excu. & his. §. j. quæ eſt authen. C. de lit. conte. l. libellum. Aliam, quòd perſiſtet vſq; ad finem: & ſi conuictus fuerit iniuſtè ſe mouiſſe litem, decimam partem litis nomine expenſarum dabit reo: vt in auth. de litig. § ad excludendas. quæ eſt in C. de epiſc. & cleri. auth. generaliter. quandoque tamẽ hæ duæ ex cõſuetudine non conſeruantur: nec ſunt in vſu. Accurſius.

Satiſdare reus promiſſionem per fideiuſſo es facere.

** in perſonam.*

Satiſdatio duplex ab actore exigitur.

** permanebit.*

g Pro litis æſtimatione. Iudicatum ſolui. Accurſius.

h In iudicio permaneat. Hæc ſatiſdatio appellatur iudicio ſiſti: vt hic patet, & ff. qui ſatiſd. cog. l. ij. §. prætor ait. in fi. Et caue tibi notanda differentia horum capitulorum. hic enim primò loquitur, quando immobilia non poſſidet: vt hic, & ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum eſt, in princ.

Permaneat. Hæc dicitur ſatiſdatio iudicio ſiſti. N.A.

Digitized by Google

¶ Aduerte, quia verum eſt, quòd reus conuentus poſſidens immobilia excuſatur à ſatiſdando: ſed ſi agimus de ſatiſdatione præſtanda ab actore de proſequenda lite, non releuatur actor ab ea præſtāda per poſſeſſionē immobilium. ſecun. Bar. & docto. in l. de die. §. quidam. ff. qui ſatiſ. co. Alex. & alij in l. ſciendum. eod. tit. quamuis Iaſ. ibi contrarium teneat: cuius rationes debiles ſunt. Sylueſt.

ad terminum a litis: vel committitur ſuæ promiſſioni b cum iureiurando (quam iuratoriam † cautionem c vocant) vel nudam promiſſionem d vel ſatiſdationem pro qualitate e perſonę f ſuæ dare compellitur.

¶ a Ad terminum. Hoc eſt tempus definitiuæ ſententiæ. Sed nunquid fideiuſſor tandiu tenetur. ſcilicet quandiu durat lis? Diſtingue, aut fideiuſſit in certum tempus: & tunc tandiu tenetur, & non vltra: vt C. de fideiuſſ. l. pen. aut non: nec in cauſa publica, nec in ſcriptis: & tunc non tenetur vltra duos menſes: vt dicitur d. l. pen. C. de fidei. Et eſt ratio: quia actor videtur ſibi remittere, cùm promiſerit litem ſe conconteſtaturum vſque ad duos menſes: vt in authent. de execut. §. j. Si autem in cauſa publica, vel in ſcriptis: tunc perpetuò, vel (quod eſt verius) vſque ad triennium tenetur: cùm tantùm duret inſtantia cauſæ: vt C. de iudi. l. properandum. in princ. Sed nunquid ſub pœna fiet hæc ſatiſdatio? Reſpon. non, niſi conueniat inter partes, ſed intereſſe tantùm venit: vt ff. qui ſatiſd. cog. l. ij. §. fin. Sed ſi eſt promiſſa, & eſt ſtatutum tempus intra quod teneatur fideiuſſor, ſi quidem ſex menſium eſt, intra alios ſex menſes poterit fideiuſſor moram purgare: ſi non habet tantùm niſi ſex menſes intra quos poteſt mora pœnæ purgari, ſi exhibeatur reus: licet primò exhibitus non fuerit: quæ dic. vt C. de fideiuſſ. l. antepen. Sed quid ſi poſſidet immobilia tantùm, quæ valent x. & cōueniātur in centū, nunquid ſatiſdabit? Reſpond. ſic, ad minus in eo quod excedit: quia quod iuris eſt in toto, quo ad totum, idem erit in parte quo ad partem: vt ff. de acquir. hæred. l. ſi ſeruus eius. & dixi in l. quæ de tota. in gloſſ. dicta ſunt. ff. de rei vend.

¶ Adde, quòd hæc gloſſ. communiter damnatur: vt dicit Alexād. in l. ſciēdum. ff. qui ſatiſd. cogan. Non enim requiritur quòd ſatiſdatio æquiualeat valori litis: ſed ſatis eſt quòd poſſideat tantùm, quòd non ſit ſuſpicio fugæ, ſecundùm Bartol. & Bald. ibi Sylueſt.

¶ b Promiſſioni, ſcilicet, vbi poſſidet immobilia. [Ioan. Fab. hic dicit, quòd de conſuetudine ſeruatur contrarium, & de veritate vide Alexan. in l ſciendum. col. pen. ff. qui ſatiſda. cogan. Sylueſt.] Item, propter priuilegiū: vt C. de princ. agen. in re. l. fin. lib. xij. & de dign. l. quoties. eodem lib. Item, in caſu, quando non poſſidet immobilia: vt C. vt omnes tam ciui. quam cri. l. j. ibi, iuratoriæ tantùm cautioni.

¶ Regula eſt, quam ponit hic gloſſ. ſcilicet quòd propter impotentiam ſatiſdandi ſtetur iuratoriæ cautioni ponit tamen Iaſ. in l. j. ff. qui ſatiſd. cog. xiiij. limitationes, in quibus ſtante etiam impotentia ſatiſdandi non ſtatur iuratoriæ cautioni. Sylueſt.

¶ c Iuratoriam cautionem. ſcilicet iudicio ſiſti.

† Iuratoriam. Cautio iudicio ſiſti, triplex eſt: fideiuſſoria, quæ ſatiſdatio dicitur; iuratoria, quæ per iuſiurandum datur; & nuda, quæ ſine vtroque, ſola repromiſſione, datur l. j. & paſſ. ff. qui ſat. cog. N. A.

¶ d Nudam promiſſionem. Repete, dare compellitur: vt œconomus, & alij clerici: vt in authen. de ſan. epiſc. §. ſi quis autem pro pecuniaria cauſa.

¶ e Pro qualitate. Vt ſi ſit parens, vel patronus rei, vel actoris: vt quia vocet patronum vel parentē: tunc enim quilibet fideiuſſor pro idoneo accipitur vt ff in ius voc. vt eant. l. ij. & iij. & ff. qui ſatiſd. cog. l. ij. §. ij. & §. quod ait Prętor. Sed nunquid hodie indiſtinctè ſatiſdandum eſt: vt in auth. de exh. & intro. re. §. ſuſcepto. quæ eſt in C. de lit. conteſt. authen. offeratur? Reſpond. illa ſecundum diſtinct. huius legis intelligitur. Nam poſteriores per priores intelliguntur. vt ff. de leg. & ſena. l. ſed & poſteriores.

¶ f Perſonæ ſcilicet rei.

¶ Sin autem per procuratorem.

CASVS. Titius procurator eſt Mæuij: vult actionem in Cælium intēdere: debet dare fideiuſſores rem ratam Mæuium habiturū, niſi aut mandatū oſtendat, aut ipſe Mæuius præſens ei auctoritatem palam tribuat: quod eodē modo iudi

Digitized by Google

¶ Toties actores [illegible] rati cau[illegible] præstare debet, quoties de mandato dubitatur: quod etiam in procuratore eorum, quibus vendi[illegible], qui aliena[illegible] rerum administratores sunt [illegible] procuratores etia mandata [illegible] iudicatum solui sa[tis]dare debe[illegible] [illegible] tenentur, do[minus] [illegible] vel ext[ra] [illegible] lis [illegible] & [illegible] [illegible] in defendendo [illegible] [illegible]

Sinautem † per procuratorem lis vel infertur, vel ſuſcipitur, in actoris quidem perſona, ſi non* mandatum [a] actis inſinuatum [b] eſt, vel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam confirmauerit [c], ratam rem dominum habiturum [d], ſatiſdationẽ procurator dare compellitur, eadem * obſeruando, & ſi tutor, vel curator, vel aliæ tales perſonæ [e], quæ alie-

do iudicandum eſt, ſi tutor aut curator per alium agat. Quid ergo ſi Mæuius cũ procuratore Cælij vult agere? Cælius procuratoris perſonam approbare debet, interpoſita ſtipulatione iudicatum ſolui: aut verò extra iudicium fideiuſſor procuratoris ſui fieri, eóque nomine bona ſua hypothecæ opponere pro ſe hæredibúſq; ſuis. Simul etiam procurator ipſe aut repromittet, aut ſatiſdabit pro ſua perſona ſe in iudiciũ, quo tempore ferẽda erit ſententia, venturũ C. Vib.

Nota, quòd contra mandatum factum penes acta nõ opponitur. Item, ꝙ quãdo procurator agit præſente domino, non poteſt de defectu mandati opponi. Item, ꝙ quando dubitatur de mandato, procurator cogitur cauere de rato, Item, quòd dominus extra iudicium poteſt releuare procuratorem ab onere ſatiſdandi. Item, quòd fideiuſſor de iudicato ſoluendo ſimpliciter receptus, liberatur lata ſententia ſecundum Ang. hic Syl. N.A.

Ad §. Sinautem. Procurator agens, niſi vel mandatum, vel præſentis domini auctoritatem habeat, de rato ſatiſdare cogitur l. j. C. hoc. tit. l. j. C. de procurat.

a Mandatum. Extra ius factum.

b Inſinuatum. id eſt, coram iudice demonſtratum.

Dic actis inſinuatum, id eſt in actis productum, & regiſtratum. Syl.

c Confirmauerit. Repetere non. nam confirmare poteſt, & tunc ſatiſdare non tenetur: vt infrà proximo §. aliàs eſt in litera non.

Nota quòd quãdo procurator agit; præſente domino & confirmante, nõ poteſt procurator repelli defectu mandati: vel vbi dominus mittat literas aduerſario, vel iudici: vt l. ſi procuratorem. ff. de procur.

d Habiturum. id eſt, quòd dominus habebit ratum, quæ cõmittitur quando domin' ſcit, & poteſt habere ratum, & nõ habet: vt ff. rem ratam habe. l. quo enim. §. j. & ff. de ſolu. l. ratũ. vbi dicitur, ratũ autem habere dominus debet, cùm primũ certior factus eſt. Hic tamen diſtingue, an ſit certũ habere mãdatum, & tunc non cauet: vt hic, & C. de ſatiſdatio. l. vnica. Aut certũ eſt, quòd nõ habet: & tunc etiã cum ſatiſdatione non admittitur: vt ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. fin. Aut dubium eſt: & tunc ſecundum P. eſt in electione rei vtrũ exigat probationem mandati à procuratore, an ſatiſdationem recipiat. & eſt pro eo. argu. in authen. de collat. §. eos. in fin. ſed ibi non loquitur de procuratore: ſed de exactore tributorum. Sed Ioan. contra. Dicit enim in electione procuratoris eſſe, quod duorum iſtorum facere velit: quia quoties ad duo quis alternatiuè tenetur, eius eſt electio, vt ſuprà de act. §. huic. Bul. autem diſtinguebat, vtrùm diceret, non habes mandatum: & tunc probet mandatum. an dicat dubito: & tunc ſatiſdat. Sed Io. opinio verior eſt. [Tunc autem nõ dicitur dubium de mandato, quando aliquid probatum eſt: non autem per ſimplicem aſſertionem procuratoris, vt declarant doct. in l. j. C. de procurat. Syl.] Præſtat etiam aliam cautionem procurator actoris, ſcilicet de defendendo eum, pro quo agit: vt ff. de procur. l. ſeruum. §. fin. aliàs denegatur ei actio: vt ff. de proc. l. mutus, §. pœn.

e Perſonæ. Vt ſunt patres in bonis

* non dũ.

* eodem.

Perſonæ alienarũ gubernationem habentes.

filiorum: vt C. de bonis mater. l. j. & C. de bonis quæ liberis. l. fin. §. vbi autem. Itẽ orphanotrophi, & brephotrophi: vt C. de epiſcopis, & cler. l. orphanotrophos. Item œconomi, vel actores, vel ſyndici, vt ff. quod cuiuſ. vni. nom. l. j. §. quibus. & l. nulli. & l. item. §. j. & C de ſacroſanct. eccl. l. iubemus. ij. circa princ. ibi nulli œconomo. & C. de epiſc. & cler. l. omnes qui vbique. §. hoc nihilominus. Itẽ, apocriſarij: vt in auth. quomodo opor. epiſc. §. & illud. ver. ſi verò vltrà. Item magiſtratus, nomine municipij: vt C. de iu. prop. calum. dan. l. ij. §. j. Iſti enim poſſũt inferre per alium litẽ: vt hic ſubiicit.

narum rerum gubernationem ceperunt, litem quibuſdam per alium inferunt. [a] Si verò aliquis conuenitur: ſi quidem præſens [b] procuratorem dare paratus eſt, poteſt [c] vel ipſe in iudicium venire, & ſui procuratoris perſonam per iudicatum ſolui ſatiſdationem ſolenni ſtipulatione * firmare *: vel extra iudicium ſatiſdationem exponere [d], per quã ipſe ſui procuratoris, fideiuſſor exiſtat [e] pro omnibus iudicatũ ſolui ſatiſdationis clauſulis [f], vbi & de hypotheca ſuarum rerum cõuenire compellitur [g]: ſiue iudicio promiſerit, ſiue extra iudicium cauerit, vt tam ipſe, quam hæredes eius [h] obligentur. Alia inſuper cautela, vel ſatiſdatione propter perſonam ipſius [i] exponenda [k] quòd tempore ſententiæ recitandæ in iudi-

** ſatiſdationis ſolennes ſtipulationes.* ** confirmare.*

¶ a Per aliũ inferunt. ſ. per procuratorẽ: quod eſt intelligendum, ſi priùs ipſi litem conteſtentur, & ſic litium domini efficiantur: vt C. de procur. l. neque. aliàs non: cùm non domini, ſed adminiſtratores ſint: & procurator à domino debet conſtitui, vt ff. de procurat. l. j. in princ. Sed ſi ipſæ ſupradictæ perſonæ agunt, nunquid de rato cauent vel de iudicato ſoluendo, ſi conueniuntur? Reſpond. non: vt C. de admi. tut. l. tutores debita, & l. ſancimus. ij. §. defenſionem. Sed tamen in tutore videtur dicere lex contra. ſi ſit incertum de officio ſuo: vt ff. de admi. tut. l. vulgò. Sed certè ibi non dicit, quòd debeat de rato cauere: ſed quòd reus damnum non ſubibit, propter ea quod iſte non ſit tutor. Sed quæ eſt ratio, quòd procuratores ſatiſdant, ſed ſupradictæ perſonæ nõ? Reſpond. quia ſupradictæ perſonæ quaſi domini ſunt, vt ff. pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor. & C. de epiſc. & cler. l. orphanotrophos, ſed in procuratoribus ſecùs, quia non ſunt domini verè, ſed ſictè: vt ff. de procurat. l. in princ.

Tutor an teneatur cauere de rato.

Procuratores ſatiſdant: non autem patres orphanotrophi

¶ b Præſens. Præſentem accipe, etiam ſi ſit in hortis, vel in continentibus ædificiis, vt ff. de procur. l. præſens. & l. qui in foro & l. & ideo.

¶ c Poteſt. id eſt, debet ſecundũ quoſdã dicunt enim. quòd ſi dominus eſt præſens, ipſe tantùm debet fideiubere pro procuratore ſuo: ſi autem abſens eſt, procurator poteſt & debet fideiuſſores ſuos dare: & facit pro eis ff. iud. ſol. l. ſi ad defendendũ. & ff. de procur. l. qui proprio. in princ. Vel dici poteſt, quòd etiã ſi dominus eſt præſens tamen poteſt procurator dare ſuos fideiuſſores: cùm etiam ſine mãdato quilibet poſſit alium defendere, vt C. de ſatiſd. l. vnic. & C. de procur. l. exigendi. & etiam inuitum, vt ff. de ſol. l. ſolutionem. & ita propriè accipitur hoc verbum poteſt.

Fo. eſt. i. debet

Defendit quilibet etiam ſine mandato.

¶ d Exponere. Actori, vel notario ſcribenti procurationem: ex cuius ſtipulatione quæritur actori vtilis actio, vt ff. rem pupil. ſal. fo. l. non quaſi.

¶ e Fideiuſſor exiſtat. Nota, quòd dominus etiam extra iudicium poteſt pro ſuo procuratore fideiubere, & releuare eum ab omni onere ſatiſdandi, fideiubendo pro eo notario, qui de ſuo mandato eſt rogatus: vt l. ſi defunctus. in princip. ff. de procur. Angel.

¶ f Clauſulis. Quæ clauſulæ tres ſunt, ſcilicet de defendendo reo: & de dolo, quod abſit, & quod ſonat ipſum verbum: vt ff. iu. ſol. l. iudicatum ſolui. & hic dicitur.

Iudicatũ ſolui tres clauſulas habet.

¶ g Compellitur. Per iudicem. Accurſ.

¶ h Hæredes eius. Nam habet naturam hæc ſtipulatio, vt ad hæredes tranſeat, ſicut illa, iudicio ſiſti, vt ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum.

¶ i Ipſius. ſcilicet Rei. Accurſ.

¶ k Exponenda à Procuratore.

¶ a Veniet

Digitized by Google

a Veniet. ſcilicet Reus, qui litem prius conteſtatus eſt ſuo nomine.

b Fideiuſſor. Datus nunc à procuratore.

c Continentur. Ergo debet condemnari procurator præſens.

Si verò reus. CASVS Neuius agere volebat cōtra Quintiū. aberat in Gallia Quintius neſcio qua de cauſa. Alphenus vult eius cauſam ſuſcipere: debet fideiuſſores dare tātum iudicio facto ſolutū iri, quanti Quintius dānabitur. Corn. Vibul.

Not. quòd nemo admittitur ad aliquem defendendum ſine mādato, niſi caueat, ſiue ſimus in actione reali, ſiue perſonali. Sylueſt.

d Præſto. ſcilicet poſt litem conteſtatā contra eum.

e Satiſdationem. Not. quòd ſiue interueniat procurator ante litem conteſtatam, vt ſuprà eod. §. ſi verò. debet ſatiſdare, ſiue poſtea: vt hic, & C. de cōſor. eiuſdē lib. l. ij. Nec obſt. quod dicitur, quòd debet fieri ante litem conteſtatam: vt ff. de procurat. l. Pomponius. §. ratihabitionis: quia ibi interuenit procurator ante litem conteſtatam, hic autem poſteà interuenit, & poſtea ſatiſdat: vt dictū eſt.

f Nemo. ſcilicet, procurator: vt ff. de procurat. l. qui proprio. §. ij.

g Dictum eſt. ſuprà eodem. §. ab eius.

h in Regia vrbe. ſcilicet, Conſtantinopolitana, vel dic de veteri Roma. Accurſius.

i Caput. C. de veteri iure enucleando. l. prima. §. nulla. & §. ſed & ſi quæ leges.

* innemittur.

* vel ipſe vel fideiuſſor.

*In perſona inducēda.

cium veniet [c] *: vel ſi non venerit, omnia dabit fideiuſſor*, quæ in cōdemnatione continentur [d], niſi fuerit prouocatum.

¶ Quiſquis abſentis defenſionem ſubire vult, eum iudicatum ſolui ſatiſdare operæpretium eſt.

¶ Si verò reus præſto [e] ex quacunque cauſa non fuerit, & alius velit defenſionē eius ſubire, nulla differentia inter actiones in rem, vel perſonales introducenda * poteſt hoc facere: ita tamen, vt ſatiſdationem [f] Iudicatum ſolui, pro litis æſtimatione præſtet. Nemo [g] enim ſecundùm veterem regulam: (vt iam dictum eſt [h]) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.

¶ Vſus omniū rerum optimus magiſter (vt Cæſar dicere ſolebat) hæc perfectius docet, quam præcepta.

¶ Quæ omnia apertiùs & perfectiùs à quotidiano iudiciorum vſu in ipſis rerum documentis apparent.

¶ Omnes ciuitates debent ſequi conſuetudinem ciuitatis Romanæ.

¶ Quam formam non ſolùm in hac regia vrbe [i], ſed etiam in omnibus noſtris prouinciis (& ſi propter imperitiā aliter fortè celebratur) obtinere cenſemus: cùm neceſſe ſit, omnes prouincias, caput [k] omnium noſtrarum ciuitatum. i. hāc regiam vrbem eiuſq́; obſeruātiam ſequi [l].

k Sequi. imò non videtur inſpiciendū, quòd ibi fiat: ſed quod fieri debeat: vt ff. de offic. præſid. l. ſed licet. quæ eſt contrà. Sed hæc eſt intelligenda. quādo ex certa ſciētia eſt conſuetudo, vel lex non per errorem, vt ibi. & facit ad hanc ff. de leg. & ſenatuſconſult. l. de quibus. Accurſius.

ADDITIO. Hoc verū, quādo lex tollit cōſuetudinē: aliàs vnaquæque ciuitas abūdat in ſenſu ſuo. & ſic obſeruare debet ſuam conſuetudinem: & ex generali principis permiſſu inducere poteſt particulares cōſuetudines, etiam contra leges, quibus ſtare debet: vt habetur in §. ex non ſcripto ſuprà de iure natura. gēti. & ciuili. Quæro tamen, an in fideiuſſorem de iudicato ſoluēdo, fiat executio ſine nouo proceſſu? Et communiter doct. dicunt quòd ſic: vt in l. fin. C. de vſu. rei iud. & Bartol. in l. j. ff. iud. ſol. per text. d. l. fin. vbi dicitur ſtatim, quia dictio ſtatim importat ſummariam cognitionem ſine ordine iudiciario: vt l. momentaneæ. C. vnde vi. dic vt in dictis iuribus latius per doct. Auge.

Digitized by Google

Quia de actionibus eſt dictum : & quędã ſunt perpetuæ, quædam non ideo de his ponit, vt infrà eodem, in prin. Item, quia quædam tranſitorię ſunt hæredibus, & contra hæredes : & de his ponit ſupra eodem §. non autem Accurſ.

Sed melius reſideret iſte titul. immediatè poſt. tit. de act. quia cõtinuatur à remotis nimium: cùm non ſimus in princip. libri.

Hoc loco admonendi ſumus, eas quidem actiones, quæ ex lege [a], Senatúſve conſulto [b], ſiue ex ſacris conſtitutionibus [c] proficiſcuntur, perpetuò ſolere antiquitus competere, donec

Hoc loco. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo ponit regulam, & exceptionem. ſcilicet. quæ actiones ſunt perpetuæ. Secũdò ponit regulam & exceptionem, ſcilicet quæ actiones ſunt tranſitoriæ ad hæredes. Tertiò ponit nouum caſum. Secunda ibi, Non autem omnes. Tertia ibi ſupereſt.

Actiones quæ ex omnibus iuris ciuilis partibus natæ ſunt, præterquam ex Prætoris edicto, ſempérne durant? Olim quidem perpetuò durabant: ſed poſtea Cæſares certum eis vitæ terminum præſcripſerunt. Prætoriæ verò, quandiu durabant, quandiu Prætoris ipſius imperium : cui (vt ait Cicero) finem afferunt. Calendæ ianuarij. Nam omnes magiſtratus populi Rom. erãt annui: preter Cenſuram, que quinquennis erat. Cæſares tamen eis longius ſpatium permiſerunt. quinetiam Prætores furti manifeſti actionem perpetuã eſſe voluerunt, quòd timeri poſt annum quadrupli pœnam, publicè vtilè eſſe iudicarunt. C. Vlb.

Not. ex fine text. quòd valet argumentum ab abſurdo. Syluest.

a Ex lege. xij. Tab. vt fam. erciſc. vt ff. fam. erciſc. l. j. Item, noxalis de pauperie : vt ſuprà ſi quad. pau. fe. di. in princ. & ſi quadrup. pau. ſec. dic. l. ſ.

b Senatúſve conſulto. Vt hæreditatis petitio, vt ff. de pe. her. l. itẽ veniũt. §. pridie. & C. de peti. her. l. fi. in princ. Itẽ, ſi quis clauum de naui abſtulerit. cuius cauſa tota nauis periit : vt ff. de incẽd. ruin. nau. l. ij. §. ſenatuſc.

c Cõſtitutionibus. Vt cõdic. ex lege, quæ datur ex conſtitutionibus quibuſlibet poſt l. xij. Tab. conſtituris. ff. de condic. ex leg. l. vnic. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. quod ex his. & C. de dol. l. ſi quis argentum. §. fin. & ſuprà de act. §. tripli. vel ex quacũq; alia parte iuris, vt plebiſcito : vt pater in lege Aquil. vt ſuprà de leg. Aquil. §. cæterũm. & ff. ad legem Aquil. l. j. Nam quinque ſunt partes iuris præter prætorium: vt ſuprà de iur. natur. §. conſtat. & totum ius eſt ciuile, vt ff. de iuſt. & iur. l. ius autem ciuile. & actiones ex eo deſcendentes ſunt perpetuæ: vt hic dicit, id eſt, ſine præfinitione tẽporis, ſecundũ antiqua tempora : ſed ſacræ conſtitutiones in perſonalibus metas impoſuerũt xxx. ann. vt C. de preſc. xxx. vel xl. ann. l ſicut. & l. omnes. & C. quib. non obiici. long. temp. præſc. l. neque. & C. de anna. except. l. i. & de conſt. pecu. l. ij. In realibus autem imponitur meta per conſtitutiones, in rebus mobil. trium ann. in immobil. x. an. inter præſentes xx. inter abſentes : & hoc quando titulũ habet poſſeſſor : aliàs xxx. ann. vt C. de vſuc. transfor. l. vnic. & ſup. de vſu. §. j. In hypothecaria etiam, quę eſt in rem, certa ſtatuitur tẽpora, vel x. vel xx. vel xxx. vel xl. ann. vt C. ſi aduer. cre. l. diuturnum. & C. de præſcri. xxx. ann. l. cùm notiſſimi. & de anna. except. l. j. Sed quomodo erat perpetua rei vendicatio, ſecundùm antiqua tẽpora: imò tẽporaliſſima: vt ſuprà de vſuc. in prin. Reſp. q hic dicit, quòd erãt perpetuæ, ſcilicet perſonales : ſed meta imponitur tam in realibus quàm in perſonalibus. Item caue tibi : quia duæ perſonales

Actiones ex quinque partibus iuris deſcendentes, ſunt ciuiles & perpetuæ.

Actiones perſonales xxx an. durant.

Actiones reales quãto tẽpore durant.

nales ſunt ciuiles, quæ durant per annum tātùm: vna iniuriarū, quæ deſcendit ex lege Cornel. vt C. de iniur. l. ſi non conuicij. in ſi. [Adde, quòd de hac fallentia videnda ſunt quæ ponit Ioan. Franciſc. Balbus in tract. præſcr. in princ. Syluest.] Alia, quæ datur ex lege Iulian. repetundarum: vt ff. ad legem Iul. repetundarum;

† Certos fines. Vt actiones in rem, decem, aut viginti: in perſonam verò, triginta annorum ſpatio terminētur l. j. C. de præſcr. trig. vel quadring. ann. N.A.

¶ a Eas. ſcilicet pœnales. & tunc non eſt neceſſe, plerunque, vel ſi habes, plerunque, expone, vt infrà Accurſ.

¶ b Plerunque. Hoc dicit, propter prætorias vel perſecutorias, quæ perpetuæ ſunt: niſi in reſciſſoria, quæ annalis eſt: quia contra ius ciuile datur: vt ff. de act. & obl. l. in honoratis. §. ſed cum reſciſſa. & ſuprà de act. §. rurſus. & infra. eod. §. Itē, niſi in rehibitoriis, quæ dātur ad tempus, licet rei ſint perſecutorię: vt ff. de ędil. edict. l. ſciendum. §. fin. quia dantur contra id, in quod cōuenerunt contrahentes. Item, fallit dicta regula ff. quod fal. tut. aut. l. huius actionis. §. has actiones. & quæ in frau. cred. l. ait. Prætor. §. ſi debitorem. verſ. annus. C. de do. l. fi. & ff. de eo per quem fact. eſt. l. j. §. pen. Si autē ſunt pœnales Prœtoriæ, locum habet quod hic dicitur, vt ſint annales, ſiue pœnales ex vtraq; parte, ſiue ex altera tantùm: vt ff. de calum. l. j. & de in ius voc. l. pen. & ff. de alie. iudic. mut. l. vel poſt annum. Accurſ.

Prætoria rei perſecutoria ſunt perpetua.

Prætoria pœnales ſunt annales.

¶ Vide pro declaratione Bar. l. in honorariis. ff. de act. & obl. Syl.

ſacræ conſtitutiones tam in rem, quàm in perſonam actionibus certos fines † dederunt. Eas [a] verò, quæ ex propria Prætoris iuriſdictione pendent, pleruque [b] intra annum [c] viuere. Nam & ipſius Prætoris intra annum † erat Imperium. Aliquando [d] tamen & in perpetuum extendūtur, id eſt, vſque ad finem ex conſtitutionibus [e] introductū, quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori [f], cæteríſque, qui hęredis loco ſunt [g], accommodat. Furti† quoque manifeſti actio, quamuis ex ipſius Prætoris iuriſdictione proficiſcatur [h] tamen perpetuò datur. abſurdū enim eſſe exiſtimauit [i] anno eam terminari.

¶ Ex maleficiis pœnales actiones quamuis cōtra hæredes non dentur, hæredibus tamen offenſi dantur excepta, actione iniuriarum: actiones autem ex contractu dolo initæ aduerſum heredes (ſi nihil ex eo ad eos peruenerit) minimè competunt. Omnes tamē pœnales actiones, lite cōteſtata, cōtra hæredes trāſeunt.

ADDITIO. Sed ſecundùm Ang. illa eſt pœnalis ex vna parte tantùm: & ideo non videtur bene excipi. Sed Bar. in l. in honorariis. ff. de act. & obl. cōcludit, quòd omnes rei perſecutoriæ ex vtraq; parte ſunt ppetuæ. Ex parte autē actoris rei pſecutoriæ: & ex parte rei pœnales, & finiuntur anno.

¶ c Intra annū. ſcilicet, vtilem. Nam de talibus annis prætores loquebantur: vt patet. ff. de vi, & vi ar. l. j. §. quod autem ait Prætor. verſ. annus. & ff. de ædi. edi. l. ſciendum. §. fi. niſi in caſu, vbi eſt inutilis ad ſui principium: ſed cōtinuus ad ſui proceſſum: vt ff. de calum. l. annus.

†. Intra annum. Vnde Prætoris edictum, lex annua dici ſolebat Cicero Verrina tertia. N.A.

¶ d Aliquando. Ecce quare dicit plerunque.

¶ e Conſtitutionibus. De quibus dixit ſuprà eod. in princ.

¶ f Bonorū poſſeſſori. i. cuilibet poſſeſſori, qui vult ſuccedere de iure prætorio, qui habet hæreditatis petitionē bonorū poſſeſſoriam: de qua habes ff. de bonor. poſſeſſ. hæred. pet. per totum. Accurſ.

¶ g Hæredis loco ſunt. Vt quibus reſtituta eſt hæreditas per fideicommiſſum. quibus datur hæreditatis petitio fideicommiſſaria: de qua habet ff. de fideic. hæred. pet. per totum. Et hę duæ ſunt rei perſecutoriæ. Accur.

† Furti. Nam furti nec manifeſti, ciuilis eſt. §. 2. ſupra de noxal. N.A.

¶ h Proficiſcatur. Not. actionem furti manifeſti eſſe prætoriam: ſed non manifeſti, eſt ciuilis: vt ſuprà de noxa. §. ſunt autem Accurſ.

¶ i Exiſtimauit. ſ. Prætor, & idem in

Digitized by Google

¶ Non autem omnes actiones, quę in aliquē aut ipſo iure a † competunt, aut à Prętore dantur, & in hæredem æquè competunt, aut dari ſolēt b. eſt enim certiſſima iuris regula. Ex maleficiis c pœnales actiones in hæredē rei* non cōpetere d † veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuria-

qualibet pœnali in eo, quod peruenit ad delinquentem, vt ff. de vi, & vi ar. l. j. in princ. & ff. de do. l. Sabinus

¶ Non autem omnes. Quæro, dantúrne actiones hæredibus, & in hæredes? vt ecce, Titius veſtē mihi ſubripuit: mortuus eſt. habebóne in ipſius hæredem furti actionem? minime. Quid ſi me mortuo, meus hęres actionem in Titiū poſtulet? Dabitur ex furto quidem, dāno, & rapina: ſed non ex iniuria. Quid autē de actionibus, quę naſcuntur ex contractu? Et hæredibus, & in hæredes dantur, præterquàm in hac depoſiti ſpecie. Depoſui apud te meam veſtem, eam vtendo contriuiſti, ac corrupiſti, in heredem tuum eo nomine non cōpetit actio. Sed ecce. Librum mihi ſubripuiſti, furti tecum egi, alteruter, aut vterq; noſtrum moritur. nonne cùm alterutrius, aut vtriuſque hærede peragi iudicium poterit? maximè. Cor. Vib.

¶ Not. quòd non valet iſta cōſequentia, actio datur contra aliquem: ergo contra eius hæredem. Item, quòd appellatione iuris venit ciuile: ſed hoc eſt præcipuè propter aliud membrum diſtinctionis, videlicet, aut à Prætore dantur: licet in bonis codicibus adſit illud verbū, ipſo iure ciuili. Itē, quòd actiones pœnales ex maleficiis non dantur contra hæredes. Itē, quòd actio iniuriarum denegatur hæredi rationem ponit gl. vbi videbimus. Itē, quòd actio de dolo non datur contra hæredem, ſiue actio deſcendat ex delicto ſiue ex contractu, niſi aliquid ad hæredem peruenit. Item, quòd actiones pœnales ſi fuerint cōteſtatæ tranſeunt ad hæredes. Ratio eſt: quia in ipſa conteſtatione oritur quidam quaſi contractus inter partes. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecul. & ibi doct. adeò, quòd actio poſtea trāſmittitur ad hæredem vigore illius quaſi contractus, non autem virtute prioris actionis. Syl.

Actionis duplex diuiſio. ¶ a Non autem. Hic ponit diuiſionem, quòd aliæ ſunt tranſitoriæ, aliæ non: ſed ſuperior fuit, quòd aliæ erant perpetuæ, aliæ non: vt ſuprà. eod. in princ.

¶ Ipſo iure. ſ. ciuili.

N. A. † Ipſo iure. Singularis locus, Directæ, ſiue ciuiles actiones, ipſo iure competebant ciuibus; neque denegari à Prætore ſolebant l. 3. ff. rem pup. ſal. fo. ſed ſi qua iniqua videbatur, exceptione iniquitatem corrigebant. §. j. Inſt. de except. Prætoriæ vero, ex Prætoris iuriſdictione pendebant. l. 25. §. vltim. ff. de obl. & actio. §. 8. ſup. de actio. * abeſt.

Rectè Accurſ. ita tamē vt ipſo non per excellentiam dictum putemus, quemadmodum quibuſdam placet: ſed relatiuum ſit, ius ciuile, de quo modo dixerat, reſpiciens. Nullà enim ſta actio cuiquam competebat, vt non à prætore vrbano impetranda eſſet, quemadmodum in actionibus Hotomanus docuit. Sed Tribonianus Barbarus, & Latina lingua vt extranea vtens, ſic obſcurè locutus eſt.

¶ b Dari ſolent, ſcilicet. iure prætorio. Accurſius.

¶ c Ex maleficiis. ſcilicet priuatis, vt ſubiicit in exemplis: & ſubaudi vel quaſi maleficiis: vt ſuprà de oblig. ex quaſi deli. §. fin. Quid in publicis, de quibus tractatur infrà de pub. iud. reſpon. idem, & plus: quia etiam lite conteſtata non tranſeunt contra hæredes: vt ff. de accuſ. l. ex iudiciorum. niſi in quinque caſibus. Primus eſt, leg. Iul. maieſt. in duobus capitulis tantùm eius legis: vt ff. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. Secundus eſt crimen hæreſis: vt C. de apoſt. l. ij. & l. apoſtatarum. in fin. Tertius eſt crimen repetundarum. Quartus eſt de reſiduis. Quintus, peculatꝰ crimē: vt ff ad leg. Iul. pec l. fi.

¶ Non competere. Quia non vt qui contrahit, pro ſe, & hærede contrahit; ita qui delinquit pro ſe, & hærede delinquit. N. A.

¶ d Non cōpetere. Niſi lis fuerit cōteſtata: vt infrà eo. §. pœnales. & ff. de act. l. ex iudiciorū. in fi. Itē, niſi aliquid ad hæredem peruenerit, tunc enim tenetur. vt ff. de cal. l. in hæredē. & ff. quod me. cauſ. l. videamus. [Dic, ꝙ ratio eſt, quam ponit tex. in d. l. hæredē. videlicet, ꝙ turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquēda, licet crimina extinguantur. Lucrari enim non debet hæres ex delicto defuncti, de quo non tenetur, & quādo ipſe tenetur eo quòd aliquid ad eum *Actiones ex maleficio in duobus caſibus trāſeunt in hæredes.*

rum, damni, iniuriæ a*. Sed hæredibus b huiuſmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta iniuriarum actione c, & ſi qua alia ſimilis inueniatur d. Aliquando tamen etiam ex contractu e actio f contra hæredem non competit: veluti cùm teſtator doloſè g verſatus ſit, & ad hæredē h eius nihil ex eo

ad eū pertinet, tunc non tenetur actione ex illo delicto: ſed actione in factum. l. j. §. fin. ff. de vi, & vi arm. & declarat Dec. in l. pupillum. §. in hæredes ff. de reg. iur. vbi vid. pro declaratione huius materiæ. Sylu.] In duobus tamen caſibus eſt contra: vt in act. vi bo. rapt. quæ nō datur in hæredē, licet ad hæredem aliquid peruenerit, ſed ſurtiua datur cōdictio: vt ff. vi bo. rapt. l. ij. §. fi. Item, interdicto vnde vi, quod non datur in hæredem: ſed in factum actio: vt ff. de vi & vi arma. l. ij. §. fin.

*Iniuriarū actio nō datur hæredi ratione duplici. * iniuria.*

a Dāni iniuriæ. Legis Aquiliæ actio.

b Sed hæredibus. id eſt, hæredibus eorum, qui paſſi ſunt hæc maleficia.

c Iniuriarum actione. Nā hæc non datur hæredi, niſi lis conteſtetur: hoc ideo: quia non eſt in bonis noſtris ante litem conteſtatam. vt ff. de iniur. l. iniuriarū. iij. & l. iniuriarum. j. in prin. & in glo. ij. Eſt & alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abeſt, nec reo adeſt: vt ff. de collatio. bon. l. cum emancipati. §. emācipatus. [Ratio eſt ſecundum glo. & Bart. ibi: quia non habetur reſpectus ad ipſam rem, vel pecuniam: ſed ad ipſam contumeliam. Syl.] Sunt & aliæ ſimiles ei, vt ſubiicit: in quibus nec actori aliquid de patrimonio abeſt, nec reo aliquid adeſt: vnde idem iuris eſt, quod & in iſta: vt eſt actio in factum, quæ datur cōtra libertum vocantem patronum in ius ſine venia, in 50. aureos, vel in filium vocantem patrem: vt infrà de pœn. teme. litig. §. fin. & ff. de in ius voc l. pen. Idem in popularibus actionibus: vt ſi quis habeat poſitū vel ſuſpenſum: vt ff. de iis, qui deiec. vel effud. l. ſi verò. § quæ autem. [Intellige, niſi lis fuerit cōteſtata: quia tunc dicitur ſibi appropriaſſe. l. licet. in princ. ff. de procurator. vt per Ang. hic. Syluest.] Quidam dicunt idem de actione in factū de calumniatoribus: vt ff. de calumn. l. hæc actio. Sed certè ibi alia eſt ratio: quia habet condictionem ob turpem cau. vt ibi dicitur. Item, quia abeſt ibi aliquid actori, & adeſt aliquid reo, vnde non eſt ſimilis ſupra dictis.

Iniuriarū actio aliquas habet ſimiles eonueniendas.

Dic tu ſecundum Angel. hic, quòd hæc ratio nihil eſt: & diſtingue, vt per eum hic. Sylueſt.

d Inueniatur. Hic continuatur ille §. qui eſt infrà eod. §. pœnales.

e Etiam ex cōtractu. Non ſolùm ex delicto. Accurſ.

f Actio. ſcilicet de dolo, nata propter dolum adhibitum in cōtrahendo. Nā ſi dedit dolus cauſam contractui non agitur actione ex eo contractu, cùm nullus ſit: ſed de dolo, vt hic, & ff. de dolo. l. & elegāter. in prin. Si enim eſſet incidens: ageretur actione ex eo contractu, vt purgaretur dolus: vt ff. de act. empt. l. Iulianus §. ſi venditor. & daretur in hæredes: vt ff. de actio. & obligatio. l. ex cōtractibus. Vel pone caſum, quòd dolus fuit incidens vel ſuperueniens: & remanet cōtractus: & nō agitur contra hæredem niſi peruenerit aliquid ad eum: vt in actione depoſiti, quæ datur in duplum contra eum, qui dolum cōmiſit in depoſito cauſa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij: ſed in hæredem non datur in duplum ex dolo defuncti, licet in ſimplum detur: vt ff. depoſi. l. j. Item qualis eſt actio in factum, quę datur contra agrimenſorem non autem aduerſus hæredem: vt ff. ſi menſor falſ. modium dixe. l. iij. §. pen. Item, in actione ex ſtipulatu iudicio ſiſti, in eo, qui erat conuentus iniuriarum: vt ff. ſi quis cauſ. l. ſi eum. §. iniuriarum. Idem eſt in actione tributoria, vt ff. de tri. l. illud. §. fin. & de his caſibus loquitur hic §. cum dixit ex cōtractu in hæredem non dari quandoque. Aliàs autem ex contractu agitur contra hæredem, etiam de dolo defuncti regulariter, vt ff. de actio. & oblig. l. ex contractibus. & l. ex depoſiti, quæ ſunt huic contrariæ. & hanc ſpecialitatē, ſi velis tenere primā opinionem, denotat hæc litera, cùm dicit, Aliquando tamen, &c.

Dolus aliquando dat cauſam contractui, aliquando incidit in contractū. Actio depoſiti datur in duplū in quatuor caſibus, non tamen in hæredē. Actiones ex contractu deſcendentes, quæ non dantur in hæredem.

g Doloſè. Dolo dante cauſam contractui. Vel dic incidenti, vel ſuperuenienti, vt modò diximus. Accurſ.

h Ad hæredem. Sed ſi ſuperueniſſet, actio in factum perpetuò contra hæredem, & contra defunctum daretur, vt ff. de dolo. l. itaque. Sed de dolo olim intra annum, vtilem hodie intra

Digitized by Google

doło peruenit. Pœnales autē actiones, quas ſuprà diximus [a], ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ [b] †, & hæredibus dantur [c], & contra hæredes tranſeunt [d].

¶ [illegible]

¶ Super eſt [e] vt admoneam[g], quòd ſi ante rem iudicatam is, cum quo actū eſt, ſatisfaciat actori, officio iudicis cōuenit eum abſoluere [f]: licet in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tēpore, vt damnari deberet: & hoc eſt, quod anteà vulgo dicebatur, omnia iudicia † abſolutoria eſſe.

biennium continuum datur, vt C. de dol.l.fin.

a Diximus. ſuprà eod.§.non autem omnes. Accurſius.

b Conteſtatæ. Imò vt dentur hæredi, ſola præparatio ſufficit: vt ff.de inoffic. teſtam. l. poſthumus.§. fin.Ioan. Vel ſine præparatione datur quærela hæredi hodie.

Operæ liberto impoſitæ nō trāſeunt ad hæredem extraneum.

Hæc gloſſ.reprobatur ſecūdum Angel.hic: quia illud eſt ſpeciale in quęrela, nō in aliis. Syluest.

N.A. † Conteſtatæ. Quia poſt litis cōteſtationem, in bonis actionis ſunt l.28. ff. de iniur.

c Dantur. Niſi in duobus caſibus. Primus, cùm agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus extraneo hærede relicto: ad quem nō tranſeunt operæ, etiam lite conteſtata: vt ff. de oper. liberto. l. ſi operarum iudicio. Secūdus, in patre repetente dotē filiæ, quæ à viro diuerterat, ſi decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite conteſtata: vt C.de rei vxori. actione.l. vnica.§.videamus.

ADDITIO. Nam eo ipſo ꝙ mater moritur, vel aliter filia efficitur ſui iuris: ſtatim actio cōſolidatur in filiam: vt d.l.vnic.§.videamus. licet pater fuerit lit.conteſtatus: & ſic propter hoc non facit tranſitum in ſuum hęredem. & ſic eſt ſpeciale in dote: quia eſt proprium patrimonium filiæ: vt l. iij.§. ſed vtrùm.in fin. ff.de minori. & facit l. Pomponius Philadelphus.ff. familiæ erciſcundæ. Angelus Aret.

d Tranſeunt. Niſi in duobus caſibus. Primus, in actione de dolo. C.de do.l. fin. Secundus, in retractione alicuius in ſeruitutem vel libertinitatem, qui per concluſionem pronuntiatus fuerat ingenuus: vt ff. ne ſtatu defunct. l.j.§. ſed interdum.

Supereſt. THEMA. Antonius in Mæuium egit actione pro ſocio. Meuius primùm calumniatur: deinde cùm videret ſe malam cauſam habere, & damnatum iri, itaq; ſe infamem fore: confeſſus eſt culpam, actoríque ſatisfecit. Quæritur, an poſſit iudex Mæuium abſoluere: id eſt, liberatum ab actione dimittere. Imperator reſpondet, poſſe. Quid autem in actore, ſi actor vult deſiſtere à perſequendo Mæuio? Franc.Hotomanus in cōmentar. in Orationem Ciceronis pro Q. Roſcio oſtēdit hoc etiā practicari ſolitū in actore. Cor.Vib.

Nota ergo, ꝙ omnia iudicia ſunt abſolutoria. Item, quomodo intelligātur iſta verba: & quæ ſit ratio, quare omnia iudicia ſint abſolutoria. Item quòd licet quandocunq; ante rem iudicatam ſoluere quod petitur. Itē intellige, quod debent ſolui expenſæ legitimæ, vt not. doct. in l. poſtquam liti. C.de pactis. & tradit Decius in c.interpoſita.§.ille denique. in primo notabi. de appellatio. Item, quòd ſoluens quod petitur, poteſt petere ſe abſolui, & hoc eſt ex abundanti. Nam talis ſententia nō eſt neceſſaria, ſecūdum Bald. in c.dudum. de electio. Not. quòd ſoluens non cogitur ſubire iudicium. Syluest.

e Supereſt. Hæc de vita, & tranſitu actionum, ſecundum quod in titulo promiſit, dicta ſunt: nunc de iudicis officio dicit quod cùm exponere debeat, iam pauca, vt modicum reſpiret, deliberat. nam conceptum ſermonem quis retinere poteſt? quia igitur iam concepit in animo tractare de officio iudicis, quomodo poterit tacere, quin dicat aliquid hic?

f Abſoluere. ſcilicet ab obſeruatione iudicij. nā principalis cauſa eſt ſublata ſolutione: vt ſuprà quibus modis tollitur oblig. in princ. Accurſ.

† Omnia iudicia. In actionibus ſtrictis, & bonæ fidei, omne iudicium abſolutorium eſt; propter partium conuentionem: Quia vbi litigatores conſentiunt, nullæ ſunt iudicantis partes l.j.ff.de iudic.§.præterea.ſup.de actio. l.v. N.A.

l.v.ff.de publ.& vectiga.l.vlt.ff.quæ in frau.credit.

DE EXCEPTIONIBVS.

Quia exceptio tenet vicem actionis: vt ff. de except. l. j. ideo poſt actiones ponit de exceptio. Vel quia de armis actorũ vidimus. & de reorũ armis videndũ eſt. ideo dicit, vt ſequitur. Accurſ.

TIT. XIII. DE EXCEPTIONIBVS.

¶ Inſtitutæ idcirco fuerunt exceptiones, vt qui ... iure obnoxij ſunt in quas petitorum actiones excludant: quod exceptio aperitur.

Sequitur, vt de exceptionib9 † diſpiciamus. Comparatæ a autẽ ſunt exceptiones defendendorũ eorum b gratia, cũ quibus agitur. Sæpè enim accidit, vt licet ipſa pſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit c † tamẽ iniqua ſit aduerſus eũ, cũ quo agitur. Verbi gratia, ſi metu coactus, aut dolo induct9 d, aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti e, quod non debueras promittere, * palàm eſt, iure ciuili† te obligatum eſſe f: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax eſt g:

Sequitur. Satis iã eos, qui in ius vocãt, inſtruxiſti: æquum eſt nũc, vt eos quoque qui vocãtur inſtituas. Quod nã illis à iure ciuili pręſidium datur? Exceptio. Quid eſt Exceptio? Dicta eſt ab excipiẽdo, id eſt, amputando reſecandóq; de actoris intentione, veluti, Terrore tibi allato coegi te ſtipulanti mihi centum promittere. Ius ciuile mihi actionem concedit. Dicet ergo Prætor, Si paret hunc illi centum promiſiſſe. Quoniam autẽ periniquum eſt terrorẽ coactum ſoluere, Prætor hanc appendiculã adſcribet, Niſi terrore adductũ promiſiſſe appareat. Vides vt hæc adſcriptio excipiat atq; amputet aliquid de actoris intentione? Corn. Vibul.

Not. quòd exceptiones ſunt arma reorum. Item, quòd fuerunt intentæ ad defendendũ, non ad offendendum. Item, quòd actio aliquando mero iure valet: tamen eſt iniqua reſpectu eius qui conuenitur. Item, quod licet ille qui dolo, metu, vel errore ductus aliquid promiſit, mero iure teneatur, habet tamen exceptionẽ à Prętore. Item, quòd exceptio fundatur præcipuè in æquitate, & ad rationem huius text. vide omnino Fortu. Hiſpan. in l. iuriſgentium. §. Prætor ait. verſic. quartò infero. ff. de pact. & ſingularem declarationem ad hunc text. vide per eundem in l. ſi vnus. §. pactus ff. de pact. Quomodo autem fuerit inuenta exceptio, & plura de ea vide per Hierony. Veron. in repetitio. rubr. ff. de verbor. oblig. Syluest.

Exceptio, eſt defenſio rei, quę actoris intentioni opponitur l. j. & paſſ. ff. hoc tit. Eius formula hæc fuit. Si nõ, vel, Niſi, vel, extra quam. N.A.

a Comparatæ. Aliàs inuentæ. Accurſ. N.A.

b Eorum. ſcilicet reorum. Nam ipſi ſunt, cum quibus agitur, vt ff. de iureiuran. l. iij. in princip. & in §. eum.

c Iuſta ſit. Prima facie.

iuſta. Id eſt, vera: vt §. j. tit. ſeq. Nihilominus hoc verùm manet. N.A. * abeſt. Th.

d Dolo inductis. Hoc eſt in ſtricti iuris iudiciis: in bonæ fidei autem iudiciis ipſo iure non tenet cõtractus. ff. de dol. mal. l. & eleganter. in pr. Accur.

ADDITIO. Hoc verum in odium doloſi: ſed in ſui præiudicium tenet contractus: & ex eo poteſt conueniri, niſi lex reſiſtat actui: quia tũc ex neutra parte datur actio: vt eſt glo. in l. à diuo Pio. ff. de rit. nupt. in gl. ij. & Bal. in l. j. C. plus vale. quod agitur. Ang.

e Promiſiſti. Credens te debere, cùm non deberes, vt hic. & ff. de except. dol. l. iij. §. circa.

Iure ciuili. Stipulatio metu, dolo, errore cõtracta, iure ciuili valet. l. 36. ff. de verb. oblig. l. 5. C. de inutil. ſtipul. Et quia ipſo iure actori competit, denegari à Prætore non potuit. N.A.

f Obligatum eſſe. ſcilicet inſpecto iuris rigore, de ęquitate obligatus non es: vt ff. de liber. cauſ. l. obligatus eſt. §. obligatum. & ff. de verb. ſignif. l. ſi creditor quæ ſunt contra.

g Efficax eſt. ſ. in ſui ſubſtantia. Nam ciuiliter, & naturaliter eſt obligatus, & purè: ſed non eſt efficax, quantum ad opem exactionis. Vel dic, efficax eſt inſpecto genere. Nam prima facie condemnandus videtur: ſed inſpecta qualitate,

tate, quia, ſit dolo facta, vel metu, vel ſimili cauſa impediatur, eſt ineſſicax. & ita expone in ſequentibus caſibus.

a Iniquum. Not. quòd contra iniquitatem, & ſic econtra ex æquitate datur reo excep. l. qui æquitate. ff. de dol. ma. except. Ang.

latio ante fiebat, mox pecunia credebatur; actum implendæ ſtipulationis gratia numeratio fieri dicebatur l. vj. l. vij. ff. de Nouationibus.. lege ij. §. iij. ff. de doli exceptione

ſed iniquū a eſt te cōdemnari. Ideóque datur tibi exceptio. Quod metus cauſa b, aut doli c mali, † aut in factum d compoſita ad impugnandā actionem.

¶ [illegible]

¶ Idem iuris eſt, ſi quis quaſi * credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus † fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere † poſſe eum, certum eſt: dare enim te oportet, cùm ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ † non numeratæ te defendi debere. Cuius tēpora nos (ſecundùm quod iā ſuperioribus libris ſcriptū eſt e) cōſtitutione f noſtra coartauimus.

¶ Si debitori [illegible] non petere [illegible] pactus fuerit, ex pacto præcedente obligatio nō perimitur, ſed ipſo conueniri exceptio aduerſus creditorem agentem patitur.

b Metus cauſa. Hoc quando metu fuit compulſus.

c Doli. hoc quādo inductus fuit per dolum.

N.A. Doli mali Veluti, C. Aquilius iudex eſto. Si paret Mæuium Titio ſtipulanti centū ſpopōdiſſe, extra quàm dolo ſtipulanti promiſerit, cētum ei dare dāneтur.

d In factum. redde ſingula ſingulis propoſitis cauſis ſecūdum Ioannem. Sed nónne hoc tertio caſu, ſcilicet quādo per errorē promiſit, datur doli exceptio? Certè ſic: vt ff. de doli mali excepti. l. ij. §. circa. Quare dic, quòd hæc actio in factum eſt proponēda in ſubſidium doli exceptionis, ſcilicet cōtra patronum, & parentem, contra quos turpes exceptiones non opponuntur: vt ff. de dol. mal. exceptione. l. apud Celſum. §. aduerſus. & ita hic accipitur. Accurſ.

Idem iuris. CASVS. Olim poſt mutuum datum plerunq; ſtipulatio interponebatur. Finge me quū tibi mox numeraturus viderer, ſtipulatum eſſe Centum quæ tibi mutuò dedi, dare ſpondes? Reſpondiſti, Spondeo. Peto abs te poſtea cētum ex ſtipulatu. Prætor mihi actionem denegare non poteſt. Quomodo enim? quum ea legibus mihi concedatur: ſed adſcribet exceptionem, Niſi non numeratā eſſe pecuniam appareat. Corn. Vibul.

N.A. † Stipulatus fuerit. Interdum ſtipu-

Petere poteſt. N.A. Actione ex ſtipulatu.

Pecuniæ. Imo N.A. antiquo iure exceptione doli. d. lege ij. §. iij. ff. de doli exceptione. Non ſi quis chyrographo inani cauit ſe debere, idcirco ipſo iure obligatus eſt: Quia exceptio non numeratæ pecuniæ, cum eſſet olim perpetua, literarū obligatio non erat hodie cum temporalis effectu ſit literarū obligatio introducta eſt. §. j. ſuprà de literarū obligatio. Qui ipſo iure nō eſt obligatus, exceptione non iudicet ſed hæc exceptio, non eſt ex genere aliarum; Ideo titulus in Codice nō inſcribitur, De exceptione non numeratæ pecuniæ, ſed, De non numerata pecunia. Quòd ſi ſtipulatio contracta ſit, ipſo quidem iure obligatus eſt, ſed per doli exceptionem non tenetur; nec poteſt cogi à ſtipulatore creditam pecuniam accipere. l. 30. ff. de reb. cred. l. 4. ff. quæ res pignor.

e Scriptum eſt. ſuprà de li. oblig.

f Conſtitutione. Vt C de non numerata pecunia. l. in contractibus.

Prætereà ſi debitor. CASVS. Debebam tibi centum: deinde conuenit inter nos, pactíque ſumus, ne ea peteres: hoc ſimplici ac nudo pacto, quòd ſtipulatione non cōfirmatum eſt, actio non extinguitur: ſed Prætor ſimul adſcribet, Niſi pactum conuentum de non petendo inter eos appareat. Cor. Vibul. *Pactum de non petendo tres habet effectus.*

† Pactus.

Digitized by Google

N.A. † Pactus. Iſta remiſſio, ſiue quittatio dicitur pactum de non petendo.

a Peteretur. Not. quòd pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipſo iure: vt ff. de ſol. l. Stichum. §. naturalis. Item, elidit ciuilē, vt in hoc §. Item, obligat naturaliter paciſcentem non petere. Nam & aliàs quis eſt obligatus naturaliter aliquid non facere, vt non facere furtum: vt ſuprà de obli. quæ ex delict. naſc. §. j.

* omnimodo.

b Non omnino. Quia nō ciuilis, ſed naturalis tantùm: vt ff. de ſol. l. Stichum. §. naturalis. In caſibus tamen etiā ipſo iure vtrumque tollit pactum: vt in maleficiis factis, ſi quis paciſcatur, ne agatur. Item, in pignore remiſſo per pactum: vt ff. de pact. l. ſi tibi. §. quædam actiones. & §. de pignore.

* qua.

* paret.

¶ Præterea debitor, ſi pactus † fuerit cum creditore, ne à ſe pecunia peteretur [a], nihilominus obligatus manet: quia pacto cōuento † obligationes non omnino [b] * diſſoluūtur. qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, quam * actor intendit, ſi apparet [c] * eū dare oportere. Sed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem † pacti conuenti.

¶ Qui iureiurando delato ſe nihil debere [illegible], ipſi [illegible]

Adde, quòd ratio eſt: quia in maleficiis agimus de odio: & ideo lex pertulit vt facilius tollerentur: vel quia in maleficiis non eſt verus conſenſus, quæ ſunt rationes allegatæ per doct. ſed ego aliàs dicebam: quòd ratio erat: quia in maleficiis oriebatur tantùm obligatio naturalis procedens ab illo tacito conſenſu, quæ tamen neſcio quomodo recipiebatur à leg. non per viam obligationis, ſed nudi pacti. vnde nil mirum ſi ex ſimplici & ſolo pacto, & ſic ex cōtrario naturæ vinculo tollebatur. Syluest.

N.A. † Pacto conuento. Id eſt, pacto nudo: Quia mutui obligatio re cōtracta, non niſi re diſſoluitur: Verbis ſolemnibus contracta ſtipulatio, non niſi verbis ſolemnibus, id eſt, acceptilatione diſſoluitur l. 35. ff. de reg. iur.

c Si apparet. Oratio poſita loco actionis, ſecundum P. ſed ſecundum Ioan. contra: vt diximus ſuprà de act. §. ſic itaque.

† Per exceptionem. De non petendo. l. 5. C. de pact. N.A.

non eſt: ſed exceptione iuriſiurandi munitus [illegible] rem conuentus, rem petitam ſuam eſſe iurauerit, non propterea actor communis eſſe definit: verum exceptio iuriſiurandi [illegible] potest vel [illegible]

¶ Aequè ſi debitor creditore deferente iurauerit, nihil ſe dare oportere, adhuc obligatus permanet *. ſed quia iniquum eſt [d], de periurio quæri: defenditur per exceptionem iuriſiurādi †. In iis quoq; actionibus, quibus in rē agi

Aequè ſi debitor. [illegible] Debebā tibi centum, quæ quum à me petiturus eſſes, delato mihi abs te iuramēto iuraui me tibi non debere: hoc iuramētum non perimit tuā actionem. Prætor tamē quum tibi iudiciū dabit, ſi paret illū huic cētum debere, exceptionem adſcribet, Niſi ſi illum iuraſſe nihil ſe debere appareat, quòd in actionibus in rē eodem modo iudicandū eſt. Corn. Vibul.

* manet. Iuramētum contra leges non eſt ſeruandum.

Not. quòd iuramētum debet deferri à creditore. Item, quòd iurans remanet obligatus, & opus eſt exceptione. Item, quòd hæc exceptio, vt aliæ prouenit ex æquitate. Syluest.

d Iniquum eſt. Hic not. ſimile ff. de in lit. iur. l. fin. & ff. de iureiur. l. nam poſtea. §. iureiurādo dato. & ff. de dol. ma. l. nam ſufficit. hoc tamē fallit, quoties eſt contra leges iuratum: quia non ſeruatur ſacramentum, vt in authent. ſceni. non ſolùm. §. non enim, ſi quis. quæ eſt C. de nupt. authent. quod eis. & ff. de iur. patro. l. adigere. C. de leg. & conſtit. l. non dubiū. in fin. Item, quando veritas aliàs per teſtimonium poteſt inueniri, vt C. de rebus cred. l. fin. Item, quando defertur ſacramentum à iudice: vt ff. de iureiur. l. admonendi. aliàs autem obtinet quòd hìc dicitur.

N.A. † Exceptionē iuriſiurandi. Iuriſiurādi ſummus & præcipuus effectus eſt, vt per ipſum à reo præſtitum, actoris intentio

Digitized by Google

tur, æquè neceſſariæ ſunt exceptiones: veluti, ſi, petitore deferēte poſſeſſor iurauerit eā rem ſuam eſſe [b], & nihilominus petitor eandem rem vendicet. Licet enim verū ſit, quod intendit, (id eſt, rem eius * eſſe,) iniquum tamē eſt poſſeſſorem condemnari.

¶ [illegible]

¶ Item, ſi in iudicio tecū actum fuerit [b] † ſiue in rē, ſiue in perſonam: nihilominus obligatio durat [c] †, & ideo ipſo iure † de eadem re poſteà aduerſus te agi poteſt † ſed debes per exceptionē rei iudicatę adiuuari.

¶ [illegible]

¶ Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quā ex multis, variiſq; cauſis exceptiones neceſſariæ ſint *, ex latioribus Digeſtorū, ſeu Pādectarū libris intelligi poteſt. Quarū quædam ex legibus [d], vel ex iis, quæ legis vicē obtinent [e], vel ex

tentio perimatur, aut ipſo iure, cum actio denegabitur, aut per exceptionem. l. vij. & ſeqq. ff. de iureiur.

Iuro rem meā eſſe, & iure tuam non eſſe differūt.

¶ a Rem ſuam eſſe. Diſtinguitur tamen vtrum iuret ſuā rem eſſe, vel petitoris non eſſe: quia ſi iuret ſuā eſſe, datur ſibi actio & exceptio: ſed ſi iuret petitoris nō eſſe, naſcitur ſibi exceptio cōtra petitorem tantùm, vt ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. j. & ij. reſponſ. ibi, non enim.

! ſucc. ¶ Item ſi in iudicio. [illegible] Egi tecum, centum te mihi debere intendens, abſolutus es. Prætor tamen poſtulanti mihi actionem in eadem cētum iterū dabit. ſed exceptionē adſcribet, Ni rem iudicatā appareat. Corn. Vib.

¶ Not. q; ſententia & res iudicata non tollunt actionem, & obligationē: quia cùm ſit ciuile vinculum tantùm, non poteſt remouere niſi ciuilem obligationem, vt declarat gloſſ. Item, quòd non oppoſita exceptione rei iudicatæ, iudiciū procederet. Item, quòd cōuētus realis poteſt certo modo dici obligatus. Sylueſt.

¶ b Actum fuerit. Subaudi, & fueris abſolutus. ſicut hic innuit.

ADDITIO. Intelligas iſtum text. cum iſta glo. quòd reus fuit abſolutus: vt infrà patet. Angelus.

N.A. † Actum fuerit. Et iudicio illos ſis abſolutus, & liberatus.

¶ c Obligatio durat. ſcilicet, ſi primò erat obligatus. vnde ſi ſoluat, non reperit, cùm debitum ſoluat: vt ff. de cōdict. indeb. l. Iulianus. & l. iudex. Et caue tibi: quia per iuſiurandū, & per pactum naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis: vt ff. de iureiur. l. fin. in princip. & ff. de ſolutio. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. Sed per ſententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: vt ff. de condictio. indebit. l. Iulianus. Sed cùm actionem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat, vt C. de rebus cred. l. actori, quare nō tollit vbi eſt? Reſp. res iudicata de iure ciuili eſt, & ideo tollit & inducit ea, quæ ſunt de iure ciuili: & ita obligationem ciuilem tollit: & actionem (quæ eſt de iure ciuili) inducit: vt ff. de orig. iuris. l. ij. §. deinde ex his. Ea autem, quæ ſunt iuris * naturalis, non tollit: vt obligationem naturalē. vt arg. ſuprà de legitim. agna. tut. §. fin.

Obligatio naturalis tollitur per pactum: ſed ciuilis per ſententiam. Sententia eſt de iure ciuili.

** ſunt.*

ADDITIO. Iſtam glo. intellige de iuramēto voluntario, & ſic delato à parte parti: non autem de neceſſario: quia illud habet eandem vim, ſicut res iudi. vt l. ij. ff. de iureiur.

† Obligatio durat. Quia non ſunt niſi quatuor obligationis diſſoluēdę modi, in quorū numero non eſt res iudicata. N.A.

† Ipſo iure. Id eſt, iure ciuili. N.A.

† Agi poteſt. Nā actio iudicati, non ex re iudicata naſcitur, ſed ex ſtipulatione iudicatum ſolui l. 28. §. igitur. ff. de iureiu. l. 27. in fine. & l. ſeq. ff. de procu. N.A.

¶ d Ex legibus. Vt ne quis conueniatur, niſi coram ſuo iudice, vt C. de except. l. fin.

¶ e Legis vicem obtinent. vt in ſenatuſconſultis: vt ſuprà tit. j. in prin. ſicut & exceptio Macedoniani, Velleiani: vt ff. ad Macedon. & Velleian. per totum titul. Accurſius.

¶ a Prato

a Prætoris juriſdictione. vt de dolo malo, & metus cauſa: vt ff. de excep. dol. per totũ. Item pacti: vt ff. de pact. l. iuris gentium. §. Prætor ait. Accurſ.

Appellatur. Diuiditur principaliter in tres partes. Primò, ponit duplicem diſtinctionem exceptionum. quia quędã ſunt perpetuæ, & quædam tẽporales. Item, quædam peremptoriæ, & quędam dilatoriæ. Secũdò, ponit exempla cuiuſlibet. Tertiò, ponit quã pœnam olim patiebatur, & quã hodie patitur, qui pẽdente dilatione legali, vel lata ab homine, ante dilationem finitam egerit. Secunda ibi, Perpetuæ, & peremptorię. Tertia ibi, Alioqui.

ipſius prætoris iuriſdictione [a] ſubſtantiam capiunt.

¶ Iam adeò poſtea exceptio[illegible] ſectio, vt quædam perpetuæ, & peremptoriæ ſunt: quędam temporales, & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ ſũt, quæ & ſemper locum habent, & cauſam principalem perimũt: dilatoriæ verò ſunt, quæ ad tempus nocent, & actionem in tẽpus differre ſolent, vt exceptio pacti [illegible] certum tempus petantur, & ſimiles: quæ olim ante tẽpus agenti oppoſitæ, actione omnino ſubmouebant: hodie verò duplũ in [illegible] debitori tenentur: item finito tẽpore [illegible] antea actor [illegible] eſt, [illegible] litis re[illegible].

¶ Appellãtur autem exceptiones, aliæ perpetuæ, & peremptoriæ: aliæ temporales & dilatoriæ.

¶ Perpetuæ & peremptorię ſunt, quæ ſemper [b] agẽtibus obſtant, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt †: qualis eſt

b Semper. i. Sine pręfinitione temporis: vt ff. de do. except. l. pure. §. fin. ita tamen, ſi ante ſententiam opponãtur: vt C. ſentent. reſcind. non poſ. l. peremptorias. niſi in ſeptem caſibus, in quibus opponi poſſunt etiã poſt ſentẽtiam, vt ratione ætatis, vt C. ſent. reſcin. non poſ. l. peremptorias. & ff. de min. l. minor. xxv. ann. omiſſam. Item miles, vt C. de iu. & fa. igno. l. j. Item in Maced. & Velleiano: vt ff. ad Maced. l. tametſi. Itẽ, in donatore, qui opponit, vt non conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, etiam pòſt ſententiam, vt ff. de re iudi. l. Neſennius. §. fin. Item, exceptio falſi procuratoris, vt C. de procurat. l. licet. Secùs, ſi ratione perſonæ procuratoris opponatur exceptio: vt quia ſit miles, vel mulier: quia talis exceptio eſt dilatoria: vt infrà §. præterea. Item, vbicunque dicerem nullum fuiſſe iudicium, vt quia ſit venalis ſententia, vel falſis teſtibus, vel inſtrumentis, iudicata: vt C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. venales. vel cùm iudex ſit non ſuus: vt C. ſi à non compet. iudi. per totum. Item, ſi iniquè à iudice compulſus eſt eo tempore, quo compelli nõ debuit: vt ff. de fe. l. j. Sed dilatoria proponitur ante litem conteſtatam: ſed probatur poſt, quàm actor mõſtrauerit, quod aſſeruerat: vt C. de prob. l. exceptione. & C. de except. l. ſi quidem. Secus in exceptione fori: quia ante litem cõteſtatam opponi & probari debet ſecũdum quoſdã: vt ff. eo. l. pen. Sed quid de exceptione non numeratæ pecunię, nunquid eſt perpetua vel tẽporalis? Reſpõ. quidã anomalã eã eſſe. Nos dicimus, quòd eſt tẽporalis biennij, ſcilicet, vel triginta dierũ: vt ſuprà de lib. obli. §. fin. & C. de non numer. pecu. l. in contractibus. §. j. & ſuper cæteris. Sed in hoc poteſt dici anomala: quòd cùm aliàs probet, qui excipit, hic tamen non probat: vt C. de non num. pecu. l. ſi ex cautione tua. Item, quare in exceptione nõ numeratæ dotis? & eodem modo ſolue: vt C. de dot. cau. non num. l. fin. & authent. ibi poſita. Item, quid de ea, quæ opponitur, vt quis conueniatur inquantum facere poteſt? Reſpond. eam eſſe temporalem: quia præſumo quòd aliqua acquiret: & ſic poſteà poterit ſoluere: vt C. arbitr. tut. l. ſi defunctus. Nam non repetitur, quod ſoluitur: licet facere non poſſit commodè: vt ff. de condictio. indebiti. l. nam & maritus. quod fieret, ſi eſſet perpetua, cùm ſit fauorabilis: vt ff. de condictione indebit. l. qui exceptionem. Et circa hoc vide quod not. in lege j. C. de iuris, & fact. ignorantia.

† Perimunt. Vt poſtquã iudicatũ fuerit, N. A. eam

Digitized by Google

eam verã fuiſſe fuiſſe poſtulari denuo eo nomine actio nõ poſſit. l. ij. & l. iij. ff. hoc tit.

N.A. Dilationem. Vt nec ciuili, nec prætorio iure perimatur actio.

a Pacti conuẽti. ſcilicet exceptio.

b Pacti conuẽti. ſcilicet vſque ad quinquennium.

c Alia ſimilis. Veluti ſi quis ſtipuletur id qđ in vtero eſt, vel fructus futuros, vel domũ certo loco ædificari, vel cùm Romæ eſſet, Epheſi dari ſtipulatus eſt: vt ff. de verbor. oblig. l. interdũ. ſecundùm Azo.

d Rem amittebant. facit ſuprà de actio. §. ſi quis agens. & ff. de libe. leg. l. nõ ſolùm. §. fi. & C. de iur. fiſc. l. iuſtas. lib. x.

N.A. † Rem amittebant. id eſt, plus petendo cauſa cadebant. §. ſi quis agens. 28. & §. ſeq. ſuprà de actio.

Hodie autem. CASVS. Quũ mihi centũ deberes, pactum feci de non petendo in quinquennium: anno tertio exacto petij. Lex noua ſic me punit, vt quia petij biennio antè quàm pactus erã, biennium duplice-

exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit * ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocẽt, & temporis dilationem † tribuũt: qualis eſt pacti conuenti [a], cùm ita conuenerit, Ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquẽnium. Nã finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tẽpus agere volentibus obiicitur exceptio, aut pacti cõuenti [b], aut alia ſimilis [c], differre debent actionẽ, & poſt tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur. Alioqui ſi intra tempus egerint, obiectáq; ſit exceptio, neq; eo iudicio quicquam cõſequebatur, ꝓpter exceptionẽ: neq; poſt tempus olim agere poterant, cum temerè rem in iudicium deducebãt, & cõſumebant: qua ratione rem amittebant [d].

¶ [illegible]

¶ Hodie autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus: ſed eum, qui ante tempus, vel pactionis, vel obligationis litem inferre auſus ſit *, Zenonianę conſtitutioni [e] † ſubiacere cẽſemus: quã ſacratiſſimus legiſlator de iis qui tempore plus petierint protulit: vt & inducias, quas ipſe actor ſponte * indulſerit, vel quas natura actionis continet [f], ſi contempſerit, in duplum [g] habeant ij, qui talem iniuriam [h] paſſi ſint: & poſt eas finitas nõ aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis acceperint: vt actores tali pœna perterriti [i], tempora litium doceantur obſeruare.

¶ Tertiam hic ex-

tur, & expectetur adhuc quadriennium: deinde vt impẽſas à te hoc priore factas tibi repẽdam. Cor. Vib.

Not. quæ erat olim pœna plus petentium, & quæ hodie: & ſatis fuit dictum ſuprà in titu. de act. §. plus autẽ. Syluest.

e Zenonianæ cõſtitutioni. ſcilicet, Græcæ, cuius meminit ſuprà de act. §. ſed hæc quidem.

Zenonianæ. De qua dictum eſt in §. ſed hæc quidem. 32. ſup. de actio. N.A.

f Continet. Quod dic, vt modo dixi per l. interdũ. ff. de verb. oblig.

g In duplum. ſed videtur ꝙ nullam patiatur pœnam: vt ff. de pet. hær. l. quod ſi in diẽ in pr. quæ eſt huic contra. Sed dic illã corrigi. vel melius, ſpeciale eſt ibi, quia ad hoc ſolùm agebatur, vt eodem iure penes agẽtem haberetur, quo erat apud defunctum: vnde nõ fuit plus petitum.

h Iniuriam. Non tamen talem, propter quã agere poſſent.

i Tali pœna perterriti. Facit C. ad legem Iul. rep. l. j. & ff. de pœn. l. capitalium.

Digitized by Google

exceptionum diuiſionē tradit, quòd ſcilicet dilatoriarum aliæ ex re, illæ ex litigãtis perſonæ naſcuntur.

¶ Præterea etiam ex perſona ſunt dilatoriȩ exceptiones, quales ſunt procuratoriæ: veluti, ſi per militē, aut mulierem [a] agere quis velit. Nā militibus nec pro patre, vel matre [b], vel vxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri conceditur: ſuis verò negotiis ſupereſſe ſine offenſa [c] militaris * diſciplinæ poſſunt.

* abeſt.

¶ Exceptio infamiæ procuratoris, quę antiquitùs cō petebat, hodie tā quam minus frequentata exauthoratur.

¶ Eas verò exceptiones, quæ olim ꝓcuratoribus propter infamiam, vel dantis, vel ipſius procuratoris opponebantur, cum in iudiciis nullo modo frequentari perſpeximus, conquieſceret [c] ſanximus: ne dum de his altercatur, ipſius negotij diſceptatio protelętur.

TIT. XIIII.

DE REPLICATIONIBUS.

¶ Quemadmodū exceptio actionem

lium §.penult & C.de inoffic.teſtam.l. ſi quis in ſuo.in fin.princ.reſpon.

¶ Præterea etiā ex perſona. CASVS. Traſymachus miles agere alieno nomine contra me volebat impetrabit quidem à Prætore actionem: ſed ſimul adſcribetur exceptio, niſi actorē militem eſſe appareat. Sed quo nomine illa exceptio appellabitur? Dilatoria: quia per eā ꝓtrudo ac differo iudiciū in aliud tempus: & ex perſona, quia non in re, ſed in perſona actoris cauſam differēdi iudicij nactus ſum. Cor. Vibul.

¶ Not. aliquas eſſe exceptiones dilatorias reſpectu perſonarum. Item, ꝙ mulier & miles nō poſſunt exercere officiū procuratoris, nec interuenire in iudicio pro alio. In milite eſt ratio, ne detrahatur à militia: in muliere verò ratione publicæ cuiuſdam honeſtatis. quod intellige in iudicio, ſecus extra iudiciū.l.iij.§.j.ff.de nego. geſt. Item, in pluribus aliis caſibus notatis per Dec.in l.ij.ff.de regul. iur. Item quòd miles poteſt eſſe in iudicio, dummodo à diſciplina militari non diſtrahatur: & per conſequens quòd iura attendunt in militibus plus publicum fauorem quam priuatum ipſorummet militum Sylueſt.

¶ a Mulierem. Quæ pro alio agere non poteſt, niſi pro parētibus, ſi morbus, aut ætas eos impediat: nec ſit qui eorum nomine agat. vt ff. de procu.l. fœminas. Accurſius.

ADDITIO. Mater tamen non admitteretur pro filio minore etiam ad defendendum: niſi in cauſa appellationis: & eſt ratio, quia eſt maioris præiudicii, quam principalis. Ang.

¶ b Nec pro patre vel matre. Niſi pro eorum libertate: vt ff. de lib. cau.l. iij. quæ eſt contra. ſecundum Ioann.

ADDITIO. Dic ꝙ in iſto caſu dicitur defendere cauſam propriam pro ſuo intereſſe. vt l.j.ij. iij. & iiij. ff. de libe. cau. facit l. non tantùm ff.de app.

¶ c Sine offenſa. id eſt, hoc fit ſine offenſa diſciplinæ: non autem ſic intelligitur, vt hoc non poſſit fieri. ſi diſciplina, id eſt, exercitium militare offendatur. ſed ſiue offenſa datur, ſiue non, præſumitur non offendi: vt hic, & C.de procur. l. qui ſtipendia.

¶ Eas verò exceptiones. Not. quòd infamis. poteſt pro alio eſſe in iudicio. Item, quòd quędam conceduntur per alium, quæ non conceduntur per ſeipſum. Itē ꝙ nō ſunt lites protrahendȩ. Item, ꝙ no vſus, eſt iuſta cauſa derogandi antiquæ legi Syl.

¶ c Coquieſcere. Sed contra ff. de poſtulan.l.j.§. ſecundo loco. & in §. hoc edicto. Solu. ibi de maxima infamia: hîc de parua. Vel illud de aduocato, qui emolumentum tantùm habet: hic in procuratore, qui tãtùm habet onus.

¶ Conquieſcere. Antiquo iure Romanorum infamia notatus, procurator eſſe non poterat imo nec ſuo quidem nomine poſtulare l.j.§. 4.& §.7. ff. de poſtul. ignominioſo non eſt actio (inquit Quinctilianus lib. 7.cap.5.) Conſtantinopoli ſicut etiam infamibus procuratores eſſe. N.A.

Aduocatus lucrū, procurator onus habet.

DE REPLICATIONIBVS.

¶ Quia exceptio per replicationem

Y y

elidituꝛ , ideo per conſequens de replicatione dicit, vt infra eod.in princ.'& ff.de excep. l.ij. §. replicatio.

Nterdū. Totus iſte tit. diuiditur in duas partes principaliter Primò, ponitur de replicatione, quæ prodeſt actori , & quæ non. Secundò, quæ exceptiones competentes reo principali proſunt fideiuſſori,& quę non proſunt. Secunda ibi,Exceptiones autē.

Not.quòd replicatio fauore actoris inuenta eſt. Itē.not.illa verba , prima facie, quibus in conciliis,vti ſolemus. Itē not. quod per replicationem reſoluitur ius exceptionis : circa quorum verborum intellectū vide Fortu.Hiſpa.in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. Item,quòd pactum ſecundum de petendo non elidit pactum de non petēdo ipſo iure.Item , quòd obligatio contrario pacto eliſa , poteſt nouo pacto iuuari.Item , ꝙ pactum liberatoriū nō tollitur nouo pacto ipſo iure , ſed replicatione. Itē , quòd dan-

excludit,ita exceptionem replicatio, & replicatione duplicatio,rurſus triplicatio duplicationem , & deinceps vlteriores defenſiones multiplicibus nominibus, vbi opus fuerit proponi poſſunt.

Nterdum euenit,vt exceptio, quæ prima facie iuſta videtur , tamen * iniquè noceat [a] quòd cū accedit , alia allegatione opus eſt, adiuuādi actoris gratia , quæ Replicatio † vocatur , quia per eam replicatur, atque reſoluitur † ius exceptionis:veluti cum pactus eſt aliquis cū debitore ſuo , ne ab eo pecuniam petat : deinde poſtea in contrarium pacti ſunt , id eſt, vt creditori petere liceat : ſi creditor agat , & excipiat debitor:vt ita demum condemnetur, ſi non conuenerit , ne eam pecuniā creditor petat:nocet ei exceptio. Cōuenit [b] enim ita. Námque nihilominus hoc verū manet , licet poſteà in contrariū pacti ſint. Sed quia iniquum eſt creditorem excludi [c] : replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto cōuento. Rurſus interdum euenit, vt replicatio , quæ prima facie iuſta eſt, iniquè noceat [d] quod cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuādi rei gratia:quæ duplicatio † vocatur. Et ſi rurſus ea [e] prima facie iuſta, videatur , ſed propter aliquam cauſam actori iniquè noceat:rurſus alia allegatione opus eſt , qua actor adiuuetur quæ dicitur Triplicatio. Quarum omnium exceptionū vſum interdum vlterius, quā diximus, varietas negotiorū introduxit:quas omnes apertius ex Digeſtorū [f] latiore volumine facilè eſt cognoſcere.

¶ Itē defenſiones debitori competentes (vt pacti de non petendo) fideiuſſoribus etiam competunt: quia ſi quid fideiuſſores pro reo ſoluerint , id actione mandati ab eo repetunt exceptiones vero in perſonam , vt ceſſiones bonorum,

tur replicationes,duplicationes,triplicationes , & vlterius quantum expedit. Syluest.

a Noceat. id eſt non proſit, vel dic ꝓpriè, ſcilicet actori. Accurſius.

† Replicatio, eſt defenſio actoris rei exceptioni oppoſita l.2.de except. N.A.

† Reſoluitur. Imò fortaſſe, quia vitium exceptionis replicatur & pateſit. Formula autem hæc replicationis fuit. Aut ſi veluti, Aut ſi denuo pactus non eſt de petēdo quia prius pactum, per poſterius, ipſo iure non tollitur l. 27. §. pactus. ff. de pact. N.A.

† Duplicatio. Actioni opponitur exceptio; exceptioni , replicatio ; replicationi , duplicatio ; duplicationi , triplicatio; triplicationi , quadriplicatio. N.A.

e Ea. ſ.duplicatio. Accurſ.

f Digeſtorū, Vt ff.de except. l.ij.

Exceptiones. Not. quòd nihil fruſtrà concedi debet qđ poſſit eludi. Itē, quòd fideiubēs cēſetur habere mandatum de ſoluendo ab eo, pro quo fideiuſſit

iuſſit. Item, quòd datur regreſſus fideiuſſori contra principalem pro quo fideiuſſit, ita demum ſi ſoluerit: quod intellige regulariter. Item, quòd debitor poteſt† cedere bonis. Item. quòd perſonalia perſonam nō egrediuntur. Item, quòd fideiuſſores ad hoc accipiuntur, vt ab eis exigatur, ꝙ à debitore exigi nou poterit. Syluest.

& ad genus aliæ ad fideiuſſores no porriguntur?

¶ Exceptiones [a] autem, quibus debitor defenditur, plerunque accommodari ſolent etiā fideiuſſoribus [b] † eius, & rectè: quia quod ab iis [c] petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: quia mandati† iudicio redditurus eſt eis, quod iis pro eo ſoluerint. Qua ratione [d] & ſi de nō petenda pecunia pactus quis [e] cū reo fuerit: placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem† pacti cōuenti illis quoque [f], qui pro eo obligati ſunt: acſi etiam cum ipſis pactus eſſet, nec ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non ſolent his accommodari. Ecce enim, ſi debitor bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem [g], Si bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fideiuſſoribus non datur: ideo, ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè [h] proſpicit, vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis, quos pro eo obligauit, ſuum conſequi.

TIT. XV.

DE INTERDICTIS.

¶ Interdicta olim nil aliud. erant niſi certæ conce-

¶ a Exceptiones. Videtur ꝙ hic §. deberet eſſe in fine ſuperioris tit. Sed certè cùm & replicatio ſit exceptio, benè ponitur hic generaliter, tā ad exceptiones, quā ad replicationes pertinens. Accurſius.

Fideiuſſor eſt nomen generale, & dicitur à fide.

¶ b Fideiuſſoribus. Appellatione fideiuſſoris omnem acceſſorem accipe: ſiue ſit mandator ſiue fideiuſſor, ſiue alius: ex eo dictus fideiuſſor, quòd pro alio fidē ſuā adſtrinxerit. Et not. ꝙ dicit, plerūque: quia exceptio reo competens gratia ſuæ perſonæ: vt quia ſit minor fideiuſſori non competit: vt ff. de mi. l. in cauſæ. j. in princ. & ff. de except. l. exceptiones. ij. in fin. l. Item, ſi eſt damnatus in omnibus bonis ſuis ratione ſui delicti: vt C. de fideiuſſ. l. j. vel ſi ceſſit bonis: vnde perſonaliter ei ſubuenitur, ne in plus conueniatur, quam in quantum facere poteſt: vt ſuprà. de act. §. fi. & infrà eo. in fi. Itē, vbicunq; quis in quantum facere poteſt condemnatur. nam fideiuſſori nō datur exceptio. vt ff. pro ſo. l. verū. §. j. & ff. ſol. ma. l. alia. Vbi autem exceptiones cohærent rei & non perſonæ: vt pacti conuenti, & rei iudicatæ, fideiuſſoribus competunt: vt hic etiā inuito reo: vt C. de exceptio. l. defenſiones. & ff. de exceptio. l. omnes.

Exceptiones reo cōpetentes gratia perſonæ, fideiuſſori non competunt, ſed bene ſi rei cohærent.

ADDITIO. Dic vt in l. pen. & in l. tam mandatori. C. de nō. nu pec.

† Fideiuſſoribus. Sì modo nō perſonæ, ſed rei cohæreant. l. 7. ff. de except. N.A.

¶ c Ab eis. ſ. fideiuſſoribus.

† Mādati. Quia reus tacitè intelligitur fideiuſſori mādaſſe, vt ſoluat. l. 47. de cond. indeb. N.A.

¶ d Qua ratione. Exemplificat. Accurſ.

¶ e Quis. ſ. creditur. Accurſ.

† Per exceptionem. Vetus fuit exceptio ex lege Iulia. l. j. & paſſ. C. qui bo. ced. poſ. Si non bonis ceſſerit; quæ perſonalis fuit, ac proinde fideiuſſori non profuit. N.A.

¶ f Illis quoq; ſ. fideiuſſoribus & ſimilibus.

¶ g Per exceptionē. Propter hunc caſū dixit ſupra plerūque. & ꝑpter alios, vt diximus.

¶ h Maximè. Facit ſuprà de fideiuſſor. in princ.

† Suū conſequi. Vnde vulgaris fideiuſſionis formula. Quanto minus à reo principali conſecutus fuero, tantùm dare ſpōdes? quæ etiam ad totam ſummam refertur l. 150. ff. de verb. ſign. N.A.

DE INTERDICTIS.

¶ Quia interdicta vicem ſuſtinent, ſeu obtinent actionum, ideo poſt actiones de interdictis proponitur. infrà eodem. in princ. Accurſ.

ADDITIO. Sed iſte tit. cōgruētius poſitus fuiſſet ante tit. except. vt fecit

iuriſconſ. in Digeſtis: quia ante tit. de except. poſuit iuſtum tit. ſed in hoc non eſt vis.

ADDITIO. Dic quòd Imp. aliò ſpectauit, nimirum qui actiones propriè non ſint & poſt actiones continuò exceptionẽ ſubiungere par fuerit.

prioris verborum lata a Prætore in terdictum interponitur, cum inter duos de poſſeſſione agebatur. Actionibus

Sequitur vt diſpiciamus de interdictis, ſeu actionibus [a], quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta, formæ, atque conceptiones † verborum [b], quibus prætor, aut iubebat [c] aliquid fieri, aut fieri prohibebat [d] Quod tunc maximè [e] † fiebat *, cum de

Sequitur. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit, quid olim erãt interdicta. Secũdò, ponit vnã diuiſionem interdictorũ. Tertiò, pònit aliam diuiſionẽ. Quarto, ponit vnam aliam diuiſionem interdictorum. Secunda ibi, Summa autẽ. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Tertia diuiſio.

CASVS. Quoniam de actionibus dixiſti (quibus etiam exceptionum tractatum adiunxiſti) quæro. nunc ex te, nullæne aliæ actiones olim fuerunt? imò verò. nam olim formulæ quædam, & cõcepta verba (item vt in actionibus) inſtituta erant. in controuerſiis poſſeſſionum. quæ à Prætore litigatoribus dari ſolebant: atq; hæc quodammodo actionis inſtar habebant. Petebantur enim à Prætore, dabantur ab eo vnà cum iudice, aut recuperatoribus, dabantur certis verbis ac conceptis: de iis, ſicuti de actionũ formulis apud iudicẽ datũ diſceptabatur. C. Vib.

No. quòd interdicta olim erant decreta. Item, quòd conſiſtebant aut in præcipiendò, aut in prohibendo. Item, quòd interdicta vt plurimũ verſantur circa poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem rerum. Syluest.

a Actionibus. ſcilicet, in factum. vt infrà. eod. §. fin.

Interdicta & actiones olim differebãt. b Conceptiones verborum. i. dicere verba concepta & formata à Prætore proponente interdicta. Sed ſecundum hoc, quæ erat differentia olim inter interdicta & actiones, cùm & actio erat formula: vt ff. de orig. iu. l. ij. §. deinde ex his: Reſpon. quidam, vt præceptor meus Azo, quòd interdicta formabantur in perſona volentium ea intentare tantùm loquendo eis. vnde interdicta inter duos dicuntur reddi à Prætore loquẽte duobus. vt infrà. eo. §. exhibitoria. & hoc etiã colligitur ff. ſub multis titulis in tracta. de interdic. ſic enim dicitur, vnde vi illum deieciſti, &c. vt ff. de vi & vi ar. l. j. in princ. Item, vti ædes de quibus, &c. vt ff. vti poſ. l. j. in prin. & ſic de aliis. Sed actiones generaliter, & in perſonã omniũ formabantur: vt cunque emerit, ex empto agat, & ſic de cæteris, quod colligitur ff. de orig. iur. l. ij. §. omniũ. & §. de his. Vel dic breuiter differentiã talẽ fuiſſe: quia interdicta à Prætoribus, ſed actiones à cæteris magiſtratibus formabantur: vt patet ex eo quòd omnia interdicta ſunt Prætoria: vt ff. de interdict. per totum librum. Sed hodiè nihil aliud eſt interdictum quàm actio prætoria in factum: vt infrà eod. §. fin. *faciebat.*

ADDITIO. Dic ſecundùm Io. Fab. imo eſt aliud, & poteſt agi vel interdicto vel actione in factum ad electionem actoris: vt ff ne vis fiat ei. l. ſi quis miſſus. §. cum prætor. ff. vti poſſ. l. j. §. reſtituendæ. & not. ff. de vi, & vi ar. l. j. §. fin. licet gloſſ. not. idem quòd hic in tit. ff. eod. ſed Dy. reprehendit gloſſ. & hoc eſt verum. Angel.

Formæ atq; conceptiones. Id eſt, decreta ſolennibus verbis concepta, quibus Prætor imperioſè, & vehementer aliquid ſtatuebat; quippe de rebus tantùm grauiſſimis: nimirũ diuinis, publicis, & de vi quæ in poſſeſſionũ controuerſiis plerunq; accidit l. ij. ff. h. t. N. A.

c Iubebat. Quod eſt interdictis reſtitutoriis, & exhibitoriis: vt infrà eod. §. reſtit. & §. exhibitoria. *Interdictis quãdoq; litigatur ſuper proprietate.*

d Prohibebat. Quod facit in prohibitoris interdictis: vt infrà eod. §. prohibuit.

Tum maximè. Id eſt, tunc plerunq; interdum enim, ſed raró, de proprietate interdicebatur l. ij. §. ij. ff. hoc tit. *Poſſeſſio poteſt peti ſine interdicto.*

e Maximè. Hoc ideo dicit: quia quandoque per interdicta, non ſuper poſſeſſione, ſed ſuper iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferendo, vbi licet inferre: & ſepulchro, inædificando, vbi licet inædificare: vt ff. de mor. infe. l. j. in princ. N. A.

& §. Præ

& §. Prætor ait. Item, quandoque proprietatis & poſſeſſionis ſimul: vt ff. de aqua quot. & æſt. l. j. §. fin. & ff. eod. l. interdictorum. §. quædam. Sed nunquid alio modo, quàm per interdicta, id eſt, de iure ciuili agitur de poſſeſſione? Reſpon. ſic, vt per condictionẽ indebiti: vt ff. de cond. ind. l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. Item: per triticariam. vt ff. de cond. triti. l. j. in fin. & l. ij. Item, per cõdictionem ex lege. vt C. de acq. poſſ. l. ſi. in fin. & ff. de rei vend. l. fin. & C. loc. l. ſi quis Accurſius.

poſſeſſione [a], aut quaſi poſſeſſione [b] inter aliquos contendebatur.

¶ Prima interdictorum diuiſio eſt hæc, quod quædam prohibitoria ſunt, vt interdictum ne vis fiat ei, de mortuo inferendo, & ſimilia. Quædam reſtitutoria, vt interdictum quorum bonorum, vnde vi, & id genus alia. Quædam exhibitoria, vt de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis, & huiuſmodi.

¶ Summa [c] autem diuiſio interdictorum hæc eſt, quòd aut prohibitoria, ſunt aut reſtitutoria [d], aut exhibitoria. †Prohibitoria ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri: veluti vim ſine vitio

a Poſſeſſione. Siue retinenda, ſiue recuperanda, ſiue adipiſcenda: vt infrà eod. §. ſequens diuiſio.

b Quaſi poſſeſsione. Vt cùm contenditur de poſſeſſione rerum incorporalium, vt viæ, & itineris, & actus, & aquæ ductus: vbi non eſſet vera poſſeſſio, ſed quaſi: vt ff. de acqu. rer. dom. l. ſeruus. §. incorporales: ſed tamẽ eſt ibi quædam quaſi poſſeſſio: & de ea retinenda competunt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quandoq; contendo me eſſe in quaſi poſſeſſione prædictorum iurium: vt ff. de iti. actúque priua. per totum. & ff. de aqua quot. & æſti. per totum. & ff. de ſer. l. penult. & ff ſi ſeru. vend. l. ſicuti. §. Ariſto.

Res incorporales quaſi poſſidentur.

ADDITIO. Eſt autẽ poſſeſſio, quãdo naturaliter tenetur aliquid corporale ab eo qui inſiſtit. Quaſi poſſeſsio, cùm iis vtimur, tanquam poſſeſſis, quæ naturaliter teneri non poſſunt: veluti ſeruitutibus, & cæteris iuribus incorporalibus. A.F.

Summa autem. PRIMA. Sequitur diuiſio eſſentialis, id eſt, quæ naturam interdictorum attingit. Aliàs (inquit) Prætor interdicit prohibens, aliàs reſtituens: aliàs exhibens. veluti, Aedificabas in loco, quem ſacrum eſſe aio: Prætor interdicet, prohibens ne ædifices dum iudex cognoſcat, vtrum ſacer ſit locus, an non ſit: hoc eſt prohibitorium. Item, poſſidebas meum patrimonium quaſi hæres eſſes. Prætor mihi dedit bonorum poſſeſſionem: interdicet, iubebitque mihi reſtitui, dum apud iudicem datum diſceptetur vter ſit hæres: hoc interdictum eſt reſtitutoriũ. Itẽ, filium meum apud te occultas, quaſi ſeruũ eſt ego in libertatem aſſerere volo. Prætor te iubebit eum exhibere: hoc interdictũ eſt exhibitoriũ. Cor. Vibul.

Not. ꝙ principalis diuiſio interdictorũ eſt hæc, de qua hic agitur, intellige de diuiſione ſpecierũ: & quãuis ſint quædã interdicta mixta, de quibus in l. j. §. interdictorum. ff. de interdi. tamen illa interdicta mixta non cõtinent diuerſam ſpeciem. Item, quid ſit interdictum prohibitorium, quid reſtitutoriũ, quid exhibitorium. Item, exempla vniuſcuiuſque. Item, quòd omnia ſunt interdicta, licet non interdicant, & quòd interdicta dicuntur, quaſi inter duos dicta: quod eſt falſum: ſed dicuntur interdicta à ſpecie principali interdictorum, quanuis aliqua non interdicant ſimpliciter: ſed conſidera, quia omnia interdicunt. Nam ſi in reſtitutorio interdicitur retentio, in exhibitorio interdicitur occultatio: tamen cogita Syluest.

c Summa. id eſt, prima, non minima: quia & de duobus membris aliqua inuenitur: vt infrà eod. §. iij.

d Reſtitutoria. Quandoque tamen quædam inueniuntur mixta, tam prohibitoria, quàm exhibitoria: vt ff. eod. l. j. §. interdictorum. & ff. de libe. ho. exhib. l. j. Nam petitur exhiberi, & prohibetur inuitus retineri.

ADDITIO. Vide gloſſ. in d. §. interdictorúmque plenius loquitur. Angelus.

e Exhibitoria. Hoc differt interdictum exhibitoriũ ab actione ad exhibendũ, ꝙ in actione hac perſequimur quod noſtra intereſt. l. 13. ff. ad exhib. N.A.

Digitized by Google

a Poſſidenti. Vt ſi quis miſſus fuit in poſſeſſionem iuſſu Prætoris: vt ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. eſt l.j. in princ. Nam iuſtè poſſidet, & ſine vitio, qui auctore Prætore poſſidet: vt ff. de acq. poſſ. l. iuſtè.

perſona defuncti, dicitur reſtitutorium: ſed natura ſui dicitur adipiſcendæ poſſeſſionis: vt ff. quorum bon. l.j. §. fin.

poſſidenti [a], vel mortuorum inferenti, quò ei ius erit inferendi [b], vel in loco ſacro ædificari [c], vel in flumine [d] publico ripave eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet: veluti bonorum poſſeſſori [e] poſſeſſionem eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore [f] poſſidet [g] [ex * ea hæreditate:] aut cùm iubet ei, qui vi de poſſeſſione fundi deiectus ſit, reſtitui poſſeſſionem [h], Exhibitoria ſunt, per quæ iubet [i] exhiberi: veluti eum, de cuius libertate [k] agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere [l] velit: aut parenti [m] liberos, qui in poteſtate eius ſunt. Sunt tamen, qui putant propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt: quia interdicere ſit * denunciare, & prohibere: reſtitutoria autẽ & exhibitoria, pro-

b Inferendi. Quod interdictum eſt. ff. de mor. infer. l. j. in pr. & §. hoc interdictum.

c Aedificari. Quod interdictum habes ff. ne quod in loco ſacro. l.j. in princ. Accurſ.

d Vel in flumine. Et hoc habes ff. de flu. l.j. in prin. & ff. ne quid in flu. pub. l.j. in fin.

*Bonorũ poſſeſſor quis dicitur. Interdictũ quorum bonorũ eſt duplex ſcilicet, directũ & vtile. Hæreditatis petitio eſt duplex. * incluſa abſunt.*

e Bonorum poſſeſſori. Non rerum, ſed iuris, id eſt, ſuccedendi de iure prætorio tantùm: vt filio mancipato, vel cognato: qui dicuntur bonorum poſſeſſores & bonorũ poſſeſſione edictali & decretali. nam ſtatim habent hoc interdictũ directum vt conſequantur poſſeſſionem hæreditatis. quod appellatur quorum bonorum: vt infrà eod. §. adipiſcẽdæ. Vtile verò datur illi, qui ſuccedit de iure ciuili, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato: vt ff. quorum bonorũ. l.j. in prin. & C. quorum bonorum. l.j. Sed econtra eſt in hæreditatis petitione. Nam directa datur heredi de iure ciuili: vtilis verò ei qui ſuccedit de iure prætorio: vt ff. de bon. poſſ. hered. pet. l.j. Eſt & aliud nouum auxilium per nouam cõſtitutionem inuentum, per quod petitur poſſeſſio hæreditatis, ſi teſtamentum apparet non vitiatum, vel vituperatum in aliqua ſui parte: vt C. de edicto. di. Adri. tollen. l. fi. Sed quare dicitur hoc reſtitutorium. cùm nunquam hic bonorũ poſſeſſor habuerit poſſeſſionem? Reſpondet impropriè dicitur reſtituere pro dare: vt ff. de verbor. ſign. l. verbum, reddendi: vt ff. de legat. ij. l. cùm quædam. Vel dic quòd inſpecta

Reſtituere quandoque ſumitur pro dare.

f Pro poſſeſſore. Duæ ſunt viæ ſuccedendi, ſcilicet iure ciuili, & iure prætorio. Prima, ſubdiuiditur in poſſeſſorium per cõſtitutionem diui Adriani: & petitorium, vt per petitionem hæreditatis directam. Item, ſecunda ſimiliter ſubdiuiditur in poſſeſſorium, vt per interdictũ, quorum bonorum, per quod petit ſucceſſor de iure prætorio ſe mitti in poſſeſſionẽ bonorum quæ tenebat defunctus tempore mortis: vt hic. Item in petitorium: vt per petitionem hæreditatis bonorum poſſeſſoriam.

g Poſſidet. Vel dolo fecit, quominus poſſideat: vt ff. quorum bon. l.j. in princ. & expone hæc verba, pro hærede, & poſſeſſore: vt infrà eod. §. pro hærede. & §. pro poſſeſſore. Accurſ.

h Reſtitui poſſeſſionem. Per interdictum vnde vi, quod intra annum locum habet pro iis, quæ non peruenerunt ad violentum: pro aliis perpetuò: vt ff. de vi, & vi ar. l.j. in princ. & hoc ſi ciuiliter & naturaliter poſſideat deiectus. Si autem naturaliter tantùm, vtile habet tantum, vt fructuarius: vt ff. de vi, & vi ar. l. iij. §. vnde vi.

i Iubet. ſcilicet, Prætor.

k Libertate. Vt quia liber homo detinetur inuitus. quod interdictum habes ff. de li. ho. exhib. l.j.

l Indicere velit. i. iniunctas operas dicere velit, vel conuentas iniungere, quo caſu ageret de libero homine exhibendo: vt ff. de li. ho. exhi. l. fin.

m Parenti. In hoc caſu duo ſunt interdicta: vnum de liberis exhibendis, alterum de liberis deducendis vt ff. de lib. ho.

Digitized by Google

lib. ho. exhib. l. j. ſ. j. reſpon. & l. iij. ſ. reſpon. in princip.

¶ a Obtinuit. Inter ſapientes.

¶ b Inter duos dicuntur. i. à Prætore formantur: vt not. ſuprà circa princ.

& alij nonnulli res illas oppigneratas poſſiderent, Prætor interdicet, iubebitque eas mihi reddi. Cor. Vib.

¶ Not. aliam interdictorum diuiſionem. Item, quòd interdictum quorum bonorum, eſt interdictum adipiſcendæ. Item, quid operetur hoc interdictum quorum bonorum. Item, quod datur bonorum poſſeſſori cõtra eum, qui, poſſidet pro hærede, aut pro poſſeſſore. Item, quis dicatur poſſidere pro hærede. Item, quis dicatur poſſidere pro poſſeſſore. Item, quare dicatur interdictum adipiſcendæ. Item, quòd non datur interdictum quorum bonorum ei, qui iam poſſedit, & poſtea deſiit poſſidere: ſed ei, qui primo loco quærit poſſeſſionem. Item, quòd Saluianũ interdictum dicitur interdictum adipiſcendæ. Item, ad quid detur Saluianum interdictum, ſcilicet pro rebus inuectis & illatis in fundum per colonum vt declarabitur in gloſſ. Syluest.

priè decreta vocari. Sed tamen obtinuit a, omnia interdicta appellari: quia inter duos † dicuntur. b

¶ Iam ſecundam interdictorum diuiſionem aggrediamur, quorum bonorum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis gratia cõparatum eſt, quod iure prætorio ſuccedenti conceditur, pro adipiſcenda, ſcilicet poſſeſſione hæreditariarum rerum, quę apud eum ſunt, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet: Interdictum quoque Saluianum cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis rerum per colonum fundo illatarum (quæ tacitè pro mercede hypothecatæ ſunt) contra quoſcunq; poſſeſſores datur.

¶ Sequens diuiſio interdictorum hęc eſt, quòd quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa cõparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum accommodatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur, Quorum bonorum: eiúſque vis*, & poteſtas hæc eſt, vt quod ex iis c bo- * iuſt.

Sed nónne omnia decreta etiam inter duos vel tres dicuntur? Quãdo Prętor iubebat Romæ vt reus actori ſatiſdaret, & ſexcenta ſimilia, nõne inter duos decernebat? Cur ergo non interdicta quoque hæc ſimiliter dicuntur? Quare aut DVO, ſine S, ſcriptum Hotomano fuiſſe videtur: vt ſignificet, inter illã poſtulantis petitionẽ & principalis cauſę deciſionẽ: aut hallucinatum eſſe harum Inſtitutionum architectum: vt ſatis cõſtat eum ſæpè hallucinari, vtpote luteum hominẽ, & indignũ qui hæc ſacroſancta veterum monimenta contigeret.

N.A. † Inter duos. Imo, interdicere vetuſtè eſt imperioſè. & vehementer edicere l. j. ff. vt in flum. pub. Nam particula (inter) augẽdi vim habet. vt apud Plautum. Interbibere. Intertrahere.

¶ Sequens diuiſio, &c. CASVS. Sequitur ſecunda diuiſio ſimiliter eſſentialis: quòd interdictorum alia vim habent, naturámque poſſeſſionis adipiſcendæ, alia retinendæ: alia recuperandæ. Primæ ſpeciei exemplum hoc eſt, Frater meus eſt mortuus: eius bonorum poſſeſſionem petij: quidam aliqua ex iis bonis tenebant: Prætor. Interdicens iubebit ea mihi bona reſtitui. Item, fundum meum colono locaui: is pro mercede res multas mihi oppignerauit: quum mercedem non ſolueret,

¶ c Quod ex iis. Innuitur hic, quòd hoc interdictũ etiam pro vna re competat. Sed contrà videtur, quòd ſit vniuerſale: vt ff. quorum bon. l. j. ſ. fin. Sed certè nihilominus eſt vniuerſale, licet ad vnam rem detur: ſic enim eſt in hæreditatis petitione: vt ff. de petiti. hæredi. l. regulariter. & l. licet. quam conſtat vniuerſalem eſſe: vt ff. de rei vendi. l. j. primo reſponſ.

Interdictũ quorũ bono. & petitio hæreditatis pro vna ſit. la re poſſunt competere.

¶ Adde, quòd meritò dicuntur vniuerſalia: quia ſunt apta comprehendere vniuerſitatem hæreditatis: quòd ſi vna res tantùm occupetur datur omnino cõtra eum, qui poſſidet illam,

Digitized by Google

[illegible]

[illegible] ſimpliciter poſſeſſionem.

[illegible] pro herede per errorem [illegible] poſſeſſionem [illegible] ff. de poſſeſ. hæred. [illegible] pro herede.

Hi. Ae. [illegible] Vide §. vlt. ſupra de hæred. [illegible]

[illegible] Vnde ſi quæritur ab eo quare poſſideat dicit, quia poſſideo, vel ſi dicat pro hærede, tamen falſum ſolemus dicit, vt ff. de poſſ. hær. l. qui interrogatus.

[illegible] Poſſeſſionem. Quæ eſt facti Accur.

[illegible] ſcilicet, poſſeſſionem, quæ eſt facti

[illegible] eſt. ſed aget amodo rei vendicatione, cum ſit dominus. Accurſ.

Hi. Ae. [illegible] Saluianum. [illegible] eadem de cauſa [illegible] ſunt. [illegible] in [illegible] propter ipſam poſſeſſionem. ff. de Saluiano interd. l. j. Accurſius.

[illegible] quod hæc materia tractata ſunt [illegible] in §. item Seruiana ſupra de actio. quia ſunt in hoc plures [illegible] diuerſæ de quibus per doct. in l. rem alienam. ff. de pig. act. & in l. cùm [illegible] C. ſi alie. res pign. dat. ſit. Syl.

[illegible] Duas differentias breues & apertas exponit Hotomanus in §. item Seruiana. ſupra de act. primùm quod Seruiana ad proprietatem, & poſſeſſionem pertinet. Saluianum ad poſſeſſionem tantùm, vt patet ex l. ſi ab eo. ff. de pig. l. exitus. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ex ſexante. §. j. ff. de except. rei iudi. Deinde, quòd quum inter creditorem, & debi

Digitized by Google

& debitorem de pignoris poſſeſſione contenditur, Saluianum interdictum competit: cùm vero aduerſus poſſeſſores agere creditor inſtituit. Seruiana experiri debet. l. j. C. de precar. & Saluian. interd. cuius rationē ibi videro.

¶ Retinēdę poſſeſſionis, &c.

CASVS. Colonus tuus vitē quādam meam in tuum ſolum transduxit radicem, ſcilicet, in meo ſolo relinquēs: eam vitem meam eſſe dico, tu contrà tuam: vt pote in tuo ſolo plantatam: dico, vt vitem illā vindices, tu contrà mones, vt ego vindicem: vindicatio inſtitui nō poterat. Agi enim in rem nō poteſt, niſi vter ſit poſſeſſor, cōſtitutū ſit. Prætor ergo interdicet, iubebitq; vti poſſidemus, ita poſſideamus. Iudex datus cognoſcet, vter noſtrum magis, id eſt, maiore iure poſſideat. Hoc interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis. Corn. Vib.

¶ Not. quòd vti poſſidetis, & vtrobi ſunt interdicta retinendæ. Item, quòd dantur quādo eſt contentio inter aliquos de poſſeſſione, quis, ſcilicet poſſideat. Item, quòd vnus poſſidet, alter petit. Item, quòd maximum eſt commodū poſſeſſionis. Item, quòd ſi quis poſſidet, & actor non probet concludenter contra ipſum, iudicatur contra actorem: & poſſeſſor remanet in ſua poſſeſſione. Item, quòd vtrobi datur pro mobilibus. Vti poſſidetis pro immobilibus. Item, quòd quicquid eſſet de iure antiquo, hodie hæc duo interdicta exæquata ſunt. Item, quòd ille vincit in his interdictis, qui tempore litis conteſtatæ poſſidet non vi, non clàm, non precario ab aduerſario. Syl.

¶ a Vti poſſideis. Quod de rebus immobilibus dicit, ſed vtrobi de mobilibus: vt infrà eodem. §. ſed interdicto. Accurſius.

¶ b Proprietate. Ob hoc quidem comparatum eſt: ſed & ſine hac controuerſia proprietatis dabitur, vt ſi de ſola poſſeſſione contendatur ſecundum Ioan.

prietatis quæſtio moueatur, vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat, inueſtigandum eſt: tum quia ſine petitore & poſſeſſore nullū ſuper petitorio inſtitui poteſt iudicium: tum propter commodum poſſeſſionis, in qua remanet is, qui poſſidet (quamuis dominus nō ſit) quoad petitor rē ſuam probauerit.

¶ Retinēdæ poſſeſſionis cauſa cōparata ſunt interdicta Vti poſſidetis [a], & Vtrobi *: cùm ab vtraque parte de proprietate [b] alicuius rei controuerſia † ſit, & antè quęratur, † vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat [c]. Nanq; niſi antè exploratum fuerit, vtrius eorum poſſeſſio ſit [d], non poteſt [e] petitoria * actio inſtitui: quia & ciuilis [f] & naturalis [g] ratio facit, vt alius poſſideat, & alius à poſſidēte petat. Et quia longe cōmodius eſt, [& * potius] poſſidere, quàm petere: ideo plerunque & ferè ſemper ingens [h] † exiſtit cōtentio de

† Controuerſia. In actione futura. N.A.

† Quæratur. Per interdictum. N.A.

¶ c Vter petere debeat. id eſt, vter ſit actor, & vter reus.

¶ d Vtrius eorū poſſeſsio ſit. id eſt, vter poſſideat.

¶ e Non poteſt. Vt ff. de iudic. l. inter litigantes. Accurſ.

¶ f Ciuilis. Vt quia paritactionem in rem aduerſario: vt C. de alien. iu. mu. cau. fa. l. j.

¶ g Naturalis. vt quia nemo à ſeipſo poſſet petere ſecundum naturam: vt ff. de rec. ar. l. pen. & facit ad hoc bene ff. vti poſſid. l. j. §. hoc interdictum. ff. de acq. poſſeſ. l. exitus.

† Ingens. Atque hæc nimirum cauſa eſt, cur Prætor ipſe interdicat: nempe, vt vim, quæ parata videbatur, fieri vetet. N.A.

¶ h Ingens. id eſt, magna, & hæc eadem contentio: & in aliis interdictis retinendæ poſſeſſionis eſt: vt in illo de ſuperficiebus: vt ff. de ſuperfic. l. j. primo reſponſo. Item in illo de itinere actúq; priua. & via priua. vt ff. de itin. actúque priua. l. j. primo reſpon. Item, de aqua quotidiana, & æſtiua. Item, inter eos, qui ducunt aquam per eundem riuum: qui corriuales dicuntur. Item, inter eos, qui ex eodem caſtello: vt ff. de aqua quotidia. & æſtiua. l. j. primo reſponſo. & §. ſi inter corriuales. ampliſſimè per §. ait Prætor, quo ex caſtello. In his enim omnibus in-

* vtrubi.

Interdicta Vti poſſidetis & Vtrobi, differūt.

* petitoria.

* abſunt.

Interdicta ſunt multiplici.

Corriuales.

Digitized by Google

cipaliter, licet in eo ſit dominus ad recolendos fructus, ſiue domus ſit in ciuitate ſiue ruri, dicitur colonus. l. ſi prædium. C. de præd. mino. l. vrbana prædia. ff. de verbor. ſignific. declarat Alexan. in l. qui pignoris. ff. de acquir. poſſeſ. Syluest.

a Poſſidere. videtur. Si ergo per alium poſſidet. vt ff. de acqui. poſſ. l. quod meo. licet quidā dixerit eos naturaliter poſſidere, ſicut & colonum, & ſuperiori caſu diximus.

b Retinere. Licet animo retineatur poſſeſſio, non tamen animo quæritur: vt ff. de acqui. poſſ. l. quēadmodum & C. de acq. poſſeſ. l. licet. & infrà proxi. Accurſ.

N. A. Retinere. Poſſeſſio nec adquiritur, nec amittitur niſi corpore & animo ſimul. l. 6. ff. de adq. poſſeſ. l. fere. 153. ff. de regul. iur. At ſolo animo retinemus. l. iiij. C. de adquir. poſſ.

modauerit, ipſe poſſidere ᵃ videtur. Et hoc eſt, quod dicitur, retinere ᵇ † poſſeſſionē poſſe aliquem per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſſione. Quinetiam animo quoque ſolo retineri * poſſeſſionem placet: id eſt, vt quāuis neque ipſe ſit in poſſeſſione, neque eius nomine alius: tamen ſi non relinquendæ poſſeſſionis animo, ſed poſteà reuerſurus inde diſceſſerit: retinere poſſeſſionē videatur. Adipiſci verò poſſeſſionē per quos aliquis poteſt, ſecundo libro expoſuimus ᶜ. Nec vlla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſſionē nemo poſſit.

*retinere.

¶ [illegible]

¶ Recuperandæ poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſſione fundi †, vel ædium ᵈ vi deiectus fuerit. nam ei proponitur ᵉ Interdictum, Vnde vi ᶠ: per quod is, qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licet is ᵍ ab eo qui vi deiecit, vi, vel clā, vel precario poſſideat.

eodem loco legere. Corn. Vincl.

Not. quod interdictum recuperandæ datur vi deiectis, & quod interdictum vnde vi, eſt interdictum recuperandæ poſſeſſionis. Item, quod hodie occupans rem propriam per vim, cadit dominio. Item, q. occupans rem alienā, rem reſtituit, & eius æſtimationem. Itē, quod ſi quis aliquem de poſſeſſione ſua vi deiecit, ſi cum armis, tenetur leg. Iulia de vi publica: ſi ſine armis, tenetur leg. Iulia de vi priuata. Item, quid veniat appellatione armorum. Syl.

N. A. Fundi. Nota, Nullum interdictum recuperandę poſſeſſionis eſt, niſi de re immobili: Nullum datur de re mobili l. j. ff. de vi & vi arma.

d Aedium. Aliud in rebus mobilibus: nam prò his cōpetit vi bonorum raptorum actio: vt ff. de vi, & vi arma. l. j. §. hoc interdictum. & §. illud. & §. planè. niſi mobilia cum immobilibus petantur hoc interdicto vt ff. de vi & vi arm. lege j. §. qui autem. Accurſ.

Vnde vi concernit res mobiles vi bo. rapt. res immobiles.

c Expoſitum. ſuprà per quas perſonas nobis acquir. §. ex his. Accurſ.

Recuperandæ poſſeſſionis.

Oſtendiſti exempla poſſeſſionis adipiſcendæ, & retinendæ: proximum eſt vt interdictum recuperandæ mihi declares. Cæcina fundū poſſidebat, Ebutius eum vi deiecit ex eo fundo: Prætor dabit Cæcinæ interdictum, vnde vi te deiecit Ebutius, eò te reſtituat. Quid verò ſi Cæcina vi, clàm, aut præcario fundum illum ab Ebutio poſſidebat? Dabitur nihilominus interdictum. Studioſus autē adoleſcens (ſi ſapiet) Orationem Ciceronis pro Cæcinna diligēter in hoc præter-

e Proponitur. id eſt, datur.

f Vnde vi. Sed quare dicitur vnde vi? Reſpond. quia talia erāt verba Prætoris, vnde illum vi deiecisti, &c. & ita à principio verborū Prætoris ſumpſit denominationem, ſicut & alia, vt quorum bonorum, & ſimilia: vt ff. de vi & vi armata. l. j. in princ.

g Is. ſcilicet, deiectus: vt quia hodie expolaui vitē: vel quia cœpi poſſidere rem tuā clàm, vel vi: in ſequenti verò die me expuliſti. nā teneris mihi hoc terdicto.

¶ Hodie per vim ſpolians, ſi dominus eſt, à dominio rei cadit: aliàs rē ſpoliatam, & eius æſtimationem reſtituit: qui alias lege Iulia de vi publica, vel priuata criminaliter punitur. Et armorum appellationes lapides & fuſtes cōtineantur. Aretin.

¶ Sed ex conſtitutionibus [a] ſacris (vt ſuprà diximus [b]) ſi quis rem per vim occupauerit, ſi quidem in bonis eius eſt, dominio eius priuatur: ſi aliena *, poſt eius reſtitutionem, etiā æſtimationem rei [c] * dare vim paſſo cōpellitur. Qui autē aliquē de poſſeſſione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi priuata [d]: aut de vi publica †: ſed de vi priuata, & ſi ſine armis vim fecerit: ſin autē armis eum de poſſeſſione vi expulerit, de vi publica tenetur *. Armorum autem appellatione non ſolùm ſcuta, & gladios, & galeas, ſed & fuſtes, & lapides [e] ſignificari intelligimus.

¶ Accipe tertiam interdictorum diuiſionem.

¶ Tertia diuiſio interdictorum eſt, quòd aut ſimpli-

